

Digitized by Google



BNCR
SS.
262
(093)
B 922



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BULLARII ROMANI

CONTINUATIO

SUMMORUM PONTIFICUM

BENEDICTI XIV. CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV.
PII VI. PII VII. LEONIS XII. PII VIII.

CONSTITUTIONES, LITTERAS IN FORMA BREVIS,
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS,
ATQUE ALLOCUTIONES COMPLECTENS.

TOMUS SEXTUS

PARS III.

PII VI.

CONTINENS PONTIFICATUM

AB ANNO XV USQUE AD ANNUM XX.



PRATI
IN TYPOGRAPHIA ALDINA
MDCCCXLIX.

Digitized by Google

S.S.262(033) B922/35

AM
Digitized by Google

ANNO DECIMO QUINTO

Dat. Romae 6. martii 1789. Anno XV.

DCCXXXIII.

Subsidia dotalia Ruspoli nuncupata per archiconfraternitatem sanctissimae Annuntiatae urbis distribui solita de summa scut. 50 ad triginta scuta tantum pro unoquoque reducuntur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii priores, et officiales archiconfraternitatis Annuntiationis beatae Mariae virginis de Urbe, quod cum alias in executionem testamentariae dispositionis quondam Alexandri Ruspoli fructus ejus haereditatis, cui fuerat ipsa substituta in tot subsidia dotalia, quorum unumquodque esset octoginta scutorum monetae Romanae ab ipsa essent distribuendi, felicis recordationis Alexander pp. VIII. praedecessor Noster, cum ex toto contextu testamentariae dispositionis memorati Alexandri compertum esset non solum a confratribus praedictis in distributione subsidiorum dotalium hujusmodi modum, ac methodum ab eis in aliorum subsidiorum dotalium distributione servatam, in hisce quoque esse servandam, verum etiam ideo ipsum Alexandrum constituisse singula subsidia dotalia hujusmodi in praedicta summa scutorum octoginta, quia eadem archiconfraternitas eo tempore, nempe tam anno MDCVIII quo ipse testamentum condidit, quam anno MDCXI., quo ex hac vita migravit, alia subsidia dotalia ejusdem summae distribuere solebat, precibus ab iisdem confratribus sibi oblatis benigne annuens, ut facilius majori puellarum concurrentium numero consuli fas esset dicta subsidia dotalia Ruspoli ad summam scutorum quinquaginta ultra unum florenum juliorum quinque, et vestem pro qualibet puella auctoritate apostolica reduxit prout ex ipsius Alexandri praedecessoris in simili forma Brevis 11 decembris MDCXC. expeditis literis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat numerus puellarum ad subsidia dotalia concurrentium praeter modum excreverit, ut licet ab eadem archiconfraternitate nullum dotale subsidium concedatur majoris summae scutorum triginta, nihilominus puellae hujusmodi subsidia dotalia prompte consequi nequeant, et inde earum matrimonium, vel monacatum differre cogantur, hinc subsidia dotalia Ruspoli ad summam scutorum triginta, ut majori puellarum numero cum evidenti publica utilitate subveniri quotannis possit per Nos reduci summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor declarationis.

§. 2. Nos eorumdem exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac praedicti testamenti tenorem, et alia quaecumque etiam specificam, et indi-

Digitized by Google

viduam mentionem, et expressionem requirentia praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, et audita super praemissis venerabilis fratris Nostri Andreae episcopi Sabinensis Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Corsini nuncupati dictae archiconfraternitatis protectoris relatione summam quinquaginta scutorum monetae pro singulis subsidiis supradictis a memorato Alexandro praedecessore Nostro, ut praefertur, praefinitam, ad triginta scuta similia auctoritate apostolica tenore praesentium reducimus, et moderamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus dicti Alexandri testatoris etiam ultima voluntate, quam quoad praemissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non quatenus opus sit, memoratis Alexandri praedecessoris Nostri praedicti literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et ejusdem archiconfraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta martii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCXXXIV.

Dat. Romae 20. martii 1789. Anno XV.

Confirmantur privilegia pagi di Calvi vulgo nuncupati Narniensis dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii magistratus, et homines terrae pagi di Calvi Narniensis dioecesis, quod ipsi ab immemorabili non solum diem festum sancti Pancratii martyris principalis ejusdem terrae protectoris pluribus ecclesiasticis functionibus agere consueverunt, verum etiam in quasi sunt possessione, ut in dicta die publicae nundinae, quas vocant *Fiera franca* habeantur, ac per quatuor dies antecedentes, et quatuor sequentes festum hujusmodi curia laicalis omni civili, et criminali judicio penitus supersedeat; totaque jurisdictio tum in terra, tum in nundinis in dictis novem diebus a quatuor officialibus, quos dicunt *contestabili* a magistratu electi exerceatur, qui praestita per publicum actum de pacifice vivendo, ac nemine laedendo, legali cautione alios officiales subalternos, ac inferiores ad exequendas quasdam suas antiquas, ac licitas consuetudines nominant; utque in factis interim emergentibus summarie, ac veluti judices, de consilio tamen gubernatoris ejusdem terrae, a quo nullum exigitur emolumentum procedant, ac hisce durantibus nundinis, et festo lictores vulgo *Birri* non compareant, sed provinciales milites easdem nundinas defendunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, licet alias anno MDCCLXXIII. gubernator tunc existens dictae terrae huic immemorabili consuetudini obsistere tentaverit, et a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium super consultationibus civitatum, terrarum, et locorum status Nostri ecclesiastici praepositorum sub die XXV februarii sequentis anni decretum fuerit, servari solitum, attamen cum privilegia pontificia, quibus innititur consuetudo hujusmodi immemorabilis, fuerint interim subrepta, hinc

Digitized by Google

ne tam singulare privilegium in posterum in controversiam amplius adducatur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audita prius dilecti filii moderni ejusdem terrae gubernatoris relatione, memoratum privilegium, quatenus illud adhuc in suo robore permaneat, et in nihil eis sit derogatum auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium perpetuo approbamus, et confirmamus, et quatenus opus sit de novo concedimus, illique apostolicae firmitatis robur, et efficaciam injungimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictae terrae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima martii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. Romae 20. martii 1789. Anno XV.

DCCXXXV.

Declaratio literarum apostolicarum diei XXX. septembris 1788. expeditarum super erectione manipuli quinquaginta hominum civitatis Caesenatensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Memorantur praecedentes apostolicae literae.

§. 1. Nos alias precibus dilectorum filiorum magistratus civitatis, et patriae Nostrae Caesenatensis annuentes per Nostras in simili forma Brevis die XXX. septembris mox elapsi anni MDCCLXXXVIII. expeditas literas nonnullas gratias, ac indulta, quae pro erectione manipuli quinquagintorum militum, qui in dicta civitate Caesenatensi diu, noctuque excubias, ac vigilias agerent per varia rescripta alias concesserimus, ex quibus gratiis, privilegiis, ac ordinationibus apprime constat, mentem ac voluntatem fuisse Nostram eumdem militum manipulum in verum, ac regularem agmen, seu, ut ajunt, *in truppa regolata* erigere, ac constituere prout reapse illum in militiam hujusmodi ereximus, ac constituimus, ut firmius subsisterent, ac servarentur exactius auctoritate apostolica confirmavimus. Verum cum in eisdem literis in rerum gestarum narratione erronea irrepserit enunciativa, quod nempe per aedicta, et notificationes a gubernatore Caesenatensi die XXVII. octobris, et III. novembris anni MDCCLXXXVII. publicata, dilectus filius Noster Nicolaus Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Columna de Hostiliano modernus provinciae Romandiolae, et exarchatus Ravennae de latere legatus in executionem mandati, et voluntatis Nostrae illi per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium boni regiminis, et universitatum

status ecclesiastici praepositorum communitati concesserit terminum unius anni cuilibet possidenti, tunc impositam taxam acceptare, vel renunciando juri conserendi arbores in vias publicas juxta frontem suorum praediorum se ab ea vindicare, cum revera per edicta, ac notificationes praedictas possidentibus nil aliud eis fuerit concessum, quam jus intra annum deducendi errores, in quos Dionysius Carrara esset forsan raptus dum publicas vias comitatus Caesenatensis anno MDCCLXXX. metitus est.

Tenor declarationis.

§. 2. Hinc licet enunciativa hujusmodi nil aliud disponat, praeterquod jam fuerat per dicta edicta, et notificationes a gubernatore Caesenatensi publicata constitutum, ad quae refertur, et idcirco nullum novum jus possidentibus sit acquisitum, ne tamen exinde aliquod creetur praejudicium, magistratus Caesenatensis praedicti precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis inclinati, erroneam enunciativam praedictam auctoritate apostolica tenore praesentium omnino inducimus, ac cassamus. Ac propterea terminum praedictum unius anni ad formam, et juxta liberam dictorum edictorum, ac notificationum diei XXVII. octobris, et III. novembris MDCCLXXXVII. ut praefertur publicatorum ad deducenda nempe gravamina, et errores, quae in dicta mensura forsan irrepserant concessum fuisse intelligi debere, auctoritate, et tenore praedictis statuimus, atque decernimus. Praeterea cum sicut accepimus plures possidentes errore forsan ducti, sed repugnantibus dictis edictis, ac notificationibus, postquam memoratae Nostrae apostolicae literae fuerunt publicatae juri conserendi arbores in viis publicis juxta suorum praediorum frontem renunciaverint; Nos omnes renunciationes, quas post diem trigesimam septembris dicti mox praeteriti anni MDCCLXXXVIII. emissas fuisse constabit, cassamus, annullamus, ac viribus, et effectu penitus vacuas, nulliusque roboris fore, et esse declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus memoratis Nostris literis diei XXX. septembris MDCCXXXVIII. aliisque ordinationibus, et constitutionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima martii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCXXXVI.

Dat. Romae 24 martii 1789. Anno XV.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui occasione capituli generalis visitaverint ecclesias clericorum regularium congregationis sancti Pauli decollati Barnabitarum.

Pius PP. VI,

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis Salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis cum suis conditionibus.

§. 1. Cum sicut accepimus capitulum generale clericorum regularium congregationis sancti Pauli decollati Barnabitarum nuncupatorum in ecclesia, seu domo collegii sanctae Luciae clericorum regularium hujusmodi civitatis Bononiensis propediem benedicente Domino celebrandum sit. Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris, pia charitate intenti; omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sancta communione refectis, qui praedictam, vel aliquam ex ecclesiis domorum clericorum regularium congregationis hujusmodi ubicumque existentem die quo incohabitur capitulum generale hujusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Fides habenda transumptis.

§. 2. Praesentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint, utque earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dictae congregationis munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Pe-

Digitized by Google

trum sub annulo piscatoris die XXIV. martii MDCCLXXXIX., pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 26. martii 1789. Anno XV.

DCCXXXVII.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui occasione capituli generalis visitaverint ecclesias fratrum ordinis sancti Hieronymi congregationis beati Petri de Pisis.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis Salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis, cum suis conditionibus.

§. 1. Cum sicut accepimus capitulum generale fratrum ordinis sancti Hieronymi congregationis beati Petri de Pisis in ecclesia sancti Michaelis civitatis Foroliviensis tertia dominica post Pascha (benedicente Domino) celebrandum sit. Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris, pia charitate intenti; omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sancta communione refectis, qui praedictam sancti Michaelis, vel aliquam ex ecclesiis conventuum fratrum ordinis hujusmodi ubique existentem die praedicto, et singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint.

Fides habenda transumptis.

§. 2. Utque earumdem praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XXVI. martii MDCCLXXXIX., pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 27. martii 1789. Anno XV.

DCCXXXVIII.

Beatificatio servi Dei Sebastiani ab Apparitio.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Benedictus Deus, et pater Domini Nostri Jesu Christi, qui ut ostenderet vias suas, non esse vias hominum, nec cogitationes suas, ut cogitationes eorum, ad Ecclesiam suam super primo angulari lapide Domino Nostro Jesu Christo aedificatam, longe, lateque diffundendam, ac in aevum firmandam ab ipsis usque incunabulis, non sapientes secundum carnem, non potentes, non nobiles, sed quae stulta sunt mundi eligit, ut fortes, ac sapientes confundens fides nostra non in persuasibilibus esset humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis suae, subsequentibus quoque temporibus plurimos voluit esse homines, qui licet ignobiles, licet contemptibiles, licet omni humano praesidio destituti, nihilominus veluti micantia sydera per totum catholicum orbem refulgerent, ac sapientibus, et prudentibus hujus saeculi comprobarent omnem sapientiam, et justitiam, ac sanctificationem, nisi a Deo esse, ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus. Nam hi sacris charismatibus abundanter perfusi, omniumque virtutum genere praestantes, fide servata, absolutoque divinorum mandatorum cursu, coronam justitiae sunt consecuti, quam promisit Deus diligentibus se.

Laudes servi Dei.

§. 2. Quod cum in pluribus electis cernere est, sic praesertim duobus ab hinc saeculis in servo suo Sebastiano ab Apparitio splendidissime Deus demonstravit, qui ex agricolis, atque pauperibus parentibus in humili Galeciae regni loco natus, in patria domo prima exacta aetate, hac illac variis circumcursis Hispaniae regionibus, ut sudore vultus se sustentaret, a coelesti patrefamilias ad vineam

Digitized by Google

suam, quam recens Americae plantaverat, est vocatus, non ut illam doctrina, aut literis, quibus prorsus erat ignarus, excoleret, sed ut profunda humilitate, ac singulari bonorum contemptu illos novos fideles suo exemplo ad christianam perfectionem inflammaret; siquidem postquam ad non exiguas opes proprio labore, et industria processerat, in satis provecta aetate septuaginta circiter annorum, dum scilicet divitiae expetunt, abdicata omni substantia sua, quam collegerat, eaque in pauperes distributa, nudus ad humilem seraphicam sancti Francisci familiam, quam vocant de Observantia, convolavit, in eaque inter laicos professus amplissimum virtutum studium ingressus, obliviscens, quae retro erant, coepit mirabili poenitentia, ac simplicitate cordis, oratione, ac fide, omnique corporis, et spiritus contentione usque ad ultimum senium annorum nonaginta octo in magis abjectis, ac laboriosis regularis vitae exercitiis persequi divina suffragante gratia supernae vocationis bravium, quod licet novissimus operarius par tamen in die aevi meruit accipere a patrefamilias, quam illi, qui primo mane fuerunt conducti.

Judicium sacrae congregationis Rituum super ipsius vitae sanctitate, et virtutibus.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, et perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de hujus sanctae Sedis apostolicae licentia confecti super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus Dei servum Sebastianum ab Apparitio laicum professum ordinis fratrum minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum multipliciter claruisse, et super miraculis, quae ad ejus intercessionem, ad manifestandam hominibus ejus sanctitatem a Deo edita, et patrata fuisse dicebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum, donec ad actum solemnis illius canonizationis deveniatur, publice beatum declarari cum solitis indultis.

Tenor beatificationis.

§. 4. Hinc est, quod Nos piis enixisque plurium regum catholicorum, et nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum archiepiscoporum, episcoporum tum regni Hispaniarum, tum etiam Americae, nec non capitulorum, civitatum senatuum, atque insuper memorati totius ordinis fratrum minorum s. Francisci de Observantia nuncupatorum iteratis precibus, ac supplicationibus Nobis, aut Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorumdem cardinalium consilio auctoritate apostolica tenore praesentium facultatem concedimus, atque impertimur, ut idem servus Sebastianus ab Apparitio beati nomine nuncupari, ejusque corpus, et reliquias venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendas) exponi; imagines quoque radiis, et splendoribus exornari; officiumque, et missam de eo singulis annis die felicissimi ejus obitus, vel si haec fuerit impedita, alia die ab episcopo designanda de communi confessorum non pontificum cum orationibus propriis a Nobis approbandis juxta ritum missalis, et breviarii Romani recitari libere, ac licite possit, et valeat.

Concessio missae et officii.

§. 5. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo ordine fratrum minorum s. Francisci de Observantia nuncupatorum utriusque sexus, in civitate Angelopolitana ubi venerabile ejus corpus requiescit, in oppido Gudinae Orensis dioecesis, in quo ortum habuit, nec non in dioecesi Mexicana, ubi per longum vitae cursum commoratus est ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quatenus ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea hoc anno dumtaxat, videlicet post praesentes literas emanatas, et quoad Indias a die, quae eaedem literae pervenerint illuc incohando, in ecclesiis ordinis, et praedictarum civitatum solemnia beatificationis ejusdem servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori ab ordinariis respective constituta, post quam tamen in basilica Principis Apostolorum de urbe celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re diem decimam septimam maji assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu secretarii praedictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis, ea-

dem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XXVII. martii MDCCLXXXIX pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. Romae 27. martii 1789 Anno XV.

DCCXXXIX.

Confirmatio transactionis inter tribunal Viarum, et capitulum collegiatae ecclesiae sanctae Mariae ad Martyres de urbe de ac super privativo jure quod dictum capitulum in platea della Rotonda autumabat, initae.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Quoties a Nobis id petitur, quod ad dirimendas, tollendasque lites, et controversias, quibus plerumque christiana charitas turbatur appositae conventum esse dignoscitur, omnino Nos decet libenter concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri.

Status controversiae, et tenor initae transactionis. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii archipresbyter, et canonici collegiatae ecclesiae sanctae Mariae ad Martyres hujus almae Nostrae urbis, quod cum alias inter tribunal Viarum ex una, et capitulum dictae collegiatae ecclesiae ex altera parte de ac super juribus, quae ob indulta a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris eidem capitulo concessa in platea della Rotonda sibi asserebat gravis, et sumptuosa exarserit lis, quam in eodem tribunali, vel coram ejus praesidente, de voto tamen sacri palatii Nostri apostolici auditorii in signatura gratiae a Nobis die IX. septem. anni MDCCLXXXIII. habita definiri debere decrevimus, licet vota rotalia, quae sub die XIV. junii MDCCLXXXIV., et XXIX. aprilis MDCCLXXXV. ponente magistro Karolo Origo hisce desuper publicata fuere jura capituli probarint, immo die VIII. julii ejusdem anni MDCCLXXXV. ab eodem sacro auditorio emanatum fuerit rescriptum — expediatur — nihilominus auctore dilecto filio Nostro Ignatio Sanctae Romanae Ecclesiae diacono cardinali Boncompagni ejusdem collegiatae ecclesiae titulari, et Nostro a secretis status, ipsoque annuente capitulo ad dirimendam tum praesentem litem, tum etiam ad compescendas omnes alias controversias, quae forsan in futurum exoriri possent, post plures congressus, atque maturam rei discussionem inter capitulum, et tribunal praedicta, fuit stipulatum instrumentum transactionis cum reservatione beneplaciti apostolici; priusquam tamen praeinsertum transactionis instrumentum fuerit stipulatum, licet pacta transactionis fuerint jam conventa, immo ipsa transactio, et illius capitula verbaliter statuta, cum ad audientiam Nostram pervenerit transactio hujusmodi, Nos ea supposita, ac in illius intuitu tribunali Viarum praedicto, ut in platea della Rotonda juxta fontem, ac ecclesiam collegiatam praedictam contra sex loca ad aviarii, seu gallinarii usum retinere libere, ac licite posset auctoritate Nostra apostolica benigne indulsimus per chirographum manu Nostra die XI. febr. currentis anni MDCCLXXXIX. signatum. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo transactionis instrumentum, et chirographum praedicta firmius subsistant, et serventur exactius novo apostolicae firmitatis patrocinio communiri memorati exponentes summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur memorati Ignatii cardinalis votis hisce desuper Nobis humiliter porrectis annuere, ac memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, tum dictae transactionis instrumentum, tum Nostrum chirographum praedicta auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, ac apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eisdem intervenerint, supplemus, et sanamus. Confirmatio apostolica.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos Clausula sublata, et decretum irritans.

Digitized by Google

spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit felicis recordationis Alexandri VII., et Clementis XI. aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, nec non tribunalis, et capituli praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die vigesima septima martii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCXL.

Dat. Romae 21. aprilis 1789 Anno XV.

Indultum ut milites ordinis Karoli III. Hispaniarum in tribunali aliorum ordinum militarium dicti regis sedere, et jus suffragii habere valeant.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium

§. 1. Postquam Deo placuit omnipotenti, qui ex summa misericordia, et bonitate sua vocat ea, quae non sunt tamquam ea, quae sunt humilitatem Nostram ad universalis Ecclesiae regimen vocare ex eo tempore sublimiorum principum votis quantum res tulerunt, et in Nobis fuit, suffragandum esse plane intelleximus, ut qui devotione, ac fide erga hanc sanctam Sedem commendabiles sunt, aut fore speratur, hisce novis devincti beneficiis in eadem devotione, et fide erga ipsam apostolicam Sedem sincere persisterent, ac in difficillimis praesertim hisce Ecclesiae temporibus illam pro viribus defenderent, atque tuerentur.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus, quod alias bo. mem. Karolus III. dum vixit, rex catholicus parens suus militiam, seu ordinem ab ejus nomine Karoli tertii nuncupandum sub invocatione beatae Mariae Virginis immaculatae apostolica accedente auctoritate erexit, illumque ex bonis aliorum militarium ordinum, seu militiarum regnorum Hispaniarum dotavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat in actu fundationis ordinis, seu militiae hujusmodi, qui etiam benemeritis militaribus conferri potest, nulla fuerit facta mentio, ut illius milites in ministros eligi, aut jus suffragii haberi in tribunali, seu consilio jamdudum in regnis Hispaniarum ad decernenda, ac finienda negocia omnia, ac causas ad quatuor alios ordines militares praedictos spectantia instituto. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur memoratum Karolum regem catholicum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac omnes, et singulas personas, quarum favore praesentes Nostrae literae concernunt, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, militibus dicti ordinis Karoli tertii nuncupati nunc, et pro tempore existentibus, ut in ministros dicti tribunalis, seu consilii eligi, in eoque licet inter milites aliorum quatuor ordinum militarium dictorum regnorum Hispaniae nunquam cooptati sint, aut illis nomen dederint, vel aliter capaces,

Digitized by Google

et habiles facti sint, adesse, jus suffragii habere, ac omnes omnino causas, et negocia ad illud ex statuto, vel ex privilegio, aut aliter quomodolibet spectantia definire libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde ac si ex lege fundationis in ministros ejusdem consilii, seu tribunalis eligi, in eoque jus suffragii habere posse reperirentur, apostolica auctoritate, tenore praesentium statuimus, et declaramus, ac respective concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non consilii, seu tribunalis, ac militiarum, seu ordinum militarium praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCXLI.

Dat. Romae 28. aprilis 1789. Anno XV.

Indulgetur, ut cappellanus confraternitatis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo oppidi Seyoensis Vilnensis dioecesis illas omnes indulgentias spirituales, quas si ipse frater ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo existeret, concedere posset, indulgere valeat.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii confratres, et consorores confraternitatis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo in ecclesia sancti Georgii fratrum ordinis Praedicatorum oppidi civitatis nuncupatae Seyne Vilnensis dioecesis, ut asseritur, erectae, quod cum in viciniis nullus existat conventus fratrum ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo, ac spiritualis illorum rector, seu cappellanus sit alter ex fratribus ordinis Praedicatorum dicti conventus, propterea omnibus indulgentiis, ac gratiis spiritualibus, quae addictae sunt specialibus rectoribus, seu cappellanis fratribus dicti ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo carent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsorum exponentium votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, dilecto filio moderno, et pro tempore existenti speciali rectori, seu cappellano dictae confraternitatis, ut dictis exponentibus easdem indulgentias, ac gratias spirituales, quibus ipsi fruerentur, potirentur, ac gauderent si rector, aut cappellanus hujusmodi esset frater ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo in omnibus, et per omnia perinde ac si rector, seu cappellanus hujusmodi esset frater ordinis praedicti beatae Mariae virginis de Monte Carmelo pro sua conscientia, et arbitrio auctoritate Nostra apostolica concedendi plenam, et amplam fa-

Digitized by Google

cultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima octava aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. Romae 15 maii 1789. Anno XV.

DCCXLII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Joannis Josephi a Cruce.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Inter assiduas curas, ac sollicitudines, quibus hisce praesertim difficillimis temporibus catholica afficitur Ecclesia, atque inter juges lacrymas, quibus animarum quotidie pereuntium jacturam deplorat, pater misericordiarum, et Deus totius consolationis moerorem piae matris solari, ac lacrymas abstergere triumphis filiorum suorum non desinit, qui carnem suam crucifigentes cum vitiis, et concupiscentiis, ac mortificationem Jesu semper in corpore suo circumferentes praeclaram de seipsis, de mundo, deque antiquo hoste victoriam retulerunt.

Laudes venerabilis servi Dei. §. 2. Hos inter, memoria Nostra, floruit Dei servus Joannes Josephus a Cruce, qui nobilibus parentibus Isclae natus nobilitatem generis virtutum praestantia longe superavit. Siquidem ab ipsa adolescentia suave Christi jugum portare assuetus ordinem fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupat. sub reformatione sancti Petri de Alcantara ingressus, et a Cruce nuncupatus, ut in nulla alia re magis sibi gloriandum esse ostenderet, quam in cruce Domini Nostri Jesu Christi, per quam illi mundus crucifixus erat, et ille mundo, emissa expleto anno tyrocinii solemni professione, in admirabili, ac prope singulari humilitate, et prudentia sanctum Petrum de Alcantara patrem quodamodo suum, ac sui ordinis reformatorem sibi imitandum proposuit, ejusque virtutes mirabiliter in se expressit; nam et ipse concupiscentiae carnis, concupiscentiae oculorum, et superbiae vitae renuncians ex animo ob raram modestiam, silentii rigorem, assiduam orationem, regularem disciplinam, omnium cruciatuum desiderium, ac senilem in juvenili aetate prudentiam inter suos adeo enituit, ut non secus ac sanctus Petrus, vigesimo nondum aut vix exacto aetatis suae anno ad fundandum novum sui ordinis, ac reformationis coenobium sub titulo beatae Mariae virginis *Occorrevole* in oppido civitate nuncupat. Piedemonte Aliphensis dioecesis delectus fuerit, in quo dein sacerdos ex obedientia factus non solum arctissimam sui instituti regulam induxit, verum etiam, ut magis placere Deo posset, in eo strictioris, ac quasi anachoreticae vitae recessum instituit, ubi cum caeteris ejusdem coenobii, ac recessus etiam ferventioribus alumnis tamquam lucerna super candelabrum semper praeluceret diu latere non potuit, quin ad plurima, eaque difficillima suae religionis munera fuerit vocatus, quibus ita perfunctus est, ut nihil laboris, diligentiae, industriae, ac sollicitudinis, sicut insignia ejus facta testantur, quod strenuus Dei athleta inter asperrimum ab eo amplexum vitae genus, ad sui ordinis institutum promovendum, proximi salutem procurandam, ac divinum cultum augendum non impenderit, donec senio confectus bono certamine decertato, cursu consumato, et fide servata mercedem laborum suorum, et coronam justitiae a justo judice consecuturus mortalibus relictis exuviis tertio nonas martii anni MDCCXXXIV. migravit in coelum.

Judicium s. congregationis Rituum super virtutibus venerabilis servi Dei. §. 3. Quo autem tot virtutum, ac christianae perfectionis exempla quemadmodum hominibus in diebus peregrinationis suae viventibus, sic etiam posteris prodesse possint, Nos, qui ex inscrutabili divinae bonitatis consilio Dominico gregi licet nullis Nostris suffragantibus meritis praepositi sumus, apostolicae servitutis Nostrae partes esse ducimus, tanti viri honorem, atque venerationem ad omnipotentis Dei gloriam, et Ecclesiae suae decus, ac spiritualem Christifidelium aedificationem, quantum Nobis ex alto conceditur promovere. Cum itaque mature, diligenterque discussis, et perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum

Digitized by Google

processibus de hujus sanctae Sedis apostolicae licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus Dei servum Joannem Josephum a Cruce sacerdotem professum ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupat. multipliciter claruisse, et super miraculis, quae ad ejus intercessionem, ad manifestandam hominibus ejus sanctitatem a Deo edita, et patrata fuisse dicebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum, donec ad actum solemnis illius canonizationis deveniatur, publice beatum declarari cum solitis indultis.

Beatificatio illius.

§. 4. Hinc est, quod Nos piis, enixisque fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum sub reformatione sancti Petri de Alcantara provinciae Neapolitanae, nec non civitatis Isclanae, et omnium incolarum utriusque Siciliae regni precibus inclinati, de eorumdem cardinalium consilio, auctoritate apostolica tenore praesentium facultatem concedimus, et impertimur, ut idem Dei servus Joannes Josephus a Cruce beati nomine nuncupari, ejusque corpus, et reliquias venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendas) exponi; imagines quoque radiis, et splendoribus exornari; officiumque, et missam de eo in singulis annis die felicissimi ejus obitus, vel si haec fuerit impedita, alia die ab episcopo designanda *de communi confessorum non pontificum* cum suis orationibus juxta ritum missalis, et breviarii Romani recitari libere, ac licite possit, et valeat.

Concessio officii et missae propriae.

§. 5. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo ordine fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum utriusque sexus, in civitate Neapolitana, ubi venerabile ejus corpus requiescit, et in civitate Isclana, in qua ortum habuit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea hoc anno dumtaxat, videlicet post praesentes literas emanatas, et quoad Indias a die, qua eaedem literae illuc pervenerint, incohando, in ecclesiis ordinis, et praefatarum civitatum solemnia beatificationis ejusdem servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori ab ordinariis respective constituta, postquam tamen in basilica principis apostolorum de urbe celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re diem vigesimam quartam currentis mensis maji assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu secretarii praedictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xv. maji MDCCLXXXIX., pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCXLIII.

Dat. Romae 15. maji 1789. Anno XV.

Indulgetur dignitatibus, et canonicis, ac portionariis metropolitanae ecclesiae Bracharensis, ut pileum cum aliis insigniis gestare valeant.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Laudes metropolitanae ecclesiae Bracharensis.

§. 1. Dum insignem metropolitanae ecclesiae Bracharensis, quae inter caeteras Portugalliae regni conspicua videtur, dignitatem, ac singularem fidei constantiam, et eximiae devotionis affectum, quo dilecti filii ejusdem metropolitanae ecclesiae canonici erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, adeo ut alias etiam a felicis recordationis Benedicto papa XIV. praedecessore Nostro ipsi, ac dignitates ejusdem ecclesiae Bracharensis sub certis modo, et forma usum utendi berettino obtinuerint, pensamus, dignum arbitramur illorum petionibus, quae ad ipsius ecclesiae splendorem augendum, illiusque canonicos novis honoribus honestandos pertinere dignoscuntur, congruum dare suffragium; prout in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Digitized by Google

Tenor concessionis cum suis legibus, et conditionibus.

§. 2. Nos igitur eosdem canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut omnes, et singulae dignitates praebendatae, et canonici dictae metropolitanae ecclesiae Bracharensis, nec non dignitatum, ac canonicorum hujusmodi coadjutores pro tempore legitime existentes, et deputati perpetuis futuris temporibus pileum ornatum tondo cum lemniscis viridis coloris, nec non zonam cum lemniscis, et caligas violacei coloris in quibusvis functionibus, et actibus publicis, et privatis sive in eadem civitate Bracharensi, sive extra illam, et ubique locorum gerere, ac gestare, ut portionarii, seu tertionarii tantum in dictae ecclesiae metropolitanae Bracharensis servitio residentes, eisdemque signis nigri tamen coloris uti libere, ac licite respective possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

Loco ✠ Signi

Ita est Joannes Laurenss Vannoj civis Romanus Dei, et Sedis apostolicae gratia curiae

Capitolinae, et almae urbis notarius publicus de collegio.

Confirmatio apostolica.

§. 43. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur serio praeinsertis capitulis, et praemissa monasterii cessione perpensis, cognitaque illorum utilitate, tuis votis annuere volentes, omnesque, et singulares personas quarum favore praesentes nostrae literae concernunt, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, in primis praeinserta capitula auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicae firmitatis robur adjicimus, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eisdem quomodolibet intervenerint, supplemus et sanamus.

Declarationes speciales.

§. 44. Praeterea praevia cassatione, irritatione, et annullatione cujuscumque pacti inter memoratas sanctimoniales montis Lucis Perusiae, et canonicos regulares ordinis praedicti in instrumento cessionis monasterii sanctae Mariae Fovearum extra, et prope moenia civitatis Perusinae die prima decembris MCDLXVIII. stipulato, et subinde a memorato Paulo II. praedecessore Nostro, ut praefertur, confirmato conventi, quod praesentibus Nostris literis adversetur, cujus tenorem pro expresso, et veluti de verbo ad verbum insertum haberi volumus, nec non cujuscumque causae quae ab anno usque MDCCLIX. coram auditore camerae Nostrae apostolicae generali ab iisdem monialibus desuper observatione pactorum in dicto instrumento anni MCDLXVIII. stipulatorum contra canonicos regulares praedictos mota fuit, in statu, ac terminis in quibus de praesenti reperitur a dicto tribunali A. C. ad nos avocatione, suppressione, et extinctione, ac eisdem monialibus perpetui desuper silentii impositione, circumspectioni tuae, de cujus fide, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus per easdem praesentes committimus, ac mandamus, ut toties dictum monasterium sanctae Mariae Fovearum nuncupat. extra, et prope moenia civitatis Perusinae auctoritate Nostra apostolica supprimas, ac penitus extinguas, illiusque omnem conventualitatem, atque regularitatem tollas, et deleas, prout auctoritate apostolica tenore praesentium respective supprimimus, et penitus extinguimus, tollimus, et delemus.

Concessio bonorum stabilium, et mobilium pro brephotrophio.

§. 45. Aedes vero canonicales sic extincti, et suppressi monasterii cum ecclesia, campanis, tabulis pictis, et ea suppellectili, quae tam aedibus dicti monasterii, quam ecclesiae altaribus, et sacrario stabiliter inhaerent, nec non adnexa, et adhaerentia, hortum nempe, vineam, terras, molendinum olearum cum suis instrumentis, et quidquid aliud eisdem canonicalibus aedibus connexum brephotrophio, seu hospitali sanctae Mariae della Misericordia praedicto, ut ubi novum valetudinarium tum pro febricitantibus, tum pro phtisi laborantibus, et mentecaptis aptetur, et amplificetur auctoritate praedicta perpetuo applices, unias, et incorpores, prout applicata, unita, et incorporata esse, et fore statuimus, atque decernimus. Caetera porro bona cujuscumque generis sint, et ubicumque sita ad dictum sic suppressum, et extinctum monasterium sanctae Mariae Fovearum quomodolibet spectantia, et pertinentia alteri monasterio sancti Joannis Evangelistae civitatis Urbevetanae ejusdem ordinis Canonicorum Regularium sancti Augustini congregationis Rhenanae cum onere continuo retinendi in eodem monasterio sex presbyteros, seu canonicos praedicti instituti perpetuo pariter unias, et adnectas, prout tenore praesentium perpetuo unimus, et adnectimus.

Onera adnexa et implenda.

§. 46. Ita tamen ut bona hujusmodi simul cum suis missarum, aliorumque piorum legatorum, caeterisque oneribus quibus ea gravata existunt, aut eisdem bonis inhaerentibus ad monasterium sancti Joannis evangelistae transire debeant, eaque propter dictum monasterium missarum, aliorumque legatorum piorum hujusmodi, quae alias in ecclesia sanctae Mariae Fovearum, vel ab ejus monasterio adimplebantur satisfacere teneatur. Quod si missae, aut anniversaria hujusmodi fuerint legata ab aliquo testatore, seu alias disponente ex familiis nobilibus Perusinae, cujus agnati, seu descendentes legitimi, ac naturales adhuc supersint, tunc, et eo casu legata pia hujusmodi a monasterio Urbevetano praedicto in ecclesia sanctae Mariae Fovearum juxta dispositio-

nem cardinalis pro tempore existentis dicti brephotrophii della Misericordia protectoris soluta per dictum monasterium sancti Joannis Evangelistae Urbevetanum taxa juliorum duorum pro qualibet missa lecta, et juliorum sex pro quolibet anniversario comprehensis utensilibus, adimplenda esse statuimus, atque declaramus. Tandem a dicto monasterio Urbevetano persolvendam esse annuam taxam scutorum quadraginta hospitali sanctae Mariae de Misericordiae Perusinae, quae taxa a monasterio, ut praefertur, extincto, et suppresso persolvebatur, reservato dumtaxat eidem monasterio jure de ac super praetensae excessivitate taxae reclamandi, auctoritate et tenore praedictis decernimus. Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad praemissa omnia et circa ea, quae ad optatum finem illa perducenda pertinent faciendi, gerendi et exequendi et exequi mandandi, pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire arbitraveris facultatem auctoritate; et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 47. Decernentes has praesentes literas, ac omnia, et singula in illis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, citati, et auditi, seu causae propter quas praesentes emanarunt, adductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatae non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, quemquam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas et in eis contenta quaecumque firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 48. Non obstantibus praemissis ac quatenus opus sit, quorumcumque piorum benefactorum, seu testatorum testamentis, dispositionibus, codicillis, ac ultimis voluntatibus, quas quoad praemissa sufficienter, et expresse commutamus, de jure quaesito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, seu applicationibus, illisque committendis ad partes, vocatis, quorum interest, at aliis Nostrae et cancellariae apostolicae regulis, nec non Lateranensis concilii uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, nec non fel. rec. Pauli II. memoratis literis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non confraternitatum, monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis qui-

buscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta maji millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. Romae 15. maji 1789. Anno XV.

DCCXLV.

Permutatio parochialium ecclesiarum sanctae Mariae de Spinello Burgi sancti Sepulchri, et sancti Michaelis Archangeli de Verganeto Sarsinatensis respective dioecesum, et attributio primodictae Sarsinatensi secundodictae vero parochialium ecclesiarum Burgi sancti Sepulchri respective episcopis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Praecipua pastoralis officii, quod supremi dispositione consilii gerimus cura Nos admonet, ut ea, quae in divini cultus incrementum, et animarum regimen, et salutem facilius procurandam cessura esse dignoscimus, prompto, alacrique animo exequamur, et apostolicae auctoritatis robore firmemus.

Ratio concessionis.

§. 2. Nuper quidem venerabilium fratrum Nostrorum Sarsinatensium, et Burgi sancti Sepulchri episcoporum nomine ad Nos delatum fuit infra eorum dioecesum fines duas recenseri parochiales ecclesias, utramque ad proprium episcopum nimium accessu difficiles; etenim illa, quae sanctae Mariae de Spinello denominatur in dioecesi Burgi sancti Sepulchri existens talis esse noscitur, altera vero sancti Michaelis Archangeli de Verganeto dioecesis Sarsinatensis inter montes sita ab episcopali sede valde distat. Cumque e converso quatenus illa de Verganeto Burgi sancti Sepulchri, et altera de Spinello parochiales ecclesiae Sarsinatensi respective dioecesibus attributae forent, utraque nedum proprio episcopo proprior, et commoda esset ad pastorales visitationes, atque incolarum facile ad pastorem pateret confugium. Ideo pro parte eorumdem episcoporum, qui de hac permutatione inter sese egerunt unanimi eorum consensu preces Nobis porrectae fuere, ut illam suprema auctoritate Nostra impertiri dignaremur.

Tenor decretae permutationis.

§. 3. Nos igitur, ut magis apposita sit parochialium ecclesiarum distributio in unaquaque dioecesi, et praesulum cum incolis constans, facilisque sit communio illorum, qui in partem sollicitudinis Nostrae vocati sunt, votis obsecundare cupientes, primodictam nempe sanctae Mariae de Spinello hactenus Burgi sancti Sepulchri, et secundodictam sancti Michaelis Archangeli de Verganeto parochiales ecclesias usque modo Sarsinatensis respective dioecesum cum earum circuitu, et ambitu parochiali per integros eorum limites, atque cum omnibus, et singulis aliis ecclesiis, et oratoriis, conventibus, hospitiis regularium, piisque locis, si qua infra limites ipsarum parochialium ecclesiarum modo sint, et in futurum existent: nec non ipsarum parochialium ecclesiarum rectores, ac quoscumque presbyteros, et clerum omnem, ac populum infra eosdem limites de praesenti commorantes, et commoraturos, quae, et qui Burgi sancti Sepulchri, et Sarsinatensis episcopis, eorumque ordinariae jurisdictioni subjectae, et subjecti, atque de eorum respective dioecesibus fuere ab omni eorum episcoporum jurisdictione, et ab illorum respective dioecesibus penitus, et omnino apostolica Nostra auctoritate ipsarum praesentium vigore, ad effectum tamen infrascriptae permutationis perpetuo dismembramus, sejungimus, et separamus, illisque, ut praefertur, dismembratis, enunciatas parochiales ecclesias cum earum circuitu, ambitu per integros earum limites, ac omnibus, et singulis aliis ecclesiis, oratoriis, conventibus, hospitiis regularium, piisque locis infra eosdem limites, si qua sint, et in futurum extiterint.

Consulitur respectivis episcoporum jurisdictionibus.

§. 4. Itidemque modernos, et pro tempore existentes earumdem parochialium ecclesiarum rectores, et quoscumque presbyteros, ac clerum omnem, et populum inibi nunc, et pro tempore existentem quoad videlicet illam sancti Michaelis Archangeli de Verganeto Burgi sancti Sepulchri ecclesiae, illiusque episcopo; quo vero ad aliam sanctae Mariae de Spinello parochiales ecclesias Sarsinatensi ecclesiae, illiusque respective episcopo nunc, et pro tempore existenti, ac illorum etiam respective jurisdictioni, auctoritati, et potestati, collationi quoque, et visitationi, ac correctioni; nec non quibusvis omnibus, et singulis actibus, qui episcopalis ordinis sunt, et episcopi in sua quisque dioecesi de jure, usu, consuetudine; aut alias quomodolibet agere, ac quibus uti solent, et possunt, ipsarum tenore praesentium per-

Digitized by Google

petuo respective pariter assignamus, supponimus, et plenarie concedimus. Ita quod primodicta sancti Michaelis Archangeli de Verganeto Burgi sancti Sepulchri, et secundodicta sanctae Mariae de Spinello parochiales ecclesiae Sarsinatensis respective dioecesum vigore praesentium affectae sint, et censeri debeant; illarumque respective rectoribus, presbyteris, et clero, nec non incolis, ut ipsi modernis, et pro tempore existentibus Burgi sancti Sepulchri, ac Sarsinatensis episcopis tamquam propriis eorum ordinariis in omnibus pareant, et obediant etiam praecipimus, et mandamus. E converso vero eosdem Burgi sancti Sepulchri, et Sarsinatensem episcopos enixe in Domino hortamur, ut clerum, populumque eorum regimini, spiritualique jurisdictioni, et curae a Nobis respective addictum peramanter recipiant, ac pro vobis commendatos habentes eo, quo flagrant cleri disciplinae, et animarum salutis zelo, prout cumulate in eorum dioecesibus exercere solent, illos sibi in fratres, et filios adsciscant.

Removetur omne juris remedium ac literarum executio retardetur.

§. 5. Praesentes autem literas etiam ex eo, quod quicunque in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes ad id vocati, et auditi non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis generalibus derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quae fierent, comprehendi, sed tamquam ad prosperum populorum spirituale regimen in salutem animarum editas, et emanatas, semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque ab omnibus censeri.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Ita quoque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et vicelegatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quatenus opus sit Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, de jure quaesito non tollendo, ac dismembrationibus, et unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac de praestando consensu in similibus, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; ac etiam in universalibus, et provincialibus conciliis editis generalibus, ac specialibus constitutionibus, ac etiam ecclesiarum Burgi sancti Sepulchri, et Sarsinatensis privilegiis; indultis quoque, ac literis apostolicis illis, earumque episcopis, ac capitulis, et canonicis etiam specifica, et expressa, atque individua mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, et irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, et consistorialiter in contrarium praemissorum forsan concessis, et confirmatis, ac innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia quaevis exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores, formas, et clausulas praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse auctoritatis Nostrae plenitudine harum serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides habeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae dismembrationis, sejunctionis, separationis, permutationis, assignationis, subjectionis, concessionis, praecepti, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae, millesimo

septingentesimo octuagesimo nono, idibus maji, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. Romae 15. maji 1789. Anno XV.

DCCXLVI.

Instante procuratore generali ordinis Cluniacensis confirmantur constitutiones, et statuta ejusdem ordinis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Apostolatus officium, quod inscrutabilis divinae sapentiae, atque bonitatis altitudo humilitati Nostrae meritis licet, et viribus longe imparibus, committere dignata est, salubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter satagentes, monasticos ordines, ac coetus in Ecclesia Dei pie sancteque institutos, ac prisca, celeberrimaque sanctitatis, et religiositatis laude fulgentes in salutari eorum vivendi norma regularique observantia confovere, atque conservare omni studio connitimur, ac proinde ea, quae pro felici, prosperoque illorum regimine, et gubernio provide, prudenterque facta, et ordinata esse noscuntur, ut serventur exactius, et perenni soliditate persistant, apostolici muniminis patrocinio libenter, cum a Nobis petitur, corroboramus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, religionis, piorumque institutorum incrementum, et animarum salutem in Domino expedire arbitramur.

Expositio precum porrectarum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus procurator generalis monachorum ordinis Cluniacensis nomine totius sui ordinis; quod cum omnes ordinationes, et statuta, quae pro strictiore sui instituti observantia hinc illinc sparsa erant, ut facilius ordinis hujusmodi alumni ad illorum regulam suos mores componere possent in unum fuerint collecta, ac per ordinem redacta in comitiis generalibus totius sui ordinis die XXVI. augusti MDCCLXXXVIII. tum a dilecto filio Nostro Dominico Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali de la Rochefoucaule nuncupato abbate generali ejusdem ordinis, tum etiam ab omnibus monachis inibi conventis communi plausu accepta, et probata fuere, quarum tenor est hujusmodi.

Statuta et constitutiones ordinis Cluniacensis.

PRAEFATIO

§. 3. Ea est rerum humanarum conditio, ut optima quaeque temporum decursu, sive hominum incuria, sive prava ad malum natura languescant, et deficiant, inde diversis temporibus imminutam a filiis hominum veritatem de novo inquirere, refrigescentem charitatem accendere, collapsamque restituere disciplinam saepius necesse fuit; nec hujus detrimenti expers fuit ordo monasticus, qui in paradiso ecclesiae dextera Dei plantatus suos longe lateque extendens palmites, honoris, virtutum, et honestatis fructus protulit uberes; sed illo fervore paulatim imminuto, et deficiente, Deus optimus summeque beneficus spiritus Sancti calore ignitos viros excitavit, virtute prudentiaque praeditos, disciplinae regularis sagacissimos propagatores, qui diversis saeculis ad monastici propositi fervorem pristinum revocandum, insigniter allaborarent, ac feliciter exequerentur. Tenor statutorum.

§. 4. Haec ordini nostro Cluniacensi contigisse testantur historiae monumenta, in magno primum fervore constitutus ille ordo, brevi ad omnium specimina virtutum, et ad perfectionis cumulum excrevit: erat velut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, ubi acervus erat coelestium segetum, et chorus in charitate degentium monachorum; sed matre omnium virtutum disciplina tepescente, a primis sancti Benedicti institutionibus declinavit, et a primaevo defecit statu. Non defuere tamen pietatis viri, domus Dei zelo succensi, qui otio torpentes vanis, ac saepe noxiis occupatas animas excitarent, qui diruta reparare, et ea, quae ceciderant reaedificare curarent, et exsiccatam monachorum devotionem reflorescere laeti viderent. Monumenta historica ordinis Cluniacensis.

§. 5. Ad eorum zelum corroborandum et augendum accessere auctoritas, vigilantia, et sollicitudo summorum pontificum, regum pietas, capitulorum generalium studium, abbatum Cluniacensium labor, et praesidium; inde multae Bullae pontificiae, comitiorum generalium ordinationes, et abbatum statuta, ut sancti Benedicti disciplina ad primaevum fervorem in ordine Cluniacensi tot annorum circulis tanta laude clarescentem, revocaretur. Idem ut supra.

Ratio cur nova statuta fuerunt condita.

§. 6. Cum autem in tanto ordinationum, statutorumque numero per longissimam annorum seriem a variis hominibus, pro rerum, personarum, ac temporum congruentia, in his, quae sunt virtutum adjumenta editorum reperta fuerint nonnulla, quae vel minus bene invicem cohaerentia, vel primario regulae fervori non satis proxima, vel etiam mitiora quibusdam viderentur, extitere plurimi, quos ardentium perfectionis studium eo impulit, ut renovatis quibusdam rigidioribus regulae observantiis, et exercitationibus, strictioris disciplinae jugo se se subjicerent. Hinc prodiit stricta observantia, quae suis propriis innixa legibus, et adjuta ad morum integritatem servandam, ad peregrinationis vitae praesentis terminum, patriamque coelestem per charitatem in divinae militiae studio progredi studet, ac contendit.

Idem ut supra.

§. 7. Ne vero senescant, aut memoria excidant, aut quis maneat incertus, vel dubius in sua agendi ratione, et ut mores ad regulam componere possit, ordinationes, et statuta, quae distinctis in locis sparsa leguntur per ordinem redegimus, et in unum collegimus, ut quisque ea primo intuitu, quibus tenetur, et se obstrinxit, inspicere, discere, et meditari possit, quidve vitandum, et quid agendum probe sciat.

Invocatio divini nominis.

§. 8. Nihil deerit operi nostro si Deum, et salutem animarum unice prospicientes, quae vestrae pietatis, et officii judicamus, libenter auscultetis, opere compleatis. Deum, qui vos vocavit vocatione sua sancta supplices invocate, ut vos aptet in omni bono, et faciatis ejus voluntatem corde magno, et animo volenti, ut quaecumque vovistis, reddatis pro salute vestra Domino, gloriamque magnam, et nomen aeternum accipiatis.

Statuta, de quibus admonere vos, et quorum memoriam renovare peroptamus, bipartita complectetur expositio. Prima pars tractabit de regimine generali ordinis: secunda de regimine particulari.

De regimine generali ordinis Cluniacensis.

PARS I. CAPUT I.

De abbate Cluniacensi.

De abbate, ejus electione, et munere.

§. 9. Abbas Cluniacensis eligitur, et postulatur a solo conventu Cluniacensi, qui non tantum componitur ex priore majore, et caeteris officiariis, in titulum abbatiae Cluniacensis, sed etiam ex monachis conventus, qui quidem prior major, et alii officiarii licet in alio degant monasterio, sede abbatiali vacante, juxta juris regulam convocati, ad futuram electionem faciendam jus habent. Agnoscitur abbas Cluniacensis ut caput superior generalis, et administrator perpetuus totius ordinis; illi competunt jus, et possessio jurisdictionem exercendi in toto ordine, per vicarium generalem a definitoribus in capitulo generali electum, qui titulo superioris vicarii generalis reverendissimi domini d. abbatis insignitum, eorum omnium, quae ad bonum, et utilitatem ordinis pertinent, curam gerit, et quae ordinanda sunt, ordinat.

De illius surrogatione post obitum.

§. 10. Si obierit dictus superior vicarius generalis, et alius in ejus locum a diaeta sit eligendus, ipsa diaeta ab eo visitatore, qui erit antiquior professione convocabitur, petito prius, et obtento reverendissimi domini d. abbatis mandato.

De superioribus ab abbate instituendis.

§. 11. Superiores omnes inter capitulorum intervalla instituentur a reverendissimo domino d. abbate, qui unum a superiori vicario generali, et visitatoribus, vel a diaeta ipsi praesentatum assumet: servata dd. abbati facultate approbandi, aut rejiciendi dictum praesentatum.

CAPUT II.

De capitulo generali.

De capitulo generali.

§. 12. Patres nostri attendentes salutem ibi esse ubi multa consilia, haberi voluere singulis annis totius ordinis comitia, quae tamen temporum successu saepe per plures annos intermissa fuere. Nos autem experientia edocti, quantum detrimenti patiatur regularis disciplina, vel ex diuturna generalium capitulorum intermissione, vel ex frequentiori a suis monasteriis superiorum absentia, ut utrique incommodo occurratur, statutum est juxta sacros canones, et sanctam synodum Tridentinam, nec non et capitulum generale anni 1693. de triennio in triennium generale capitulum celebrari debere in sacra abbatia Cluniacensi ordinis capite, dominica tertia post Pascha, in qua cantatur in Dei Ecclesia pro introitu missae, *Jubilate*, praesentique statuto futuris temporibus perpetuo censeatur convocatum, et a definitoribus in quolibet capitulo generali ipsa convocatio ad

Digitized by Google

sequens triennium proxime futurum actis capituli inseratur, ac publicetur.

De clausula adhibenda in capitulo ad urgentiam convocato.

§. 13. Si vero contingat propter urgentem necessitatem capitulum generale in alio monasterio celebrari; inseratur in mandato, et processu verbali haec clausula — pro hac vice, et sine praejudicio juris matricis ecclesiae Cluniacensis — Si autem contigerit ex legitima causa capitulum differri, vel anticipari, abbas in suo pro indictione capituli mandato hujusce causae mentionem faciet.

De interventione religiosorum ad capitulum.

§. 14. Omnes itaque, qui ad capitulum generale venire tenentur, ita rebus suis provideant, ut pridie illius diei, quo inchoandum est, nempe die sabbati post vesperas ad minus occurrant.

Idem ut supra.

§. 15. Quoniam ubi nimia multitudo est, ibi plerumque solet esse confusio, et difficultas veritatis habendae; idcirco ordinamus, ut tantum infrascripti ad capitulum generale venire teneantur: videlicet vicarius generalis, visitatores, priores, et procurator generalis; ad illud etiam venire poterunt conventuales, seu deputati monasteriorum, qui ad id a superioribus suis respective facultatem obtinuerint in forma inferius inscribenda. Sicut, et priores in titulum prioratuum actu conventualium, dummodo prius scriptis licentiam a superiore vicario generali obtinuerint.

De legitime impeditis.

§. 16. Qui legitime impediti venire nequiverint xonium suum mittant, superior vicarius generalis, visitatores, et procurator generalis acta ordinationum, visitationum, et negotiorum a se gestorum difinitoribus mittant immediate per epistolam. Priores vero xonium suum cum iis omnibus, quae secum deferre tenebantur, per aliquem ad capitulum venientem emittant, ut plena, et integra omnium, quae ad ipsa monasteria, et monachos pertinent, cognitio possit haberi.

De iis, qui sine causa non veniunt.

§. 17. Qui sine justa causa non venerint, aut qui se legitime non excusaverint, definitorum judicio emendentur.

De rebus notabilibus adducendis a superioribus

§. 18. Superior vicarius generalis, et visitatores ordinationum, et visitationum, omniumque rerum notabilium, quas ab ultimo capitulo generali gesserint, breve secum deferant; priores pariter scriptis exhibeant primo nomina fratrum secum in monasterio degentium sicut et fugitivorum (si qui sint) cum processibus contra eos confectis, secundo statum temporalem suorum monasteriorum, illorum redditus, et onera, tertio computa, rationes annuatim a capitulo generali ultimo factas, debita activa, et passiva; omnia haec a semetipsis, senioribusque examinata, et certificata. Afferant etiam praedictorum statuum temporalium simul, et actuum notabilium a tempore ultimi capituli generalis confectorum duplicata, unum authenticum in archivio procuratoris generalis deponendum, alterum vero per definitores visum ad relationem auditorum causarum monasterii asservandum.

Idem ut supra.

§. 19. Praeterea si qui ex ordine monachi justa quaedam, et ordinis utilitati necessaria, aut monasteria, suasve proprias personas spectantia, judicaverint capitulo generali notificanda, per aliquem ad capitulum generale venientem vel definitoribus scribendo, rem breviter, et clare cum rationibus sui dicti propria manu subscriptis, exponere poterunt; qui vero sine propria subscriptione memorialia miserint, praeterquamquod hisce memorialibus, et literis nulla adhibebitur fides, si cogniti fuerint definitorum judicio punientur.

CAPUT III.

De inchoatione capituli generalis.

De inchoatione capituli generalis.

§. 20. Sabbato ante diem dominicam, qua inchoandum est capitulum generale, post vesperas pulsabitur per spatium sesquihorae campana capituli pro significanda capitulantium adventatione. Sequenti die dominica summo mane affigatur foribus capituli modus, seu ratio, quo quisque durante capitulo se habere debeat, et ad valvas ecclesiae ordo caeremoniarum, quae in ritu missae solemnis servanda sunt, pulseturque campana capituli hora sexta matutina pro inchoatione capituli generalis.

De celebratione missae.

§. 21. Hora sesqui septima omnes conveniant in chorum, et celebretur missa a rr. d. d. abbate; ipso vero absente, vel impedito a priore majore.

De oratione latina a priore recitanda.

§. 22. Post sextam praecente, et per chorum transeunte rr. dd. abbate, sequentibus immediate sex pueris, omnes tam de capitulo, quam de conventu Cluniacensi ad capitulum accedant. Abbas sedens in sella ad hoc parata, a dextra, et a sinistra duos habens digniores ex capitulantibus, caeteris sedentibus, prior, vel unus ab ipso selectus orationem latinam habeat, quam rr. dd. abbas, si ei visum fuerit, excipiet.

Digitized by Google

De electione definitorum.

§. 23. His peractis, vocabuntur sigillatim ab uno scribarum praecedentis capituli, aut ipsis absentibus, ab uno definitorum ultimi capituli generalis, definitores, qui in cameram definitorii se se recipient, praesentis capituli definitores canonice electuri. Antequam autem hujus electionis tractatum ineant, polliceantur se bona fide sine personarum acceptione electuros definitores viros probos, Deum timentes, zelum communis utilitatis habentes.

De suffragiis faciendis, et lectione sermonis s. Basilii magni.

§. 24. Interim dum novorum definitorum fit electio, breve defunctorum in capitulo legatur, et suffragia consueta a praesidente fiant, et si forte tempus supersit, legatur unus, aut alter sermo sancti Basilii Magni de monachorum institutionibus donec definitores de camera definitorii revertantur novos definitores publicaturi.

De precibus recitandis in quolibet monasterio.

§. 25. Quoniam autem omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum, statuimus ad implorandam divinam clementiam, quatenus mentes patrum generale capitulum celebrantium secundum beneplacitum suum dirigere dignetur, ut tempore capituli generalis singulis diebus in abbatia Cluniacensi, et per octo dies in aliis monasterii ordinis a prima die qua incboatur capitulum generale, preces post matutinas laudes fiant, prout, in fine psalteriorum notantur.

De ordine in sedendo servando.

§. 26. In omni loco, ubi congregrati fuerint, durante capitulo generali, hunc ordinem teneant, post rr. dd. abbatem Cluniacensem, abbates, prior major, superior vicarius generalis, deinde visitatores, prior claustralis abbatiae Cluniacensis, priores B. M. de Charitate, sancti Martini in Campis, sanctorum Petri, et Pauli de Silviniaco, et sanctorum Petri, et Pauli de Celsiniis, et alii priores secundum suae professionis ordinem; post hos omnes procurator generalis et conventus Cluniacensis.

De vetito egressu a monasterio durante capitulo.

§. 27. Nullus ex iis, qui ad capitulum generale venerint, e monasterio Cluniacensi, durante capitulo, sine licentia praesidentis e claustro egrediatur.

CAPUT IV.

De electione definitorum.

De forma servanda in electione definitorum.

§. 28. Cum definitores se se in cameram definitorii receperint rr. dd. abbate praesidente, primum divinum auxilium invocent, proptereaque rr. dd. abbas, vel eo absente, primus definitorum, flexis genibus dicat *Veni sancte Spiritus etc. ℣. Emitte etc. Mitte nobis etc. Dominus vobiscum etc. Deus qui corda fidelium etc. Actiones etc.* quem orandi modum servabunt quoticscumque in cameram definitorii de negotiis ordinis tractabunt. Tunc dicti definitores, tres monachos in scrutatores, et duos in janitores nominabunt, et septem postea novos eligent definitores hoc modo: quilibet definitor praecedentis capituli scribat in charta: *eligo in definitores* capituli generalis Cluniacensis reverendos dominos NN. Isti porro definitores eligantur de munere vicarii generalis, et priorum tam titularium conventum habentium, quam claustralium. R. dominus abbas semper praeerit, vocemque activam habebit. Scrutatores schedulas complicatas in pixide recipiant, et palam eos numerent, ut videant utrum tot sint schedulae, quot electores; legant has coram definitoribus; notent quot quisque suffragia habuerit, et electi censeantur isti, qui unum saltem super medietatem habuerint, posteaque alta voce a scrutatoribus pronuntietur dicendo: *Canonice electi sunt in definitores capituli generalis ordinis Cluniacensis NN.* et a scriba in charta notentur.

Quod si non omnes primo scrutinio fuerint electi, scrutatores eos, qui suffragia supra medietatem habuerint, tamquam canonice electos scribant, eosdemque scriba notent in charta, alios vero, qui aliquot vota habuerint, scrutatores nominent, ac de ipsis interim habeatur scrutinium non per schedulas, sed per calculos secretos.

Quod si nec secunda vice ipsi fuerint electi, ita ut eligendorum numerus nondum completus sit, iterum fiat scrutinium, semper deinceps excludendo eum, qui pauciora habuerit vota, ut ad electionis consumationem facilius pervenire possit, quapropter tunc declarandus erit a scrutatoribus is, qui pauciores voces habuerit.

Quod si tandem duo fuerint pares in votis, adhuc semel fiat scrutinium; et si etiam in hoc ultimo scrutinio fuerint pares in votis, qui antiquior est in ordine Cluniacensi electus censeatur.

Si aliquem ex definitoribus capituli praecedentis, ad quos spectat definitorum electio, abesse contigerit, reliqui qui praesentes fue-

rint nihilominus ad electionem procedere non omittant, dummodo sint ad minus tres. Si vero pauciores quam tres fuerint praesentes, superior vicarius generalis visitatores simul et priores cum superextitibus definitoribus per viam scrutinii definitores eligant.

De non eligendis. §. 29. Definitores capituli praecedentis in proxime sequenti capitulo, definitores eligi non poterunt.

De registratione electionum. §. 30. Peractis definitorum electionibus, scriba in charta notabit definitores, et in capitulo electionem eorum coram omnibus publice leget.

De potestate definitorum. §. 31. Definitores sic canonice electi totum ordinem auctoritate apostolica repraesentant, habentque potestatem tum ordinandi quidquid ad bonum ordinis spectat, tum definiendi, et statuendi secundum beati Benedicti regulam, et ordinis statuta, quidquid pro animarum salute, ordinis conservatione, excessuum correctione, atque domorum indemnitate, utile ac necessarium judicaverint.

CAPUT V.

De rebus in definitorii camera peragendis.

De rebus in definitorii camera peragendis. §. 32. Definitores electi suum eligant scribam de numero ipsorum definitorum, duos postea auditores causarum ex patribus qui non sint definitores viros discretos, et in rebus agendis peritos, qui causas, et temporalia tractent negotia; duos pariter auditores excusationum, qui absentium xonia examinent. Eligant etiam ex prioribus duos visitatores ad visitandam abbatiam Cluniacensem, et praesidem claustri; nominent denique duos janitores. Horum omnium officialium nomina ad valvas capituli affigantur.

Idem ut supra. §. 33. Consumatis praedictis electionibus, res, et negotia ordinis examinentur, et quod ex votorum pluralitate sancitum erit, in definitoribus capituli generalis inscribatur ipsius auctoritate executioni mandandum.

Idem ut supra. §. 34. Priusquam res ullae in definitorio tractentur, superior vicarius generalis, visitatores, procurator generalis, et omnes priores qui commissiones, vel institutiones pro administratione monasteriorum habent, in cameram definitorii veniant, et commissiones, aut institutiones definitoribus consignent.

Idem ut supra. §. 35. Et ut perfecta, et integra monasteriorum, monachorum, et omnium ordinis negotiorum habeatur notitia, audiantur in camera definitorii vicarius generalis, et visitatores, qui ea, quae ab ultimo capitulo generali gesserint, referant, quae de statu spirituali, et temporali monasteriorum noverint; maxime quae emendatione indigent, tam quoad superiores, quam quoad inferiores sincere exponant, acta visitationum, et ordinationum suarum cum brevi supradictorum memoriali, sua manu scripta tractent: insuper scriba capituli notet in charta quidquid notabile in sua relatione dixerint, a definitoribus examinandum (quod in aliorum relationibus erit observandum). Dum autem superior vicarius generalis, aut visitatores de statu monasteriorum referant, si de monasterio, cui praeest aliquis ex definitoribus, agitur, ille de cujus monasterio tractatur, ex definitorii camera recedat.

§. 36. Post superiorem vicarium generalem et visitatores, audiatur procurator generalis omnium negotiorum ad curam ipsius spectantium rationem redditurus, sequantur monasteriorum deputati, si qui venerint, qui, probatis per literas testimoniales suis deputationibus, audiantur super iis, quae habuerint in mandatis, tradantque definitoribus breve suarum petitionum propria manu subsignatum cum memorialibus originalibus eorum, quae ipsis a conventibus suis mandata fuerint, alioquin nulla eis adhibeatur fides, et nisi suas deputationes debite probaverint, rejiciantur, et judicio definitorum emendentur. Idem ut supra.

§. 37. His auditis legantur a scriba capituli epistolae ad definitores directae, et quae venerint notanda ab ipso scriba notentur, maturius postmodum examinanda. Idem ut supra.

§. 38. Vocentur tandem priores status spiritualis, et temporalis monasteriorum rationem redditori. Insuper catalogum suorum monasteriorum secundum ordinem, quem in monasterio tenent, definitoribus tradant, quosve ad sacros ordines promovendos, vel ad aliqua munia ecclesiastica obeunda approbandos, vel ad studia mittendos judicaverint, indicent. Idem ut supra.

§. 39. Ut autem omnes, qui in camera definitorii audiendi sunt, sint parati, et ordine debito accedant, duae fiant a scriba capituli schedulae nomina monasteriorum continentes, quarum una foribus definitorii appendatur, altera vero sit penes definitores. Idem ut supra.

Post hoc audiantur causarum auditores de causis, et negotiis temporalibus, et auditores

excusationum de absentium excusationibus relaturi, postea visitatores abbatiae Cluniacensis in praesenti capitulo deputati.

Idem ut supra. §. 40. His omnibus relatis, et peractis, de iis tractent inter se definitores coram Deo, sine personarum acceptione secundum regulam sancti Benedicti, et ordinis statuta, corrigant delinquentium excessus, statuant quae fuerint regulariter statuenda, et omnia, quae fuerint per ipsos definita, inviolabiliter observentur ab omnibus fratribus ordinis.

Idem ut supra. §. 41. Insuper designent definitores monasteria pro novitiis instituendis, nec liceat alibi quam in dictis monasteriis a capitulo generali designatis probationem novitiorum fieri. Duo eligantur visitatores ad omnia ordinis monasteria perlustranda, viri sint discreti, Deum timentes, ac zelum religionis habentes, quorum visitatorum officia, ac functiones infra describuntur; eligant superiorem vicarium generalem rr. dd. abbatis, et istorum electio fiat per viam scrutinii, quique unam, aut plures supra medietatem voces habuerint, censeantur electi.

Idem ut supra. §. 42. Visitatores electi coram definitoribus promittant, quod prout eis possibile fuerit visitationis officium exercebunt secundum Deum, et beati Benedicti regulam.

Idem ut supra. §. 43. Tractent inter se definitores de prioribus claustralibus eligendis via scrutinii: deinde eligant procuratorem generalem virum discretum, et in rebus agendis peritum ad prosequendum, agendum, et defendendum omnia, et singula negotia urgentia pro bono, et utilitate ordinis ubilibet locorum per se, vel per alios a se substitutos; omnibus autem superioribus, et officiariis a capitulo generali electis, institutiones tradant definitores a scriba de mandato capituli subsignandas, et sigillandas.

Idem ut supra. §. 44. Definitores poterunt aliquibus ex se ipsis in loco capituli remanentibus, si ipsis expedire videatur, suam committere potestatem per aliquod tempus, ut levis momenti negotia dijudicent.

De campana pulsanda. §. 45. Peractis omnibus negotiis, et statutis, omnia coram rr. dd. abbate, et definitoribus adunatis legenda, et a singulis subsignanda, referantur; deinde pulsetur per sesqui horam campana pro capitulo generali pulsari solita, eaque cessante, pulsetur tribus vicibus distinctis ea, quae pro convocando conventu loci pulsari consuevit ad cujus sonum omnes definitores, et caeteri tam de capitulo, quam de conventu, in capitulum conveniant, ibique praesidente rr. dd. abbate, aut, ipso absente, priore majori, omnibus suis in locis residentibus, praesentibus notario apostolico, et testibus acta capituli generalis a scriba publicentur.

CAPUT VI.

De officio scribae capituli generalis.

§. 46. Scribat capituli secretarius; annum, et diem celebrationis capituli generalis sub hac forma: anno Domini N. dominica tertia post pascha, qua cantatur in sancta Dei Ecclesia pro introitu missae *Jubilate*, die vero N. celebratum est capitulum generale ordinis Cluniacensis indictum secundum morem a praecedenti capitulo generali, (vel si fiat indictio jussu regis, de hoc habeatur mentio) in quo factae fuerunt definitiones sequentes in camera definitorii abbatiae Cluniacensis, et fuerunt definitores hi, qui sequuntur, auctoritate apostolica electi, et deputati, praesidente N. videlicet R. D. N., R. D. N. et scribat nomina auditorum causarum, et excusationum, visitatorum abbatiae Cluniacensis juxta ordinem eorumdem dignitatis, aut professionis, et praesidis claustri. De scriba, ejusque officio.

§. 47. Ad ipsius scribae capituli officium pertinet, officiarios capituli generalis publicare, epistolas capitulo generali directas, et memorialia coram definitoribus legere, et si quae fuerint in iis alicujus momenti, sicut et in relationibus vicarii generalis, visitatorum, priorum, et aliorum, in charta notare, ut a definitoribus examinentur ad eumdem scribam pertinet, definitiones, et statuta a definitoribus condita, et omnia capituli acta scribere, literas nomine capituli generalis pariter scribere, et quidquid fuerit ab auditoribus causarum, et excusationum in definitorio relatum, et definitorum judicio terminatum, vel ordinatum, chirographo suo muniat, atque ubi necessum fuerit, sigillum ordinis apponat, institutiones, et commissiones in capitulo generali datas expediat, atque chirographo, et sigillo muniat; peragat etiam literas obedientiales pro mutatione monachorum, et cuilibet superiori monachorum suorum catalogum tradat. Idem ut supra.

§. 48. Tandem ad scribam pertinet capituli generalis acta coram definitoribus, et omni- Idem ut supra.

Digitized by Google

bus patribus, praesente notario apostolico cum testibus publicare, sicut et authentica capituli generalis, visitationum, et omnium actorum notabilium, et monasteriis juxta statuta ordinis allatorum; authentica pariter status temporalibus monasteriorum ab auditoribus causarum visa, et examinata, in archivio abbatiae Cluniacensis deponere.

Idem ut supra. §. 49. Definitores pro monasteriis factas visitatoribus, et prioribus tradat ante decessum horum ex abbatia Cluniacensi, aut provideat, ut quamprimum ad hos mittantur, ne quis de ignorantia se excusare possit.

CAPUT VII.

De auditoribus causarum.

De auditoribus causarum. §. 50. Omnes causae, et lites, seu negotia quaevis temporalia, et controversiae inter personas, et monasteria ordinis subortae ad auditores causarum deferantur examinandae; qui processus omnes necessarios faciant, coram se vocent, aut citent, quos vocandos, aut citandos judicaverint, omniaque praestent ad plenam, et integram cognitionem causarum, et negotiorum ad se deductorum habendam necessaria.

De sententia definitorum exquirenda. §. 51. Habita autem de omnibus sufficienti instructione, quid censuerint scriptis redigant, ut omnia negotia a definitoribus sententia definitiva terminanda referant, nisi ob aliquam justam, et necessariam rationem, aut pleniorem informationem, ipsi definitores sententiam definitivam duxerint differendam, et tunc visitatoribus, aut aliis idoneis causas illas committant definitores, ut eas citius judicent, et terminent: cum autem definitores causam aliquam definierint, ipsi auditores causarum in suo registro sententiam scribant, propria manu subscribant; et hanc scriba capituli, sicut et expeditiones alias sigillo muniat. Si quae fuerint causae criminales a vicario generali, visitatoribus et prioribus tempore medio inter capitula generalia judicatae, nihilominus sententiae, et causarum motiva coram definitoribus referantur, ab eis, dictante aequitate, confirmandae, aut emendandae.

De contractibus, et transactionibus. §. 52. Ad eosdem causarum auditores referantur omnes transactiones, contractus, et actus notabiles a monasteriis facti, et initi a tempore capituli ultimo praeteriti, ut hos examinent, utrum in bonum, et utilitatem monasteriorum ordinis in forma debita, et cum solemnitatibus requisitis sint celebrati; de iisque omnibus coram definitoribus referant, ut vel confirmentur, vel emendentur, vel rejiciantur, prout justum, et aequum fuerit, quorum definitiones pariter in registro scribant causarum auditores, eisque secretarius capituli subscribat.

§. 53. Si qui priores, vel monasteria quaelibet, alienationes, permutationes, aut alia majoris momenti negotia temporalia duxerint facienda, e capitulo generali licentiam petant, dato definitoribus supplici libello; sed auditores causarum totum negotium ad se a definitoribus remissum examinent, et coram eisdem definitoribus referant, ut quod justum, et utile fuerit, determinent, eorumque definitio in auditorum causarum registro inseratur. De licentia capituli generalis obtinenda in gravibus negotiis agendis.

§. 54. Ad officium tandem auditorum causarum pertinet, procuratoris generalis computa audire, status temporales, monasteriorum redditus, onera, debita, et expensas examinare; et si quae monasteria debitis gravari cognoverint, quibus creditoribus obligata fuit, qua ratione debita solvi possint inquirant, et de praedictis omnibus ad definitores referant. De computis excipiendis a procuratore generali.

§. 55. Omnia acta auditorum causarum cum ipsorum registro post capitulum in abbatiae Cluniacensis archivio deponantur. De asservatione actorum in archivio.

CAPUT VIII.

De auditoribus excusationum.

§. 56. Ad auditores excusationum pertinent xenia absentium examinare, an legitimam, justam, sufficienterque probatam habeant suae absentiae causam. De auditoribus excusationum.

§. 57. Auditores excusationum debent catalogum omnium monasteriorum conficere, sicut et omnium priorum, et monachorum. De catalogo monasteriorum conficiendo.

CAPUT IX.

De conventuali ad capitulum generale deputando.

§. 58. Conventus, qui pro necessitate, vel utilitate quempiam e suis monachis ad capitulum generale mittendum duxerit, suam aperiat mentem priori, qui capitulum sui mona- De conventuali deputando.

sterii convocabit ante capituli generalis celebrationem, et inibi de motivis, et rationibus aliquem e conventu ad capitulum generale mittendi, tractabit, et si mittendum major pars censuerit, deliberatio ab omnibus subsignata, et in libro actuum capitularium inscripta, ad superiorem vicarium generalem mittatur, qui ponderata necessitate, vel utilitate, licentiam poterit concedere, vel denegare; ea vero obtenta in scriptis, via scrutinii, a conventu aliquis eligatur, quatuor ad minus, et ad summum octo diebus ante secessum suum, habita consideratione distantiae monasterii a loco capituli, nisi tamen de consensu majoris partis seniorum electio censeatur anticipanda. Nullum autem habeant conventualem vocem deliberativam in capitulo generali.

De nominibus monachorum eligibilium describendis in schedis.

§. 59. Omnium monachorum eligibilium nomina in tot schedis describat electionis praeses, quot fuerint electores, relicto spatio inter nomina singula, ut facile separari possint, ita tamen, ut schedis vocem habentium tum activam, tum passivam, non inscribatur nomen illius cui datur scheda, caeterorum omnium nomina complectens. Monachos duos in scrutatores prior assumat, ex eorum quantum fieri possit numero, qui carent voce passiva; scrutatores ab unoquoque complicatam schedulam accipiant continentem nomen illius, quem in conventualem quisque eligit; sicque schedulas in unum collectas una cum praeside numerent, ut possit cognosci an desit, vel supersit aliqua, videantque, et annotent in charta quot quisque suffragia habuerit.

De electo per majora suffragia.

§. 60. Is in cujus favorem supra medietatem vota convenerint, in conventualem electus denuntietur. Si qui pares in votorum numero fuerint, secretis calculis subjiciatur; si fuerint iterum pares professione antiquior habeatur electus.

Voce passiva carent ii,

De iis, qui voce passiva carent.

§. 61. 1. Qui nondum a professione quartum annum implevere, quique vigesimum quintum a nativitate annum non attigerunt, quique ad diaconatus dignitatem nondum fuere promoti.

2. Qui per duos menses ante capituli generalis celebrationem inter fratres non permanserint.

3. Subprior monasterii, nisi prior detineatur legitimo impedimento, et ad capitulum generale se transferre nequeat, tunc enim in conventualem eligi poterit, sicut et subprior monasterii, in quo capitulum generale celebratur.

De juramento praebendo ab electo.

§. 62. Conventualis electus jurabit se fideliter munere sibi imposito functurum; secretarius vero monasterii testimoniales electionis ejusdem sigillo conventus munitas conscribet literas, ipsi conventuali tradendas, ut definitoribus exhibeantur; et insuper actum electionis in libro capitularium actuum monasterii conficiet.

De secreto ab eo servando.

§. 63. Teneat conventualis secretissima ea, quae ipsi tradentur in scriptis, solis definitoribus ferenda, et verbo enuntianda, ac etiam ea, ex quorum relatione notabile oriretur scandalum, aut verisimiliter oriri posset.

CAPUT X.

De superiore vicario generali rr. dd. abbatis.

De electione vicarii generalis.

§. 64. Superior vicarius generalis a solis definitoribus via scrutinii eligatur; quod si tempore medio inter capitula generalia obierit, tunc visitator e duobus professione antiquior, superioris vicarii generalis officio fungatur, donec in capitulo generali, vel a diaeta alter superior vicarius generalis fuerit electus.

De titulo superioris vicario competente.

§. 65. Superior vicarius generalis in omnibus, quae exercet, actis tamquam superior vicarius generalis sic se intitulabit: ego N. superior vicarius generalis rr. dd. abbatis.

De officio vicarii generalis.

§. 66. Nullum mandatum, seu ordinationem faciat sine necessitate, et tunc agat tamquam vicarius generalis dd. abbatis. Ad illum pertinet monachos ex uno monasterio ad aliud mittere causa utilitatis, vel necessitatis, seu obedientias dare; commissarios in casu necessitatis nominare, etiam quando visitatores peragent visitationes.

Idem ut supra.

§. 67. Ejusdem est, et quidem solius literas dimissorias promovendis ad ordines dare, qui eas non concedet, nisi viso in scriptis seniorum monasterii consensu; scholares ad studia mittere, professores approbare extra tempus capituli generalis, et diaetae; si qui fuerint judicio medicorum ad balnea mittendi, eis facultatem concedere, omniaque pro bono observantiae perficere.

Digitized by Google

De subrogatione illius occurrente morte.

§. 68. Morte occurrente, vel cessione accepta alicujus prioris, providebit rr.-dd. abbas, qui a superiori vicario generali de consensu visitatorum ipsi praesentatum nominabit.

De reverentia superioribus debita.

§. 69. Sicut praeceptum est in regula ss. patris nostri Benedicti, seniores venerandos esse, et maxime decet superioritatis generalis officio functis, tamque de ordine benemeritis, aliquam praerogativam in veluti praemium rependere; ideo statuimus superiorem vicarium generalem expletis sex superioritatis annis, immunem fore ab onerosis functionibus monasterii, in quo commorabitur, insuper famulum ipsi concedendum esse; et si non fuerit assistens, locum honoris post assistentes, in quocumque loco convenerit regimen habiturum, et soli superiori vicario generali obtemperaturum. Insuper declaramus, quod in superiorem vicarium generalem possit eligi, qui functus fuerit prioris officio vel per triennium, vel sexennium, licet peracto in hac superiori dignitate sexennio, vacet ab omni alia praelatura.

CAPUT XI.

De assistentibus.

De assistentibus.

§. 70. Quoniam ubi multa consilia, ibi salus, superior vicarius generalis duos consiliarios sibi assistentes juxta antiqua ordinis statuta habeat, a definitoribus capituli generalis, vel a diaetis nominandos, quibuscum consilium habebit ad tractandum de negotiis ordinis.

De gradu tenendo ab assistentibus.

§. 71. In omnibus publicis sessionibus gradum teneant post priores, quando ipsi priores non fuerint; superiori vicario generali immediate subjiciantur, et conventus, in quo degunt, ministrent eis sanis, et infirmis quaecumque sunt pro victu, vestituque necessaria, sicut et alia ad honestam sustentationem requisita, nullam tamen vocem habeant in congregationibus supradicti conventus.

CAPUT XII.

De visitatoribus.

De visitatoribus.

§. 72. Visitatores semel intra triennium monasteria visitare tenentur ante capituli generalis celebrationem, ut certius de statu spirituali, et temporali monasteriorum ad generalem capitulum, et diaetam referre possint.

De muneribus visitatorum.

§. 73. In decursu visitationum r. d. superiorem vicarium generalem de negotiis, quae in monasteriis occurrerint, epistolis, vel quocumque alio modo, instruere non omittant.

§. 74. Visitatores conjunctim omnia perlustrare debent monasteria, nec unus quaedam debet visitare, alter alia; sed si unus obierit, vel aliquo impedimento, puta morbi vel simili casu teneatur, ita ut cum alio monasteria perlustrare non possit, tunc superior vic. generalis de consensu alterius visitatoris priorem eligant, qui visitatoris gerat officium, et ad tempus subrogetur. Poterit tamen visitator ex officio in decursu visitationum sibi priorem assumere, loco alterius legitime impediti visitatoris. — Idem ut supra.

§. 75. Superiores honorifice, et quo decet obsequio visitatores excipiant propter reverentiam apostolicae Sedi debitam, iisque tamquam a capitulo generali delegatis parere sub inobedientiae poena teneantur. — Idem ut supra.

§. 76. Antequam ad aliquod monasterium visitandum accedant visitatores, suum priori significent adventum, ubi vero ad monasterium pervenerint, convocatis superiore, et monachis adventus sui causam exponant, eosque breviter exhortentur, ut quae pro bono ordinis, et monasterii eis notificanda judicaverint, libere, et sincere indicent, tunc visitationem a sanctissimo sacramento Eucharistiae incipiant, ecclesiam, reliquias, ornamenta, vasa sacra, sacrarium visitent; ac omnia, qua decet reverentia habeantur, diligenter attendant; sigillatim, et secreto superiorem audiant, et monachos; inquirant sedulo an diu noctuque divinum reverenter agatur officium; de numero, et qualitate monachorum, de officiariorum administratione, de statutorum ordinis, et regulae observatione, nec non capituli generalis definitionibus, ac precedentium visitationum ordinationibus, de monasterii statu spirituali, et temporali inquirant; rationes, et computa ponderent, aedificia, monachorumque cellas visitent, quos invenerint negligentes arguant; inquirant etiam a superioribus, et a novitiorum, ac scholarium magistris de majori, vel minori monachorum sufficientia, ingenii sagacitate, morumque probitate, ut de iis certiores facti, quos ad professorum munus idoneos, quos ad ordines promovendos, quoeve prae aliis, ad collegium Cluniacense Parisiis mittendos judicaverint, et capitulo generali proximo, vel diaetae, aut superiori vicario generali significent. — Idem ut supra.

Digitized by Google

Idem ut supra.

§. 77. Investigabunt sedulo visitatores utrum serventur vestimentorum uniformitas, debitum in locis regularibus silentium; num extra monasterii septa frequentior sit exeundi licentia; tandem fungendo sibi visitationis officio, Deum prae oculis semper habeant.

De correctionibus a visitatoribus sine personarum acceptione faciendis.

§. 78. Facta de omnibus inquisitione, sine personarum acceptione secundum beati Benedicti regulam, et ordinis statuta, quae fuerint corrigenda corrigant, disponenda, disponant; rebelles, proprietarios, et inobedientes per regulares sententias constringant, et ad observantiam reducant; nec a locis visitationis recedant, donec quae statim emendari possunt, emendentur; omnia denique ad capitulum generale, et diaetam enuntient.

De vi constitutionum factarum a visitatoribus.

§. 79. Constituta per visitatores, vel etiam superiores in monasteriis suis vim habeant post illorum ab officiis suis amotionem, nisi a superioribus fuerint revocata; quae quidem revocari non poterunt, nisi justis de causis; ideo transgressores a visitatoribus emendentur, aut ab eisdem ad capitulum generale deferantur, ac definitorum judicio submittantur.

De accordatione servanda in expensis.

§. 80. Moderatas, ut decet, expensas faciant visitatores, superfluis parcant, omnibusque praebeant bonorum operum exemplum. In decursu visitationum, urgente necessitate, aut suadente utilitate, ab uno monasterio ad aliud monachos transferre possunt, licentiam infirmis eundi ad balnea, caeterasque hujusmodi dispensationes, prout expedierit concedere pariter poterunt; si alicui concederint monacho relaxandi animi causa extra monasterium egredi ultra consuetum tempus concedi solitum, superiori locali indulgentiam scriptis relinquant, determinando quot ipsis relaxationis dies concesserint, in hisque omnibus superiorem vicarium generalem semper moneant.

De processu verbali super statu domorum conficiendo.

§. 81. Visitatores duos conficiant processus verbales de statu domorum, tam quoad spirituale, quam quoad temporale; quorum unum ibidem dimittent visitatoribus anni sequentis exhibendum, alterum venientes ad capitulum generale afferant in archivio abbatiae Cluniacensis asservandum.

CAPUT XIII.

De procuratore generali.

De officio procuratoris generalis.

§. 82. Procuratoris generalis officium quanti sit momenti, vel ipso nomine declaratur. Ad tam grave munus eligatur vir spectatae virtutis, probatae fidei, rerum administrandarum peritus, et in tractandis negotiis non mediocriter versatus, qui per se, vel per alios negotia gerat, nihil novi suscipiat, nec causae cuiquam, aut negotio interveniat, nisi de consensu superioris vicarii generalis, capituli generalis, aut diaetae; si aliquando tamen urgens suboriatur negotium, cui statim interveniendum judicaverit, interveniat quidem, sed superiorem vicarium generalem quam primum de ipso negotio certiorem faciat, suaeque interventionis causas exponat, illius mandata excepturus, atque prius juris peritorum adhibeat consilium.

Idem ut supra.

§. 83. Ad illum pertinet curare, ut impositae singulis monasteriis, atque prioratibus taxationes sibi tempore opportuno persolvantur, easque expendat, prout sibi a superiore vicario generali, aut a capitulo generali, vel diaeta mandatum fuerit.

Idem ut supra.

§. 84. Illius est monachorum, et monasteriorum prosequi lites, sed litium expensae a monasteriis restituentur, nec licet, sub litium praetextu, prioribus vel a monasterio abesse, vel aliquem deputare monachum ad illas lites prosequendas sine superioris vicarii generalis licentia. Invigilare debet monasteriorum utilitati, jura, privilegia pro viribus suis tueri, regularis observantiae tenorem defendere, et si notitiam habeat, parum in aliquibus monasteriis curari de statutorum, ac regularum exercitio, vel ea omitti, tenetur urgere, ut excessus, et abusus corrigantur, ac in melius reformentur.

Idem ut supra.

§. 85. Ad illum pertinet curare, ut decreta, et acta capitulorum generalium, et diaetarum typis quam primum mandentur, et ad singula monasteria mittantur, et decretorum observationi invigilare. Illius est pariter obitum fratris alicujus ordinis nostri monasteriis nuntiare; pecunias ex beneficiis provenientes recipere, quorum quidem beneficiorum titulares vices suas ad ea regenda ipsi committere teneantur; eidemque injungitur, si qui renuerint, ut intimet locatoribus, et aliis beneficiorum administratoribus, ne de redditibus ipsorum alteri quam ipsimet rationem reddant; quod si aliter egerint, illos vi juris compellat; sicut et procuratores, qui taxationes impositas non solverint; isti insuper procuratores a capitulo generali, vel diaeta, superiorive vicario

Digitized by Google

generali ad alia mittantur monasteria, et ad quodlibet munus obeundum inhabiles postea declarentur.

Idem ut supra. §. 86. Accepta, et expensas scribat accurate, et eorum omnium rationem capitulo generali, diaetae, vel superiori vicario generali si postulaverit, reddere semper paratus sit.

Idem ut supra. §. 87. Attendere debet procurator generalis ut beneficiorum aedificia, cum opus fuerit, reficiatur, curetque pro directoriis divini officii mittendis, in quibus inserere non omittat defunctorum officium die prima cujusvis mensis non impedita.

Idem ut supra. §. 88. Tandem procuratoris generalis muneri adjuncta sunt ea omnia, quae juramento, quod ipse praestitit, ex capitulo generali anno 1600. excerpto continentur, quodque juramentum ad appendicem relatum est. Jus est procuratori generali substitutum eligendi, aut revocandi, verumtamen de consensu superioris vicarii generalis, qui jurisdictionem omnem exclusive a priore claustrali, tam in procuratorem generalem, quam in substitutum habebit.

CAPUT XIV.

De diaetis.

De diaetis. §. 89. Singulis annis celebrabantur in ordine Cluniacensi capitula generalia, justis autem de causis fuit postea statutum, ut tantum de triennio in triennium habeantur; ne vero tanto temporis intervallo disciplina regularis dispendium patiatur, providetur, ut tempore medio inter capitula generalia diaeta teneatur, in qua de rebus ad disciplinam regularem pertinentibus agetur.

De convocatione diaetae. §. 90. Haec porro diaeta a superiore vicario generali convocetur de consensu visitatorum, loco, et tempore competentibus; ad eam convocet idem superior vicarius generalis, juxta usum, et capitulorum decreta, cum visitatoribus priores claustrales sacrae abbatiae Cluniacensis, prioratuum beatae Mariae de Charitate, sancti Martini a Campis, sanctorum Petri, et Pauli de Sylviniaco, et si contingat aliquem ex designatis esse visitatorem, vel morbo, aut alio impedimento esse detentum, convocet priorem de Celsiniis; et casu, quo superior vicarius generalis obierit, fiat convocatio ab antiquiore visitatore de consensu alterius visitatoris, petito prius, et obtento rr. dd. abbatis mandato.

De iis quae sunt facienda, qua die inchoabitur diaeta. §. 91. Die qua inchoabitur diaeta, post primam cantabitur missa solemnis a r. d. superiore vicario generali, aut si fuerit impeditus a visitatore, qui erit professione antiquior. Post missam idem superior vicarius generalis, aut alter, cui id munus fuerit impositum, exhortationis sermonem habeat coram patribus diaetae conventu congregatis.

Sequitur ut supra. §. 92. Conveniant deinde patres diaetae in locum ad hoc paratum, ibique praemissis precibus ante sessiones capituli generalis fieri solitis, superior vicarius generalis de quibus sit tractandum in diaeta exponat, et electo diaetae secretario, procedant in deliberationibus, ordinationibus, electionibus, caeterisque ritu, et ordine in capitulis generalibus observari solitis.

De dimissionibus acceptandis in diaetis. §. 93. In diaetis sessiones, seu spontaneae dimissiones superioris vicarii generalis, visitatorum, et priorum acceptari possunt, et in eorum, perinde sicut et in defunctorum locum praesentari reverendo domino d. abbati, quos digniores judicaverint diaetae patres, ut dominus abbas eos assumat. Superiorum institutiones intra tres menses coram omnibus legantur in capitulo monasteriorum, et in librum actuum capitularium inserantur.

De poenis decernendis in diaetis. §. 94. Si compertum fuerit, congregatis patribus, priores canonum sancita, ordinis, et observantiae statuta, in administratione suorum monasteriorum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus consulto neglexisse, contra eos suspensionis poena decerni poterit, quo in casu in eorum locum subrogentur alii tamquam administratores.

De foliis exarandis et de actibus gestis in diaetis. §. 95. Singula folia de iis, quae aguntur, sive in capitulis generalibus, sive in diaetis, seu in monasteriorum conventibus, chirographo annotabuntur, et quodcumque in diaetis fuerit definitum, provisorie demandabitur exequutioni usque ad capitulum generale. Diaeta monasteria designare potest, in quibus postulantium, et novitiorum fieri possunt probatio, et ad professionem admissio; monachos pariter designet magistros aetate, et moribus maturos, et quos etiam ad prioris, et subprioris munia obeunda digniores judicaverit. Indicabit ex aequo monasteria studiorum academicis cursibus destinata, monachosve juniores ad ea mittendos, sicut et magistros iis edo-

Digitized by Google

cendis capaces, et idoneos hos inter juniores, hi soli deputabuntur ad collegium Cluniacense Parisiis gradus accademicos assecuturi, qui erunt moribus, et sagacitate commendabiles.

PARS SECUNDA

De regimine particulari ordinis Cluniacensis.

CAPUT I.

De prioribus monasteriorum.

De electione priorum monasteriorum.

§. 96. 1. Priores monasteriorum via scrutinii in capitulo generali a definitoribus eligantur; et intra capitulorum intervalla a r. d. abbate instituantur, qui unum a r. d. superiore vicario generali de consensu visitatorum, vel a diaeta ipsi praesentatum assumet, servata dd. abbati facultate approbandi, aut rejiciendi dictum praesentatum. Eligantur autem non prece, aut favore humano, sed doctrina, et vitae merito commendabiles; si quis vero saecularium personarum gratia, et favore ad aliquem superioritatis gradum pervenire intendat, repellatur, et judicio definitorum poenae regulari subjaceat.

De requisitis necessariis in eligendis.

§. 97. 2. Qui priores instituuntur sint presbyteri in regulari observantia exercitati, qui in ordine laudabiliter vixerint, testimonium de idoneitate sua bonum habentes; quod ut facilius dignosci possit, nullus in priorem eligatur, qui non fuerit subprior, aut novitiorum magister, vel theologiam, aut philosophiam per multos annos praelegerit, vel palmam doctoratus adeptus fuerit.

De numere priorum.

§. 98. 3. Priores Christi vices in monasteriis agere creduntur, curent igitur magis prodesse, quam praeesse, et plus amari, quam timeri; sicut cuncti in monasteriis debent eis obedire juxta regulam, et constitutiones, ita tenentur juxta regulam, et constitutiones omnia disponere; pecunias nec in accepta, nec in expensas referant, sed rerum temporalium administrationi ita vigilent, ut officiarii sine debita subordinatione nihil agant.

De adventu priorum ad monasteria ejusdem destinata.

§. 99. 4. Cum ad monasteria sibi destinata pervenerint priores, institutiones suas, in conventu capitulariter congregato, scribae capituli tradant legendas, qui in actorum capitalarium codice inscribet, et subsignabit.

De jurisdictione priorum.

§. 100. 5. Jurisdictionem in omnes monasteriorum suorum personas habeant priores, visitatoribus autem in actu visitationum suarum, et domno superiori vicario generali omni tempore subordinentur, et licentiis, seu dispensationibus, quae a visitatoribus, et superiore vicario generali monachis conceduntur, fidem habeant, dummodo subsignatae sint ejusmodi dispensationes.

De locationibus bonorum a prioribus faciendis.

§. 101. 6. Omnes bonorum ad mensam conventualem pertinentium locationes in conventu proponant priores, et nonnisi de majoris partis consensu fiant, sic et mutationes dare, vel accipere non praesumant, nec nova construenda suscipiant aedificia, nec constructa destruant, aut interrupta resumant, nec pecuniam mutuo accipiant absque pariter consensu conventus in libro capitularium inscribendo, obtenta prius in scripto superioris vicarii generalis licentia, et praeadhibitis, aliis formis in pari casu necessariis. Qui aliter se gesserint subjaceant poenis in constitutionibus designatis.

De distributione officiorum a prioribus facienda.

§. 102. 7. Priores convocatis in capitulum fratribus, omnes, et singulos aliquam administrationem, aut officium habentes in eodem monasterio absolutos declarabunt, deinde subpriorem bonum habentem testimonium, et legitime approbatum a capitulo generali, vel diaeta, vel etiam a superiore vicario generali nominabunt, nisi continuandum esse praecedentem censuerint; magistrum novitiorum, si opus fuerit, instituant, caeteros vero officiarios, aut ad pristina restituant officia, aut alios de consensu, et consilio majoris partis seniorum eligant. Procuratoribus subprioris officium, vel subprioribus procuratoris munus committere non liceat.

De duratione officii prioris.

§. 103. 8. Per sex annos continuari possunt priores, transactoque sexennio vacent, etiamsi quatuor mensium intervallo post capitulum generale electi fuerint, et nonnisi post duos annos completos superioritatis gradum aliquem ejusdem generis assequi possint, eligantur tamen, si visum fuerit consentaneum, subpriores, magistri novitiorum, et habiles sint ad alia inferioris gradus munia in quovis monasterio.

De transitu ad majores gradus.

§. 104. 9. Juxta literas patentes anni 1779. die 4 januarii, formulis expletis, ad gradum superioris vicarii generalis pervenire possunt priores, transacto sexennio: quae quidem li-

Digitized by Google

terae patentes in capitulo generali anni 1781. visae fuerunt, simul et approbatae, quaeque ad appendicem subscriptae sunt.

De officio subprioris. §. 105. 10. Cum subprior sit secundus a priore in monasterii regimine, absente, vel defuncto priore, vel a morbo sic detento, ut communibus exercitiis interesse non possit, regimen, et curam monasterii suscipiat, in omnibusque se prudenter gerat.

De xonio mittendo a priore ad capitulum. §. 106. 11. Quod si prior ad capitulum accedere nequeat, xonium mittat, ut ad appendicem refertur.

CAPUT II.

De adhibendis ad consilium fratribus.

De fratribus adhibendis ad consilium. §. 107. 1. Quoties praecipua agenda sunt, superior senioribus suis ea prius proponat quam conventui, et de consilio, et assensu saltem majoris partis eorum, rem ad totum deferat conventum rursus examinandam. Fratres vero a coetu sine rationabili causa abesse non praesumant, et quid sibi utilius, ac melius videbitur, modeste aperiant. Major supra mediam pars in omnibus praevaleat, si vota fuerint aequalia, praevaleat pars, quam superior tenebit, ac in ejus absentia subprior, non vero post eum alius: conclusioni autem subscribant omnes etiam illi, qui aliter forte censuerint; alioquin voce activa, et passiva per sex menses priventur.

De iis, qui conventum repraesentant. §. 108. 2. Conventus nomine professi intelliguntur monachi choro addicti, qui de eodem sunt monasterio, non vero conversi, nec fratres nostri hospites.

De proponendis in capitulo. §. 109. 3. Inter praecipua capitulo proponenda, declaramus esse receptionem novitiorum ad professionem; locationes dominiorum, bonorum conventus, et officiorum, quae nonnisi de consilio, et assensu majoris partis fieri debent, sic et commissiones procuratorias pro gerendis beneficiis, et negotiis ad conventum pertinentibus.

De alienationibus non faciendis. §. 110. 4. Quia vero ex bonorum alienatione grave damnum plerumque patiuntur monasteria, statuimus, quod priores, vel conventus nullas alienationes, vel obligationes de rebus immobilibus, vel etiam de mobilibus pretiosis faciant, vendendo, permutando, vel alio quovis modo, nisi in casibus per sacros canones permissis, et adhibitis solemnitatibus, jurisque formis observari solitis; advertendo, quod hujusmodi alienationes, obligationes, aut mutationes legales non fuerint, nisi iis peragendis prius petita fuerit, et obtenta licentia a capitulo generali, vel a diaeta, vel a domno superiore vicario generali, extra capitulum, et diaetam: quo in casu transmittentur acta authentica a secretario monasterii subscripta, quae negotii qualitatem, et naturam exponant. Nulla porro fiat immutatio, aut alienatio sub quolibet praetextu, nisi pretium ejus in alia itidem bona convertatur, et formae juris requisitae observatae sint.

De ordine servando in dandis suffragiis. §. 111. 5. In dandis suffragiis subprior primum teneat locum, caeteri vero secundum professionis suae ordinem in eadem parte suam aperiant sententiam, tum qui primum alterius partis locum tenet, dicat, et caeteri in eodem ordine, nec ullus extra suum ordinem non interrogatus quidquam audeat proferre, nec procaciter defendat sententiam, tunc enim tamquam pacis perturbator expellatur.

De electione secretarii. §. 112. 6. Ne vero memoria excidant quae capitulariter acta sunt, superior e suis monachorum prudentem de seniorum consilio in secretarium eligat cui actum suae institutionis, ubi de novo venerit ad monasterium coram conventu publicandum tradet, posteaquae in librum actuum capitularium cum ipsius, ac seniorum subscriptione consignandum. Secretarius vero plures habeat libros; in primo transcribat acta res temporales spectantia, in secundo acta capitulorum generalium, nec non diaetarum, in tertio ubi novitiatus inscribatur novitiorum ad habitum admissio, suffragia etiam, quae dantur in favorem novitii quarto, octavo, et decimo mensibus post novitiatus inchoationem, nec professionis actum. Quaecumque vero capitulari deliberatione in acta fuerint relata, cum omnibus, qui deliberationi interfuerint subscribat superior, et apponatur conventus sigillum.

De iis quorum uti consilio debeant superiores in rebus tractandis. §. 113. 7. Declaramus per seniores, quorum consilio uti debent superiores in rebus tractandis, intelligi subpriores, magistros novitiorum, et quosdam alios monachos sacerdotes, qui a superiore cum consilio subprioris eliguntur non tam per ordinem, quam secundum vitae meritum, et sapientiae doctrinam. In consilium eos advocet superior, quoties opus fuerit, pro bono, et utilitate conventus; et cum eis agat de mediis disciplinae regularis

Digitized by Google

conservandae. Illi autem seniores sint solliciti, ut divinum agatur servitium, regularisque teneatur observantia, et quae emendanda invenerint, superiori manifestent.

De poenis contra revelantes acta capituli.

§. 114. 8. Si quis fratrum, vel seniorum revelaverit ea, quae in monasterii capitulo, vel in seniorum consiliis particularibus acta, et proposita fuerint, cum inde praejudicium exoriri possit, per sex menses voce activa, et passiva privetur.

CAPUT III.

De disciplina suscipiendorum fratrum.

De magistro novitiorum.

§. 115. 1. Magistri novitiorum sint moribus, et aetate omnino maturi, et apti ad lucrandas animas, quibusque ad instructionem novitiorum scientia non desit, tum in regularibus observantiis, et caeremoniis ordinis; tum in iis, quae ad obedientiam, humilitatem, caeterasque virtutes spectant, novitios exerceant, a capitulo generali, vel a diaetis, vel a superiore vicario generali approbandi sunt.

De admittendis ad susceptionem habitu monachalis.

§. 116. 2. Diligenter invigilent superiores, ut ii tantum recipiantur, qui Dei servitio sint apti, non corpore vitiati, non illegitime nati, nec desponsati, literis sufficienter instructi sint, bonae indolis, et famae, qui habitum in alia religione non gestaverint, nisi praevia diligenti informatione causae propter quam habitum dimiserint; pariter nullus monachus cujuscumque ordinis, absque capituli generalis, vel diaetarum, vel superioris vicarii generalis licentia admittatur ad habitum monachalem, et nonnisi expleto novitiatus anno, professionem mittere possit; si qui autem postulantes sint sacerdotes, per omnia probentur, diligenter sint examinati, nec eis officii sacerdotalis exercitium impertiatur, quousque pietatis illorum superior ceperit experimentum.

Idem ut supra.

§. 117. 3. Postulantes monasterium ingressi, magistri novitiorum curae tradantur, et per aliquot dies stent in habitu saeculari, quo temporis spatio, officiis divinis intersint, ac regularibus exercitiis, in communi refectorio manducent, in dormitorio decumbant, semel in mense, et ante completorium legant, omnia tandem praestent, quae sunt novitiorum.

De receptione novitiorum.

§. 118. 4. His praemissis, praehabito majoris partis seniorum consensu, praemissoque chirurgi examine, monasticum habitum per priorem solemniter accipiat, et eo absente, per subpriorem (quod de admissione ad professionem idem intelligendum est). Statuto die post primam in capitulo praehabita brevi exhortatione post lotionem pedum induetur tunica, cingulo, atque scapulari, conventu praesente; in missa vero conventuali adhibitis caeremoniis, et precibus ritualis novitialem cucullam recipiet.

De registratione receptorum.

§. 119. 5. In libro ad hoc destinato conficiat actum scriba capituli, cujus erit geminum exemplar aequaliter subsignatum, et a duobus testibus saecularibus, primum ut deponatur in archivio publico, secundum quod remaneat in monasterio juxta edicta regia: in hoc notet novitii nomen, et cognomen, quo appellabatur in saeculo, aetatem patriam, dioecesim, nomina parentum, locum, diem, mensem, et annum, quibus habitum sumpsit, et quis ei dederit. A die, qua indutus erit novitius, novitiatus tempus computatur.

De examine capacitatis novitiorum.

§. 120. 6. Repetent novitii in conventu lectiones mensae, ut inde religiosi de horum capacitate judicare valeant, et ut ediscant, quae sunt ab ipsis, omnibusque professis agenda, et memoriae mandanda, statuimus, ut post primam, vel tertiam, diebus non feriatis, in capitulum omnibus convenientibus, de regula legatur aliquid, additis declarationibus, vel constitutionibus, idemque repetatur vulgari sermone in refectione serotina; praeterea novitii, junioresque professi singulis illis diebus regulam memoriter recitent: loco vero lectionis regulae, et constitutionum, legatur in solemnitatibus, et festivitatibus homilia in evangelium diei intra annum probationis, tribus vicibus, universo fratrum conventui proponatur novitius quarto scilicet elapso mense, octavo similiter, et tandem decimo: quarto mense, priusquam conventus capitulo proponatur, superior, et novitiorum magister cum senioribus inter se tractent de novitio, an ad religionis statum aptus sit, et si dignum censuerint, eum conventui prior proponat, et in hac propositione singulis liberum erit proferre quid de illo laude, aut vituperatione dignum animadverterint, quid etiam de ejus capacitate, et ad religionem idoneitate censuerint: qui si minus aptus judicatus fuerit, a superiore cum consensu majoris partis dimittatur; sic autem ejectus, ulterius in monasterio non permaneat.

Digitized by Google

Octavo mense idem fiat. Tandem decimo mense de majoris partis seniorum consensu proponatur universo conventui, secretis subjiciatur votis; quae quidem vota, duo superior habeat, non autem subprior in absentia prioris.

De suffragiis necessariis ad admissionem.

§. 121. 7. Ille tantum habeatur ad professionem emittendam admissus, cui duae tertiae partes suffragiorum faverint: in hac autem receptione, sicut in omnibus aliis actibus, ad quos requiritur duarum partium consensus, sexdecim ex viginti quinque, et quatuor ex septem ad validitatem dictorum actuum sufficere declaramus. Absentium vota non suscipiuntur; qui pariter duos ad minus menses de conventu non fuerit, suffragium habere non potest secretum, exceptis superiore, et magistro novitiorum.

De exclusione consanguineorum a ferendo suffragio.

§. 122. 8. Ut liberius, et salva pace omnia fiant, statuimus, ut si fuerit in conventu aliquis dicti novitii consanguineus ad tertium gradum inclusive etiam monasterii superior, tempore ejusdem discussionis e capitulo exeat; idemque sit de magistro novitiorum, ut videlicet non intersit in conventu quando de novitio tractabitur, sed dicto prius simpliciter quid sentiat, egrediatur: in danda autem voce sua secreta, sicut et caeteri fratres, capitulo intersit. Nullus ea, quae in capitulo dicta fuerint de novitio, maxime quae scandalum generare possent, ipsis nec aliis audeat revelare; si quis vero contra fecerit, prima vice tribus mensibus voce activa privetur, secunda vice sex mensibus, et si in eamdem culpam inciderit, correctionem incurrat regularem. Novitius vero a conventu sic admissus repudiari non poterit sine conventus licentia, gravibusque causis.

De professione novitiorum.

§. 123. 9. Ipsa die, qua fieri debet professio, idest anno die expletis hora competenti, congregatis omnibus in capitulum ante missam solemnem, superior sacris vestibus indutus, novitio in medio capituli genuflexo petitionem suam facienti, vestes saeculares, et regulares offerat, ut has, vel illas eligat, tunc habita brevi exhortatione de ipsius professione in ecclesiam revertatur cum conventu, et novitius inter missarum solemnia coram omnibus stabilitatem, obedientiam, et conversionem suorum morum secundum regulam sancti Benedicti, et ordinis statuta promittat; professionem vero suam in chartam propria manu descriptam pronuntiat sub hac forma.

Forma professionis

In nomine Domini Nostri
Jesu Christi Amen.

De forma professionis emittendae.

§. 124. Anno a Nativitate ejusdem N. die N. mensis N. ego frater N. urbis, vel loci N. dioecesis N. promitto stabilitatem, conversionem morum meorum, et obedientiam secundum regulam sancti patris nostri Benedicti, coram Deo, et omnibus sanctis, quorum reliquiae habentur in hoc monasterio N. urbis N. et dioecesis N. in praesentia R. D. N. prioris claustralis ejusdem monasterii sub ordine Cluniacensi, ad cujus rei fidem hanc petitionem meam manu propria scripsi, et subsignavi die, et anno quibus supra ✠ frater N. ✠.

Quod si novitius sit conversus forma professionis erit in lingua vulgari, et post haec verba, nostri Benedicti, additur in statu conversorum.

De juramento praestando a professore.

§. 125. Immediate post professionem emissam ascendit professus ad altare ad cornu evangelii, ibique tangendo sacrosancta evangelia juramentum praestat sub hac forma, quae professionem explicat, et ad illam refertur. *Vide ad calcem*.

De subscriptione schedae professionis.

§. 126. 10. Recens professus praestito hoc juramento illud super altare cum professionis schedula deferat, et utrumque suo subscribat nomine, signum crucis apponendo; et vestibus professorum prius benedictis induatur; utraque autem schedula tam professionis, quam juramenti in archivio abbatiae Cluniacensis reponatur; sed professus ante, vel post professionem suam transcribat in libro ad hoc destinato eamdem professionis suae, et juramenti formulam, et subscribat nomine suo, et cognomine; scriba vero capituli subjiciat actum hujus rei fidem facientem, ab eo, qui professionem emisit, duobus senioribus, et duobus testibus saecularibus ad hoc vocatis, posteaque ab ipso scriba subsignetur. Liber vero in eodem remaneat monasterio.

De duratione novitiatus.

§. 127. 11. Quamdiu expedire judicaverint superiores majores, post professionem maneant professi sub cura magistri novitiorum, et in exercitiis regularibus, et humaniorum literarum lectione exerceantur, omnibusque novitiorum exercitiis subjiciantur. Conversi autem non admittantur ad professionem, nisi per duos annos in novitiatu remansi fuerint, et emissa

Digitized by Google

professione, nullam vocem activam, et passivam in ulla capitulari deliberatione habeant, utpote qui ad ministerium externum, et activae vitae munia solummodo recipiantur. In quolibet monasterio recipi poterunt, praehabito consensu superioris vicarii generalis; omnium bonorum spiritualium comparticipes esse declaramus, et eorum necessitatibus, tam spiritualibus, quam temporalibus provideatur a conventu, in quo degunt. Post eorum obitum pro iis, sicut, et aliis fratribus missae celebrentur, et nomina eorum in necrologio monasteriorum inscribantur. Curent insuper superiores, ut officiis ipsis assignatis diligenter fungantur, nihilque ex horum actibus vendatur insciis procuratoribus, quibus denarii ex tali venditione provenientes tradantur.

De renovatione votorum.

§. 128. Ut spiritus fervoris excitetur, ac virtutis studium, statuimus, ut quotannis circumcisionis Domini die ante primam, praemissa exhortatione a superiore, vel alio ab ipso superiore designato, in singulis monasteriis habeatur celebris votorum renovatio, juxta formam in rituali praescriptam.

CAPUT IV.

De vitio proprietatis, seu de paupertate.

De voto paupertatis.

§. 129. 1. Vitium proprietatis, quod nequissimum appellat sanctus pater Benedictus, non solum in exterioribus est amputandum, sed omnem sollicitudinem impendere debent fratres, ut omnem affectum ad res caducas tollant de cordibus suis; quare serio perpendant, ne aliquam rem nimio affectu possideant, ita ut forte resisterent, si ab eis auferri contingeret; quod ut vitetur, caveant superiores ne alicui concedant aliquid ad usum pro vita, quia talis concessio est valde proprietati similis, sed concedant usque ad beneplacitum superioris.

De vetita pecuniae retentione.

§. 130. 2. Nulli liceat monacho pecuniam sub quovis praetextu etiam parentum suorum, aut aliorum negotiis applicandam servare, aut aliam rem sub quovis sensu accipere sine licentia superioris, sed pecuniam ad se provenientem deferat superiori suo. Nullus etiam literas absque prioris licentia praesumat accipere, et ut vitetur omnis abusus, statuimus in quolibet monasterio futuram esse arcam ad recipiendas literas idoneam, et solum priorem istius arcae clavem habiturum.

De usu pecuniae.

§. 131. 3. Pecuniae ex pensionibus provenientes a procuratore generali, vel a superiore locali recipiantur, et non impendantur nisi de consensu superiorum. Beneficiarii titulares beneficia sua non administrent per se, nec per procuratores speciales, sed ad ea regenda vices suas procuratori generali committere teneantur; qui vero beneficia possident claustralia, procurationes dare non omittant monasteriorum procuratoribus.

De rebus paupertati adversis non retinendis.

§. 132. 4. Attendant insuper fratres licitum eis non esse res pretii notabilis habere, nec inutiles, ac superfluas, pecuniamque in ludum refundere. Qui aliter se gesserint emendentur: nihil igitur habeant fratres, aut a quoquam recipiant, vel dent, nisi cum licentia superioris. Detestentur tandem fratres usum independentem paupertati adversum, magisque reformident rerum monasterii furtum, de quo si quis fuerit convictum, graviori subjiciatur vindictae.

CAPUT V.

De stabilitate.

De vetito egressu a monasteriis sine licentia superioris.

§. 133. 1. In animarum dispendium, ordinis opprobrium vergunt frequentes discursus, et regularem disciplinam destruunt; unde nullus praesumat septa monasterii egredi sine licentia superioris; per quae septa intelligimus loca omnia intra clausuram, cujus deferuntur claves post completorium ad superiorem, qui facilem non se praebeat ad licentiam exeundi extra monasterium concedendam. In diebus autem dominicis, et festis licentia exeundi nunquam dari debet, nisi aliqua intersit causa necessaria.

De licentiis a singulis superioribus concedendis.

§. 134. 2. Licentiam exeundi, seu deambulandi ultra mensem unum fratribus non impertiatur superior, et professoribus ultra sex hebdomadas, nisi permiserint r. d. superior vicarius generalis, vel visitatores in actu visitationis; si quis moram ultra terminum traxerit, vel missus ad monasterium, ut ibi demoretur, recta non perrexerit via, superior loci, ad quem missus fuerit, per aliquod tempus extra claustra exeundi facultatem ei deneget.

De licentia in scriptis reportanda Lutetiam adveniendi causa.

§. 135. 3. Nullus Lutetiam advenire praesumat, nisi obtenta in scriptis licentia r. p. superioris vicarii generalis, propriique habito consensu superioris. Nulli pariter liceat mona-

Digitized by Google

cho lites prosequi, vel alia suscipere negotia sine causa urgenti a superiore vicario generali approbanda, sicut et nullus commissiones procuratorias ad dirimendas externorum controversias suscipiat in consulto superiore; nihil enim plus amovet animos a contemplatione, et praxi virtutum, nihilque a proposito vitam agendi in solitudine tam distat.

CAPUT VI.

De ordine congregationis.

De ordine congregationis.

§. 136. 1. Ne qua possit suboriri perturbatio ratione ordinis, quem debent inter se retinere monachi, locum cuique proprium sic assignamus: primus ubique r. d. superior vicarius generalis, deinde visitatores, postea priores titulares in monasteriis conventualibus, quorum sint titulares, nisi forte prior claustralis fuerit visitator, quo casu prior claustralis praecedet titularem, etiam in monasterio titularis, nulla tamen iisdem titularibus competit jurisdictio spiritualis, sed solis prioribus claustralibus, aut in eorum absentia subprioribus, aut professione antiquioribus.

De ordine sedendi in congregationibus.

§. 137. 2. Post priores claustrales sedeant consiliarii assistentes r. d. superioris vicarii generalis, procurator generalis, subpriores, magister novitiorum in monasterio dumtaxat, in quo magistri novitiorum exercet officium, in abbatia Cluniacensi patres, qui vocantur ordinis socii praecedant novitiorum magistrum, inter se suae professionis ordinem servantes. Hos sequuntur sacerdotes, diaconi, subdiaconi, professi clerici, novitii clerici, et conversi juxta admissionis suae ordinem, suaeque professionis diem.

De antiquitate inter eadem die professionem emittentes.

§. 138. 3. Si contingat plures novitios eadem die profiteri in eodem monasterio, qui prior verba professionis pronuntiaverit, priorem locum teneat; si vero in diversis monasteriis professionem emittant, qui in abbatia Cluniacens iemiserint, alios praecedant; idem est intelligendum de iis, qui in aliquo de quatuor prioratibus, aut filialibus vota emiserint; in aliis vero monasteriis, si plures eadem die profiteantur, nunc ordinem inter se teneant, quem ipsi prioratus inter se servant: quamobrem in monasteriis habeatur matricula omnium monachorum, in qua ordo cujuscumque professi, aetas, dies, annus, et locus professionis inscribantur.

CAPUT VII.

De vestimentis fratrum.

§. 139. 1. Quoniam monachorum vestis juxta regulae documentum, non ad vanum ornatum, vel vanitatis materiam nutriendam inservire debeat, sed simplicitatem monasticam, non vero mundanam elegantiam redolere debeat, statuimus, ut omnes in vestibus exterioribus colore nigro utantur, utpote modestiae magis consentaneo; pro vestimentis autem intrinsecis alio colore uti possint. De vestimentis fratrum.

§. 140. 2. Invigilent superiores ne monachi aliis utantur indusiis praeter ea, quae ex lana sunt confecta, quaeque manicas non habeant explicatas, et globulis clausas. Novitiorum scapularia sint usque ad genua, duabus circiter lata sint palmis. Qui tandem in via diriguntur, nonnisi pallia de modesto colore sine ullo ornatu deferant. De vestimentis vetitis.

§. 141. 3. Schedula nomine suo scripta petat frater a superiore quidquid vestimentorum, vel cujuscumque alterius ipsi opus fuerit. Res cunctas superioris jussu procurator, vel cellerarius praebeant in natura, nunquam vero pro vestiario pecunia concedatur, superioresque emendentur a superiore vicario generali, vel a visitatoribus in actu visitationum, qui hunc introduxerint abusum, et si procuratores inscio superiore, in eodem inveniant casu, eos deponant. De vestimentis a superiore suppeditandis.

§. 142. 4. Sicuti fratres vestibus strictae observantiae convenientibus indui debent, ita capillorum suorum tonsuram non negligant; frequenter itaque capillos radant, conversi autem coronam non deferant. De tonsura capillorum.

CAPUT VIII.

De silentio.

§. 143. 1. Omni tempore, et loco studeant fratres nostri silentio, ex quo pendet monasticae disciplinae pars praecipua. In primis maxima cura observetur nocturnum silentium, quod a fine completorii usque ad versum *pretiosa* primae diei sequentis protrahetur. Lex silentii potissimum tenenda est in ecclesia, in choro, dormitorio, refectorio, loco communi, et capitulo, et si in iis locis loquendi necessitas urgeat, id fiat breviter, et submissa voce. De silentio.

Digitized by Google

De colloquationibus horis non prohibitis habendis.

§. 144. 2. Indulgemus fratribus nostris, ut omni tempore dominicis diebus, festis de praecepto, et omnibus feriis, quibus non viget jejunium regulare a prandio usque ad horam primam pomeridianam, et a coena usque ad completorium convenire possint colloquiis mutuis animum relaxaturi: insuper integra hebdomada ante adventum, excepta feria sexta, ita et in hebdomada septuagesimae feria tertia, quinta, et sabbatho, et in sexagesimae hebdomada omnibus feriis, excepta sexta fratribus pariter concedantur colloquia, quae superior ultra horam protendere potest. Caveant omnes ab impulsionibus, aliisque jociis gravitati monasticae minime congruentibus.

De prohibita armorum gestione.

§. 145. 3. Omnem inhibemus armorum gestionem, omnemque cum armis venationem; prohibemus pariter ne ullus ad commessationes, convivia, nuptiarum, sponsaliumque convocationes accedat, neque infantes de sacro fonte suscipiat absque consensu superiorum majorum: nemo foliis lusoriis umquam, nec quavis alea lucri gratia ludere praesumat. Qui in iis infractores deprehensi fuerint, graviter emendentur.

CAPUT. IX.

De dormitorio.

De dormitorio.

§. 146. 1. Ut fratres nostri lectioni et meditationi liberius vacare possint, dormitoria in diversas cellas dividantur, et sua unicuique assignetur cella, in qua legat, dormiet, et laboret. Cellae, quantum fieri potest, pares sint et uniformes, seris ita claudantur, ut uniuscujusque clavis ab aliis sit diversa: omnes autem cellae clave communi aperiantur; quam clavem habebit apud se superior; et si cujusquam v. gr. procuratoris, aut cellerarii cella particulari clave obseretur, similem habeat superior.

CAPUT X.

De officio divino, et hora officii.

De officio divino.

§. 147. 1. Sanctissimus pater Benedictus nullum ex monachis excipit a divino officio dicendo, ideoque quilibet monachus professus officium dicat, etiamsi non sit in sacris.

De assistentia fratrum in choro.

§. 148. 2. Fratres Nostri ad divinum opus vocati, nulla interposita mora, et omnibus posthabitis, ad chorum se conferant; alta semper et intelligibili voce psallatur, seu notis, seu in directum; pariter incipiatur versus, et terminetur, ac pausas observent prout in caeremoniali monastico praescriptum est.

De tempore recitationis officii.

§. 149. 3. Statuimus ad servandam in monasteriis uniformitatem circa divini officii horam, ut omni tempore, diebus ferialibus hora circiter secunda post mediam noctem surgatur ad vigilias, dominicis vero, ac solemnitatibus hora circiter prima post mediam noctem, et ut omnes in chorum una inchoaturi divinum officium conveniant, semiquadrante ante primum signum fratres semper evigilentur.

De convocatione fratrum ad stationem.

§. 150. 4. Media post horam quintam matutinam excitentur fratres, et sonitu campanae ad stationem convocentur, inde ad signum superioris in chorum descendant, per semihorae spatium orationi mentali vacaturi. Hora sexta quotidie signum primae detur, qua finita eatur ad capitulum pro lectione martyrologii, cui diebus privatis adjungetur lectio regulae sancti Benedicti, et constitutionum ex ordine, nec non commemoratio fratrum familiarium, et benefactorum nostrorum defunctorum. Tertia cantetur ante majorem missam, exceptis diebus jejuniorum, in quibus tertia post primam cantabitur. Post missam conventualem dicantur sexta, et nona.

De vespere, et completorio.

§. 151. 5. Ab idibus septembris usque ad pascha sesquisecunda hora pulsabitur primum signum vesperarum, et sesquisexta completorium. A pascha vero usque ad idus septembris hora tertia pulsabitur primum signum vesperarum, horaque septima completorium. In quadragesima ante prandium dicentur vespera.

De oratione mentali in cellis facienda.

§. 152. 6. Inter primum, et secundum vesperarum signum, omnes orationi mentali in cellis suis vacent. Ante completorium sedentibus omnibus in choro, aliquid ex sermonibus sancti Bernardi legat acholytus, et post completorium, in quo semper hymnus cum notis cantabitur, benedictione a superiore data, fiat processio ad sacellum beatae Mariae cantando unam de beata antiphonam, dictisque versu, et collecta pulsetur salutatio angelica; postea legatur meditatio pro die sequenti, fiat tandem aspersio aquae benedictae a superiore.

De missa conventuali, et vesperas recitando.

§. 153. 7. In omnibus monasteriis missa conventualis, et vesperae singulis diebus cum notis cantentur, ubi sufficiens erit monacho-

rum numerus. Omnibus dominicis diebus fiat benedictio aquae lustralis; et processio per claustrum. Hymnus *Te Deum laudamus* in vigiliis cantetur, quoad caeteras ecclesiae caeremonias, ritualis in singulis monasteriis consulatur.

De magistro caeremoniarum, ejusque officio.

§. 154. 8. Solliciti sint superiores, ut omni tempore ad horas canonicas, tam diurnas, quam nocturnas horis per constitutiones nostras praescriptis, convocentur fratres; quare caeremoniarum instituant magistrum, vel eum, qui sacristiae praeest, qui singulis hebdomadibus, sacerdotem hebdomadarium, diaconum, subdiaconum, acolytos, cantores, aliosve officii divini ministros, lectorem quoque mensae, ac servitores in tabula ad id in dormitorio appensa, notet; quidque novum fuerit aut legendum, aut cantandum indicare non omittat.

De poena contra eos qui tardius venerint ad officium divinum.

§. 155. 9. Qui ad horas tam diurnas, quam nocturnas tardius venerit, genuflectat in chori medio usque ad signum superioris, quo facto surgat, et locum suum petat. Qui ab officio pariter, vel a mensa, vel ab aliquo exercitio opus habet discedendi, mox rediturus est. Invigilent tandem superiores, ut quisque die, ac nocte opus suum compleat.

CAPUT XI.

De reverentia orationis.

De reverentia orationis.

§. 156. 1. Quoties in ecclesiam conveniunt patres nostri, majestatis, et sanctitatis loci meminerint; ordinatim ingrediantur, coram sanctissimo Eucharistiae sacramento usque ad terram genuflectant. Sit incessus gravis, totusque corporis habitus sit ita compositus, ut adorationem spiret, et numinis praesentiam testetur. Non ibi colloquantur, nec etiam susurrent, et sic orent, ut alter non inquietetur.

De deprecationibus faciendis coram sanctissimo Sacramento.

§. 157. 2. Curabit superior, vel sacrista, ut coram sanctissimo sacramento, quoties fuerit patenter expositum, ab alioque successive fiant deprecationes, hinc curabit, ut descriptum sit in tabula quibus horis, et diebus cucullae a fratribus deferri debeant.

De libris parandis pro lectionibus in choro.

§. 158. 3. Lecturi fratres; aut cantaturi praevideant lectiones, praeparentque libros tempore congruo, adeo ut scandalum vitetur; negligentes autem puniantur. Si quis frater in choro notabiliter fallitur, ut si, v. gr. sui excessu erroris alios errare fecerit, aut necesse fuerit emendari legendo, aut cantando, mox in medio chori genuflectat usque ad signum superioris.

CAPUT XII.

De oratorio monasterii.

De paramentis adhibendis in ecclesiis.

§. 159. 1. Sic decorentur ecclesiae, ut quidquid in eis occurrerit, pietatem excitet, et augusta sint earum ornamenta, quaecumque ad divinum cultum spectant, maxima reverentia tractentur, summoque studio conserventur.

De conservatione reliquiarum, et vasorum pretiosorum.

§. 160. 2. Sanctorum reliquiae, et vasa pretiosa in sacrario, vel loco tuto clave includantur. Invigilent superiores ne sacristae sub quocumque praetextu sacras reliquias, vasa, et ornamenta cuique commodent extra monasterium sine licentia superioris; partes reliquiarum, vel minutissimae neque nostris, neque externis dentur sine capituli generalis licentia, vel urgente necessitate absque superioris vicarii generalis mandato. Nullus pariter sine eadem licentia capsas aperiat. Qui contra fecerit, superior, vel inferior, graviter emendetur.

De lampadibus adhibendis die noctuque.

§. 161. 3. Diu noctuque lampas ardeat coram sanctissimo sacramento, et ubi sol occuberit, si patens debeat esse ecclesia, ubicumque opus erit, accendantur lucernae.

De absolutione officii.

§. 162. 4. Post completum officium, fiat brevis mora, singulis in suis locis genibus flexis remanentibus, donec a superiore signum fiat.

CAPUT XIII.

De sacerdotibus monasterii, et de ordinibus suscipiendis.

De eligendis ad suscipiendos ordines.

§. 163. 1. Superior de consilio, et assensu seniorum eligat fratres sufficienti literatura instructos, ac bonis moribus ornatos, ad ordines suscipiendos, et quoscumque cum senioribus dignos judicaverit, superiori vicario generali praesentet, et ab eo pro eis promovendis literas petat dimissorias.

De examine promovendorum.

§. 164. 2. Promovendi antequam praesententur episcopo a superiore, et senioribus examinentur; qui sacerdotio erit initiandus, ad illud digne suscipiendum exercitiis spirituali-

Digitized by Google

bus per aliquot dies se praeparet; qui vero absque superioris licentia majoribus ordinibus insignitus fuerit, maneat suspensus quoad a capitulo generali absolutus fuerit.

De exclusis ob insufficientiam.

§. 165. 3. Quos episcoporum examinatores ad ordines non admiserint ob insufficientiam, vel aliam causam, ante annum integrum elapsum non iterum praesententur, ut promoveantur; ad presbyteratus ordinem suscipiendum non praesententur fratres nisi absoluto theologiae cursu, et in muniis sacerdotalibus sint versati, unde, qui semel a superiore, et senioribus propositi minime capaces fuerint inventi, ut promoveantur ad ordines, non iterum praesententur, nisi de novo examinentur, et vere sint emendati. Si ordinatus minime fuerit repertus idoneus, suspendatur ab illius ordinis administratione, donec idoneus judicetur; et superior, qui concurrerit ad talem ordinationem, a capitulo, vel diaeta, vel superiore vicario generali graviter emendetur.

De celebratione primae missae.

§. 166. 4. Nulli liceat extra ecclesias nostrorum monasteriorum primam missam celebrare absque licentia superioris vicarii generalis, nec permittantur solemnes invitationes in praedictarum missarum celebratione. Elapsi quindecim diebus novus sacerdos per sex hebdomadas continuas fungatur munere hebdomadarii, nisi superior ob justam causam dispensaverit. Idem praestent sacerdotes novitii post emissam professionem, caeteroquin omnes sacerdotes, prioribus exceptis, per vices in hebdomada integra hoc officium exequantur, nullusque eximatur, nisi legitime impeditus de licentia superioris, exceptis procuratoribus sacrae abbatiae Cluniacensis, et sancti Martini a Campis. Qui contra fecerit, tamquam gravis culpae reus puniatur. Declaramus per missam conventualem non satisfieri nec iis pro quibus accipiuntur stipendia, nec iis in obitu fratrum nostrorum celebrari solitis.

De sacra synaxi frequentanda.

§. 167. 5. Attendant fratres sacerdotibus inferiores, tam novitii, quam conversi, ut singulis diebus dominicis, et festis de praecepto ad sacram synaxim accedant, et ad hoc pia excitentur monitione. Qui frequentius huic sacrosancto mysterio participare voluerint, cum superioris licentia faciant. Cum autem nonnisi maxima cum puritate ad sacrosanctum Eucharistiae sacramentum accedendum est, et quoniam ex confessionis frequentia major est cordis puritas, delinquendique facilitas augetur ex omissione, commonemus fratres, ut saepius confiteantur. Confessiones autem audiant prior, vel subprior, aut alii de conventu, quibus haec cura a superiore fuerit commissa; nullus autem sine speciali licentia superiorum praesumat alios eligere confessarios. Monachi per loca ordinis transeuntes, deputatis ad audiendas confessiones, non aliis confiteantur.

De casibus reservatis non absolvendis sine licentia.

§. 168. 6. Caveant confessarii ne casus superioribus reservatos absolvant sine superiorum majorum licentia, vel prioris, nisi in mortis articulo: caveant pariter ne confessiones audiant per horas refectionis, et alias incompetentes. Quibus autem concessa fuerit potestas in aliquo monasterio excipiendi confessiones non possint ea uti ad aliud monasterium translati, nisi cum expressa secundi superioris licentia, qui hanc revocare poterit. Superior autem vicarius generalis, et visitatores omnium fratrum nostrorum ubique confessiones recipere possunt, et a casibus servatis absolvere.

CAPUT XIV.

De culpis, et poenis.

De culpis, et poenis.

§. 169. 1. Quia justum est, ut quos Dei metus, et virtutis amor a malorum revocat, ipsos timor poenae coerceat, pro pace bonorum, et ad reprimendam improborum, et temerariorum audaciam, volumus, ac praecipimus ea, quae pro poenis, et culpis ordinata, et a superioribus injuncta fuerunt, a transgressoribus inviolabiliter observari: quare si transgressio secreta fuerit, secreto quoque reus taxatam poenam luere non recuset; si vero transgressio publica fuerit, publice etiam transgressor puniatur. Porro cum sanctus pater Benedictus nullas nequidem leves culpas voluerit esse impunitas, superiores quibusque delinquentibus pro culpae modo poenas imponere non negligant: ut autem in omnibus servetur proportio ad normam aequitatis, et charitatis ordinata, culpas ad quatuor genera, nempe levium, gravium, graviorum, et gravissimarum revocamus, et unicuique illarum generi ita poenas definimus, ut tamen pro ratione circumstantiarum augeri possint, et minui in eodem genere.

De culpis levibus.

§. 170. 2. Leves culpae sunt quae admittuntur, vel in parva materia, vel ex inadvertentia, nimia festinatione, fragilitate, oblivio-

ne, aut ignorantia, v. gr. Si quis audito signo divini officii tarde advenerit, aut ad alia officia regularia statim non accesserit, vel in caeremoniis aliquid deliquerit; pro iis aut similibus culpis reparandis, poenae hujusmodi imponi possunt, scilicet psalmus aliquis, vel litaniae recitandae, ipsumve caput regulae, et constitutionum coram sanctissimo sacramento, aut in cellula genibus flexis legendum, aut quid similiter.

De culpis gravibus.

§. 171. 3. Graves culpae censentur, quae speciali ratione instituto monastico, sanctae regulae, bonis moribus adversantur; ut jejunium regulare sine necessitate, et licentia superioris frangere, cum superioribus procaciter contendere, alicui fratrum opprobrium dicere, e monasterio egredi sine licentia superioris, infractio sigilli superiorum, et alia similia; pro his, et similibus, stet delinquens per aliquod tempus in ultimo ordine, silentium continuum per aliquot dies ei injungatur, aliaque praestet, vel omittat, quae peccati confusionem, et caeteris metum injiciant.

De culpis gravioribus.

§. 172. 4. Culparum graviorum nomine eas intelligimus, quae animum vel a Deo adversum, vel in malo pertinaciter obstinatum, vel plurimum arguunt, vel certe malitiam apertam indicant, ut si quis manifesta contumacia obedientiam neget superiori, vel inobedientiam suam proterve defendat; si fratrem se percussurum minatus fuerit, si contra ecclesiam, regem, superiorem, vel ordinem aliquis machinetur, et machinantem non revelet sciens; si de rebus monasterii aliquid alicujus pretii vendiderit, vel sibi appropriaverit; si literas charitati nocentes scripserit; istis, et similibus culpis, poenae injungendae sunt, v. gr. culpam in capitulo dicere, in refectorio genibus flexis reficere, veniam a conventu postulare; per aliquot dies in cella separatim ab omni fratrum consortio remanere, de loco professionis in ultimum dejici ad tempus; ad tempus pariter voce activa, et passiva privari, et alia hujusmodi, et in eodem genere pro majori, aut minori culpae gravitate subjici.

De culpis gravissimis.

§. 173. 5. Gravissimae culpae sunt, falsa atrocis criminis accusatio, vel imputatio; gravis alicujus percussio, violenta in superiorem manuum injectio; violatio castitatis opere perpetrata; desertio a congregatione; apostasia a fide et religione; haeresis, sigillorum falsificatio; et alia hujusmodi dummodo fuerint publica; nec non omnia, quae si ad tribunalia saecularia deferrentur, poenis corporalibus expiarentur. Qui igitur hujus generis crimen aliquod admiserint (quod absit) praemissis inquisitionibus, et instructo processu usque ad sententiam inclusive, praeter poenas praedictas, poterunt ad ordines, officia, et quoscumque gradus pronunciari inhabiles; voce activa, et passiva ad plures annos privari, et si pertinaces fuerint praemissa excommunicatione majori, vel minori habita ratione culpae, in detentionis domo, idest cubiculo lucido, et salubri includi; in quo quidem cubiculo habitus monasticus fratribus sic detentis tolletur, quamdiu detinebuntur. Ad hos autem mittant superiores quosdam sapientia praeditos, qui ejusmodi fratres consolentur, nec non ad poenitentiam, bonamque frugem adhortentur.

CAPUT XV.

De occupatione diurna, et studiis

De occupatione diurna.

§. 174. 1. Cum plerumque desidia institutum monasticae vitae in contemptum, et perniciem adducat, ad regulae mentem accedet superior, qui noverit monachos in religiosis occupationibus detinere. Quamobrem post divinum opus, quo nihil illis debet esse antiquius, sicut et caeteris regularibus exercitiis, invigilet, ut reliquum tempus in utilia studia, et exercitia insumatur; quare singulis diebus non feriatis post primam fiant preces pro iis, qui occupari debent; quo tempore praeterito unusquisque lectioni vacet. Invigilent igitur superiores, ut tempus omnes utiliter impendant.

De studiis colendis in collegiis.

§. 175. 2. Qui ad collegia, vel monasteria studiorum causa mittuntur, per quinquennium studio philosophiae, et theologiae vacent; et dum cursum philosophicum, et theologicum percurrunt, qualibet hebdomada in refectorio loco lectionis recitent, quae a professoribus dictata didicerunt. Singulis sabbatis, aut altera die non impedita judicio superiorum theses privatas, ad tabulam pridie subjiciendas, propugnent; sicut et in fine cujuslibet anni coram omnibus, qui interesse voluerint, theses pariter tueantur. Nullus autem ab inceptis studiis absque superioris vicarii generalis licentia amoveatur. Quod si quis

Digitized by Google

culpa sua fuerit amotus, per triennium ad ordines promovendus non mittatur.

De iis qui Parisios mittuntur. §. 176. 3. Qui inter approbatos, et designatos tum a capitulo generali, tum a diaeta, tum a superiore vicario generali seliguntur, et mittuntur Parisiis ad collegium Cluniacense, ut studiis vacent, non juxta ordinem professionis, sed juxta morum integritatem, et capacitatem selecti, in omnibus superiori suo obtemperent, sicut et conditionibus, quas studiis apponendas superiores judicaverint. Hos porro amovere, et ad alia monasteria mittere potest superior vicarius generalis, si utile ipsi videatur, nec suae agendi rationis causas referre tenetur.

De professoribus audiendis a scholaribus. §. 177. 4. Nullus scholaris sine licentia superioris vicarii generalis linguarum professores audire praesumat, nulli diebus dominicis, vel festivis ultra septa collegii sine necessitate egrediendi facultas concedatur; quoties pariter collationes philosophicas, et theologicas propugnari voluerit superior vicarius generalis coram ipso, vel alio ad id deputato, eas propugnare teneantur scholares, et si quosdam deprehenderit infractores, vel moribus pravos, aut scientiis minus aptos, ad alia statim transferat monasteria.

De examine habendo in universitatibus ad gradus obtinendos. §. 178. 5. Nullus ex scholaribus sese subjiciat examinibus in universitate, nullus ad aliquos assurgat gradus, sine licentia capituli generalis, aut diaetae, aut superioris vicarii generalis, et nisi literas exhibuerit testimoniales: nullus tam literas magisterii in artibus, tum quinquennii, et alias subsequentes reservare audeat, sed procuratori generali eas apud ipsum servandas tradat, nec ulli tandem liceat, uti talibus literis ad beneficia prosequenda sine superiorum majorum facultate.

Monitum ad superiores. §. 179. 6. Invigilet superior generalis, ut professores morum disciplinam, et regularis observantiae integritatem habeant; cum doctrina ad id minus necessaria; sanam doctrinam doceant, in probabilibus tutiorem, et magis piam amplectantur sententiam; in iis tandem, quae ad suum pertinent munus vigiles se praebeant. Invigilet pariter superior vicarius generalis, ut superiori suo subjecti sint, et obedientes, nihil contra ejus voluntatem aggrediantur, nec a petenda permissione exeundi extra septa monasterii se praesumant immunes. Nullus denique professor theses publicare praesumat, nisi prius ab aliquo ex superioribus majoribus, vel ab alio per eos deputato examinatae fuerint, et approbatae.

CAPUT XVI.

De bibliotheca

§. 180. 1. Librorum omnium curam specialem habeant monasteriorum superiores, et officium bibliothecarii alicui sollicito fratri, et docto committant. Singulis annis quaedam impendatur summa pro facultate monasteriorum in librorum emptione. Conficiatur catalogus omnium librorum, tam eorum, qui in bibliotheca, quam in cellulis continentur, atque visitatoribus in decursu visitationum exhibeatur, ut ab eis comprobetur. De bibliotheca.

§. 181. 2. Fratres nostri libros non habeant in cellis suis nisi quos dederit, aut permiserit superior, nec ullum umquam asportent e bibliotheca, inscio bibliothecario; ne vero aliqui perdantur omnes nomine monasterii, et ordinis inscribantur, externis sine licentia superioris non concedantur, qui contra fecerit emendetur; et si forte libri prohibiti reperiantur in aliqua cella, gravioris poenae reus sit monachus eorum lectioni incumbens. Qui libros accipiet de bibliotheca, nomen suum, ac libros acceptos consignet, ac designet in catalogo. De prohibita librorum retentione in cellis.

§. 182. 3. Libri prohibiti, et periculosi sub clave recludantur, quam penes se retinebit superior, vel bibliothecarius; hinc diligentius inquirant superiores si quis libros falsae doctrinae, vel professioni monasticae minus convenientes habeat. De libris prohibitis, et periculosis.

CAPUT XVII.

De hospitibus suscipiendis

§. 183. 1. Hospites cum omni charitatis officio recipiantur. Advertant superiores, ut in dispensatione ciborum et potus honorifice, sed modeste se gerant, sicut decet monachos temperantiae deditos, et ut ipsi hospites aedificentur. De receptione hospitum.

§. 184. 2. Hospes adveniens superiori enuntietur, et si quis dignitate major ut episcopus, ad nos declinaverit, omnis honor tam in ecclesia, quam refectorio ei exhibeatur, eique deferatur. De enunciatione hospitum advenientium superiori facienda.

Digitized by Google

De cura fratrum iter facientium.

§. 185. 3. Si quis frater, dum iter facit, morbo laboret, superior monasterii, ad quod primum pervenerit, ab eo monitus, curabit ut omnia, quibus indigebit solatia, in cella abunde ministrentur.

De exclusione mulierum a mensa.

§. 186. 4. Nullius sit aliquem invitare nisi solius superioris, aut de ejus licentia. Nullus pariter superior mulieres ad mensam excipiat, nisi raro admodum, et extra locorum regularium septa, strictiusque injungitur quidquid in jure dispositum est. Nullus tandem fratrum nostrorum hospitibus societur, sine licentia superioris.

De eleemosynis faciendis.

§. 187. 5. Hortamur omnes ordinis nostri superiores, ut quatenus induti viscera misericordiae, pro facultatibus monasteriorum eleemosynas hilari animo, libentique largiantur, praeter eas, quae ex usu, obligatione, et consuetudine fieri solent, attendentes quanti faciat Deus in pauperes liberalitatem, et opera misericordiae, de quibus prae caeteris in extremo judicio rationem maxime severam exacturus est: quare ad portam monasterii ponatur vir sapiens, qui pauperibus satisfiat, responsum accipere, ac reddere sciat, portam monasterii diligenter claudat, et hora competenti sero ad superiorem claves deferat.

CAPUT XVIII.

De fratribus in via directis

De fratribus in via directis.

§. 188. 1. Fratres ad alia monasteria missi utilitatis, aut necessitatis causa, judicio superiorum majorum, sine mora pareant; salvo horum recursu ad capitulum generale, si injuste se mutatos crediderint. Quod si parere renuerint, ut rebelles emendentur.

De obedientiis monachis datis non retinendis.

§. 189. 2. Superiores locales sub quovis praetextu obedientias monachis suis datis retinere non praesumant, sed eas e contra subito notificent, exequutionique eas demandandi media procurent. Superiores porro, qui monachos sic missos excipere noluerint, ab omni officio suspendantur.

De necessariis ad iter faciendum suppeditandis.

§. 190. 3. Superiores monasteriorum, e quibus mittuntur religiosi, omnia itineri necessaria rationabiliter eis ministrent, superfluum autem dent procuratori cum ad monasterium advenerint; si ita agendo legitime in aliquo monasterio sunt detenti, monasterium illud nihil pro expensis ordinariis, nisi ob infirmitatem, expetere potest. Sint autem monachi iter agentes regulariter vestiti, aliter emendentur, sicut et illi, qui secum a bibliotheca libros auferunt.

De vestiario dando monacho misso ad aliud monasterium.

§. 191. 4. Monachus ad aliud monasterium missus decenter a superiore vestiendus est, nulla vero ei pro vestiario detur pecunia, sed supplementum vestiarii, imo vestiarium integrum, si forte id ratio postulet, inter se repetant superiores.

De licentia necessaria ad beneficia assequenda.

§. 192. 5. Beneficiarii priores etiam titulares, beneficia sua, et horum dependentia sine speciali superioris vicarii generalis licentia non praesumant adire. Nulli pariter religioso etiam priori sine eadem in scriptis licentia Lutetiam adire liceat sub quocumque praetextu. Qui vero hanc obtinuerit licentiam, extra monasterium hospitari non praesumat, sicut et in locis in quibus habentur observantiae nostrae monasteria, sine expressa in scriptis superioris vicarii generalis licentia, sicut et superioris localis.

De profectu professorum cum scholasticis extra monasterium.

§. 193. 6. In monasteriis, in quibus adsunt philosophiae, vel theologiae studia, professores una cum scholasticis aliquoties exeant a prandio usque ad coenam ad arbitrium superioris; novitiis autem, seu junioribus professis non permittant novitiorum magistri extra monasteria egredi, nisi de expresso superioris consensu. Invigilent tandem superiores, ut haec omnia sedulo observentur.

De iis qui fugitivi reputantur.

§. 194. 7. Si quis monachus octo diebus a monasterio suo abfuerit sine licentia superioris, fugitivus censeatur, et ut talis puniatur.

CAPUT XIX.

De aedificiis

De aedificiis.

§. 195. 1. Ne superiores ad constructionem aedificiorum sine necessitate facile inducantur, statuimus, ne de novo quidquam aedificent, ac fabricent, quin prius ea perfecerint, quae a praedecessoribus suis, vel a se ipsis incepta fuerint, semper praehabito conventus, ac seniorum consensu.

De monasteriis aere alieno gravatis.

§. 196. 2. In monasteriis aere alieno gravatis, de novo aedificia suscipi non patiantur superiores majores; pariter si operi perficiendo pares non sint monasterii facultates, ne illud perficiatur prohibeant iidem superiores majores.

Digitized by Google

De restaurationibus magni momenti

§. 197. 3. Quoties aliquid aedificandum, aut continuandum erit magni momenti, aut sumptus, habita ratione facultatum monasterii, prior praehabito seniorum, et conventus consensu, licentiam a superiore vicario generali postulet, qua scriptis obtenta, ab architecto aedificii construendi linearis fiat designatio; qua iterum a superiore vicario generali approbata, nulli liceat quidquam immutare. Eadem est necessaria superioris vicarii generalis licentia ad aedificium alicujus momenti destruendum. Si vero modici sumptus aliquid construendum sit, illud a superiore de consilio tantum seniorum fiat.

De ecclesiis, aliisque aedificiis publicis restaurandis.

§. 198. 4. Invigilent superiores, ut procuratores sint solliciti in ecclesiis, aedificiis publicis, ac locis regularibus opportuno tempore reficiendis, consulto priore, ne per eorum negligentiam depereant; curentque diligenter ne nova construant, nec reparent quidquam alicujus momenti sine licentia requisita. Invigilent visitatores in actu visitationum, ne priores, aut procuratores contra fecerint, et ne monasteria debitis graventur, quo casu omnes emendentur. Provideant pariter visitatores, aliique superiores, ut aedificia monasteriorum sint regularia, et regulariter viventibus commoda, omnes superfluos ornatus prohibeant.

CAPUT XX.

De cibo, et potu

De cibo, et potu.

§. 199. 1. In senibus, et adolescentibus aetatis infirmitas plurimum consideretur, nec regulae servituti quoad jejunia adstringantur. Hos igitur benigne tractet superior, horumque valetudini sic indulgeat, ut senes facilius ferant aetatis ingravescentis incommoda; juvenes vero regularem disciplinam integrius, et ferventius observent, cum solidiores fuerint effecti.

Idem ut supra.

§. 200. 2. Diebus singulis apponantur in prandio unicuique fratrum jusculum, duo pulmenta cocta, et aliquot fructos, vel aliud loco fructuum, et ad coenam totidem. Excipimus feriam sextam parascevae, in qua pro prandio dabitur pulmentum unicum ex leguminibus. Tempore quadragesimae nec ova, nec caseum concedere liceat absque debitis licentiis.

De jejuniis ecclesiasticis, et regularibus.

§. 201. 3. Cum alia sint in jejuniis ecclesiasticis, alia in jejuniis regularibus hora refectionis ex praescripto regulae, ordinamus, ut in quadragesima, et diebus jejuniorum ecclesiasticorum, ad meridiem reficiant fratres, aliis vero diebus, sive sit jejunandum ex regulae praecepto, sive non, hora undecima prandeant. A sancto Pascha usque ad Pentecostem omnibus feriis sextis jejunemus, nisi eadem die occurrat festivitas, vel solemnitas. A die Pentecostes ad idus septembris feriis sextis addantur feriae quartae. Coena toto aetatis tempore fiat hora sesquiquinta; collatio vero hora sexta, et ab idibus septembris usque ad pascha fiant collationes, quo tempore incipit jejunium regulare; excipiuntur tamen solemnitates, ac festivitates. Hyemis tempore hora quinta fit coena, collatio vero sesquiquinta etiam tempore quadragesimae.

§. 202. 4. In jejuniis regularibus pro collatione serotina unum apponatur tantum pulmentum ex leguminibus cum fructibus, aut aliud loco fructuum. Jejunium regulare ex indulgentia solvimus per hebdomadam integram ante adventum, excepta feria sexta, in feriis tertia, quinta, et sabbato septuagesimae hebdomadae, et per hebdomadam sexagesimae integram, excepta feria sexta. Idem ut supra.

§. 203. 5. Volumus, ut omnes monachi in uno eodemque loco reficiantur, apposita cuilibet sua portione, et sub silentio; nullusque ante, et post refectionem communem sine licentia superioris comedat, vel bibat; audito autem refectionis signo a superiore facto simul exeant, quique tardius advenerit, genuflectat. Post prandium omnes ad capitulum pergant dicendo psalmum *Miserere*, actiones gratiarum postea recitaturi. De refectione omnium monachorum in eodem loco facienda.

§. 204. 6. Mensis fratrum in refectorio edentium lectio deesse non debet, idcirco quilibet ex fratribus choro addictis, integra hebdomada juxta suum ordinem legat, nec ullus eximatur praeter procuratores, et hos, qui a servitio mensae sunt immunes. Qui lectoris officio per hebdomadam functus fuerit, hebdomada consequenti mensis ministret. De lectione in mensis facienda.

§. 205. 7. Lector mensae die dominica, finita majori missa, veniat in medium chori, ubi genibus flexis ter dicet versum *Domine labia mea aperies;* quo dicto, et a choro ter repetito, superior dicat; *Salvum fac servum tuum etc.* ut habetur in fine psalterii, et refectorium petat pro lectione praeparanda. Finita porro lectione ad signum superioris, aut prae- De lectore mensae.

Digitized by Google

sidentis veniam in medio refectorii petat genuflexus.

De servitio mensae a singulis faciendo.

§. 206. 8. A servitio mensae nullus pariter eximatur, nisi qui hanc immunitatem a superiore habuerint. Tempore benedictionis, et gratiarum actionis minister in ultimo loco stet. Egrediens de septimana, dominica die, finitis matutinis, in medio chori genuflectat, et dicat ter versum *Benedictus es Domine Deus etc.* quo ter a choro repetito, superior dicat versum, et orationem, ut in fine psalterii. Post haec statim, qui ingreditur simili modo ter dicat *Deus in adjutorium etc.* quo ter pariter a choro repetito; superior subjungat versus, et orationem, ut in psalterio. Quod duo sint ministraturi, is, qui precedenti septimana ingressus fuerit, adhuc septimana sequenti secundus in ipso maneat servitio. Curent autem ministri, ut fratribus, et hospitibus cum modestia, et humilitate tamquam Christo serviant.

De ordine sedendi in tabula.

§. 207. 9. Sacrista lectores, et ministros in tabula per ordinem conscribat, ne forte per oblivionem contingat, ut quis eo munere non fungatur.

De ordine servando in lectionibus mensae.

§. 208. 10. In lectionibus mensae hic ordo servetur: in prandio legatur primo Scriptura sacra veteris, vel novi testamenti, succedat deinde commentarius in Scripturam sacram, vel liber historiae ecclesiasticae; legantur tandem vitae sanctorum, vel alii pii libri in vulgari. Ad coenam legatur regula in vulgari, quae lecta fuerit in capitulo, deinde aut commentarius in Scripturam sacram, aut liber historiae ecclesiasticae, et ultimo liber aliquis in vulgari, diebus singulis ad collationem, vel coenam, postremo a superioris signum fiat lectio crastinae meditationis.

CAPUT XXI.

De infirmis fratribus

De fratribus infirmis.

§. 209. 1. Nulli labori, nullique impensae parcatur, ut infirmis necessaria obsequia, tam spiritualia, quam corporalia non desint: quod praesertim attendatur in monasteriis, quae sunt extra civitatem, in quibus non aeque faciliter possunt infirmis necessaria suppeditari, tam respectu medicorum, quam aliarum rerum requisitarum. Cum igitur fratrum nostrorum aliquis infirmus fuerit, superiori infirmitatem suam notam faciat, et ejus jussu medicus statim advocetur, qui ea, quae sibi videbuntur ordinanda remedia infirmario indicet.

De monitione infirmorum ut Sacramenta suscipiant.

§. 210. 2. Moneatur infirmus, ut sacramentis sanitati provideat spirituali, praesertim si diuturna fuerit aegritudo, ut quo magis vires corporis languor extenuat, eo plus ad virtutum exercitia ex sacramentorum usu reddatur fortior.

De cura infirmorum.

§. 211. 3. Cura infirmorum committatur fratri Deum timenti, ac sapienti, qui omnia cum charitate, patientia, et humilitate praestet eis obsequia. Quoties necesse erit, superiorique videbitur, medicum pro infirmis advocet, et nonnisi de medici consilio quidquam sumat infirmus, et in omnibus infirmario obsequatur.

De usu balneorum.

§. 212. 4. Infirmis usus balneorum, quae sunt in monasteriis, quoties expedit, offeratur; ad balnea vero, quae sunt extra monasteria, propter periculum animarum, nemo accedere praesumat, sine speciali licentia capituli generalis, vel diaetae, vel superioris vicarii generalis, modo non sit periculum in mora: licentia porro obtenta, fratri infirmo a monasterio suo omnia provideantur. Eamdem licentiam concedere possunt visitatores in actu visitationum, et tunc superiori vicario generali renuntiare non omittant.

De dispensatione infirmorum a jejunio.

§. 213. 5. Superior a jejunio, lanei indusii usu, et officio canonico dispensare potest, in die qua decuberit frater, a die quo ultima receperit sacramenta, quotidie dicatur in missa conventuali oratio pro infirmo usque dum convaluerit.

De septuagenariis, et infirmis habitualibus.

§. 214. 6. Monachos, qui septuagesimum aetatis annum attigerint, aut infirmitatem contraxerint habitualem ob onerosis functionibus immunes declaramus, ipsisque cubiculum cum foco, et famulus infirmitatibus horum sublevandis idoneus assignentur.

De expensis faciendis pro infirmis in itinere.

§. 215. 7. Si quis frater ab uno monasterio jussu superiorum missus fuerit ad aliud ibi remansurus, et iter agendo in morbum inciderit, expensas pro dicta infirmitate factas solvet monasterium, e quo fuerit egressus.

CAPUT XXII.

De procuratore, cellerario et sacrista

De procuratore, et ejus munere.

§. 316. 1. A superiore de consilio seniorum eligatur procurator, qui sit moribus gravis,

Digitized by Google

probus, et sacerdotio insignitus. Sub moderamine superioris res temporales monasterii ita administret, ut nihil alicujus momenti sine ejus licentia, nec non seniorum consilio moliatur. Omnes redditus tam in singulis frugibus, quam in pecuniis, et alia quaecumque sive ordinaria, sive extraordinaria recipiat. Provideat, ut necessaria, et requisita non desint in monasterio, satagat, ut congruo tempore, et per leges assignato omnes locationes fiant, qua de re superiorem mature moneat. Curet pariter, ut contractus, et acta juxta formam usitatam conficiat; pecunias sub simplici obligatione recipere non praesumat: orationi mentali intersit. Munera tandem gratiosa, quae a locatoribus quandoque conceduntur, aliaque emolumenta casu provenientia in libro receptorum scribere non omittat.

De redditione rationum ab eo praebenda.

§. 217. 2. Ut fidele computum reddere semper paratus inveniatur, omnia recepta sicut et expensa scribat procurator in diurno cujus folia a primo ad ultimum superioris chirographo adnotentur; quod singulis mensibus superiori exhibebit examinandum, si petierit. Singulo quoque trimestri idem praestet coram superiore, et senioribus congregatis, qui illud pariter examinabunt, et subsignabunt.

De aliis muneribus procuratoris.

§. 218. 3. Aedificiorum curam non negligat procurator, officinas, aliaque regularia monasterii loca frequenter inspiciat, et omnes famulos in officio contineat, et si qui sint famuli vitiosi, monito superiore, eos corripiat, aut ejiciat. In venditione, vel emptione alicujus momenti, sicut et in aliis negotiis ejusdem ponderis ita se gerat, ut a superioris voluntate nullatenus deviet; nullam arborem in possessione monasterii, nullam sylvam, nisi formalitatibus praehabitis, licentiaque requisita scindere praesumat.

De computis generalibus, et particularibus ab eo exhibendis.

§. 219. 4. Coram visitatoribus in actu visitationis computa, tam particularia, quam generalia exhibeat procurator, in quibus omnes redditus, et expensae, simul et debitae, ac redditae pecuniae fideliter describentur, ut status monasterii cognosci possit, cujus computi generalis duplicatum a priore, et senioribus subsignatum procuratori generali detur. Ad capitulum generale idem est mittendum.

De litibus agendis per procuratorem.

§. 220. 5. Nullas lites movere, ac defendere praesumat procurator absque conventus consensu, et antequam acta hujusmodi rebus tractandis necessaria transmiserit ad procuratorem generalem, qui consultis jurisperitis, et omnibus perpensis, quid agendum sit declarabit. Nihil pariter agant priores, et procuratores circa bona, et jura monasteriorum, nisi prius superiorem vicarium generalem, et procuratorem generalem commonuerit, et ab his responsa acceperint. Procuratoribus insuper sicut, et aliis officiariis stricte prohibetur ne sub negotiorum praetextu foris pernoctent absque licentia superioris.

De cellerario, et thesaurario.

§. 221. 6. Cellerarium, et thesaurarium, si opus sit, eligere potest superior de seniorum consensu, ipsi pecuniae pro expensis ordinariis necessariae a procuratore subministrentur. Ad illum porro cellerarium pertinet quidquid hospitum, ac monachorum refectionem spectat, ac vestiarium.

De expensis a cellerario faciendis.

§. 222. 7. Omnia, et singula cellerarii expensa, sicut et recepta singulis mensibus procuratori subministrentur, ut in diurno ad id destinato, illa subscribat, et de illis cum computis suis rationem reddat. A regularibus exercitiis diu noctuque se dispensare non praesumat cellerarius sine superioris licentia.

De sacrista, ejusque electione, et munere.

§. 223. 8. Sacristam eligat superior absque consensu seniorum; ille vero tam de acceptis, quam expensis pecuniis, ac celebratis missis, praeter ipsasmet fundationem tribus singulis mensibus coram superiore, et senioribus rationem reddat. Hinc prioribus prohibetur aeditui, aut sacristiae munia obire.

De redditione rationum officii ab omnibus officiariis exhibenda.

§. 224. 9. Cum ad aliud monasterium mitti possint officiarii, de rebus omnibus ipsis commissis rationem reddere semper debent esse parati ad nutum superioris, et ante discessum illam rationem reddere non omittant; qui secus fecerit, inhabilis ad alia deinceps munia obeunda declaretur.

CAPUT XXIII.

De rebus temporalibus monasterii

De inventario faciendo ab officialibus electis.

§. 225. 1. Officiales electi intra mensem a die promulgationis suae faciant inventarium rerum omnium sibi creditarum; quod quidem inventarium superiori recognoscendum, ac probandum tradent; idem praestent pro inventariis titulorum, ac monumentorum, quae asserendis monasterii juribus in archivio conservantur. Pro istis porro inventariis tria habeantur registra, in quibus conscribantur, unum

Digitized by Google

pro bibliotheca, aliud pro sacriis reliquiis, et ornamentis ecclesiae, tertium pro alia supellectili, quae tempore, vel usu vix minuitur, quae quidem diligenter asservabuntur in archivio; loco scilicet sano, et ab igne, ac humiditate tuto, in quo omnia in ordine digesta reponantur, et a quo proinde nihil sine superioris licentia extrahatur.

De instrumentis ab archivio extrahendis.

§. 226. 2. Si aliquando ex urgenti necessitate originalia extrahantur instrumenta ex archivio, quam primum ea loco suo restituantur; transferri vero extra monasterium nequeant sine licentia superioris vicarii generalis. Qui contra fecerit emendetur. Hinc sedulo invigilent visitatores in actu visitationum, ut in hac parte regula fideliter observetur.

De iis quae in archivio sunt asservandas.

§. 227. 3. Statuimus insuper, ut titulorum originalia tam monasteriorum, quam beneficiorum reponantur in archivio Cluniacensi custodienda, aut in monasteriis, a quibus immediate dependent beneficia. Bullae pariter apostolicae, aliaque documenta publicam ordinis utilitatem spectantia, in archivio Cluniacensi reponantur, sed horum habeantur in singulis monasteriis exemplaria authentica, ut cum opus fuerit, originalia transmitti non sit necessarium. Nullus porro hujusmodi titulus sub quocumque praetextu penes se retineat, aliter emendetur.

De sonu campanae adhibendo in quolibet actu communi.

§. 228. 4. Cum ad totum pertinet conventum rerum temporalium dominium, ideo quoties de eo agendum erit in monasterio, omnem conventum campanae exercitiorum sonitu convocare non omittat superior. Si autem dato signo aliqui convenire negligant, aut recusent, deliberationi non norebunt, quominus legitima censeatur, et a toto conventu habita.

De privativo jure capituli monasteriorum super receptione monachorum

§. 229. 5. Ad capitulum cujusque monasterii pertinet tractare de receptione monachorum ad professionem, de procuratoriis commissionibus pro gerendis negotiis, quae nomine conventus erunt expediendae, de locationibus cujusque generis, de bonorum monasterii pretiosorum, tam mobilium, quam immobilium venditione, aut immutatione, seu quovis titulo alienatione, praehabitis civilibus, et ecclesiasticis legibus, de monasterii alicui servituti subjectione, sylvarum excissione, de bonorum monasterii quovis modo concessione, et de aliis ejusmodi generis ad congregatum monasterii capitulum pertinentibus, quae ab eo ad pluralitatem suffragiorum definiri debent; illas autem deliberationes de his omnibus habitas executioni mandare non licet, nisi prius accedat capituli generalis, vel diaetae, aut superioris vicarii generalis scripto data facultas, et nonnisi deliberationis capitularis actu concessa.

De novis aedificiis construendis, et veteribus restaurandis.

§. 230. 6. Ad capitulum pariter cujusque monasterii pertinet dijudicare utrum nova sint aedificia construenda, aut vetera restauranda, quae trecentarum librarum summam excederent. Nullus tandem lites movere, aut supra motas pacisci licet, sine ejusdem capituli consensu.

De conservatione actorum.

§. 231. 7. Ne memoria excidant, quae sic deliberata fuerint, scriba capituli de his omnibus actum conficiat. Si debeat subsequi instrumentum a tabellione factum, non ante ipse vocabitur tabellio, quam actum suum scriba capituli coram capitulo congregato legerit, et subscripserit, et si diversa fuerint in deliberatione opinantium suffragia, volumus omnes, qui illi interfuerunt deliberationi, actui per tabellionem confecto, et publice lecto aequaliter subscribere, quamvis diversa senserint. Qui porro pertinaciter recusaverint, voce activa, et passiva per annum privetur.

CAPUT XXIV.

De suffragiis pro mortuis

De suffragiis pro defunctis

§. 232. 1. Frater ubi a vita discesserit, sive conversus, sive novitius in monasterio, in quo defunctus est cum habitu monastico sepeliatur, et ejus celebrentur exequiae secundum rubricam Cluniacensem. In die funeris integrum persolvatur defunctorum officium, missaque solemnis eadem die, aut sequenti, si commode fieri non eadem die potest; similiter diebus tertio, septimo, trigesimo, et anniversario cantetur, et dicantur insuper triginta missae privatae.

De mortis denunciatione.

§. 233. 2. Fratris dormitio procuratori generali denuntietur, qui illam omnibus monasteriis ordinis notam faciat. In quolibet autem monasterio semel missa pro eodem fratre defuncto cum notis cantetur, omnesque ordinis sacerdotes pro eo celebrent; non sacerdotes vero ter officium defunctorum dicant, et communicent. Insuper cujuslibet fratris defuncti nomen in necrologio inscribatur per unius anni circulum, post martyrologii lectionem recitandum; dem faciendum est pro monialibus ordinis.

Digitized by Google

De loco vacuo servando occupato a defuncto.

§. 234. 3. Statuimus ut in monasterio, in quo frater obierit, per triginta dies locus, in quo vivens sedebat, vacuus maneat, et in eo crux ponatur, ut exinde fratres magis compuncti, attentius novissima sua recogitent, atque pro fratre defuncto ferventius orent, et sanctius vivant. Ordinamus pariter, ut per eosdem triginta dies in loco, ubi viveret defunctus, panis, vinum, cibique omnes alii apponantur, omnia pauperibus distribuenda.

De nomine, et dignitatae fratris defuncti, die et mense mortis regestrando.

§. 235. 4. Invigilet diligenter superior, ut scriba capituli conventus nomen, dignitatem, diem, mensem, et annum fratris defuncti in libro ad hoc destinato describat. Curet pariter, ut prima die cujuslibet mensis, aut altera die non impedita, dicatur officium defunctorum, vesperae scilicet, et unum nocturnum post vesperas diei, et matutinae post completorium, et quotannis post regulares diei octavae translationis sancti patris Benedicti vesperas, pro omnibus ordinis Nostri fratribus integrum recitetur officium, et postridie missa solemnis decantetur, ab omnibusque sacerdotibus privatae celebrentur missae, et a non sacerdotibus septem dicantur psalmi poenitentiales.

De officiis recitandis pro defunctis.

§. 236. 5. Pariter ex spirituali societate inter Cluniacensem, et Chartusiensem congregationes pro defunctorum solatio inita, post vesperas sancti Brunonis defunctorum officium recitetur integrum, et sequenti die missa solemniter cantetur. Singuli sacerdotes pro iisdem missas celebrent, et non sacerdotes psalterium ex integro recitent; conversi vero trecentas orationes dominicas, et salutationes angelicas.

De anniversario defunctorum.

§. 237. 6. In mense octobri fiat anniversarium pro omnibus utriusque sexus parentibus defunctis universorum ordinis fratrum. Aliud etiam majus sacrum de remissione peccatorum celebrabitur pro ipsis parentibus adhuc viventibus. Audita pariter morte patris, vel matris alicujus fratrum nostrorum, missa de defunctis cantabitur pro iisdem in monasterio, in quo idem frater commoratur, aliosque parentes utriusque sexus, tam vivos, quam defunctos ad participationem omnium precum, ac piorum operum, tam praesentium, quam futurorum admittimus.

De missa recitanda pro gratiarum actione.

§. 238. 7. Cum autem quodcumque facimus in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facere debeamus, gratias agentes Deo, et Patri per ipsum pro beneficiis acceptis, die mensis octobris non impedita missa in gratiarum actionem celebrabitur.

APPENDIX

Ad constitutiones Forma xenii

De forma xenii.

§. 239. Reverendissimo patri in Christo domino D. N. Dei gratia abbati Cluniacensi, nec non viris venerabilibus, et religiosis definitoribus sacri capituli generalis Cluniacensis frater N. humilis prior domus vestrae N. cum reverentia, et honore obedientiam usque ad mortem, tam debitam, quam devotam. Cum proprii corporis debilitate, vel infirmitate, aut urgentibus, et arduis dictae domus vestrae negotiis, detentus, et occupatus, ad praesens ad hoc instans capitulum generale Cluniacense, quod die dominica, qua cantatur in missa *Jubilate* anno N. per vos imminet, autore Domino apud Cluniacum celebrandum nequeam, prout vellem, proportionaliter interesse, paternitatem tuam reverendissimam, vestrasque paternitates cum devotione humili requiro, et exoro, quatenus absentiam meam habere dignemini ex causis hujusmodi excusatam; paratus enim sum vestra salubria monita, ordinationes, et praecepta, quae per vos in dicto capitulo ordinabuntur, et fient, recipere, et servare, recipi, et servare, facere, prout condecet reverenter. Actum in dicta domo vestra die N. mensis N. anni N.

Forma institutionis prioris, aut alterius superioris

De forma institutionis prioris, aut alterius superioris.

§. 240. Notum sit omnibus, quorum interesse poterit, dilectum Nobis in Christo dominum N. canonice electum fuisse in camera definitorii capituli generalis a definitoribus in priorem claustralem abbatiae, vel monasterii prioratus N. praesentibus usque ad capitulum generale proxime futurum, et non ultra valituris. Datum in sacra abbatia Cluniacensi, vel monasterio N. die N. mensis N. anni Domini N.

Deinde subscribit scriba capituli, seu diaetae, et sigillo ordinis sigillat.

Forma Brevis pro fratribus defunctis

De forma Brevis pro fratribus defunctis.

§. 141. Reverendis in Christo patribus, dilectisque fratribus, et sororibus sacri ordi-

nis Cluniacensis: offerri pro peccatis mortuorum sacrificium 2. Malach. 12. 43. Cum sancta, et salubris sit cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur, nolumus vos ignorare de dormitione N., qui obiit in monasterio N. die N. mensis N. anni N. cujus animam vestris sacrificiis, et orationibus plurimum commendamus.

Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die.

2. Tim. 1. 11.

Forma obedientiae ad mittendum monachum de monasterio ad aliud monasterium.

De forma obedientiae ad mittendum monachum ad aliud monasterium.

§. 242. Dilecto Nobis in Christo domino N. vel fratri N. ut e monasterio N., in quo nunc degis ad monasterium N. sine mora, et brevissima via te conferas, tibi per praesentes mandamus, ibi sub obedientia r. d. prioris claustralis regulariter victurus, donec de te aliter ordinetur.

Datum in monasterio N. die N. mensis N. anni N.

Subscribit superior, vel secretarius. Deinde sigillatur obedientia sigillo ordinis.

Forma dimissionis monachorum ad ordines.

Illustrissimo, ac reverendissimo domino d. eminentissimo card. N., vel archiepiscopo ecclesiae principi N. vel episcopo N.

De forma dimissionis monachorum ad ordines.

§. 243. Nos superior vicarius generalis reverendissimi domini D. N. abbatis Cluniacensis pro stricta observantia ordinis Cluniacensis salutem tam humilem, quam devotam; mittimus ad celsitudinem vestram, dilectum Nobis in Christo fratrem N. monachum ejusdem ordinis, et observantiae expresse professum in monasterio N. commorantem, idoneum, et capacem, bonis moribus imbutum, nullisque censuris ecclesiasticis irretitum; eamdem celsitudinem vestram humiliter deprecantes, quatenus dicto fratri N. tonsuram in Domino clericalem vel etc. . . . . conferre dignemini, quorum fidem praesentibus sigillo nostro munitis subsignavimus cum secretario nostro die N. mensis N. anni N.

Forma literarum testimonialium quas secretarius monasterii tradet conventuali ad capitulum generale deputato.

De forma literarum testimonialium tradendarum conventuali deputato ad capitulum generale.

§. 244. Reverendi admodum patres definitores praesentis capituli ordinis Cluniacensis, post filialem commendationem, et obedientiam mittimus ad charitates vestras dilectum fratrem Nostrum N. in conventualem secundum constitutiones nostras legitime electum, cui plenam, et indubitatam fidem in his, quae ordinis observantiae, et monasterii nostri utilitatem spectat, adhibere dignemini: Valete in Christo ex monasterio N. die N. mensis N. anni N. A tergo. Reverendis admodum patribus definitoribus capituli generalis ordinis Cluniacensis, in abbatia, vel prioratu N. congregatis.

De forma literarum patentium pro electione vicarii generalis.

§. 245. Literae patentes regis auctoritatem praebentis inter superiores vacantes eligendi superiorem vicarium generalem, in supremo regis consilio descriptae.

Lodovicus Dei gratia Franciae, et Navarrae rex. Dilectis, et fidelibus nostris omnibus supremum consilium nostrum regentibus salutem. Dilectus, et amatus Noster Michael Bruys procurator generalis strictae observantiae Cluniacensis Nobis exposuit, de die vigesima nona octobris anni millesimi septingentesimi quadragesimi octavi a consilii nostri commissariis generalibus ad hoc deputatis judicium latum fuisse praescriptum continens circa aliquot capita disciplinae strictae observantiae Cluniacensis, hocque praescriptum nostris literis patentibus de die vigesima nona januarii anni millesimi septingentesimi quadragesimi noni, et die decima octava februarii sequentis, descriptis, confirmatum fuisse; sed ex discrimine, quod reperitur inter dispositiones capitis tertii praefati praescripti, et capitis tertii dictarum literarum patentium, earumdemque dispositionum universalitatem, impedimenta, et incommoda oborta fuisse, quae ad nihilum reducere expedit. Quod caput tertium enunciati praescripti continet dictos religiosos strictae observantiae, qui triennii spatio superiores extiterint, illo durante unica tantum vice prorogari posse, ac subinde biennii saltem cursu nullo munere in aliquo ex monasteriis strictae observantiae fungi posse, subprioris, novitiorum magistri, aliisque exceptis inferioribus muniis: quod caput tertium literarum patentium easdem continet dispositiones, sed cum circumscriptione notabilem differentiam agente; ex eo, quod in hoc ultimo declaratur, eos qui superiores extiterint sexennii spatio eligi non posse ad exercendas subprioris, novitiorum magistri, aliorumque

inferiorum munerum functiones, nisi in aliis quam monasteriis ubi fuere priores, qua de re juxta praefati praescripti sensum ii, qui durante sexennio superiores extiterant, eligibiles erant ad subpriorum, magistrorum noviliorum, aliorumque inferiorum munerum officia occupanda in monasteriis omnibus strictae observantiae, in illis etiam, in quibus nuper priores fuerant; ex adverso autem juxta literas patentes non permittitur illos eligi ad occupanda inferiora munia in monasteriis, in quibus extitere priores, quod praejudicium inducit, et generali strictae observantiae bono, et domorum peculiari utilitati, attento quod ii, qui fuerunt priores vias sarciendi damna, ac temporale magis cognoscunt, et consequenter magis apti videntur ad procuratoris, aliaque explendi inferiora officia, quam sint extranei, quos aliquando eligere necessitas urget ad tramites dictarum literarum patentium; quod aliud magis etiam notabile oritur incommodum ex generalibus, et in definitis dispositionibus, tam praescripti, quam literarum patentium, hujusmodi videlicet, quod principalis superioritas strictae observantiae, quae non uno tantum particulari monasterio restricta, sed omnia amplectitur, illa est superioris vicarii generalis; et quia ex praescripto anni millesimi septingentesimi quadragesimi octavi, et ex literis patentibus anni millesimi septingentesimi quadragesimi noni, principalis, et unica ex illarum dispositionibus superioritas hujusmodi non excipitur, consequenter evenit quod superior generalis eligi non potest inter illos, qui sunt actu, vel nuper fuere priores; hinc continuum fere impedimentum illius electioni, qui in sui favorem electorum suffragia, et vota colligeret, prout bonum optimum efficiendi capax, et idoneus; quod religionis simul, et strictae observantiae utilitas exigens aliquas hujusce dispositionibus mutationes afferri, tam quoad praescriptum, quam enunciatas literas patentes Nobis preces porrexerat nostras literas ei ad hoc necessarias benigne concedere.

Hisce de causis de nostri consilii mente, a quo visa est copia impressa praefati praescripti de die vigesima nona octobris anni millesimi septingentesimi quadragesimi octavi, dictarumque literarum patentium de die vigesima nona mensis januarii sequentis hic unita, et cancellariae nostrae sigillo munita, interpretantes praescriptum hujusmodi, dictasque literas patentes mandavimus, ac per praesentes manu nostra subscriptas mandamus, religiosos strictae observantiae Cluniacensis, qui triennii, aut sexennii spatio priores extiterint, derelinquendo dicta priorum munia, eligi posse, nullo intermisso tempore, ad occupanda subpriorum, magistrorum noviliorum, aliorumque inferiorum munerum officia in omnibus strictae observantiae monasteriis, in illis etiam in quibus nuper priores fuerint; mandamus insuper in posterum superiorem vicarium generalem dicti ordinis eligi posse inter eos, qui priorum munia exercebunt eo quoque tempore, quo superior vicarius generalis eligi debeat, quique ad sexennium consequutivum prorogari poterit, quo peracto tempore prior electus esse non poterit nisi elapso biennio postquam superioris vicarii generalis officium exercere cessaverit. Derogantes ad hunc effectum dicti praescripti, dictarumque literarum patentium dispositionibus in his omnibus, quae contraria esse possent praesentibus, quas exequi volumus juxta earum tenorem, et formam. Vobis igitur mandamus easdem praesentes describere, illarumque tenorem servare, et exequi facere, quia haec est nostra voluntas. Datum Versaliis die quarta januarii anni Domini millesimi septingentesimi septuagesimi noni, regni nostri anno quinto. Signatum Ludovicus. Et inferius — De mandato regis Amelot cum signo, sigilloque magni sigilli cerae flavae. Descriptae in registris supremi consilii de procuratoris generalis regis consensu, ut exequutioni demandentur juxta illarum formam, et tenorem, atque de earum effectu, deque in illis contento stricta observantia ordinis Cluniacensis frui possit juxta praesentis diei deliberationem. Datum Parisiis in consilio die vigesima februarii anni millesimi septingentesimi septuagesimi noni. Subscriptum. Pourcin cum signo.

Forma juramenti post professionem.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen.

§. 246. Ne aliqua ambiguitas ex professionis meae verbis suboriatur per istam clausulam, sub *ordine Cluniacensi*, intelligo, quod in posterum vitam meam, et mores meos instituam secundum regulam sancti patris nostri Benedicti, prout dicta regula nunc observatur *De formula juramenti emittendi post professionem.*

Digitized by Google

in sacra abbatia Cluniacensi: quod etiam nullum officium ecclesiasticum, abbatiam, prioratum, praepositaram, administrationis regimen, aut nullum dignitatis gradum mihi conferri curabo, nec oblatum suscipiam sine superiorum meorum licentia, et quod nullius superioritatis, administrationis, aut commissionis mihi concessae prolongationem, aut perpetuitatem directe, vel indirecte mihi procurari curabo, aut permittam contra voluntatem superiorum meorum; insuper, quod de fructibus quorumlibet beneficiorum, vel claustralium officiorum, vel pensionum quarumcumque non disponam, sed omnimodam horum fructuum dispositionem penes superiores monasteriorum ordinis in communem tantum usum relinquam.

Juro etiam, quod nunquam consentiam, ut aliquis in monachum ordinis admittatur, aut incorporetur, aut ad aliquem superioris gradum, videlicet superioris vicarii generalis, visitatoris, prioris regimen habentis in dicta observantia assumatur, nisi anno novitiatus expleto, et constiterit de ipsius desiderio, et voluntate vivendi secundum praefatam observantiam, et hoc praesens juramentum praestandi, et observandi; in quorum fidem hoc juramentum solemne manu mea subscriptum, et subsignatum, in hoc monasterio N. urbis N. dioecesis N. libere, et sponte praestiti, et pronuntiavi die N. et anno N.

Ita me Deus adjuvet, et haec sancta ejus evangelia ✠ frater N. ✠

Confirmatio apostolica.

§. 247. Quare praedictus procurator generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut praeinsertas constitutiones apostolicae confirmationis praesidio communiri de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ordini praedicto hac in re quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac memoratum procuratorem generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, ut in re tanti momenti mature procederetur, audito prius de, ac super eisdem statutis, et constitutionibus dilecti filii Nostri Francisci Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis de Zelada nuncupat. consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnes, et singulas praeinsertas constitutiones, et statuta, et in eis contenta quacumque auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti, et solemnitatum quarumcumque in similibus de necessitate observandarum, aliosve quoslibet etiam formales, et substantiales defectus, si qui in praemissis quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censeri, vel praetendi possent penitus, et omnino supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 248. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 249. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta maji millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Digitized by Google

Dat. die 12. junii 1789. Anno XV.

DCCXLVII.

Concessio facultatis episcopo Mazariensi subrogandi vicarium generalem pro collatione sacramenti confirmationis in aliquibus locis praedictae dioecesis.

Venerabili fratri Hugeni episcopo Mazariensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti, tu ob provectam aetatem tuam, variasque corporis infirmitates, quibus obnoxius reperiris, ad singula dioecesis tuae Mazariensis loca pro sacramento confirmationis conferendo personaliter te conferre nequeas. Quo autem animarum Christifidelium tuae curae commissarum saluti consultum sit aliquem presbyterum, qui sacramentum hujusmodi loco, et vice tua eis conferre valeat, deputare posse summopere cupias.

Concessionis tenor.

§. 2. Nos spirituali hujusmodi Christifidelium necessitati providere, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus Nobis tuo nomine porrectis inclinati; de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum consilio: fraternitati tuae dilectum filium canonicum de Vita modernum, ac pro tempore existentem vicarium tuum in spiritualibus generalem, qui donec vixeris, et dictae Mazariensi ecclesiae praefueris, Christifidelibus locorum dioecesis tuae hujusmodi ad quae personaliter te conferre non poteris, ut praefertur, dictum confirmationis sacramentum oleo tamen, et chrismate, etiam antiquis, si nova commode haberi non possint, per te, seu per quemcumque catholicum antistitem gratiam, et communionem Sedis apostolicae habentem benedictis, servatisque aliis servandis administrare libere ac licite possit, auctoritate Nostra apostolica constituere, et deputare facultatem pari auctoritate tenore praesentium concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus conciliis editis constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die duodecima junii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimoquinto.

Dat. die 19. junii 1789. Anno XV.

DCCXLVIII.

Indultum, ut pie decimaquinta novembris, ac duobus subsequentibus missae in honorem s. Gertrudis virginis in ea quotannis celebrari possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilectus filius modernus parochus parochialis ecclesiae sub invocatione sancti Michaelis oppidi civitatis nuncupat. Murciae Carthaginensis dioecesis Nobis nuper exponi fecit, ipse, una cum aliis Christifidelibus in praedicta paroecia existentibus, pro eo, quem erga sanctam Gertrudem virginem gerunt devotionis effectu, solemne triduum in honorem ejusdem sanctae Gertrudis die decima quinta novembris, ac duobus immediate sequentibus peragere, ac triduo hujusmodi durante, missas omnes etiam in ejusdem sanctae honorem celebrare facere posse summopere cupiant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: attenta relatione dilecti filii magistri dominici Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum secretarii: ut in praedicta parochiali ecclesia sancti Michaelis die decima quinta novembris, ac duobus diebus immediate sequentibus omnes missae in honorem dictae sanctae

Digitized by Google

Gertrudis virginis quotannis, rubricis tamen servatis, celebrari libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque parochialis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, in personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die duodecima junii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimoquinto.

Dat. Romae 10. junii 1789. Anno XV.

DCCII.

Facultas applicandi in perpetuum fructus, ac redditus praeceptoriae de Santivanez nuncupatae militiae de Alcantara collegio ejusdem militiae universitatis Salamantinae.

Carissimo in Christo filio Nostro
Carolo Hispaniarum regi catholico

Pius PP. VI.

Carissime in Christo fili noster Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Majestatis tuae nomine Nobis nuper expositum fuit, quod alias fel. rec. Clemens pp. XIII. praedecessor Noster precibus cl. mem. Caroli, dum vixit Hispaniarum regis catholici parentis tui, ac militiae de Alcantara perpetui administratoris annuens per suas in simili forma Brevis diei XXVII. novembris anni MDCCLXVII. expeditas literas ei, ut praeceptoriae, seu commendae de Santivanez nuncupatae militiae de Alcantara fructus, redditus, ac proventus in constructionem, ac aedificationem novae fabricae collegii militaris dictae militiae universitatis Salamantinae sub certis tunc expressis conditionibus ad viginti annos proxime futuros applicandi plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica concessit, et impertitus est; prout in eisdem literis, quarum tenores praesentibus pro expressis ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat memoratus Carolus rex catholicus parens tuus de dilectorum filiorum consilii militarium ordinum consultatione ei sub die trigesima prima januarii anni MDCCLXXXVIII. facta eosdem fructus, redditus, ac proventus dictae praeceptoriae, seu commendae cum ad conficiendam fabricam dicti collegii, tum in exhibitionem ejusdem collegii in alumnorum scilicet, rectoris, aliorumque individuorum illi inservientium, ac quomodolibet ab eo dependentium sustentationem non solutis tamen oneribus *della mesata* nuncupatis, quae titulo mediae annatae ecclesiae praeceptoriis, seu commendis, aliisque beneficiis dictorum ordinum est imposita, nec non decennii, et tertiae partis redditiuum primi, et secundi anni assignatorum communi aerario dictae militiae, exceptis tantum oneribus regiis, et ordinariis, quae super fructibus, ac redditibus ejusdem praeceptoriae, seu commendae distribui solent, et prout alias eidem collegio concessum fuerat in perpetuum, applicare intenderet, morte vero praeventus consilium suum hujusmodi perficere non potuerit, tu qui ejusdem militiae perpetuus pariter administrator existis, ac parentis tui votis parere quammaxime intentus es, ut ejusdemque collegii commodo consulas applicationem perpetuam hujusmodi implere desideres, si Nostra, et hujus sanctae Sedis tibi super his licentia suffragetur, et facultas. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur majestatis tuae votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac collegialium, et rectoris dicti collegii singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ec- Tenor indultae facultatis.

clesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati; eidem majestati tuae fructus, redditus, ac proventus dictae praeceptoriae, seu commendae de Santivanez praedicto collegio juxta formam et conditiones supra expressas auctoritate Nostra apostolica in perpetuum uniendi, et applicandi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac quibusdam fel. rec. Alexandri pp. VII. praedecessoris Nostri die decima VIII. novembris MDCLXI. expeditis literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non earumdem militiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCL.

Dat. Romae 30. junii 1789. Anno XV.

Extensio decreti capituli generalis ordinis minorum s. Francisci de observantia ad postulatores causarum servorum Dei.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Matthaeus Ximenez ordinis fratrum minorum sancti Francisci de Observantia nuncupat. expresse professus, ac lector sacrae theologiae, et ex-definitor provinciae sancti Evangelii de Mexico dicti ordinis, nec non postulator in hac Nostra alma urbe causae beatificationis beati Sebastiani ab Apparitio, quod alias anno scilicet MDCCL. in comitiis generalibus ordinis in conventu de Aracoeli habitis decretum fuit, ut deinceps postulatores canonizationum sanctorum, qui completo laudabiliter sexennio easdem causas terminaverint, dummodo tamen prius munere lectoris theologiae, vel definitoris functi fuissent, titulo, et praecedentia ex provincialium uti, frui, et gaudere deberent. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet in causis beatificationum servorum Dei ab illarum postulatoribus, ut plurimum majores sollicitudines, ac labores ferendi exantlandique sint, ut illas ad optatum finem perducant, nihilominus ex litera dicti statuti nullum eis praemium pro toleratis laboribus, ac studiis competat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut decretum praedictum tum ad sui favorem, qui munere postulatoris in causa beatificationis beati Sebastiani ab Apparitio per integrum sexennium functus est, illamque feliciter confecit, tum etiam ad futuros omnes postulatores familiae ultramontanae causarum beatificationum servorum Dei in Romana curia degentes, qui expleto sexennio sui muneris hujusmodi easdem causas usque ad eorum servorum Dei solemnem beatificationem deinceps termina-

Digitized by Google

verint; concurrentibus tamen in eis requisitis ab eodem decreto praescriptis, extendere, et ampliare de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audito prius dilecto filio moderno ministro generali ordinis praedicti, memoratum capitulare decretum anni MDCCL. ad eumdem Matthaeum, ac omnes futuros postulatores familiae ultramontanae dicti ordinis, qui in hac alma urbe Nostra causas beatificationum servorum Dei deinceps per integrum sexennium curabunt, easque ad solemnem usque eorumdem servorum Dei beatificationem perduxerint, concurrentibus caeteroqui in eis requisitis ab eodem decreto praescriptis, auctoritate apostolica tenore praesentium extendimus, et ampliamus; eidemque Matthaeo, caeterisque postulatoribus praedictis, ut titulo, et praecedentia ex provincialium suarum provinciarum familiae ultramontanae cum omnibus, et singulis privilegiis, praerogativis, praeeminentiis, honoribus, gratiis, et indultis, quibus alii ex provinciales tam de jure, usu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum pari modo, et absque ulla prorsus distinctione, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde ac si munus provincialis jam functi fuissent auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima junii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Derogatio contrariorum.

DCCLI.

Dat. die 6. julii 1789. Anno XV.

Confirmatio conventionum inter ordinem fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum ex una, et ducem Sermonetae, ejusque natum principem de Theano pro erectione novi conventus in pago trium Tabernarum, seu de Cisterna Veliternensis dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoties a Nobis petitur, quod ad pietatem fovendam, animarum Christifidelium salutem procurandam, ac divinum cultum augendum apposite statutum, ac conventum esse dignoscitur, ex pastoralis officii Nostri debito piis petentium desideriis congruum impertiri tenemur suffragium.

Expositio precum porrectarum a ducibus Caetani.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii nobiles viri Franciscus Caetani dux Sermonetae, suusque natus Philippus Caetani princeps Theani, quod cum ob aeris vitium, quod in pago trium Tabernarum, vulgo Cisterna Veliternensis dioecesis, qui est feu-

dum ad eosdem exponentes, ut asseritur, spectans, suisque viciniis, aestivis praesertim temporibus incubat dilecti filii presbyteri seculares congregationis sanctissimi Redemptoris domum, seu conventum sancti Antonii inibi erectum deserere coacti fuerint, memorati exponentes, ut animarum suorum subditorum saluti consultum esset, conventum hujusmodi cum adnexa ecclesia, et horto dilectis filiis fratribus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatis sub certis pactis, et conditionibus concedere rati sunt: et quidem re acta inter dilectum filium Nostrum Romualdum Sanctae Romanae Ecclesiae diaconum cardinalem Braschium de Honestis nuncupatum Nostrum ex germana sorore secundum carnem nepotem dicti ordinis apud Nos, et Sanctam Sedem protectorem, nec non dilectum filium Paschalem a Varisio ministrum generalem ejusdem ordinis ex una, et memoratos exponentes ex altera parte nonnulla conventa sunt pacta, quibus, et fratrum in dictum conventum deinceps commorantium saluti, ac illorum sustentationi perbello prospectum fuit tenoris, qui sequitur.

Tenor initae transactionis

§. 3. Desiderando gli eccellentissimi signori il signor duca di Sermoneta, ed il signor principe di Teano di lui figlio di appagare le brame ed istanze, e di promovere la spirituale coltura, e utilità del popolo di Cisterna loro feudo in diocesi di Velletri, che per l'evacuazione fatta da' Liguoristi del convento di sant' Antonio di Padova bramava che vi fossero surrogati i padri minori osservanti: non hanno mancato di passarne i più efficaci ufizi all' eminentissimo signor cardinal D. Romualdo Braschi Onesti come a protettore vigilantissimo dell' ordine Francescano.

Ed infatti non solo si è egli degnato di prestare l'autorevole suo consenso per la traslazione de' minori osservanti nell' evacuato convento; ma richiesti prima gli opportuni soggetti al padre provinciale della provincia Romana, il quale per iscarsezza di religiosi scusossi di compiacerlo, ed essendosegli a tal' uopo offerto il padre Domenico di Solerio ex-lettore di sacra teologia e guardiano attuale di san Fortunato di Montefalco con altri tre sacerdoti della provincia dell' Umbria, il padre Pietro di Saluzzo, il padre lettore Angelfrancesco di Castellazzo, ed il padre Bonaventura di Solerio, e con due laici, ed un terziario: il benignissimo porporato ha richiesta, ed ottenuta dal reverendissimo padre generale dell' ordine il padre Pasquale da Varese l'assegnazione da' medesimi religiosi ad abitare il convento, ed ufiziare la chiesa di sant' Antonio di Padova di Cisterna. Al che si è poi divenuto sotto i seguenti patti, ed obblighi vicendevoli da approvarsi però dalla santa Sede apostolica.

Onera suscepta ab fratribus ordinis S. Francisci.

§. 4. Il reverendissimo padre generale accettando, e prendendo sotto l'immediata sua giurisdizione cotesto convento, il dichiara convento generalizio, e indipendente dalla potestà di qualunque provinciale; e vi nomina e costituisce a primo guardiano con tutte le solite ordinarie facoltà e preminenze secondo le leggi dell' ordine il padre Domenico di Solerio per un intiero sessennio da cominciare dal punto del possesso, qualora siavi l'approvazione di sua Santità colla deroga a qualunque cosa contraria; avendo tutta la cognizione e fiducia della singolare di lui probità, dottrina, e religiosa prudenza: e per vicario nominavi il padre Pietro di Saluzzo; siccome vi colloca ancora di famiglia il padre lettore Angelfrancesco di Castellazzo, ed il padre Bonaventura di Solerio con due laici, ed un terziario ad arbitrio; dichiarando però che per tale destinazione nè essi, nè i futuri loro successori restino smembrati, e divisi dalle rispettive loro provincie, a cui potranno avere ognora il regresso, e goder nei capitoli i diritti di voce attiva, e passiva, giusta il loro grado, e le loro qualifiche. E promette di mantenere sempre mai in detto convento la famiglia di almeno quattro sacerdoti, due laici, ed un terziario dell' ordine de' minori osservanti, col prenderli da qualunque provincia glie ne paja meglio, alla quale qualora poi essi vogliono far ritorno dopo d'essere per sei anni consecutivi dimorati in Cisterna, godranno il privilegio, ed il jus d'eleggersi a piacer loro il convento di loro stanza, e permanenza, d'onde non potranno esser rimossi.

Traditio monasterii facta monachis a ducibus Sermonetae.

§. 5. II. Gli eccellentissimi signori il signor duca di Sermoneta, ed il signor principe di Teano di lui figlio consegnano al padre guardiano il convento di sant' Antonio di Padova di Cisterna fornito di tutte le necessarie suppellettili di camere, di refettorio, di cucina, e di cantina, ed una sufficiente libreria, secondo l'inventario da farsene alla presenza delle parti per ripeterne il conto a qualunque

uopo: prendendo ancora a loro carico il risarcimento della fabbrica, dove per avventura abbisognassene. Consegnano pure la chiesa annessa al convento con tutti gli arredi e paramenti sacri giusta la descrizione da farsene, la cui fabbrica si obbligano ugualmente di ristorare ad ogni occorrenza: e perciò e sul convento e sulla chiesa riserbano a se stessi, e a lor successori il diretto dominio, e la proprietà, non meno che il libero arbitrio di rimoverne, ed escluderne pienamente i nuovi coloni, e posseditori.

Assignatio bonorum pro manutentione monasterii.

§. 6. III. Per mantenimento poi e limosina di essi, gli eccellentissimi signori duca, e principe oltre l'orto annesso al convento, e gli ulivi posti al contorno della chiesa, che lasciansi al loro godimento, con proibizione però, che possano mai tagliarli, promettono, e si obbligano di passar loro quindici scudi al mese, e altri dodici scudi annui per prezzo così accordato, ed in vece di due majali; e pel pronto pagamento di tali somme hanno dato gli ordini al loro ministro, ed erario della terra stessa di Cisterna. Di più danno ai religiosi la licenza e libertà per la legna necessaria al loro uso, e per la questua in tutto il territorio; e al primo loro ingresso si obbligano di consegnare un cavallo per servizio di essi, e per uso della questua; siccome pure un calesse coperto, che col detto cavallo servir possa di comodo per andare, e venire nelle feste dei mesi di aria sospetta, nei quali dimoreranno in Velletri, od in Cori, e finalmente pel caso di malattie si obbligano di appaltare lo speziale della terra per la somministrazione de' dicevoli medicinali, e di incaricare il medico, ed il chirurgo condotto a curarli, ed assisterli senza altra pretenzione.

Dotatio pro manutentione ecclesiae.

§. 7. IV. In quanto alla chiesa i medesimi signori duca, e principe promettono di somministrare annualmente libbre ottanta di cera, e dodici boccali di olio per la lampada, e di rilasciare a vantaggio della sagrestia quella cera, che avanzi nella festa di sant'Antonio, e nelle altre feste, ed esposizioni che l'eccellentissima casa soglia, o voglia farvi celebrare.

Alia onera suscepta a fratribus in correspectivitatem assignationum praedictarum

§. 8. V. In correspettività il padre guardiano, ed i religiosi promettono, e si obbligano di procurare il vantaggio spirituale del popolo, ufiziare la chiesa, assistere al confessionario, e continuare gli esercizi di pietà introdotti, e specialmente di celebrare in ogni mese, pel tempo che dimoreranno in Cisterna, una messa cantata per la felicitazione dell'eccellentissima casa, ed un'altra di requie pei defunti della medesima, e di fare nel dopo pranzo di ogni terza domenica l'esposizione del santissimo Sagramento col recitare un *Pater*, *Ave*, e *Gloria* in onore del patriarca san Giuseppe, e di prestarsi alle altre opere pie, che agli eccellentissimi signori patroni piacesse introdurre, senza però gravarli di veruna spesa. Siccome ancora promettono di non fare assumere obblighi perpetui a qualunque titolo, e che venendo alcuno ad esser tumolato nella chiesa, lascieranno ad arbitrio degli stessi eccellentissimi signori patroni l'investire a favore della chiesa e sagrestia gli scudi dieci di diritto della tumulazione.

Promissio de reportanda apostolica confirmatione erectionis

§. 9. VI. Finalmente gli eccellentissimi signori duca, e principe promettono di procurare a loro spese dalla santità di Nostro signore il Breve di approvazione, e conferma non meno della fondazione del nuovo convento de' minori osservanti in Cisterna, che dei patti, e delle convenzioni finora esposte col fare ancora dichiarare che tale convento, benchè non abitato da dodici religiosi di famiglia, resti tuttavia esente da qualunque ispezione vescovile, ed immediatamente soggetto alla santa Sede come tutti gli altri conventi: oltre il consenso già benignamente prestatovi dall'eminentissimo signor cardinal protettore dell'ordine. Roma questo dì 3. aprile 1789.

R. cardinale Braschi Onesti protettore.

F. Pasquale da Varese ministro generale.

Io Francesco Caetani duca di Sermoneta prometto, e mi obbligo come sopra mano propria.

Io Filippo Caetani principe di Teano prometto, e mi obbligo come sopra mano propria.

Preces porrectae pro obtinenda apostolica confirmatione.

§. 10. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut praeinsertae conventiones, et pacta firmius subsistant et serventur exactius, neve ob defectum requisitorum in hujusmodi conventus erectione, quae alias Romanis pontificibus, et praesertim fel. rec. Clemente VIII, Gregorio XV, Urbano VIII, et Innocentio X, praedecessoribus Nostris circa hujusmodi novorum conventuum erectiones praescripta sunt, illius prompta exequutio praepediatur, apostolicae Nostrae firmitatis robore, ac patrocinio memorati exponentes communiri summopere

Digitized by Google

desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 11. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praevia memoratarum Clementis, Gregorii, Urbani, et Innocentii, aliarumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutionum, quae forsan circa praemissa praeinserta pacta, et conventiones contraria sunt, quae de verbo ad verbum inserta habemus derogatione, eadem pacta, et conventiones auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus memoratis Clementis, Gregorii, Urbani, et Innocentii, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, nec non ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia julii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCLII.

Dat. die 3. julii 1789. anno XV.

Indulgetur canonicis ecclesiae collegiatae Nursiae Spoletanae dioecesis, ut rocchettum, et mozzettam sericam violacei coloris subsutam coloris coccinei gestare valeant.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quanta cum utilitate ad venerationem, majestatemque divinarum rerum in Christifidelium animis ingerendam conducant ipsa sacrorum indumentorum, vestiumque ornamenta, experientia magistra, compertum habens sacrosancta Mater Ecclesia, hinc instituit ipsa, ut non solum ministri in diversos ordines distributi, praecipuis unicuique ordini, et ministerio congruentibus vestibus uterentur, verum etiam voluit, ut clerici, dum canonicas horas persolvunt certis suis vestibus induerentur. Quamobrem in majorem divinae gloriae cultum, et in sacrorum ministrorum decus cessurum fore confidentes, si insignia, quae aliis concessa fuisse dignoscitur, canonicis quoque illustrium ecclesiarum impertiantur, libenti animo congruum petentium votis impertimur suffragium.

Tenor precum porrectarum a capitulo.

§. 2. Nuper pro parte dilectorum filiorum canonicorum collegiatae ecclesiae sanctae Mariae oppidi civitatis nuncupat. Nursiae Spoletanae dioecesis Nobis expositum fuit, quod licet ecclesia hujusmodi jampridem, et a s. Feliciano primo episcopo Fulginatensi, ut asseritur, fuerit erecta, ac matrix non solum in dicto oppido civitate nuncupata Nursiae, sed aliarum etiam ecclesiarum existat, ac ipsi exponentes pluribus privilegiis sint decorati,

by Google

nulla tamen habent insignia, quibus caeteri ecclesiarum collegiatarum canonici passim utuntur, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore existentibus canonicis collegiatae ecclesiae praedictae, ut rochettum, et mozzettam sericam cum cocullo violacei coloris, ita tamen ut sericus subsutus pannus noduli, et fissurae sint coloris coccinei hyberno, aestivo vero tempore rocchettum cum superpelliceo, tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ac eosdem canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari respective nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia julii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCLIII.

Dat. die 3. julii 1789. Anno XV.

Facultas Antonio Nunes Gaviano Elborensis dioecesis applicandi hospitali de Coruche dictae dioecesis certam summam ex quadam haereditate provenientem, et in suffragium animae testatricis erogandam.

Venerabili fratri
archiepiscopo Elborensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum porrectarum ab Antonio Nunes.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Nunes Gavianus loci, seu terrae Coruche istius Elborensis dioecesis, quod alias quondam Maria a Nostra Domina de Doloribus in suo, sub quo ab humanis decessit, condito testamento, cujus exequutorem eumdem exponentem constituit, inter caetera voluit, ut soluto aere alieno, quo ipsa gravabatur, ac satisfactis quibusdam legatis, reliqua bona pro anima sua, quam ideo scripsit haeredem, applicarentur, prout in testamento praedicto, cujus tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, in dicto loco Coruche quoddam hospitale de Misericordia nuncupatum valde pauper existat, in quo non solum frequentes excipiuntur infirmi, verum et multifariam eorum occurritur necessitatibus, aliis videlicet eorumdem curam demandando, vel cum necessitas id expostulet, ad alia hospitalia sua impensa eos remittendo; ipse vero exponens probe noscens infirmorum curam, et hospitalitatem, utpote corporum, animarumque saluti prospicientia opera Deo maxime accepta esse, atque idcirco, si reliqua dictae haereditatis bona,

Digitized by Google

quae quatuorcentum sexaginta quinque scutorum monetae Romanae summam magis minusve, ut asseritur, attingunt dicto hospitali adjicerentur, et applicarentur, optime testatricis voluntati, ejusque animae foret consultum; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, ac indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor indultae facultatis.

§. 2. Nos igitur ejusdem exponentis zelum plurimum in Domino commendantes, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, ac soluto per exponentem aere alieno praedicto, satisfactisque legatis, reliqua superextantia dictae haereditatis bona memorato hospitali de Misericordia adjiciendi, et applicandi licentiam, et facultatem auctoritate Nostra apostolica eidem exponenti concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus quatenus opus sit memoratae testatricis ultima voluntate praedicta, quam quo ad praemissa sufficienter, et expresse derogamus, dictique hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia julii millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCLIV.

Dat. die 10. julii 1789. Anno XV.

Facultas episcopo civitatis Castellanae confirmandi annuam praestationem sc. 50 favore hospitalis terrae Vallerani factam.

Venerabili fratri episcopo civitatis Castellanae.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum porrectarum a confraternitate ss. Sacramenti Vallerani.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis sub titulo sanctissimi Sacramenti in parochiali, seu alia ecclesia terrae di Vallerano istius civitatis Castellanae dioecesis, quod obtenta per eos a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum sub die VIII. februarii anni MDCCLXXXIV. licentia constituendi censum ad tercenta septuaginta scuta monetae Romanae in erectionem hospitalis pro excipiendis pauperibus dictae terrae eroganda, et subinde hujusmodi opera usque ab anno MDCCLXXXVII. ad optatum finem perducto, cum ipsi exponentes per id tempus de quotidianis necessariisque sumptibus ad manutentionem dicti hospitalis serio cogitarent, et satis exploratos haberent redditus amplos ecclesiae de Ruscello nuncupatae ejusdem terrae, supplices idcirco confratribus deputatis congregationis oeconomicae in ista ecclesia existentis petierunt, ut operi adeo pio se praeberent liberales, ac propterea de superextantibus suae ecclesiae redditibus, summam scutorum quinquaginta similium in quotidianas necessariasque praedicti hospitalis impensas erogandam assignarent; quae quidem petitio utpote aequitati, et rationi innixa felicem sortita est effectum, nemine enim discrepante, plenisque suffragiis memorata congregatio annuam praestationem, seu subsidium quinquaginta scutorum hujusmodi dicto hospitali assignavit. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, tu probe existimans apostolicum Nostrum requiri beneplacitum, quo annuum subsidium hujusmodi perpetuo valiturum sit, ideoque sub die XXIV. mensis augusti dicti anni MDCCLXXXV. nonnisi ad annum resolutio-

Digitized by Google

nem praedictae congregationis adprobaveris, Nobis propterea iidem exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, ac ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: de eorumdem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, qui relationem tuam super praemissis ad se transmissam attenderunt, consilio; fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, et adimpletis prius oneribus confraternitati in saepedicta ecclesia sanctae Mariae de Ruscello adnexis, resolutionem praedictae congregationis, et assignationem annuae summae scutorum quinquaginta memorato hospitali, ut praefertur factam, auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et conscientia gratis perpetuo adprobes, atque confirmes.

Derogatio contrariorum.

§ 5. » Vogliamo inoltre, che il mercato, e la fiera suddetta godino tutti gl' indulti, facoltà, franchigia, prerogative, ed immunità competenti in qualunque modo agli altri mercati, e fiere solite farsi nelle città, terre, e ville della Nostra provincia di Ferrara, fra le quali godino anche quella, che nasce dallo statuto di Ferrara *lib.* 2. *rubr.* 76., in forza della quale tutte le persone, che concorreranno alli mercati, e fiera della Mesola per vendere, o comprare non debbano, nè possano essere dai loro creditori molestate, nè personalmente, nè realmente nei giorni del mercato, o della fiera sia nel trattenersi, sia nell' andare, o ritornare dai medesimi. Non intendiamo però di esimerle per li generi, che loro trasporteranno, da tutti quei dazj, e gabelle, che fossero mai dovute alle comunità, e loro respettivi appaltatori nei soliti luoghi, o passi fuori della Mesola, e specialmente non intendiamo esimerle dalle gabelle, e dazj dovuti presentemente alla Nostra camera, o che fossero per essere a di lei favore imposti in avvenire: bensì nel caso, che il sistema de' dazj, e gabelle per il maggior vantaggio della provincia di Ferrara si cambiasse colà secondo le massime da Noi stabilite nel generale regolamento delle Finanze, ci riserviamo di concedere alla suddetta tenuta camerale della Mesola, ed ai di lei mercati, e fiera tutti quei maggiori privilegj, che saranno combinabili coi stabilimenti della Finanza medesima: e forma questa dichiarazione vogliamo, che intanto tutti i generi, merci, o bestiami di ragione della medesima tenuta della Mesola, che secondo li suoi primordiali privilegj da Noi confermati col summominato Breve delli 11 gennajo 1788 sono affatto esenti da ogni dazio, e gravezza, se verranno nel mercato, e nella fiera contrattati, non dovranno, uscendo dalla tenuta, suggiacere a gabella, o imposizione veruna, sempre che siano accompagnati da un recapito giustificante la loro provenienza, qual recapito sottoscritto dagli agenti locali dovrà da loro darsi gratis, e senza alcun' pagamento. A maggior facilitazione poi de' mercati, e fiera suddetta ordiniamo, che quel bestiame, che dal distretto di Ferrara anderà al detto mercato, e fiera della Mesola, dovrà pagare il dazio dell' uscita alla tesoreria di Ferrara nel solo caso, che colà rimanesse venduto, o permutato per trasportarsi altrove fuori del detto distretto; ma non quando o venduto ivi rimanesse per uso dei beni della Mesola, a sicurezza di che dovrà riportarsene un' attestato di quegli agenti, o che invenduto, fosse di nuovo dall' estraente riportato nel medesimo distretto, essendone di ciò contente l' attual tesoriere marchese Antonio Gnudi particolarmente da Noi su di ciò sentito, conforme dovranno esserlo anche li tesorieri successori; e perchè non nascano frodi, dovranno gli estraenti nell' uscire dal distretto pagare agli ufficiali camerali dei primi passi della detta tesoreria in forma di deposito li dovuti dazj con far descrivere nella bolletta la qualità, peso, ed età degl' animali per poter confrontare nel ritorno l' identità di quei, che o saranno stati venduti per uso della Mesola, o ritorneranno nel distretto invenduti, ed effetto di ritirare dai detti ufficiali il deposito a quelli corrispondente, riportando però, quanto agl' invenduti, la detta bolletta atergata dagli agenti della Mesola a verificazione, che realmente tornano dal mercato, o fiera di quella tenuta. Gli agenti poi di as-

» sa tenuta da destinarsi da voi presiederanno » al mercato, ed alla fiera col titolo di provveditori, e dovranno invigilare, e cooperare » alla buona direzione dell' uno, e dell' altra, » sempre però colla dovuta subordinazione ai » vostri ordini, o di chi voi a ciò delegherete, » e respettivamente li successori vostri delegheranno. Si prenderanno altresì da voi, e » da vostri successori tutte quelle savie providenze, che sogliono esser comuni a tutti » gli altri mercati, e fiere specialmente della » provincia di Ferrara per impedir, che non » si comprino per strada sotto qualunque causa, e pretesto polli, ova, butirro, pesce, » animali, ed ogn' altra sorte di robbe, che » si porta al mercato da quelle persone, che » nel di lui giorno ve le conducono; che tutta » la robba, che colà sarà portata, debbano i » venditori tenerla esposta a comodo di chi » vorrà comprarla, senza, che possano tenerla » a parte, o nascosta col pretesto di averla ad » altri promessa, o venduta; che sia proibito » ai rivenditori di comprare cosa alcuna nei » mercati per tutto quel tempo, che sarà esposta la bandiera ad effetto, che ognuno possa » comodamente provvedersi di quanto gli abbisogna per uso proprio, e delle famiglie; che » finalmente niuna persona possa comprare » nei mercati alcuna sorta di robbe, e mercanzia per poi ivi rivenderla nello stesso giorno » a maggior prezzo, dandovi facoltà d' imporre » per tutte queste contravenzioni le convenienti » pene, delle quali dovrà esser giudice a forma » del suddetto nostro Breve delli 11 gennajo » 1788., il commissario della Nostra camera » residente in Ferrara, o chi egli colla vostra » intelligenza delegherà a questo effetto nella » Mesola. In esecuzione pertanto di questo Nostro chirografo pubblicherete gli opportuni » editti, spedirete li necessarj ordini, e farete » tutt' altro, che stimerete a ciò conveniente » essendo questa la mente, e volontà Nostra » espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 6. » Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo sebben non ammesso, nè registrato in camera, vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e » vigore colla semplice Nostra sottoscrizione; » e che così, e non altrimenti debba giudicarsi da tutti i tribunali del Nostro stato, niuno » escluso, ancorchè collegiale, e composto di » reverendissimi cardinali, togliendo loro la » facoltà di giudicare diversamente, ed annullando fin da ora ciò, che facessero, o giudicassero in contrario: ancorchè non siano » stati chiamati, nè sentiti monsignor commissario della Nostra camera, gli abitatori della tenuta della Mesola, li rappresentanti » delle comunità vicine, ed altri qualunque, » che vi avessero, o pretendessero avervi interesse: non ostante la regola della Nostra » cancelleria de jure quaesito non tollendo, la » Bolla di Pio IV. de registrandis, ed ogni » altra costituzione sì Nostra, che de' Nostri » predecessori, leggi, statuti, consuetudini, » ed ogni altra cosa, che ostar potesse, alle » quali cose tutte, e singole, avendone il loro » tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, per il premesso effetto specialmente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale, questo dì 29 luglio 1789.

Pius PP. VI.

Executio literarum apostolicarum.

§. 7. Volendo pertanto Noi, che quanto viene ordinato, ed espresso nel suddetto pontificio chirografo, abbia il suo totale, e pieno effetto: perciò in esecuzione di esso, servendoci in primo luogo della facoltà dataci come sopra, destiniamo per ora li mercati da farsi nella tenuta camerale della Mesola nel primo, e terzo mercoledì di ciascun mese, quando non siano festivi, altrimenti nel martedì precedente a detti primo, e terzo mercoledì; cominciando dal prossimo mese di settembre in appresso; e ciò senza pregiudizio di potere o Noi, o li tesorieri generali Nostri successori, far celebrare ogni volta, che così sembrerà, il mercato stesso settimanalmente, conforme si concede nel succennato pontificio chirografo: come ancora destiniamo li tre giorni del mese di settembre in esso chirografo designati per la celebrazione della fiera annuale in perpetuo nella medesima tenuta della Mesola. In secondo luogo poi ordiniamo, ed espressamente comandiamo a tutte, e singole comunità, e persone di qualsivoglia stato, grado, e condizione, ancorchè ecclesiastica, e privilegiata, e che per comprenderla nel presente editto fosse degna di special menzione, che sotto qualsivoglia causa, titolo, o pretesto non ardiscano di impedire, o in qualunque maniera frastornare la celebrazione dei detti mercati, o fiera, a cui abbiano a prestare ogni ajuto, e favore, come

pure l' abbiano a prestare a quelle persone dell' uno, e l' altro sesso, che vi concorreranno, facendo goder loro di tutti quelli privilegj, franchigie, ed esenzioni espresse nel suddetto chirografo pontificio. In caso poi di contravvenzione non meno alle ordinazioni suddette, che alle ulteriori savissime providenze, e regolamenti prescritti dalla santità di nostro signore come sopra per il buon ordine de' mercati, e fiere della Mesola, e per il pubblico comodo, e vantaggio dei concorrenti alli medesimi, quali regolamenti, e providenza Noi in vigore della facoltà accordataci, ordiniamo, che siano esattamente, e tali quali espresse sono nel trascritto pontificio chirografo osservate, sia ogni contraventore tenuto pagare la pena di scudi cinquanta per ciascheduna volta, da applicarsi per due terzi alla reverenda camera apostolica, e per l' altro terzo al tribunale, ed esecutori, che procederanno, e sotto altre pene anche corporali a nostro arbitrio. Vogliamo pertanto, che il presente editto affisso, e pubblicato nei luoghi soliti della Mesola, della città, e territorio di Ferrara, e sua legazione astringa ognuno alla plenaria, e totale osservanza del medesimo, come se personalmente gli fosse stato presentato. Dato in Roma dalla nostra solita residenza nel palazzo di Monte Citorio, questo di 6 agosto 1789.

Dat. die 11. aug. 1789. Anno XV.

DCCLXIII.

Reformatio militaris ordinis Jesu Christi.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Quaecumque a majoribus olim praeclare inventa, et si egregiis munita institutis, firmissimisque innixa praesidiis ita paulatim aetas, morumque in dies facta conversio elidit, atque debilitat, ut nisi opportuno tempore fulciantur, ac etiam ex integro aliquando instaurentur, sensim prolabi, convelli, ac funditus interire necesse sit: quod quidem humanae naturae vitium nedum ea inficit, quae ad rei publicae commodum, atque utilitatem excogitata optimis nituntur legibus, sed ad ea quoque non raro pertingit, quae in religionis subsidium, et divini cultus incrementum, sanctissimis constitutionibus firmata fuere, ut propterea non ultima, nec infrequens Romanorum pontificum cura sit, quae de vetere instituto defluxa, in pristinum revocare.

Relatio originis, et instituti militaris ordinis.

§. 2. Sane pro parte carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Lusitaniae, et Algarbiorum reginae fidelissimae dilectus filius Joannes Almeyda Mello, et Castro in ordine Jesu Christi nuncupato eques professus praefatae reginae fidelissimae consiliarius, ejusque apud Nos, ut sanctam Sedem apostolicam plenipotentiarius administer, exposuit, militarem ordinem Jesu Christi nuncupatum in Lusitaniae, et Algarbiorum regnis a Joanne XXII. praedecessore Nostro postulante Dionysio Portugalliae rege, institutum in fratres equites, in fratres presbyteros, et in fratres servientes fuisse distinctum, ea lege, ut equitibus belli munera obire, presbyteris sacra facere in ecclesiis sibi in commenda concessis, nec non sacramenta equitibus administrare, servientibus vero bonorum totius ordinis procuratio ad nutum magni magistri pro tempore imposita fuerit; prout latius continetur in literis praefati Joannis XXII. anno MCCCXIX. Avenione datis, quarum initium est — *Ad ea ex quibus* — et quamquam laudatus pontifex eidem militari ordini regulam, constitutionesque alterius ordinis sancti Jacobi de Calatrava initio servandas praescripserit, mox tamen proprias habere leges permisit, atque probavit, ut liquet ex altera ejusdem pontificis constitutione desuper edita, quae incipit — *Cum horum bonorum*.

Memorantur abusus irrepti pro quorum remotione nova statuta condita fuerunt, et aliae captae providentiae

§. 3. Quoniam vero, ut expositio praedicta prosequebatur interjectis temporibus, plurimi, iique graves in praefatum ordinem militarem abusus irrepserant Eugenius IV. pariter praedecessor Noster, adnitente praesertim Henrico duce Visensi, eodemque magno magistro anno MCCCCXXXIV. Joanni episcopo Lamacensi in mandatis dedit, opportunisque facultatibus munivit, ut novum constitutionum codicem conderet, iisque rite absolutis, aliisque deinde additis anno MDIII. ex capituli generalis ejusdem ordinis praescripto, tandem Julius II. pariter praedecessor Noster, instante potissimum Emmanuele Portugalliae rege anno MDV. expendit, ratasque habuit: mox vero Joanne III. Portugalliae regnum obtinente, Adrianus VI. item praedecessor Noster amplissimam ejusdem militaris ordinis administratio-

Digitized by Google

nem, et gubernium eidem concessit, eamdemque administrationem Julius III. primum ad ipsius regis vitam confirmavit, mox etiam perpetuo addixit Portugalliae regibus quibuscumque, foeminis etiam comprehensis, quibus et facultates impertitus fuit eumdem militarem ordinem Jesu Christi, una cum duobus aliis ordinibus equestribus, videlicet sancti Jacobi de Spatha, et sancti Benedicti de Aviz pariter unitis, et perpetuo incorporatis Portugalliae regnis, tam in spiritualibus per ecclesiasticas personas, quam in temporalibus regendi, gubernandi, et administrandi, prout in literis memorati pontificis Julii III. de anno MDLI. datis, fusius continetur.

Exponitur quomodo in monasticum institutum conversus fuerit.

§. 4. Cum autem praedictus Joannes III. Portugalliae rex, itemque praedicti ordinis Jesu Christi administrator collapsam iterum ejusdem ordinis disciplinam restituere vellet, apostolica fretus auctoritate Antonium ab Ulyssipone monachum congregationis sancti Hieronymi in visitatorem, atque reformatorem deputari obtinuit, a quo licet multa ad instaurandam regularem disciplinam rite constituta fuerint; praecipuum tamen visitatoris opus, studiumque spectavit, ut militaris ordo in monasticum prorsus institutum evaderet, ex quo factum est, ut fratres equites presbyterorum fratrum praesidio nudati sint, totusque militaris ordo Jesu Christi discerptus; adeoque post reformationem praedictam fratres presbyteri oneri magis, quam subsidio militari ordini esse ceperunt; cum neque spiritualia munia juxta fundationis leges amplius obire, et majorem bonorum, redditumque partem ab equitum patrimonio avulsam contra instituti formam in proprios usus converterent.

Reformatione deleta ad militarem ordinem iterum restituitur.

§. 5. Porro ad ejusdem reformationis tramites Clemens VII., et Paulus III. pariter praedecessores Nostri paucis additis, atque detractis apostolicis literis desuper editis se conformarunt, ut proinde Sebastiano Portugalliae regi, ne funditus militaris ordo interiret, necesse fuerit Gregorium XIII. item praedecessorem Nostrum adire, ab eoque praedictae reformationis revocationem petere, et ut fratres presbyteros ex monastica disciplina ad primaevas militaris ordinis leges revocaret; quibus postulatis, et si laudatus pontifex nequaquam per omnia annuendum censuerit, ratus monasticam vitam cum militaris ordinis instituto facile componi posse, multum tamen de reformationis vigore detraxit, eosdemque monachos jussit sacris literis, et ecclesiasticis studiis operam navare, exterarum missionum munera obire, et ibidem animarum curam in propriis paroeciis exercere, aliaque in spiritualem proximorum aedificationem, atque utilitatem peragere.

Dispersio ordinis, obveniente regnante Philippo III. Portugalliae rege.

§. 6. Verum Sebastiano rege interea defuncto, neque multo post e vivis etiam erepto Henrico in regnis successore, itemque Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali, et ad Hispaniae reges Lusitaniae regno delato, tanta rerum omnium perturbatio consequuta est, ut quae a fel. rec. Gregorio XIII. disposita fuerant in irritum cesserint, et militaris ordo Jesu Christi in praeceps prorsus abierit; cui quidem erigendo Sixtus V. praedecessor Noster manus admovit, in eamdemque curam Clemens VIII. pariter praedecessor Noster Philippi III. Hispaniarum, et Portugalliae regis precibus exoratus sedulo incubuit; quin tamen opus propter temporum calamitates ad exitum perduci potuerit, ut liquet ex utriusque praedecessoris Nostri literis.

Preces porrectae pro obtinenda restitutione ordinis.

§. 7. Quum vero sicut eadem expositio subjungebat abolendae reformationis causae exactis ferme duobus saeculis adhuc vigeant, et carissima in Christo filia Nostra Maria Francisca Portugalliae, et Algarbiorum regina fidelissima religionis studio, et avita pietate fervens augendo divino cultui, et regularium ordinum decori tuendo, restituendoque maxime intenta, a Nobis enixe postulaverit, ut praedictum militarem ordinem Jesu Christi, non obstante reformatione ab Antonio Ulyssipponensi facta, et a praedecessoribus Nostris, ac praesertim a Gregorio XIII. confirmata, ad primaevum institutum revocare, aliaque ut infra decernere, ac providere apostolica auctoritate dignaremur.

Administratio ordinis tam in temporalibus, quam in spiritualibus regi conceditur, exercenda per ecclesiasticos viros.

§. 8. Nos igitur eamdem carissimam in Christo filiam Nostram Mariam Franciscam reginam fidelissimam multis nominibus de catholica religione, et de sancta Sede praeclare meritam, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrit hujus tantum rei gratia absolventes; et absolutam fore censentes, supplicationibus ejus nomine a dicto Joanne Almeyda Mello, et Castro equi-

Digitized by Google

te professo Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem reginae fidelissimae, ejusque in Portugalliae, et Algarbiorum regnis successoribus magnum magisterium in primis, regimen, administrationem, et jurisdictionem praedicti militaris ordinis Jesu Christi, nec non aliorum duorum ordinum militarium sancti Jacobi de Spatha, et sancti Benedicti de Aviz, tam in temporalibus, quam in spiritualibus per ecclesiasticas tamen personas exercendam, a fel. rec. Julio III. concessam, aliisque Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris adprobatam perpetuo confirmamus, et quatenus opus sit, tenore praesentium ex integro concedimus, et impertimur.

Reformationem decretam a Gregorio XIII. delet.

§. 9. Reformationem praeterea praedicti ordinis militaris Jesu Christi ab Antonio Ulyssipponensi monacho congregationis sancti Hieronymi explotam, a summis pontificibus, ac praesertim a fel. rec. Gregorio XIII. confirmatam, et aliquando servatam una cum adjectionibus, limitationibus, modificationibus, et variationibus inde sequutis, et a praedecessoribus Nostris decretis, atque probatis, pariter tenore praesentium, eademque auctoritate apostolica delemus, extinguimus, et funditus tollimus, et pro deleta, extincta, et prorsus sublata haberi volumus, atque decernimus, confirmationibus, approbationibus, et emologationibus praedecessorum Nostrorum, ac potissimum praefati Gregorii XIII. quibuscumque non obstantibus; quibus omnibus, et singulis etiam si de iis verbalis insertio, et mentio specifica necessaria foret, per praesentes derogamus, ac perpetuo derogatum volumus, eidemque propterea Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae, ut in eumdem militarem ordinem antiquum, et primaevum institutum per ecclesiasticas personas inducere, et substituere; adeoque illius religiosos viros etiam quascumque alias regulas, et constitutiones pari modo adprobatas profitentes, et in Thomariensi monasterio, aliove degentes, ad pristinas ejusdem ordinis leges revocare posse, pariter tenore praesentium concedimus.

Concessio facultatis condendi nova statuta.

§. 10. Nos enim religiosos viros hujusmodi, postquam praedicti ordinis leges mox instaurandas per solemnem votorum nuncupationem amplexi fuerint a quocumque alio nexu, vinculo, seu obligatione, et observantia, quae ex quavis reformatione, ejusque regulis, constitutionibus, et ordinationibus et ex professione in aliquo ex dictis monasteriis emissa ab eis debetur, ad praemissum effectum absolvimus, ac cum eis respective dispensamus, ac praeterea ut leges, et statuta ejusdem militaris ordinis incrementum, ac personarum in eo degentium decorem respicientia sacris canonibus, et conciliorum generalium decretis consentanea, ut pro temporum, et locorum opportunitate per unam, vel plures ecclesiasticas personas idoneas, sibi benevisas, et ab eadem regina deputandas, aliasque in earum loco substituendas; condere, et ab omnibus, et singulis tam equitibus, quam fratribus presbyteris, ac etiam servientibus ejusdem ordinis omnino observandas, promulgari, numerumque dictorum fratrum constituere, eisque congruam pensionem ac decentem eorum substentationem adsignare, prout etiam, si quos forte contingat ab eodem ordine militari dimitti de congrua, atque decente pensione providere, nec non novas domus, ubi magis expedire judicaverit, easque etiam pro commendatariis dicti ordinis nuncupatis, et ad instar duorum monasteriorum Incarnationis, et de Sanctos militiae sancti Benedicti de Aviz, et sancti Jacobi de Spatha, respective erigere, et constituere, et aliquam ex erectis, si tamen visum fuerit, supprimere, et post recte constitutam praedicti monasterii rationem, et statum, si quid ex illius bonis, et redditus superfuerit, in alios pios usus, etiam extra dictum ordinem, erogare, et applicare, aliaque in praemissis, et circa ea necessaria quomodolibet, et opportuna gerere, exequi libere, et licite valeat, eidem reginae fidelissimae, quamcumque licentiam, et facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium permittimus, tribuimus, atque concedimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Decernentes has praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus memoratis prae-

by Google

dictorum praedecessorum Nostrorum literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis, nec non militiae Jesu Christi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima augusti millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. Romae 31. augusti 1789 Anno XV.

DCCLXIV.

Confirmatio, et ampliatio privilegiorum concessorum congregationi sanctissimi Redemptoris nuncupatae.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Sacrosanctum apostolatus officium, quod humilitatem Nostram, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, gerere voluit Altissimus, enixe postulat, ut paternam religiosorum ordinum, atque congregationum uberes, et suaves in vinea Domini fructus in dies suppeditantium curam gerentes, privilegia, gratias, et indulta illi ex apostolicae sedis largitate concessa, approbationis, et confirmationis robore muniamus, ac alias desuper opportune provideamus, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Concessiones factae a Benedicto XIV. memorantur. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de Paola superior generalis congregationis sanctissimi Redemptoris, quod alias fel. rec. Benedictus XIV. praedecessor Noster, postquam per apostolicas suas in simili forma Brevis, quarum initium « *Ad pastoralis* » die XXV. februarii MDCCXLIX. expeditas literas, institutionem dictae congregationis cum suis regulis, et constitutionibus approbaverat, per alias suas in pari forma Brevis die XI. augusti MDCCLVII. expeditas literas incipien. « *Pastoris aeterni* » eidem congregationi privilegia, indulta, gratias, et indulgentias, quae congregationibus Doctrinae Christianae, et Piorum Operariorum concessa erant quibusque fruebantur, communicavit, prout in dictis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Dubia suborta super efficacia concessionum. §. 3. Subinde autem, sicut pro parte dilecti filii Isidori Leggio, tunc existentis procuratoris generalis primodictae congregationis, Nobis fuerat humiliter supplicatum, ut quemadmodum super dubiis, quae quoad continuationem hujusmodi, inter suae congregationis alumnos postmodum exorta fuerant, videlicet, num per eam intelligerentur communicata, quae ad altaria privilegiata, indulgentias, et officia propria Sanctorum pertinent, a fel. rec. Clemente XIII. et itidem Clemente XIV. Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris per favorabile vivae vocis oraculum consultum fuerat, ita et Nos, qui etiam per simile oraculum, tum plenariam indulgentiam Christifidelibus perag. sacram communionem pluries in mense, tum facultatem dictis alumnis benedicendi cruces, sacra numismata, et coronas precatorias cum applicatione indulgentiarum in forma Ecclesiae consueta, et ab apostolica Sede praescripta ad numerum per superiores pro tempore dictae congregationis benevisum, ac tam intra missionum, et exercitiorum spiritualium curriculum, quam extra illud, una cum facultate absolvendi a casibus in Bulla die Coenae Domini legi consueta contentis, concessimus, ea omnia confirmare; atque insuper attento, quod congregatio clericorum discalceatorum Crucis, et passionis domini Nostri Jesu Christi vigore aliarum apostolicarum literarum per memoratum Clementem XIV. praedecessorum Nostrum XVI. kal. decembris ann. MDCCLXXIX. sub plumbo aeditarum prout cum aliis, ita cum sua congregatione in privilegiis, indulgentiis, aliisque spiritualibus gratiis communicationem habere obtinuerat, propterea vicissim congregationi suae praedi-

Digitized by Google

ctae communicationem privilegiorum, indultorum, aliarumque spiritualium gratiarum, quibus dicti clerici excalceati, eorumque congregatio fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt concedere dignaremur. Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, per Nostrum rescriptum diei x. octobris anni MDCCLXXXI. annuimus juxta petita, ac propterea omnia et singula privilegia, et indulta enunciatis tribus congregationibus ab apostolica Sede usque tunc concessa, et quae in posterum concederentur, quamvis speciali mentione digna ad praedictam congregationem sanctissimi Redemptoris extendimus, eaque sub iisdem modo et forma, ac aeque principaliter communicavimus, ac communicata esse volumus, prout in dicto rescripto, cujus etiam tenorem praesentibus pro expresso, et inserto haberi voluimus, uberius continetur.

Preces porrectae pro nova confirmatione privilegiorum.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quae per apostolicam Sedem praedictam concessa sunt, si ab ea confirmari contingat, majorem suscipiunt roboris firmitatem, ideo memoratus superior generalis rescriptum hujusmodi per Nos confirmari, ac alias, ut infra, a Nobis provideri plurimum desiderat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 5. Nos igitur eumdem exponentem, ejusque congregationem praedictam specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ipsorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, rescriptum Nostrum praedictum, omniaque, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus, et quatenus opus sit, privilegia, exemptiones, indulta, aliasque spirituales gratias dictae congregationi sanctissimi Redemptoris, ejusque superioribus, personis, ecclesiis, et domibus regularibus, tam generaliter, quam specialiter ac per viam communicationis cum supradictis tribus congregationibus, videlicet Piorum Operariorum, Doctrinae Christianae, et passionis D. N. J. C., etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac alias per nos, seu quoscumque alios Romanos pontifices praedecessores Nostros concessa, et in posterum pari modo concedenda, quaeque specialem requirent mentionem, ita ut illis praedicta congregatio sanctissimi Redemptoris in posterum uti, frui, et gaudere, libere, ac licite possit, et valeat, perinde ac si specialiter, et expresse, ac pariformiter, et aeque principaliter ei concessa fuissent, auctoritate, et tenore praesentis concedimus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 6. Decernentes easdem praesentes literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictaeque congregationi sanctissimi Redemptoris, ejusque superioribus, personis, aliisque praedictis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicae nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac supradictae congregationis sanctissimi Redemptoris, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis tametsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad

hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis ejusdem congregationis munitis, ea prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur, ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima prima augusti millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCLXV.

Dat. die 21. septembris 1789 Anno XV.

Suppressio simplicis beneficii sancti Antonii abbatis loci de Busseto s. Donnini dioecesis jurispatronatus Ferdinandi Mariae Borbonii regii Hispaniarum infantis ad effectum illius redditus in pios usus erogandi.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Universa bonorum Ecclesiae administratio Nobis divinitus commissa requirit, ut eorum usum, peculiaribus id suadentibus rationibus, quandoque immutari decernamus quemadmodum divinae gloriae, et animarum aeternae saluti profuturum existimamus.

Ratio ob quam suppressio decernitur.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum sub titulo, seu invocatione sancti Antonii abbatis nuncupati in parochiali, seu alia ecclesia loci de Busseto sancti Donnini dioecesis, quod, sicut etiam accepimus, de jure patronatus dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Mariae Borbonii regii Hispaniarum infantis ex fundatione, vel dotatione, aut apostolico privilegio, cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur, quodque dilectus filius Antonius Santori presbyter nuper obtinebat per liberam ejusdem Antonii dimissionem de illo in manibus ordinarii loci sponte, et libere peractam, et per ipsum ordinarium ejus auctoritate admissam vacaverit, et vacet ad praesens. Atque ejusdem Ferdinandi Mariae regii infantis nomine Nobis fuerit delatum, neque personalem residentiam, vel aliquod ecclesiae servitium, aut pium aliquod opus beneficium illud pro tempore obtinenti fuisse injunctum, seque in votis summopere fovere, ut redditus, quibus abunde fuit instructum pie, ac fideliter erogarentur. Ideo preces suas Nobis obtulit, ut praevia ejusdem beneficii tituli suppressione, apostolica suprema auctoritate Nostra facultatem, ut infra impertiremur.

Suppressio decernitur.

§. 3. Nos igitur acceptis, perpensisque personae e regia progenie, atque summa religione, pietate, eximiisque virtutibus ornatae precibus, nec non ob ejus erga Nos, et apostolicam Sedem observantiam, quam ex animo fovet, libenter illius vota Nobis exposita implere deliberavimus. Quare memoratum beneficium, cujus et illi forsan annexorum fructus, redditus, et proventus sexcentorum scutorum monetae Romanae secundum communem extimationem valorem annuum, ut pariter accepimus, non excedunt, sive praemisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu aliam dimissionem dicti Antonii, vel cujusvis alterius de illo similiter sponte factam, aut alias quomodocumque vacet: illiusque titulum hactenus collativum, naturam, statum, et essentiam apostolica Nostra auctoritate tenore praesentium perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Commutatur voluntas fundatoris, et fructuum erogatio ad pios usus decernitur.

§. 4. Nec non quorumcumque, qui bona memorati beneficii donaverunt, illudque constituerunt, fundatorum voluntates ad effectus tamen infrascriptos praemissa auctoritate commutamus. Illoque suppresso, et extincto eidem Ferdinando Mariae regio infanti etiam per praesentes facultatem tribuimus et impertimur, ut conlatis cum venerabili fratre Nostro Adeodato Turchi episcopo Parmensi consiliis, et cum eo unanimiter omnia, et singula illius beneficii bona, nec non illorum fructus, redditus, et proventus, obventiones, et jura quaecumque in pios usus in perpetuum impendantur, et convertantur, prout idem Ferdinandus

Maria regius infans cum eodem Adeodato illa juxta Dei gloriam, et cultum, et animarum salutem, vel pauperum levamen duxerit destinanda, et stabilienda. Ita quod eadem bona, illorumque fructus praefati memoratis piis usibus perpetuis, quibus destinata fuerint, applicata, et appropriata sint, et censeantur, perinde ac si juxta primaevam illorum conditionem, et statum ad usus illos destinata fuissent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Praesentes quoque Nostras literas etiam ex eo, quod quicumque in praemissis quomodolibet interesse habentes, vel habere praetendentes ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, aut ex quacumque causa quantumvis juridica, et legitima de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus eas quodcumque juris, gratiae, vel facti remedium impetrari minime posse. Nec illas sub quibuscumque similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes sub quibuscumque tenoribus, et formis pro tempore edendis comprehendi, sed semper ab illis excipi, ac perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, Sedisque apostolicae nuntio, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi auctoritate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane harum quoque vigore decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non tollendo, et de exprimendo vero annuo valore beneficiorum in illorum suppressionibus, ac de similibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, nec non postremi Lateranensis concilii suppressiones perpetuas nisi in casibus a jure expressis fieri prohibentis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis specialis mentio habenda foret, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum tantum opportune, et valide derogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, commutationis, facultatis, impartitionis, applicationis, appropriationis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo octnagesimo nono, undecimo kalendas, octobris, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCLXVI.

Dat. die 25 septembris 1789. Anno XV.

Praevia suppressione sex semi praebendarum cathedralis ecclesiae Pharaonensis, tum duo in praesenti vacantia, tum alia duo primo vacatura in erectionem, et dotem erigendi episcopalis seminarii applicantur.

Venerabili fratri Francisco episcopo Pharaonensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Quantum pastoralis sollicitudinis, et vigilantiae in Dominicum gregem, cui fraternitatem tuam nuperrime Dominus Noster Jesus Christus voluit praesidere a te impendatur, haec facile ostendunt postulata.

Expositio precum, in quibus porrecta ab episcopo in solamen seminarii referuntur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod cum omnis aetas ab adolescentia in malum prona sit, ut nihil incertius, quam vita adolescentium, eaque propter Tridentina synodus statuerit, ut omnes omnino episcopi, caeterique locorum ordinarii, unusquisque in sua dioecesi collegium, seu episcopale seminarium erigeret, in quo illi pueri reciperentur, quorum indoles, et voluntas spem afferret, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros, ut a teneris annis, et antequam vitiorum habitus totos homines possideret, ad pietatem, et religionem efformati, et ecclesiasticis disciplinis ab adolescentia instituti, perfecti deinde es-

sent homines Dei ad omne opus bonum instructi, illud praeprimis, dum ad hanc ecclesiam Pharaonensem accessisti, tibi curandum esse arbitratus es, ut episcopale seminarium, quod antea actis temporibus fuit semper desideratum, numquam vero constitutum, modis omnibus erigeretur, quo porro sumptibus ad illius erectionem necessariis facere satis possit, illudque congruis etiam redditibus ditetur, considerans tu, quod in tua cathedrali ecclesia praeter canonicatus alia sex beneficia existunt, quae dimidios canonicatus vocant, de quorum fundatione nullum invenitur documentum, et quibus praeter chori servitium nullum aliud onus incumbit, quam peragendi officium diaconi in missis conventualibus; hosque inter, et canonicos diuturnae aluntur contentiones, et dissidia, quodque propterea neque utilius neque commodius eidem erigendo seminario consuli posset, quam si praevia tum duorum ex dictis sex dimidiis canonicatibus, seu semi praebendis, quae nunc vacant, tum aliorum quatuor dimidiorum canonicatuum hujusmodi suppressione, et extinctione, bona, jura, et actiones ad duo vacantia, et primo duo vacatura beneficia hujusmodi quomodolibet spectantia in seminarii hujusmodi erectionem, ad alia vero duo ultimo pariter vacatura in fundationem quatuor beneficiorum cantorum, quorum praesens numerus minor quam divinus exigat cultus, videtur, applicentur, et uniantur, prout applicari, et uniri summopere desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Pontifex omnia gesta laudat, et sua auctoritate confirmat.

§. 3. Nos igitur dum providum tuum consilium fundandi episcopale seminarium in tua hac dioecesi plurimum in Domino commendamus, ac quantum in Nobis est justis tuis petitionibus libenter suffragari volentes, teque, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae, de cujus prudentia, fide, ac religionis zelo, quam maxime confidimus, per praesentes committimus, ac mandamus, ut dum duo beneficia, seu semi-praebendas, dimidios canonicatus appellata jamdiu in tua cathedrali fundata in praesentiarum, ut praefertur, vacantia, tum alia quatuor deinceps vacatura, nunc prout ex tunc, dum scilicet ea vacare contigerit, auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas, ac suppressa, et extincta esse, et fore decernas, atque declares, itant sex beneficia hujusmodi ex nunc esse desinant, ac de caetero uti talia in titulum collativum quavis auctoritate conferri, seu de illis disponi amplius nequeat, et si illa deinceps conferri, aut impetrari, aut alias de illis disponi contingat, collationes, provisiones, et aliae quaevis dispositiones de illis quomodolibet faciendae nullae, et inanes, nulliusque roboris, et momenti existant, nullique suffragentur, nec coloratum titulum possidendi cuique tribuant; insuper omnes, et singulos eorumdem beneficiorum tum vacantium, tum duorum imposterum primo vacaturorum, ut praefertur, supprimendorum, et extinguendorum bona, si quae sunt, ad illa spectantia, fructus, redditus, proventus certos, et incertos, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque quomodolibet nuncupata, etiam distributiones festivas, et quotidianas, si aliquas habeant, ad eadem beneficia, seu ad illorum possessores pro tempore existentes spectantia, et pertinentia, et in quibusvis rebus consistentia, et undecumque provenientia in erectionem dicti episcopalis seminarii, aliorum vero ultimo loco pariter vacaturorum in quatuor beneficiatorum cantorum ad ejusdem ecclesiae cathedralis chori servitium juxta leges, et statuta jam ad praesentes existentium erectionem auctoritate praedicta perpetuo unias, applices, et appropries; ac quoad dicta beneficia in futurum vacatura nunc prout ex tunc unita, applicata, et appropriata esse, et fore statuas, atque decernas; ita ut non solum ad praesens vacantium beneficiorum hujusmodi, sed etiam postquam unum, aut alterum, vel omnia dicta supprimenda, et extinguenda beneficia deinceps vacaverint, tu, aut episcopus Pharaonensis pro tempore existens, omnes, et singulos illorum fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, et distributiones etiam quotidianas, et festivas, si quae sunt, in causas praedictas illico erogare, et applicare libere, ac licite possitis, et valeatis, eadem auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existe-

re, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit, quorumcumque piorum fundatorum testamentis, dispositionibus, codicillis, ac ultimis voluntatibus, quas quoad praemissa sufficienter, et expresse commutamus, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, et applicationibus, illisque committendis ad partes vocatis, quorum interest, et aliis Nostrae, et cancellariae apostolicae regulis, nec non Lateranensis concilii uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum constitutione, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non praedictae collegiatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quinta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimoquinto.

DCCLXVII.

Dat. die 29. septembris 1789. Anno XV.

Exemptio sanctimonialium Jesus, et Mariae civitatis Barchinonensis ordinis sancti Francisci de Paula a jurisdictione, et gubernio fratrum ejusdem ordinis, eorumque subjectio episcopo Barchinonensi.

Venerabili fratri Hippolitho archiepiscopo Corinthiensi Nostro et Sedis apostolicae apud carissimum in Christo filium Nostrum Karolum Hispaniarum regem catholicum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. **P**astoralis officii humilitati Nostrae divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui sub suavi jugo, Deo proprius famulari susceperunt, curam gerentes ea, quae pro tollendis abusibus, animorum studiis, stabiliendaque regulari disciplina, ac christiana charitate accomoda esse dignoscuntur, rerum prius, ac temporum vicibus mature perpensis concedamus; prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Tenor precum porrectarum a rege Hispaniarum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus, quod cum alias major, ac senior pars sanctimonialium monasterii Jesus, et Mariae nuncupati ordinis sancti Francisci de Paula minimorum pariter nuncupatorum civitatis Barchinonensis sibi referre curaverit multa incommoda, quae ex gubernio fratrum ordinis praedicti, quorum jurisdictioni, et gubernio subditae sunt, eidem monasterio proveniebant, ac audito etiam de ac super veritate expositorum venerabili fratre episcopo Barchinonensi de opportuna, ac maxime utili dicti monasterii exemptione ab eorumdem fratrum minimorum jurisdictione, ac gubernio, compertum habuit; Nobis propte-

rea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ejusdem Karoli regis catholici votis annuere, et statui, atque utilitati earumdem monialium consulere volentes fraternitati tuae de cujus fide, doctrina, vigilantia, et charitate, ac in gerendis negociis dexteritate plurimum in Domino confidimus per praesentes committimus, et mandamus, ut dictum monasterium Jesus, et Mariae civitatis Barchinonensis, ejusque moniales a quacumque subjectione, ac regimine, et gubernio dictorum fratrum sancti Francisci de Paula minimorum nuncupatorum auctoritate Nostra apostolica eximas, et liberes, ac exemptum, et liberum esse decernas, atque declares; omnimodae vero jurisdictioni moderni, et pro tempore existentis episcopi Barchinonensis in spiritualibus subjicias. Eaque propter fratribus praedictis harum serie prohibemus, ne in iis, quae ad monasterium hujusmodi, et monialium praedictarum speciale gubernium pertinent imposterum, se ullatenus ingerere audeant, seu praesumant. Declarantes tamen, quod licet moniales praedictas quoad spiritualem jurisdictionem a memoratis fratribus segregaverimus, ut praefertur, ac segregatas esse decreverimus, nihilominus gratiis, favoribus, indultis, ac privilegiis, tam spiritualibus, quam temporalibus alias per summos pontifices praedecessores Nostros fratribus ordinis sancti Francisci de Paula minimorum praedictis concessis, uti, frui, et gaudere licite, ac libere possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde, ac si ordini praedicto, ut prius unitae, ac incorporatae essent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis et monasterii praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quinta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCLXVIII.

Dat. die 25. septembris 1789. Anno XV.

Commissio episcopo Pharaonensi imponendi taxam perpetuam quadraginta millia reis monetae Portugalliae super redditibus cujusque canonicatus cathedralis ecclesiae Pharaonensis, eamque applicandi fabricae dictae ecclesiae.

Venerabili fratri Francisco
episcopo Pharaonensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Ad ecclesiarum omnium statum salubriter, et utiliter providendum paterna sollicitudine vigilantes, ea illis favorabiliter concedi-

Digitized by Google

mus, quae eorum necessitatibus fore conspicimus opportuna.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod cum tua cathedralis ecclesia vetustate fatiscens promptis, ac sumptuosis indigeat reparationibus, nec certos habeat redditus ad illius fabricam, sacramque parandam suppellectilem, ac necessarios sustinendos sumptus specialiter assignatos, propterea ut decori, et necessitati ejusdem ecclesiae prospiciatur, illique certi annui redditus statuantur, quibus eadem ecclesia exaedificari, ac omnibus rebus ad cultum divinum, sacrasque functiones, ut decet peragendas requisitis instrui, et ornari possit, cum annui redditus cujusque triginta praebendarum, quae istius cathedralis ecclesiae capitulum constituunt, *deducta parte fructuum quae unaquaeque illarum patriarchali ecclesiae Lisbonensi persolvit*, ad sexcenta millia regalis istius monetae Portugallensis ascendant, considerans tu, quod si ad hoc aliqua annua pensio, seu praestatio super redditibus dictarum praebendarum imponatur, ac praebenda, quae nunc dignitati thesaurarii majoris ejusdem cathedralis ecclesiae adnexa est, praevia illius separatione a dicta dignitate ac suppressione nunc prout ex tunc, dum illa primum vacaverit, eidem fabricae in perpetuum adjudicetur, ac tandem cum non parva pecuniae summa ex quibusdam annuis redditibus, qui in missis celebrandis, aliisque in suffragiis juxta testatorum mentem erant impendendi, prout olim impendebantur, coacta fuerit, quod pia onera hujusmodi ob motam hisce desuper litem adimpleta non fuerunt, quibus tamen nunc cum jam lis hujusmodi dirempta sit, esset satisfaciendum si aliqua pecuniae hujusmodi portio, quae scilicet, praevia piorum onerum hujusmodi reductione pro tuo arbitrio, et conscientia facienda, supererit in aedificationem, et constructionem ecclesiae tuae cathedralis convertatur non solum praesenti, sed etiam futuris ejusdem ecclesiae necessariis reparationibus, sacraeque illius suppellectili optime consultum esset. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur reparationi, et decori dictae cathedralis tuae ecclesiae, nunc, et in perpetuis futuris temporibus consulere, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, atque mandamus, ut annuam perpetuam taxam quadraginta millia reis monetae Portugallensis super fructibus, redditibus, proventibus certis, et incertis, juribus, obventionibus, et emolumentis quibuscumque, ac distributionibus festivis, et quotidianis uniuscujusque praebendae, seu canonicatus dictae cathedralis ecclesiae, ita ut quilibet praebendatus pro rata, et prout fuerit divisa, vel conjuncta sua praebenda, et qui duplicem praebendam, seu duas praebendas unitas obtinuerit, *duplicem taxam;* qui vero tantum partem praebendae obtinet, partem solummodo taxae persolvere teneatur auctoritate Nostra apostolica indicas, atque imponas; et cum sicut accepimus inter episcopum Pharaonensem pro tempore existentem, et capitulum *fructus mensae dividantur, ita tamen ut cum a mensa episcopali solvatur quarta pars dictorum fructuum* mensae patriarchali Lisbonensi; hinc te, ac episcopum Pharaonensem pro tempore existentem ad taxam hujusmodi pro summa octingenta millium reis dictae monetae teneri auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus, atque declaramus. Hasce porro taxas, seu annuas perpetuas praestationes fabricae dictae cathedralis ecclesiae, ut in perpetuum pariter auctoritate praedicta assignes, et applices, tibi mandamus. Praeterea volumus, tibique injungimus ut nunc prout ex tunc, dum scilicet dignitas thesaurarii majoris ejusdem cathedralis ecclesiae vacaverit praevia a dignitate hujusmodi dismembratione ac separatione praebendae, quae illi alias adnexa fuit eamdem praebendam auctoritate supradicta supprimas, et extinguas, ac suppressam; illamque cum omnibus suis fructibus, redditibus, proventibus, certis et incertis, juribus, obventionibus, et emolumentis, quibuscumque etiam distributionibus festivis, quotidianis fabricae praedictae perpetuo unias, et adnectas, ita tamen ut postquam dismembratio, suppressio, et applicatio hujusmodi perfectae fuerint, thesaurarium pro tempore existentem ab omni expensarum onere, quo tenetur, et cujus gratia praebenda, ut praefertur dismem-

Digitized by

branda fuerat eidem dignitati adnexa; exemptum, et solutum omnino esse declares; interea tamen dum haec dignitas non vacet episcopum, et capitulum tantumdem ad fabricam, ex propriis redditibus subministrare, quantum ex praedicta praebenda, si jam adjudicata foret fabrica acceptura esset, servata inter eumdem episcopum, et capitulum proportione, quam in impositione dictae taxae servari volumus, teneri edicas; hancque secundam praestationem cessare statim ac praebenda praedicta fuerit fabricae addicta, statues. Ut autem praesenti, ac facili via necessariae exaedificationi, et constructioni ejusdem cathedralis ecclesiae prospiciatur, tibi auctoritate, et tenore praedictis concedimus, ut praevia missarum aliorumque piorum onerum quibus ex pecunia, ut praefertur, deposita, finita jam lite, quae hisce desuper fuerat alias excitata, esset satis faciendum, reductione pro tuo arbitrio, et conscientia facienda, summa quae hinc supererit, in hunc usum pro hac vice tantum auctoritate praedicta convertere, et applicare libere, ac licite possis, et valeas.

Declaratio specialis. §. 4. Volumus tandem, et harum serie decernimus, ut quidquid ex redditibus fabricae ecclesiae cathedralis hujusmodi, ut praefertur, applicatis, et quorum administratio tibi, et episcopo Pharaonensi pro tempore existenti cum duobus, seu pluribus canonicis ejusdem ecclesiae a te, vel ab episcopo hujusmodi eligendis spectabit, si supportatis necessariis impensis pro decenti cathedralis ecclesiae exhibitione residuum erit, in utilitatem, ac reparationem ecclesiarum in dioecesi Pharaonensi existentium erogari omnino debeat.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et spectabit in futurum cujuscumque status, gradus, ordinis, praeeminentiae, dignitatis existant inviolabiliter observari, et adimpleri debere, neque ex eo quod in praemissis quomodolibet interesse habentes, seu habere praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causae propter quas eaedem praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quacumque etiam quantumvis justa, legitima, pia, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, sed adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu proprio, et de apostolicae potestatis plenitudine concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare umquam posse; sicque, et non aliter in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac aliis quibusvis apostolicis, ac etiam in provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non capituli praefati etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quinta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto. Derogatio contrariorum.

Digitized by Google

Dat. die 25 septembris 1789. Anno XV.

DCCLXIX.

Facultas confraternitati sanctissimae Ascensionis civitatis Castelli liberandi quotannis unum reum ad triremes damnatum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Pias Christifidelium confraternitates, seu societates ad charitatis, et pietatis opera exercenda institutas, ut in eorumdem charitatis, et pietatis operum exercitio magis confoveantur specialibus favoribus, et gratiis prosequimur, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis sub invocatione sanctissimae Ascensionis civitatis Nostrae Civitatis Castelli, canonice, ut asseritur, erectae, quod ipsi inter quamplurima pietatis, et charitatis opera erga pauperes in publicas carceres ejusdem civitatis detentos, quae exercere desiderant, illud etiam semel in hebdomada, vel etiam pluries stipem per vicos et plateas dictae civitatis in sustentationem non solum eorumdem carceratorum, sed etiam suarum familiarum erogare promittunt, quatenus ipsis facultas singulis annis liberandi unum reum ad triremes damnatum per Nos concedatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur ipsos exponentes praemissorum meritorum intuitu specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito prius fratrum venerabilium Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis, et consulationibus status Nostri ecclesiastici praepositorum consilio et fiscalis Nostri generalis relatione, eidem confraternitati sanctissimae Ascensionis civitatis Nostrae Civitatis Castelli, et pro ea modernis, et pro tempore existentibus illius officialibus, et confratribus, ut ipsi, donec, et quousque praemissa pietatis, et charitatis opera erga ipsos pauperes in carcere detentos, expleverint, perpetuis futuris temporibus, singulis annis unum reum in carceribus dictae civitatis existentem, et detentum ex quocumque crimine a dilecto filio moderno, seu pro tempore existente ipsius civitatis gubernatore, seu curia saeculari ad triremes per decennium damnatum, dummodo tamen crimen non sit ex infamiam irrogantibus, aut ex homicidio non per rixam, cujus poena ad triremes decennium excederent, vel si reus contumax sit, contumaciam expleverit, et habita prius pace, sive consensus partis offensae, et sine ullo fisci Nostri praejudicio ad eorum electionem ex ipsis carceribus educere, et eductum a crimine, et poena exinde proveniente liberare, et eximere libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Leges, et conditiones adnexae. §. 4. Ea tamen lege, et conditione, ut si contingat confraternitatem praedictam, sive illius officiales, et confratres inceptum pietatis, et charitatis erga pauperes praedictos exercitium hujusmodi, quod sicut praemittitur, explere pergunt, intermittere, cessare, et desinere, eo casu praesens gratia nulla sit eo ipso, et nemini suffragari intelligatur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac officialibus, et confratribus dictae confraternitatis nunc, et pro tempore existentibus plenissime, servata tamen apposita conditione, suffragari, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, etiam contra homicidas per Romanos pontifices praedecessores editis, nec non dictae civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis

etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quinta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 25. septembris 1789. Anno XV.

DCCLXX.

Indultum archipresbytero pro tempore ecclesiae Guadixensis habendi suffragium in capitulo dictae ecclesiae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Suprema apostolicae charitatis providentiaeque Nostrae erga omnes Christifideles adhibenda a Nobis cura maximopere postulat, atque exigit, ut omnes pontificiae benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, ut dissidiis, partiumque studiis procul amotis, atque eliminatis, ubi opus esse constiterit, omnia inter viros praesertim ecclesiasticos in pace fiant, et omnia ad divinum cultum augendum, procurandamque aeternam animarum salutem componantur, constabilianturque.

Ratio concessionis. §. 2. Cum autem sicut pro parte dilecti filii Juliani Antonii de Casas moderni archipresbyteri cathedralis ecclesiae Guadixensis expositum Nobis fuit pluribus ab hinc annis, anno nempe MDCCLI. ex rationibus ab archipresbytero Guadixensi tunc existente adductis a clar. me. Ferdinando VI., dum vixit Hispaniarum rege catholico de cujus jure patronatu ex privilegio apostolico, cui non erat tunc in aliquo derogatum, declaratum fuit, eidem archipresbytero, suisque successoribus votum, seu suffragium in capitulis, sive sessionibus capitularibus ejusdem ecclesiae Guadixensi competere, ita tamen, ut hoc jure uti ipsi minime liceret, nisi obtenta a Romano pontifice ejusdem gratiae concessione. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dissensiones, ac dissidia, quae facile oriri possent, si haec dignitas jure hujusmodi non polleret, illiusque decori memoratus Julianus Antonius consulere summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur memoratum Julianum Antonium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem moderno, ac pro tempore existenti archipresbytero dictae cathedralis ecclesiae canonice electo, et proviso, ut ipse in quibusvis capitulis, congressibus, et congregationibus capitularibus pro tempore a capitulo, et canonicis praedictis habendis interesse, ac in eis votum, sive suffragium habere, et ferre libere, ac licite possit, et valeat, in omnibus, et per omnia perinde ac si votum praedictum dicto archipresbytero ab initio concessum fuisse reperirentur, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo concedimus, et assignamus; ea tamen adjecta lege, et conditione, ut moderhus, et pro tempore existens archipresbyter praedictus per hujusmodi concessionem nullum jus, nullumque privilegium, nullamve praerogativam acquirat, per quod, seu quam ipse sacras functiones in choro, ac altare peragere, aliaque jura quaecumque, et praesertim emolumenta pecuniaria ad capitulum, et canonicos praedictos spectantia, praetendere possit; quae quidem jura, et privilegia capitulo, et canonicis ipsis firma, ut antea, ac ad eosdem canonicos dumtaxat privative salva, et illaesa remaneant. Mandantes propterea capitulo, et canonicis hujusmodi, caeterisque, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in virtute sanctae obedientiae, ut dictum archipresbyterum praesentis gratiae commode, et effectu pacifice frui, et gaudere sinant, et faciant, nec illum desuper in praemissis a quoquam quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari permittant. Concessionis tenor.

Digitized by Google

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Ac decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respectivo inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quinta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 25. septembris 1789. Anno XV.

DCCLXXI.

Indultum recitandi missam, et officium proprium de sancto Sisebuto abbate.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum, sicut dilecti filii definitorium majus monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Vallisoletanae Nobis nuper exponi fecerunt pro eo, quem erga beatum Sisebutum abbatem dicta congregatio gerit devotionis affectu, indultum recitandi quotannis officium cum oratione, et lectionibus propriis secundi nocturni etiam missam ejusdem beati Sisebuti omnibus religiosis utriusque sexus dictae congregationis per Nos concedi plurimum desiderent.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; ut in posterum ab omnibus religiosis utriusque sexus praedictae congregationis Vallisoletanae recitari possit officium cum oratione, et lectionibus propriis secundi nocturni, et missa dicti beati Sisebuti abbatis, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictaeque congregationi, ejusque superioribus, et religiosis utriusque sexus plenissime suffragari; sicque et non aliter in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque congregationis, ejusque ordinis, et monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo

Digitized by Google

robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quinta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimoquinto.

Dat. die 2. octobris 1789. Anno XV.

DCCLXXII.

Facultas nominandi praepositum parochialis ecclesiae monasterio Zwierzynecensi extra moenia civitatis Cracoviae existenti.

Venerabili fratri Ferdinando archiepiscopo Carthaginensi apud carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Poloniae regem illustrem Nostro, et Sedis apostolicae nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt, dilectae in Christo filiae moderna abbatissa, et canonissae regulares monasterii Zwierzynecensis extra moenia civitatis Cracoviae ordinis canonicorum regularium Praemonstratentium, quod ipsae ab ipsa monasterii fundatione ab anno nempe MCXLVI. in ea sint possessione, vel quasi eligendi, seu nominandi praepositum ex ordine praedicto, qui parochialem ecclesiam eidem monasterio prope sitam cum suis cappellanis administret, et regat ad praecavenda ea omnia, quae deinceps hisce desuper suscitari forsan possent, et quo jus suum praedictum firmius subsistat, et servetur exactius, illudque apostolicae confirmationis patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur easdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de veritate narratorum, jus, quo dicta abbatissa, et canonissae de praesenti utuntur, et jam pridem usae, gavisae, et potitae sunt, eligendi scilicet, ac nominandi praepositum, ex dicto suo ordine, qui ecclesiam parochialem ecclesiae conventuali sui monasterii prope sitam cum suis cappellanis administret, auctoritate Nostra apostolica confirmes, et approbes, ac omne apostolicae perpetuae firmitatis robur adjicias.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum, cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti ordinis, et monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda octobris millesimo

Digitized by Google

septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 8. octobris 1789. Anno XV.

DCCLXXIII.

Nonnulla mandata circa beneficia curata in dioecesi Giennensi existentia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Desideriis, quae ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstrantur animo Nos decet libenti congruum impertiri suffragium, prout in Domino expedire conspicimus.

Memorantur decreta lata ab episcopo tempore visitationis.

§. 2. Siquidem pro parte venerabilis fratris Augustini episcopi Giennensis expositum Nobis nuper fuit, quod cum alias bonae memoriae Stephanus Gabriel, dum vixit, tituli sanctorum Joannis, et Pauli presbyter cardinalis Giennensis nuncupatus, et tunc episcopus Giennensis dum sacram visitationem in ecclesia, civitate, et dioecesi Giennensi expleret, animadvertit, paucissimos esse animarum pastores in sacris disciplinis sufficienter peritos: quamobrem ut huic incommodo occurreretur inter caetera per suum decretum statuit, nullum deinceps ad ecclesiastica beneficia curata, vel curam animarum adnexam habentia admittendum esse, qui ab anno jam, et ultra ad sacrum presbyteratus ordinem non esset promotus; quod quidem decretum, ut in aevum servaretur a felicis recordationis Clemente pp. VII. praedecessore Nostro confirmari obtinuit, et cum interim memoratus Clemens praedecessor Noster supremum expleverit diem, literaeque apostolicae hisce desuper expediri nequiverint, felicis recordationis Paulus pp. III. praedecessor itidem Noster, ejusque in Romano pontificatu immediatus successor per suas pariter literas in forma: rationi congruit: anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo trigesimo quarto tertio nonas novembris, pontificatus sui anno primo sub plumbo datas decretum praedictum confirmavit prout, in eisdem literis, quarum tenorem praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Eadem decreta in parte reprehenduntur.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ea sit rerum humanarum conditio, ut nil tam scite, tamque prudenter statui possit, quin aliquando rerum usu moderandum, aut penitus reformandum sit, propterea cum decretum praedictum ea in parte, quae in petentibus beneficia curata, aut curam animarum adnexam habentia qualitatem sacerdotalem requirit exitiosum potius, quam utile deprehendatur, quod numerus petentium plus aequo sic coercetur, ac magis idonei a petitione hujusmodi arcentur; Nobis propterea memoratus Augustinus episcopus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Et apostolica auctoritate revocantur.

§. 4. Nos igitur memoratum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, dictarumque literarum Pauli praedecessoris Nostri tenores etiam veriores pro pleno, et sufficienter insertis, et expressis habentes, literas hujusmodi ea in parte tantum, qua qualitatem sacerdotalem in petentibus parochias, seu beneficia curam animarum adnexam habentia praecipitur, apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo revocamus, rescindimus, et abrogamus, omnesque clericos requisita a sacris canonibus praescripta habentes, licet nondum ad sacros, etiam presbyteratus, ordines sit promotus ad vacantes parochiales ecclesias, vel beneficia curam animarum adnexam habentia petere, consequi, et obtinere posse auctoritate, et tenore praedictis declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet

Digitized by Google

quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus felicis recordationis praedictorum Clementis, et Pauli praedecessorum Nostrorum literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non praedictae ecclesiae Giennensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda octobris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 10. novembris 1789. Anno XV.

DCCLXXIV.

Facultas archiepiscopo Parisiensi supprimendi duo monasteria monachorum ordinis Coelestinorum, eorumque bona applicandi in pios usus.

Venerabili fratri Antonio Eleonoro Leoni archiepiscopo Parisiensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Exponitur quo modo collapsa disciplina in ordine Coelestinorum ejus suppressio decreta fuerit a Clemente XIV.

§. 1. Alias cum pro parte cla. mem. Ludovici XV., dum vixit, francorum regis christianissimi fel. rec. Clementi pp. XIV. praedecessori Nostro delatum fuisset in domibus monachorum Coelestinorum existentibus in regno Galliarum regularem disciplinam ita esse collapsam, ut nihil ex iis ornamenti, et utilitatis, plurimum vero detrimenti, offensionis, et scandali in christianum populum redundaret, omnemque reformationis spem sublatam fuisse, pro pastoralis officii debito, piissimis ejusdem Ludivici regis votis annuendo, facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum concessit ad annum duraturam, ut tamquam ejus, et apostolicae Sedis delegati domos monachorum Coelestinorum in suis respective dioecesibus existentes visitarent, ac sedulo inquirerent, si qui pravi usus, damnandaeque consuetudines irrepsissent, et opportuna remedia adhiberent; quod si vacuum prorsus, et irritum compertum fuisset, quodcumque instaurandae regularis disciplinae studium, et conatum modum excogitarent, ac viam proponerent, qua eidem Clementi praedecessori communicata, illud deinde de praedictis monasteriis vel omnibus, vel aliquibus, deque ejusdem ordinis personis decerni posset; quod divino cultui, Christifidelium bono, ac eorumdem monachorum conscientiae tranquillitati magis profuturum videretur, ac alias prout in ipsius Clementis praedecessoris desuper in simili forma Brevis die prima martii MDCCLXXIII. expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Quapropter sicut Nobis nuper exponi fecisti, cum bo. mem. Christophorus de Beaumont, dum vixit, archiepiscopus Parisiensis, et immediatus praedecessor tuus vigore earumdem literarum, ea, qua par erat, diligentia, zelo, et charitate duorum monasteriorum ejusdem ordinis, quorum unum in civitate Parisiensi, alterum in loco Marcousy suae Parisiensis dioecesis consistebant, visitationem susceperit, omniaque periclitatus sit, quae ad pristinam regularem observantiam, et disciplinam in monasteriis hujusmodi instaurandam, ac monachos ad suscipiendam reformationem adducendos opportuna fore conspexerit, quod omnia studia, sollicitudinesque tuae, quas non solum per annum, sed per integrum septennium adhibuerat, in irritum cesserunt, cum Nos interim pluribus aliis Galliarum archiepiscopis, et episcopis facultatem fecerimus supprimendi monasteria ordinis praedicti intra limites suarum respective dioecesum consistentia, quod omnis

Digitized by Google

conciderat spes ordinem praedictum ad pristinum regularis vivendi methodi candorem restituendi, prout in Nostris literis illorum singulis annis MDCCLXXVI., MDCCLXXVII., MDCCLXXVIII., vel alias respective expeditis, ipse pariter anno MDCCLXXXI. ad praedictorum monasteriorum suppressionem se accinxit, jussitque, ut par erat, inquiri in ea omnia, quae praevia esse solent solemni suppressionum hujusmodi decreto.

Monasterium Parisiense, et aliud loci Marcousy ejusdem dioecesis supprimit episcopus.

§. 2. Hinc monachi monasterii civitatis Parisiensis demissa bonorum suorum administratione a dicto monasterio discesserunt, dum tamen perpauci alterius monasterii loci Marcousy Parisiensis dioecesis in eo permanserunt, expectantes, ut alii regularis disciplinae studiosi sibi adjungerentur; itaque cum memoratus Christophorus jam meditatam suppressionem a monasterio Parisiensi perficere coepisset, res nondum expleta, vitam cum morte commutavit: cui cum fraternitas tua fuerit suffecta praedecessoris tui inceptum eo adduxisti, ut jam plenissime, ac juridice notum sit, ne minimam quidem superesse spem in supradictis monasteriis tuae dioecesis vitam communem, et regularem observantiam restaurandi, omnesque monachos e septis religiosis excessisse, cum jam officiis, et muneribus suis fungendi numero, et viribus impares essent. Quae cum ita sint, licet ob memorati Christophori archiepiscopi praedecessoris tui pietatem, ac suam in Nos, et hanc sanctam Sedem devotionem, et observantiam censori debeat, ipsum aeque ac caeteros Galliarum episcopos, nisi post impetratas ab hac sancta Sede necessarias facultates suppressiones praedictas aggressum fuisse, nihilominus, cum de hisce nullum extet documentum, ut quae usque adhuc a te, et a praedecessore tuo circa haec acta, et gesta sunt, valida sint, ac nullo umquam tempore in dubium revocari possint, ac ea, quae adhuc indecisa sunt, expleri fas sit. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Suppressionem pontifex confirmat.

§. 3. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclitati, cum in id etiam carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Galliarum regis christianissimi preces superaccedant, omnia, et singula, quae circa memoratas suppressiones dictorum monasteriorum Parisiensis, et loci Marcousy tuae Parisiensis dioecesis ordinis Coelestinorum praedicti facta, et gesta sunt, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui hisce desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Conceditur facultas eidem episcopo erogandi bona in pios usus.

§. 4. Praeterea fraternitati tuae facultatem, atque potestatem eadem monasteria ordinis, tum civitatis Parisiensis, tum dicti loci Marcousy supprimendi, ac omnem regularem ejus qualitatem perpetuo in eo extinguendi auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur; tibique, ut bona omnia, tam stabilia, quam mobilia, semoventia, jura, et actiones ad monasteria hujusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia cujusvis generis, et speciei existant, in alios pios tamen usus assignare, et applicare libere, ac licite possis, et valeas auctoritate apostolica tenore praesentium pariter concedimus, et indulgemus.

Consulitur personis monachorum.

§. 5. Quod vero attinet ad personas monachorum integram familiam eorumdem monasteriorum componentium, ut ipsis permanendi, quoad vixerint, extra claustra sui ordinis in habitu presbyterorum saecularium, et sub obedientia dioecesani loci, in quo morari contigerit, concedendi facultatem tribuere possis, et valeas pari auctoritate, et tenore impertimur. Volumus autem, et earumdem tenore mandamus, quod ex fructibus, redditibus, et proventibus eorumdem monasteriorum, omnibus, et singulis monachis praedictis in habitu presbyterorum saecularium extra claustra viventibus ea annua assignetur portio, quoad vixerint duratura, quae tuo arbitrio, et prudentia sufficiens, atque congrua judicabitur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii

Digitized by Google

apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et ordinis, ac monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima novembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 10. novembris 1789. Anno XV.

DCCLXXV.

Indulgetur canonicis cathedrali ecclesiae Firmanae, ut abesse possint a servitio chorali per duos menses non omissis distributionibus, praebendatis vero per unum mensem.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Rationi, et aequitati congruit, ut illis, qui in totum anni decursum ecclesiae servitio diligenter insistunt, per aliquod modicum tempus, et ubi sine divini cultus imminutione fieri liceat ab eadem ecclesia abesse posse permittatur.

Expositio precum porrectarum a capitulo.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii canonici, et capitulum metropolitanae ecclesiae Firmanae, quod licet vigore constitutionum capitularium dictae ecclesiae ad quotidianum personale chori, et ecclesiae servitium teneantur, jamdiu tamen suscepit consuetudo, ut per tres menses, vel continuos, vel discretos absque conscientiae scrupulo ad concilii Tridentini disposita ab eadem ecclesia abesse possint, sed ea lege, ut ab absentibus tertia amittatur fructuum, seu distributionum quotidianarum pars, quae secus ab ipsis lucrarentur.

Ratio concessionis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, cathedralis ecclesia Firmana, in vertice collis posita sit, cujus clivus, vel hyemali, vel aestivo praesertim tempore arduus satis, ac incommodus est, praecipua vero redditaum canonicalium summa ex distributionibus quotidianis conflatur, hinc severa nimis ac gravis videatur in tam laborioso, ac assiduo debito chori servitio consuetudo praedicta, ut videlicet, neque per modicum tempus ab ecclesia hujusmodi abesse fas sit nisi amissa tertia fructuum parte. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor gratiae.

§. 4. Nos igitur, ut memorati exponentes alacrius Dei servitium suscipiant, eosque specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes; et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audita prius venerabilis fratris Andreae archiepiscopi Firmani relatione; exponentibus praedictis, caeterisque capitularibus pro tempore existentibus, ut deinceps canonici, et unusquisque eorum per duos solidos menses, praebendati vero, et mansionarii, et unusquisque eorum per unum dumtaxat solidum mensem, aut continuos, aut discretos in quolibet anno, exceptis tamen quadragesimae, et adventus temporibus, ac diebus, in quibus archiepiscopus Firmanus pro tempore existens in pontificalibus celebrare solet, nisi tamen aliter ab eodem archiepiscopo cognita causa, ac pro sua conscientia censeatur, a praedicta ecclesia, et chori servi-

by Google

tio pro suo arbitrio, et conscientia abesse, et nihilominus distributiones horis canonicis, missae conventuali, aliisque solemnibus missis, nec non defunctorum anniversariis addictas, ac etiam quotidianas, si quae sunt ordinarias, et extraordinarias quomodolibet qualificatas, et in quibusvis rebus consistentes, et undecumque provenientes, ac etiam solis praesentibus, ac divinis officiis, singulisque diurnis, et nocturnis horis interessentibus dari, praestari, ac per eos percipi, et haberi solitas, et ad eos in dicta ecclesia personaliter residentes, ac officiis, horis, et missis, et anniversariis praedictis assidue interessentes, spectantes, et pertinentes percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem convertere, libere ac licite valeant in omnibus, et per omnia perinde ac si in ipsis durantibus duobus mensibus pro canonicis, ac mense praedictis pro praebendatis, et mansionariis discretis, aut continuis in dicta ecclesia personaliter residerent, et officiis, horis, missis, ac anniversariis hujusmodi assidue interessent, dummodo tamen hujus indulti causa Dei servitium nullimode imminuatur, cui vel per eumdem Andream archiepiscopum cum capitulo per praescribendam methodum consuletur, vel saltem nisi octo canonici, et sex ex praebendatis, et mansionariis insimul, et per idem tempus indulto hujusmodi uti, ac frui possint, alioquin ii, qui ultra hunc numerum ad ecclesia, et servitio praedicto aberunt, integra distributione mulctentur, ac iis gratia hujusmodi suffragari nequeat, ac nulla sit eo ipso auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Mandantes propterea eidem capitulo, caeterisque ad quos fructuum, et distributionum hujusmodi traditio spectat nunc, et quomodolibet spectabit in futurum in virtute sanctae obedientiae, ut omnia, et singula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque, nec non distributiones hujusmodi omni mora, et dilatione postpositis iis, qui indulto hujusmodi uti intendant, seu illorum legitimo procuratori ratione officiorum, horarum, missarum, ac anniversariorum hujusmodi dictis mensibus vel continuis, vel discretis durantibus debita juxta tenorem praesentium realiter, et cum effectu tradant, et consignent, seu ad aliis tradi, et consignari curent, et faciant.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. *Clausula sublata, et decretum irritans.*

§. 6. Quocirca dilectis filiis causarum curiae camerae apostolicae generali auditori, ac antiquiori canonico cathedralis metropolitanae ecclesiae Firmanae per praesentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios praesentes literas, et in eis contenta quaecumque ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte ejusdem capituli, et canonicorum praedictae cathedralis fuerint requisiti solemniter publicantes, ipsisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate Nostra eos praemissorum omnium, et singulorum commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere non permittentes, eos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad id quatenus opus sit, auxilio brachii saecularis. *Deputatio apostolici executoris.*

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ejusdem cathedralis Firmanae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis ha- *Derogatio contrariorum.*

Digitized by Google

bentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima novembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 13. novembris 1789. Anno XV.

DCCLXXVI.

Confirmatio unionis nonnullorum redditium favore hospitalis mulierum civitatis Beneventanae factae.

Dilecto filio Nostro Francisco Mariae Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Banditi nuncupato ecclesiae Beneventanae ex concessione, et dispensatione apostolica praesuli.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio facrum.

§. 1. Circumspectionis tuae in Nos, et apostolicam Sedem merita poscunt, ut votis tuis quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuamus. Nuper siquidem Nobis exposuisti, quod alias bonae memoriae Pompejus dum vixit Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Arigonius nuncupatus istius ecclesiae Beneventanae praesul, moniales tunc existentes monasterii sancti Adeodati, ad monasterium sancti Victorini dictae civitatis transtulit, ac in hospitale pro infirmis sub cura fratrum ordinis sancti Joannis Dei primodictum monasterium commutavit, eique redditus aliorum trium inibi existentium hospitalium nempe sancti Spiritus, sanctae Mariae Martyrum, et sancti Bartholomaei, quod adhuc extat, univit, onere dictis fratribus injuncto, omnes infirmos, nonnullis tantum exceptis, in eo recipiendi, insuper et administrandi dictum hospitale sancti Bartholomaei ad peregrinos sua impensa in eo excipiendi; voluitque, ut utrique hospitali hujusmodi septem, juxta decretum dictae unionis die xxv. novembris anni MDCX. editum eligendi praeessent deputati. Tractu autem temporis, cum ultimodictum hospitale ob census imminutionem, defectumque manutentionis eo redactum esset, ut peregrinis nil, praeter tectum praestare posset, accidit, ut vi terraemotus, qui anno MDCLXXXVIII. praedictam civitatem afflixit, penitus everteretur; verum felicis recordationis Benedictus pp. XIII. praedecessor Noster tunc dictae Beneventanae ecclesiae archiepiscopus passus non est, quod hujusmodi charitatis opus extingueretur; hinc proprio aere illud reaedificando, dictos fratres non tantum ab hoc onere levavit, sed etiam insumptis in fabricam ducentis supra mille ducatis monetae istarum partium, illud suppellectile omni, aliisque rebus necessariis instructum eisdem fratribus reddidit, prout ex instrumentis, altero die VIII. novembris anni MDCLXXXXII. rogato, relatoque in illius dioecesis synodo, altero autem certis ex causis, et de partium consensu in, et super actu consignationis hujusmodi anno MDCLXXXXVII. condito plenius continetur.

Providentiae captae ab archiepiscopo favore hospitalis.

§. 2. Cupiens interea idem archiepiscopus, et Noster praedecessor perpetuae pii hujusmodi operis subsistentiae meliori, qua posset ratione consulere, unam, atque alteram summam mille ducatorum similium eidem hospitali, donatione, quae dicitur fieri inter vivos, tribuit, quarum prima, utpote in constitutionem census cum ista communitate Beneventana conversa, et reddens annuatim quinquaginta similes ducatos ad peregrinorum coenam, aliosque usus jam destinatos, postmodum extinctione hujusmodi census sequuta, aliter collocata fuit; altera vero in emptionem domorum favore ejusdem hospitalis fuit erogata, prout in alio instrumento de eodem anno MDCLXXXXVII. rogato etiam plenius continetur; ex quibus aliisque subsidiis adeo amplificatae sunt hujusmodi hospitalis facultates, ut anno MDCCXVI. ad ducatos centum quadraginta quatuor circiter monetae praedictae ascenderent: qua de re bonae etiam memoriae . . . . Colombini dum ageret in humanis saepe dictae ecclesiae archiepiscopus probe noscens pietatis, et devotionis spiritum, quo peregrini olim ferebantur ex conditione temporum fere sublatum esse; satius duxit novum hospitale, et quo tunc dicta civitas carebat, videlicet pro indigenis, exterisque mulieribus infirmis erigere, eique dictos redditus unire, et incorporare; manus itaque ad opus admovit, aptum coemit locum, at morte praeventus, quod ille imperfectum reliquit, tu perficere cupiens, dictos redditus,

illiusque inhaerendo vestigiis, novo huic hospitali uniisti cum onere praestandi peregrinis, quos in praedicto sancti Bartholomaei hospitale excipi contigerit, mansionem, et lectum, quotam insuper panis partem in singulis dominicis. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo unio hujusmodi, aliaque per te, ut praefertur, disposita firmius subsistant, et serventur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desideres, Nobis propterea humiliter supplicasti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica de peractis ab archiepiscopo.

§. 3. Nos igitur circumspectionem tuam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita etiam relatione dilecti filii magistri Julii Gabrielli congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii; unionem, et incorporationem reddituum hospitalis peregrinorum sub invocatione sancti Bartholomaei alteri hospitali mulierum a te, ut praefertur, factam, nec non onus secundo dicto hospitali de praestanda mansione, lecto, et pane peregrinis pro tempore excipiendis impositum, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictique hospitalis sancti Bartholomaei etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia novembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCLXXVII.

Dat. die 26. nov. 1789. Anno XV.

Exemptio monasterii monialium Clarissarum villae de Alcazar sancti Joannis Toletanae dioecesis ab omni jurisdictione, et regimine fratrum minorum sancti Francisci de Observantia, et ejus subjectio episcopo Toletano.

Venerabili fratri Hippolitho archiepiscopo Corinthiensi Nostro, et Sedis apostolicae apud carissimum in Christo filium Nostrum Karolum Hispaniarum regem catholicum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Pastoralis officii humilitati Nostrae divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui sub suavi religionis jugo, Deo propius famulari susceperunt, curam gerentes ea, quae pro tollendis abusibus, animorum studiis, stabiliendaque regulari disciplina, ac christiana charitate accomoda esse dignoscuntur, rerum prius, ac temporum vicibus mature perpensis, concedamus, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Antonius Fita fiscalis su-

Digitized by Google

premi consilii, et camerae regnorum Castellae, quod alias dilectae itidem in Christo filiae abbatissa, et moniales clarissae conventus, seu monasterii de Conceptione villae de Alcazar sancti Joannis, quae est praeceptoria, seu commenda hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani magni prioratus in provincia della Mancha Toletanae dioecesis memorato supremo consilio preces obtulerunt, quibus ad evitanda plurima spiritualia, ac etiam temporalia incommoda, quae eidem conventui, seu monasterio quotidie proficiscebantur ex eo, quod sub regimine, gubernio, et jurisdictione fratrum minorum ordinis sancti Francisci de observantia dictae provinciae erant, exorabant, ut praevia ejusdem conventus, seu monasterii exemptione a quolibet dicti ordinis gubernio, et jurisdictione, archiepiscopo Toletano pro tempore existenti subjicerentur. Quae cum apud consilium praedictum omnia probata fuerint, ideoque opportuna visa sit, maximeque eidem monasterio utilis postulata exemptio, cum in id etiam carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici preces accedant; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ejusdem Karoli regis catholici votis annuere, et statui, atque utilitati earumdem monialium consulere volentes, fraternitati tuae, de cujus fide, doctrina, vigilantia, et charitate, ac in gerendis negociis dexteritate plurimum in Domino confidimus per praesentes committimus, ac mandamus, ut dictum conventum, seu monasterium de Conceptione villae de Alcazar sancti Joannis, ejusque moniales a quacumque subjectione, ac regimine, et gubernio dictorum fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum auctoritate Nostra apostolica eximas, et liberes, ac exemptum, et liberum esse decernas, atque declares; omnimodae vero jurisdictioni moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Toletani in spiritualibus subjicias: eapue propter fratribus praedictis harum serie prohibeamus, ne in iis, quae ad monasterium hujusmodi, et monialium praedictarum spirituale gubernium pertinent imposterum se ullatenus ingerere audeant, seu praesumant. Declarantes tamen, quod licet moniales praedictas quoad spiritualem jurisdictionem a memoratis fratribus segregaverimus ut praefertur, ac segregatas esse decreverimus, nihilominus gratiis, favoribus, indultis, ac privilegiis, tam spiritualibus, quam temporalibus alias per summos pontifices praedecessores Nostros fratribus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupat. praedictis concessis, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia perinde, ac si ordini praedicto, ut prius unitae, ac incorporatae essent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasterii praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quarta novembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 14. novembris 1789. Anno XV.

DCCLXXVIII.

Unio domus nuncupatae dell' Infantato prioratui magni hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani existentis in regno Portugalliae, et reformatio ordinis succedendi in eorum administratione.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Expedit quam maxime, ut familiae, quae de catholica religione, deque hac sancta Romana Sede, cui, Deo auctore, et nullis Nostris suffragantibus meritis, praesidemus, ob insignia illa facta sunt optime merita in quam producantur, ut nepotes conspicua progenitorum suorum exempla sectantes, illorumque fidei constantiam, et eximiam in apostolicam Sedem devotionem imitantes Christianam rempublicam, adversus male cordates homines, qui illam in omni tempore implere satagunt, pro viribus divina favente gratia tueantur, atque defendant.

Exponitur quae fuerit consuetudo in eligendo rectore domus de infantato et prior magni hospitalis.

§. 2. Itaque cum carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae reginae fidelissimae nomine dilectus filius Joannes de Almeida miles militiae Jesu Christi, ac apud Nos et hanc sanctam Sedem ejusdem reginae fidelissimae minister plenipotentiarius exponi nuper fecit, quod licet alias, carissimi praedecessores sui ad conservandam, ac in aevum propagandam suam familiam, quam vocant de Infantato, hoc est infanti secundo genito regiae domus, congruum constituerint patrimonium, illudque semper novis redditibus, honoribus, et gratiis auxerint; cum tamen in Portugalliae regno magnus prioratus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani de Crato nuncupati erectus existat, ad quem ab anno MDCXCVI. ad hunc usque diem reges Portugalliae pro tempore existentes unum ex infantibus regiae suae familiae nominare consueverunt, ac novissime etiam memorata Maria Francisca regina fidelissima dilectissimum filium Nostrum Joannem ejus natum, ac principem Brasiliae nominavit, quo domus de infantato praedictae decori, ac congruae substentationi magis, magisque consulatur prioratum de Crato praedictum eidem domui per Nos in perpetuo uniri summopere desiderat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Unio domus et prioratus decernitur.

§. 3. Nos igitur eamdem Mariam Franciscam reginam fidelissimam favoribus specialibus prosequi, suisque votis, quantum in Domino possumus, annuere volentes, ac sperantes quod, quanto majoribus beneficiis, et gratiis ipsa ab apostolica Sede se praemunitam, et affectam cognoverit, tanto magis catholicae Ecclesiae exuberantes favores, quoties opus fuerit exhibebit; supplicationibus hujusmodi inclinati fel. re. Nicolai III. Coelestini V. Eugenii IV., aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum, qui militares ordines de Aviz, et sancti Jacobi de Velles in regno Castellae separarunt, ac illorum, et militaris ordinis Jesu Christi administrationem, ac magnum magisterium regibus Portugalliae pro tempore existentibus, in perpetuum concesserint vestigia sectantes, administrationem dicti magni prioratus de Crato hospitalis praedicti magni prioratus patrimonio, ac domui de infantato, praedicta auctoritate apostolica Nostra praesentium tenore in perpetuum unimus, et incorporamus, ac unitum, et incorporatum esse, et fore statuimus, atque declaramus.

Statuitur novus ordo succedendi in eorum administratione.

§. 4. Ita ut memoratus Joannes infans, et princeps Brasiliae magnum prioratum hujusmodi obtineat usque dum domum de infantato administraverit; postquam vero ipse in regnum successerit, cum domo praedicta etiam prioratus ad suum secundogenitum transeat, ita ut, qui domus, et status dell' Infantato administraverit, sit pariter magnus prior, absque ulla nova concessione; quod si dictus dominus Joannes infans noluit, habuerit secundogenitum, tunc et domus, et prioratus erunt in administratione, donec aliquis sit secundogenitus regnantis, qui in domum, ac prioratum succedat. Si secundogeniti obtinentes domum et prioratum praedictos, uxorem duxerint, et filii legitimi, et naturales nati sint, successio in domum, ac prioratum defertur suis primogenitis; si autem descendentes legitimi non habeant, tunc succedant existentes filii secundogeniti lineae regnantis in domum, et prioratum, vel in administrationem erunt, donec aliqui superveniant filii secundogeniti. In eventum porro, quo domus de Infantato sit ad unicam foeminam redacta, tunc cum illa in suo matrimonio erunt omnia observanda, quae in

constitutione quoad foeminam, quae in regnum succedit, praescribunt, ut scilicet intra regni limites, et illi viro nubat, cujus favore status in curiam collecti dispensabunt, secus ab omni successionis jure in domum dell' Infantato, et magnum prioratum praedictos decidet, prout jus ad regnum ammitteret foemina, quae juxta leges hasce non nupsisset. Tandem si soboles dumtaxat illegitima erit, tunc domus dell' Infantato regreditur ad domum regnantis, cum illegittimi incapaces semper erunt in domum, ac prioratum praedictos succedere, prout ex constitutione in regnum succedere non possint; quapropter semper, et quandocumque qui juxta leges, et dispositiones ab eadem Maria Francisca ad successionem in domum dell' infantato, ac patrimonium illi, ut praefertur, constitutum, vel illius administrationem pro tempore obtinebunt, superrime decernendam, ut praefertur, praescriptas ad domum hujusmodi venerint, vel illius administrationem pro tempore obtinebunt, fructus quoque, redditus, ac proventus dicti prioratus percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem, vel alias juxta ejusdem etiam dispositiones, ut praefertur, praescriptas, convertere, omnibusque suis adnexis juribus, praerogativis, praeeminentiis, gratiis, indultis, quibus priores dicti prioratus usque in praesens, usi, potiti, et gavisi sunt, aut uti, potiri, et gaudere quomodolibet in futurum possunt, vel poterunt, pari modo absque ulla differentia, uti, potiri, et gaudere, ita ut in ipso temporis articulo, in quo in administrationem, vel possessionem patrimonii, et domus dell' Infantato venient, sin ipso jure, et absque ulla alia concessione nova habeantur dicti prioratus administratores, quin ipsi ad ea, quae circa qualitatem, professionem, aliaque requisita fratribus militibus, ac professoribus, seu commendatariis hospitalis praedicti a statutis, seu stabilimentis, ac ordinationibus capitularibus dicti ejusdem hospitalis auctoritate apostolica confirmatis sunt praescripta ad haec teneantur, quin imo una cum administratione hujusmodi praeceptorias, seu commendas, ac dignitates aliarum militiarum, seu ordinum equestrium consequi, et obtinere respective libere, ac licite possint, et valeant, reservatis magno magistro hospitalis praedicti, ejus communi aerario non solum consuetis responsionibus, quae ad annuam summam septem millium, ac quingentorum cruciatorum monetae Portugalliae ascendant, sed etiam pro titulo annatae, et mortorii annua summa mille cruciatorum monetae Portugalliae ab administratione, ac tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

§. 5. Decernentes etc. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus apostolicis, ac quatenus opus sit Nostrae, et cancellariae apostolicae regulis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi speciali mentione dignis derogamus. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta novembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimoquinto. *Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.*

DCCLXXIX.

Dat. die 9. decembris 1789. Anno XV.

Indulgetur, ut in ecclesia monasterii monialium sanctae Engratidis Pampilonensis festum dictae sanctae titularis cum officio, et missa transferri possit ad feriam quartam post dominicam in Albis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilectae in Christo filiae abbatissa, seu priorissa, et moniales monasterii monialium sanctae Engratidis virginis, et martyris extra moenia civitatis Pampilonensis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsae pro eo, quem erga eamdem sanctam gerunt devotionis affectu, ejus festum cum officio, et missa ritu duplici primae classis cum octava, ad feriam quartam post dominicam in Albis per Nos transferri summopere cupiant. *Ratio concessionis.*

§. 2. Nos dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta etiam relatione dilecti filii magistri Dominici Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum secretarii: ut imposterum in eccle- *Concessionis tenor.*

Digitized by Google

siam praedicti monasterii sanctae Engratidis ejus festum cum officio, et missa ritu duplici primae classis cum octava, ad feriam quartam post dominicam in Albis transferri libere, et licite possit, et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti monasterii, ejusque ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima decembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimoquinto.

DCCLXXX.

Dat. die 4. decembris 1789. Anno XV.

Creatio officii assessoris generalis pro administratione vectigalium, et commercii.

Pius PP. VI.

Motu proprio.

Prooemium.

§. 1. Il desiderio del maggior bene, e vantaggio de' Nostri amatissimi sudditi, dal quale siamo stati sempre animati fino dai primi momenti del Nostro innalzamento al trono pontificio, ha in special modo richiamata la sovrana Nostra attenzione sull' interessante oggetto della legislazione economica del Nostro stato, affine di rettificarla, e renderla più coerente, e consentanea alle massime fondamentali della pubblica economia, dalle quali l' esperienza fa conoscere, che niuna nazione può in alcun modo allontanarsi, senza che nello stesso tempo si scosti dalla verace prosperità, ed opulenza.

Memorantur providentiae captae pro meliori gubernio status ecclesiastici.

§. 2. E certamente nulla abbiamo omesso di ciò che dipendeva dalla Nostra autorità, e dalle Nostre cure per riuscire in un così utile soggetto come ne fanno ampia fede le molte nuove disposizioni da Noi prese sopra le diverse parti della stessa legislazione economica; e particolarmente poi la generale abolizione dei pedagi, la congrua perequazione dei tributi, alla quale sono diretti li nuovi compilati catastri, la riforma del sistema monetario, lo stabilimento delle dogane ai confini ed il regolamento ultimamente emanato sulla grascia.

Ut quae constituta utiliter fuerunt perdurent novum officium creatur.

§. 3. Riflettendo Noi però, che col progresso del tempo li più profittevoli stabilimenti sogliono degenerare, e indebolirsi, e desiderando ardentemente per lo stesso fine del pubblico bene, e vantaggio dei Nostri sudditi, che mai avvenga la decadenza delle surriferite nuove determinazioni, ed altre, che potremo prendere, abbiamo creduto di non poter meglio ottenere un tale intento, che col creare, e deputare stabilmente un nuovo ministro, il quale col titolo di assessor generale delle finanze, e del commercio non abbia altra ispezione, che d' invigilare, che in ciascheduno degli oggetti, li quali concernono la pubblica economia, si osservino sempre nel loro più esatto vigore le anzidette massime fondamentali, e che a tal' effetto per la discussione degli affari risguardanti come sopra la stessa economica legislazione debba egli assiduamente occuparsi, ed assistere tutti li primarii tribunali di questa città, ai quali incombe il regolamento delle indicate materie economiche, in quella guisa appunto, che per un motivo del tutto simile si trova stabilito, che l' avvocato fiscale nelle materie concernenti l' interesse dell' erario, ed il fiscale generale, e l' avvocato dei poveri per ciò, che risguarda la legislazione criminale, sieno particolarmente addetti a tutti gli anzidetti tribunali di questa capitale.

Declaratur in quo versetur munus assessoris.

§. 4. Abbiamo in oltre osservato, che siccome li principali oggetti, su de' quali si aggira la pubblica economia, quali sono il commercio, l' agricoltura, le manifatture, la moneta, l' annona, ed altri simili, hanno fra di loro una recondita, ma immediata connessione, e tale, che le disposizioni, le quali si prendono sopra uno di essi, non possono non lasciare d' influire eziandio sopra gli altri: così es-

Digitized by Google

sendovi per l'avvenire un ministro il quale assista a tutti gli anzidetti tribunali nella discussione dei più volte riferiti affari economici, si renderà troppo difficile, che nel provvedere a un' oggetto di pubblica economia se ne sconcerti, e si pregiudichi a un' altro, e che un tribunale nell' esercitare le proprie stragiudiziali incombenze venga a contrariare, e si opponga alle viste dell' altro, come diversamente potrebbe di leggieri accadere, ed è pur troppo accaduto per lo passato in molti incontri.

Creatio praedicti officii assessoris generalis.

§. 5. Pertanto in vista di tutti questi riflessi siamo venuti alla determinazione di creare, come in virtù della presente Nostra cedola di moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà creamo, e stabilmente deputiamo un nuovo ministro col titolo di assessor generale delle finanze, e del commercio, affinchè nelle discussioni, che in avvenire occorreranno farsi delle materie concernenti oggetti di pubblica economia, serva, ed assista più particolarmente tutti gli anzidetti tribunali primarj della capitale, ai quali come sopra incombe di disporre di alcuno degli oggetti medesimi, acciò non solo si regolino tutti, e in tutte le occasioni a seconda delle vere massime economiche, ma che eziandio niuno di essi contradica, e si opponga alle viste, ed all' operazioni dell' altro.

Facultates eidem concessae.

§. 6. Il prefato nuovo ministro perciò dovrà essere destituito di ogni più picciola autorità di agire, e per conseguenza non altererà, o diminuirà in niente la giurisdizione, e le ordinarie facoltà di cadauno dei suddetti tribunali, dovendo egli unicamente restringere le sue incombenze, e le sue cure ed esporre il proprio sentimento su gli oggetti, circa ai quali verrà interpellato dai tribunali medesimi. E questi poi saranno tenuti espressamente di farlo in tutti i casi, nei quali si tratterà d' introdurre qualche nuovo regolamento, che in qualunque maniera abbia relazione alla pubblica economia, ed al commercio, o che interessino lo stato, come di provvedere dagli esteri li generi occorrenti al sostentamento della vita; di modo che nel proporre a Noi, ed ai Nostri successori pro tempore gli anzidetti nuovi regolamenti, ed affari interessanti per ottenere l'approvazione della sovrana autorità, non dovrà ommettersi individuare il voto consultivo, che in ordine ai medesimi nuovi regolamenti avrà fatto il mentovato assessor generale delle finanze, e del commercio. Vogliamo parimenti, che venga interpellato, e richiesto il sentimento del riferito nuovo ministro all' occasione, che da alcuno dei surriferiti tribunali si tratti di stabilire qualche nuova imposizione, o tassa, affinchè non abbia ad accadere, che collo scegliersi delle gravezze incoerenti, ed onerose ai sudditi, si vengano a poco a poco ad impoverire le finanze del principato. Dovrà il riferito assessor generale delle finanze, o del commercio fare senz' essere interpellato ai surriferiti tribunali, ed a Noi, e Nostri successori tutte quelle rappresentanze, che giudicherà espedienti agl' interessi del commercio, e dell' industria, e di qualunque altro oggetto di pubblica economia sia in ordine ai nuovi stabilimenti relativi agli oggetti indicati, sia per migliorare quelli, li quali già esistono.

Assignatio emolumenti in scutis sexcentum quolibet anno.

§. 7. Al predetto nuovo assessor generale delle finanze, e del commercio fissiamo in via di assegnamento l' annua somma di scudi seicento da pagarglisi pro rata in ciascun mese dalla cassa delle finanze stesse, e che dovrà incominciare a decorrere immediatamente dalla data del presente Nostro moto proprio; volendo in oltre, che goda degli onori, ed esenzioni, che godono il fiscale generale, ed il commissario della Nostra camera. E perchè abbiamo sicura esperienza delle cognizioni, di cui in ordine alle surriferite materie è fornito l' abate Paolo Vergani, che perciò con Nostro speciale chirografo segnato li 24. gennaro 1781. deputammo in coadjutore al sotto segretario della congregazione del Buon Governo, e che in seguito con altro Nostro chirografo in data 10. gennaro 1787. abbiamo promosso all' impiego, che presentemente occupa, d' ispettor generale coadjutore delle nuove finanze, onde stante questa sua perizia, e capacità, come pure attese le sicure riprove del di lui zelo, e probità siamo venuti nella risoluzione di accordare al predetto abbate Paolo Vergani l' anzidetto nuovo impiego di assessore generale delle finanze, e del commercio, con tutti gli onori, emolumenti, e pesi di sopra descritti, ripromettendoci, che sarà egli per corrispondere con l' opera sua a questo nuovo tratto della sovrana Nostra clemenza usata a di lui riguardo.

Suppressio officii inspectoris generalis ejusque incorporatio in novo officio assessoris.

§. 8. Accadendo poi la mancanza del cavalier Gio. Cristiano de Miller attuale ispettor generale delle finanze, vogliamo, che una tal carica resti del tutto soppressa, e venga incorpo-

rata coll' altra al presente creata di assessor generale delle finanze, e del commercio in virtù della presente Nostra cedola di moto proprio, e colla pienezza della Nostra suprema potestà adesso per allora sopprimiamo, e respettivamente incorporiamo; di modo che seguita, che sarà come sopra la mancanza del predetto attuale ispettore generale delle finanze, tutte le funzioni, ed incombenze di una tal carica, e come più diffusamente si trovano dettagliate nel citato Nostro chirografo dei 10. gennaro 1787. dovranno esercitarsi dal riferito nuovo assessor generale delle finanze, e del commercio, senza che per altro debba per questo conseguire l' annuo assegnamento, di cui in virtù del predetto chirografo gode attualmente il mentovato cavalier Gio. Cristiano de Miller, non dovendo godere che di quello, il quale al presente abbiamo stimato dovergli fissare per ragione di detto impiego di assessor generale delle finanze, e del commercio. Egli dovrà per altro anche in appresso continuare a godere del mensuale assegnamento di scudi quindici, che con altro Nostro chirografo in data dello stesso giorno 10. gennaro 1787. gli abbiamo assegnato per ragione dell' altro impiego d' ispettore dell' agricoltura, e delle arti da Noi conferitogli col chirografo medesimo, circa il quale non intendiamo di fare alcuna innovazione, poichè tale è mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 9. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedola di moto proprio, sebbene non ammessa, nè registrata in camera, e ne' suoi libri secondo dispone la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis* non gli si possa mai opporre di sorrezione, orrezione, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè di altro vizio, o difetto quantunque sostanziale, e formale, ma vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la Nostra semplice sottoscrizione, e che il medesimo, e quanto in esso si contiene debba sempre attendersi, ed eseguirsi da tutti li tribunali di Roma, benchè collegiali, e composti di reverendissimi cardinali, e degni di special menzione, togliendo loro qualunque facoltà, ed arbitrio di fare, e regolarsi diversamente, e dichiarando Noi fin da ora nullo, ed invalido tutto ciò, che si facesse, o potesse farsi in contrario, ancorchè non vi sieno stati chiamati, citati, nè sentiti il commissario della Nostra camera, gli anzidetti tribunali di Roma, nè altra qualsivoglia persona, o corpo, che vi avesse, o pretendesse avervi interesse, non ostante la detta costituzione di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsisieno altre ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, decreti, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il pieno tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto per questa volta sola, e per l' effetto delle cose premesse amplamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 4. decembre 1789.

PIUS PP. VI.

DCCLXXXI.

Dat. die 8. decembris 1789. Anno XV.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui tempore quadragesimali visitaverint ecclesias ordinis minorum sancti Francisci.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis Salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis, cum suis conditionibus.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem, coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui orationi quadraginta horarum continuatarum, non autem nisi noctis tempore interpolatarum, de licentia ordinariorum locorum in ecclesiis, in quibus per dilectos filios fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum tempore quadragesimali verbum Dei praedicari, et sermones fieri contigerit, in Palmarum dominica, aut die ad hoc magis opportuna instituendae per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et

remissionem misericorditer in Domino concedimus. Iis vero, qui sacra communione refecti non fuerint, sed vere poenitentes, et firmum propositum confitendi habentes, orationi hujusmodi, ut supra faciendae interfuerint, et ut supra oraverint, decem annos, et totidem quadragenas de injuncti eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus.

Duratio concessionis, et fides habenda transumptis. §. 2. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint; utque earumdem praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die IX. decembris MDCCLXXXIX., pontificatus Nostri anno decimoquinto.

Dat. die 15. decembris 1789. Anno XV.

DCCLXXXII.

Instante duce Bavariae conceduntur nonnullae facultates ejus cappellano majori, seu magno eleemosynario pro tempore existenti.

Dilectissimo in Christo filio Nostro Theodoro Bavariae duci, et sacri Romani imperii principi electori, et comiti palatino.

Pius PP. VI.

Dilectissime in Christo fili Noster Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Convenit provide apostolicae Sedis benignitati facilem se, et liberalem ostendere in gratiis, et favoribus elargiendis Christianis principibus, qui ex praeclaris suis, et majorum suorum meritis, ac virtutibus, pietate erga Deum, devotione, et obsequio erga hanc sanctam Sedem in conspectu omnium splendore noscuntur, piisque eorum votis libenter annuere, quae ad Dei gloriam, et quietem, ac tranquillitatem sacrorum ministrorum procurandam conducunt, eorum praesertim, qui sacro suarum cappellarum servitio adscripti in aulis versantur, ut Christifidelibus ibidem commorantibus, vel inservientibus sacrosanctae Ecclesiae sacramenta administrent, eosque verbo, et exemplo ad pietatem, et religionem instituant, atque informent.

Expositio precum. §. 2. Sane Nobis nuper exponi fecisti, quod jamdudum, et a tempore, cujus memoria non extat, cappella tua electoralis exempta fuit ab omnimoda episcoporum, seu ordinariorum jurisdictione, siquidem fel. rec. Gregorius pp. XIII. per suas in simili forma Brevis die III. augusti MDLXXXI., et XII. januarii MDLXXXIII., et fel. rec. Clemens pp. VIII. praedecessores Nostri per alias pariter suas in simili forma Brevis XII. januarii MDLXXXXVII. respective expeditas literas ad preces tunc existentium ducum Bavariae uni ex cappellanis aulicis omnes facultates parochiales, aliaque privilegia cappellae ducali sub certis tunc expressis modo, et forma concesserunt, prout in eisdem literis uberius dicitur contineri. Cum itaque tua cappella electoralis, et clerus ipsi inserviens nullum habeat ecclesiasticum superiorem, cui obediat; Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi, tuisque successoribus in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Series concessorum privilegiorum. §. 3. Nos igitur tuis votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, tuisque supplicationibus hujusmodi inclinati moderno eleemosynario, seu capellano majori tuo, ejusque successoribus a te, vel ab electoribus pro tempore existentibus designandis, quatenus in episcopali dignitate sit constitutus, ut in quibusvis civitatibus, oppidis, et locis, in quibus te, ac tuam, tuorumque successorum electoralem curiam pro tempore residere contigerit, continuo, vel ad tempus curam animarum tuae, ac illorum familiae, omniumque, et singularum personarum, tum ex tuis, suisque dictionibus originem habentium, quam extraneorum curialium, et dictam curiam sequentium, cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis, ac praeeminentiae existentium tam ecclesiasticorum, quam saecularium (archiepiscopis, et episcopis exceptis) exercere, eorumque rector nuncupari, easque corrigere, et visitare, ac in eosdem omnimodam jurisdictionem ordinariam, omniaque, et singula alia, quae archiepiscopi, et episcopi, ac alii

Digitized by Google

locorum ordinarii in dioecesibus suis de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet facere, et exercere consueverunt, ac per se, vel alios ministros, suam jurisdictionem ordinariam exercere, nec non ministros et officiales necessarios ad exercendam designare apostolica auctoritate hujusmodi omnimodam jurisdictionem tam curiae palatii, quam uti judex cappellae hujusmodi, et aliorum praedictorum, qui ab eo, et ejus mandato nominati exerceant eorum officia, et jurisdictionem suam tam in causis seminariorum cappellanorum servientium oratorii, cappellae, cantorum, et ministrorum etiam laicorum ejusdem cappellae, quam aliarum personarum quarumcumque nationum tibi, aliisque praedictis, ac illorum proli servientium in illos tamen, qui vere sunt curiales, nec non capellanorum in ruralibus domibus, seu palatiis tuis existentium nominare, nec non per se, aut ministros suos, confessores regulares de licentia suorum superiorum, aut saeculares pro cura animarum dicti palatii, et curiae etiam nominare, ac cappellanos, et clericos tibi, tuisque successoribus praedictis, ac tuae, et illorum domui servientes in dicta cappella, et oratorio ad celebrandas missas, et confessiones audiendas, ac verbum Dei praedicandum ab ordinario prius approbatos, et eis id faciendi licentiam, et facultatem dare, ac etiam praedicatores regulares, aut saeculares in dicta curia, vel extra eam ad praedicandum verbum Dei in dicta cappella, et domo, ubi tu, dictique successores tui, et tua, ac illorum curia erit, ita ut nullus ordinarius loci, in quo dicta curia, seu tu, caeterique praedicti, aut tua, ac illorum domus erit, sive eundo, sive stando, sive etiam recreationis causa praedicationem verbi Dei impedire possit, convocare. Insuper praedictus eleemosynarius, seu cappellanus major, cantores, et scholares, in dicta cappella pro tempore existentes propter injectionem manuum violentarum inter se ipsos, aut etiam in clericos de dicta cappella non existentes, extra tamen membrorum mutilationem, aut enormem laesionem excommunicationis sententiam incurrentes, ab eadem sententia, praevia satisfactione, et injunctis injungendis, absolvere, ac cum ipsis super irregularitate si quam hujusmodi sententiis ligati, missas, et alia divina officia, non tamen in contemptu clavium, celebrando, aut illis se immiscendo, contraxerint, dispensare, omnemque inhabilitatis, et infamiae maculam, sive notam per eos propterea contractam abolere, ac infantes, et turcas, et saracenos, qui in tua, ac successorum tuorum hujusmodi praesentia ex quavis causa, baptizabuntur, baptizare, ac tibi, caeterisque praedictis, ac reliquis, quae in electorali palatio pro tempore servientibus, et residentibus, aut quacumque de causa, et qualitercumque in eodem palatio, ac in aedibus, intra illius dumtaxat ambitum, et in paroecia electorali, et pro familiae, et curialium praedictorum habitatione designatis commorantibus, aliisque dictae curiae curialibus, inter quos habeantur quicumque tui, ac tuorum successorum sanguinis principes etiam legitimati, ipsorumque soboles, et familiares, sive servientes, et quos pro tempore alienigenas in palatio, aut ipsorum principum hospites haberi, nec non militum copiae, quae tuae, tuorumque successorum, ac tuae, et illorum familiae custodiae perpetuo sunt addictae quocumque nomine censeantur, et cum iis etiam curiales illi, qui vel senio, vel alia justa de causa a tuo servitio excusantur, et generaliter eorum omnium curialium, et hospitum familiae, atque servientes, qui in dicto palatio, vel principum familiae commorantur, poenitentiae, et eucharistiae, ac alia sacramenta etiam in festo resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi absque alicujus licentia ministrare, seu ministrari facere, nec non idem eleemosynarius, seu cappellanus major te, dictosque tuos successores, et omnes curiales, et quoscumque alios curiam sequentes tuam ab omnibus delictis, excessibus, et criminibus etiam casibus episcopalibus injunctis injungendis, absolvere, et interdicti tempore sepulturae tradere, quodque pro se, et aliis cappellanis praedictis in quacumque ecclesia etiam ordinum fratrum minorum, ad quam tu, ac illos pro tempore declinare contigerit, dummodo in ea ipsi cappellani, et cantores divina officia celebrent, et cantent; oblationes etiam si de tua, ac tuorum successorum manu, illorumque filiorum, seu familia procedant, prout in dicta cappella recipere, nec non quaecumque matrimonia, quae in tua, ac successorum tuorum hujusmodi praesentia contrahentur, solemnizare, ac praedictus eleemosynarius, seu cappellanus major, in episcopali dignitate constitutus tantum, ut praefertur omnibus, et singulis interessentibus missarum so-

lemniis, et verbi Dei praedicationi in tua praesentia vere poenitentibus, et confessis ducentos dies de injunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino in forma Ecclesiae consueta relaxare, utque omnium, et singulorum Christifidelium in dicta curia ubicumque residebit continuo, vel ad tempus pro tempore commorantium, et aliorum quorumcumque ad ipsas ecclesias, vel cappellas accedentium per se, vel per alium, seu alios per eum ad id deputandos, a suo ordinario approbatos sacramentales confessiones audire, eosque a peccatis absolvere injunctis eisdem pro commissis poenitentia salutari, et aliis injungendis, nec non tam ipse, quam ab eo deputatus presbyter saecularis, vel cujusvis ordinis de superiorum suorum licentia regularis pariter a suo ordinario approbatus omnium, et singulorum in ipso palatio aegrotantium confessiones similiter audire; eisque sacramenta ecclesiastica ministrare, et in mortis articulo omnium peccatorum suorum absolutionem, injunctis pariter injungendis impendere, ac parochialem ecclesiam viciniorem palatio, ubi te, ac successores tuos praedictos pro tempore morari contigerit, et si fuerint duae parochiales ecclesiae aeque vicinae dicto palatio, alteram, quam maluerit eligere, aut si qui curiales in palatio non degant, parochialem ecclesiam illorum habitationi viciniorem, in eaque tam eleemosynarius, seu cappellanus major, quam persona ab eo ad animarum curam deputanda libere ingredi, et exinde sacramenta praedicta accipere, et sibi subditis ministrare, ac ad infirmos tuae curiae deferre, et monitiones matrimoniales suorum subditorum juxta decreta concilii Tridentini publicari facere, eosque matrimonio sine tamen praejudicio jurium parochialium conjungere. Praeterea si eidem eleemosynario, seu cappellano majori videbitur, considerata decentia, et necessitate sanctissimum Eucharistiae sacramentum, et extremae unctionis in dicta cappella, ut ad infirmos, et infirmas in palatio praedicto existentes commodius deferatur, et multis incommodis, quae alias nasci possent, obvietur, reponere, libere, ac licite, et absque ullo conscientiae scrupulo, aut censurarum ecclesiasticarum incursu valeat licentiam, et facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Declarationes speciales.

§. 4. Ad haec ut quicumque locorum dioecesani, et alii ordinarii judices in majorem, et cappellanos, cantores, et scholares praedicto actu inservientes, et consueta stipendia percipientes, non autem, qui ad honorem dumtaxat, et simplicem titulum habent, et quoad capitulum collegiatae ecclesiae beatae Mariae virginis Monachii quoad ea tantum, in quibus uti cappellani praedicti sunt habendi, non vero quoad beneficialia, et personalia; hos enim praesentibus nihil juvari, sed remanere in statu quo declaramus, quos ab illis prorsus, et omnino eximimus, et totaliter liberamus, et quoad majorem Sedi apostolicae immediate, quo vero ad alios cappellanos, cantores, scholares hujusmodi dicto eleemosynario, seu cappellano majori subesse decernimus, penitus nullam superioritatem, dominium, et jurisdictionem exercere, seu se de illis quomodolibet intromittere valeant, sed dicti cappellani, cantores, et scholares coram ipso eleemosynario, seu cappellano majori, sive legatis, aut delegatis dictae Sedis dumtaxat teneantur de justitia respondere.

Novo privilegia concessa.

§. 5. Insuper, ut cappellani, cantores, et scholares servientes praedicti a quocumque, quem maluerint, catholico antistite gratiam, et communionem apostolicae Sedis habente, ordines sacros statutis ad id a jure temporibus, servata tamen forma constitutionis fel. rec. Innocentii pp. XII. praedecessoris Nostri, quoad literas dimissoriales, quae incipit – *Speculatores* – successive accipere, dictique cappellani etiam religiosi, seu regulares missas, horas canonicas, et divina officia, etiam te, successoribusque tuis praedictis absentibus, juxta tamen ritum Romanae curiae etiam in dicta cappella tantum tam alii cappellani, cantores, et scholares dicere, recitare, et canere, easque horas canonicas ex causa tamen, et infra diei terminum, ac privatim, non autem in ipsa cappella anticipare, et postponere, in eaque sacram Eucharistiam in sacra custodia, seu tabernaculo decenter, et cum debito honore, et veneratione retinere, illamque pro gratiarum actione, vel ad divinam opem implorandam, vel pro alia quacumque necessaria causa, et in festo corporis Christi, et per totam octavam publice fidelium venerationi exponere, et in uno ejusdem octavae die circum eamdem cappellam processionaliter deferre, in quinta autem, et sexta majoris hebdomadae feriis idem sanctissimum Eucharistiae sacramentum in dicta cappella in sacrario, seu urna reponere, et

ad morem patriae monumentum, seu tumulum nuncupatum cum luminaribus facere, et tenere, nec non coram te, ac electores tuos successores missas etiam antequam lucescat dies, circa tamen diurnam lucem, et per unam horam post meridiem celebrare, quodque persona loco eleemosynarii, seu cappellani majoris, ut infra deputanda, nec non tum duodecim ex cappellanis praedictis, qui canonici capitulares collegiatae ecclesiae sanctae Mariae Monachii, prout ex aliis Nostris in simili forma Brevis expeditis literis simul existunt, aliique cappellani hujusmodi, non tamen praebendas theologales, et poenitentiales obtinentes, fructus, redditus, et proventus quorumcumque beneficiorum suorum ecclesiasticorum, etiamsi canonicatus, et praebendae, dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint, cum ea integritate, distributionibus quotidianis exceptis, percipere possint, cum qua illos perciperent, si in eisdem ecclesiis personaliter residerent, nec ad residendum interim in eisdem teneantur, auctoritate, et tenore similibus etiam concedimus. Insuper ut Christifideles curiales tui, ac principum electorum praedictorum de licentia ipsius eleemosynarii, seu cappellani majoris dumtaxat quemcumque idoneum presbyterum saecularem, vel cujusvis ordinis regularem approbatum ab ordinario in suum possint eligere confessarium, qui eorum confessionibus diligenter auditis, eos a peccatis absolvere, et pro commissis poenitentiam salutarem, et alia injungenda injungere, et sacramenta praedicta etiam in die festo resurrectionis Dominicae ministrare possit; utque cappellani, cantores, et aliae ecclesiasticae personae deputandae ad informationes faciendas super puritate sanguinis admittendorum in cappella hujusmodi testes per censuras ecclesiasticas compellere possint juxta sacrorum canonum dispositionem, auctoritate, et tenore praedictis pariter indulgemus. Praeterea ut copiae tuae, tuorumque successorum praedictorum, quoniam iis dum in praesidiis versantur satis provisum dignoscitur, quoties ad militarem expeditionem proficiscuntur, vel in vagis belli operationibus versantur, vel etiam cum in quibuslibet accidentalibus, et temporaneis, sive hibernis, sive aestivis, aut etiam praesidialibus stationibus pro tempore detinebuntur tam personae militum, quam duces, caeterique omnes easdem copias sequentes, nec non concionatores, et ipsi legionum cappellani, seu eleemosynarii magno eleemosynario praedicto ad formam, et cum iisdem facultatibus, quas alias fel. rec. Benedictus pp. XIV. praedecessor Noster magno eleemosynario exercitum inclitae domus Austriacae per suas in simili forma Brevis die xx. martii MDCCXLI. expeditas literas concessit subjiciantur, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et declaramus. Tandem magno eleemosynario praedicto pro tempore existenti, ut vexillis, aliisque ad militiam spectantibus benedictionem in forma Ecclesiae consueta impertiri libere, ac licite possit, indulgemus, illique ut ex aliqua urgenti dumtaxat causa in aula, ac palatio electorali, et in castris aliquid operis servilis omnes memorati Christifideles dumtaxat etiam in diebus festivis facere absque ullo conscientiae scrupulo, et servato praecepto audiendi sacrum libere, ac licite possint, et valeant, de apostolica Nostra auctoritate concedendi plenam, et amplam facultatem, eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Eidem dari facultates conceduntur nominandi successores quoties contigerit vacare officium cappellani majoris.

§. 6. Utque haec omnia, et singula moderno, et pro tempore existenti dictae cappellae cappellano majori, seu eleemosynario quamdiu, et quoties in dicta curia personaliter resideret, et eo ab eadem curia absente, seu in illa non residente, aut viam universae carnis ingresso personae in presbyteratus ordine constitutae per te, vel tuos successores praedictos toties quoties tibi, vel illis visum fuerit nominandae, et per suum ordinarium approbandae, quam Nos ex nunc prout ex tunc, postquam per te, electores successores tuos nominata, et a tuo ordinario approbata fuerit, deputamus, et approbamus, qua durante absentia dicti eleemosynarii, seu cappellani majoris a curia praedicta, aut quamdiu illi datus sit successor, in quibusvis civitatibus, oppidis, et locis in quibus te, ac tuos in electoratu successores praedictos, tuamque, et illorum curiam pro tempore residere contigerit omnia, et singula alia, quae archiepiscopi, et episcopi, ac alii locorum ordinarii in dioecesibus tuis de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet facere, et exercere consueverunt (citra tamen exercitium pontificalium, ac ordinum, et beneficiorum collationem) exercere libere, et licite, adeoque si oportuerit subditis tuis etiam intra vacationis annum literas dimissoriales

pari modo concedere, ipse cappellanus major, sicut praemissum est, concedere posset, quodque omnibus, et singulis gratiis, favoribus, praeeminentiis, et indultis, quibus dictus eleemosynarius, seu cappellanus major diem in curia residet, ratione sui officii gaudet, fruitur, et utitur, ac gaudere, frui, et uti quomodolibet potest, gaudere, frui, et uti possit, et valeat pariformiter, ei aeque principaliter, ac tibi, tuisque successoribus praedictis personam hujusmodi nominandi, et eligendi plenam, et omnimodam facultatem apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Declarationes speciales quoad jus funeris, et sepulturae.

§. 7. Declarantes jus funeris, et sepulturae quorumcumque curialium apud curiam ubicumque decedentium (archiepiscopis, et episcopis in propria residentia decedentibus exceptis) ipsi quoque cappellano majori, ejusque vicario prae caeteris omnibus, et unice competere, prout etiam quorumcumque in ipso electorali palatio, et ei adnexis aedibus praedictis decedentium. Hoc insuper addito, ut si quandoque evenerit te, aut electores successores tuos ab urbe solitae sedis abesse nullo tempore intercedat, sed continuo exerceri debeat, eadem jurisdictio erga tuam, illorumque familiam, personas praedictas omnes, quae ibi permanserint, idemque servetur etiam in tuis, ac illorum ecclesiis ruralibus, ubi vice-parochi perpetuo resident, erga curiales illos, qui etiam post tui, ac illorum discessum, ibi morantur.

Omne juris remedium submovetur quod retardare posset exemptionem praesentium literarum.

§. 8. Praesentes quoque literas, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostrae, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenus posse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere; sicque, et non aliter per quoscumque judices, quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 9. Quocirca venerabili fratri episcopo Frisingensi, ac dilecto filio pro tempore existenti in ducatu Bavariae, et palatinatu Nostro, et apostolicae Sedis nuncio per praesentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios quoties pro tui, ac electorum successorum tuorum pro tempore existentium parte, seu alicujus ex cappellanis, vel cantoribus, et scholaribus praedictis fuerint requisiti, solemniter publicantes, tibique, et illis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate Nostra, te, successores tuos, ac cappellanos, et cantores, ac scholares praedictos praemissorum omnium, et singulorum effectu pacifice frui, et gaudere, non permittentes te, aut illos indebite molestari, contradictores quoslibet, et rebelles per censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad id, quatenus opus sit auxilio brachii saecularis.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus rec. mem. Bonifacii pp. VIII. praedecessoris itidem Nostri, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, et dioecesim, nisi in certis tunc expressis casibus, et in illis ultra unam dictam a fine suae dioecesis ad judicium evocetur, et de duabus dictis in concilio generali editis, dummodo ultra tres dictas, aliquis auctoritate praesentium ad judicium non trahatur, ac aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis statutis, et consuetudinibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis per quoscumque Romanos pontifices etiam praedecessores Nostros, ac Nos, et dictam Sedem etiam per viam generalis legis, ac statuti perpetui, ac motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine etiam cum quibusvis irritantibus annullativis, cassativis, restitutivis, revocativis, praeservativis, exceptivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis

alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostris anno decimoquinto.

DCCLXXXIII.

Dat. Romae 28. decemb 1789. Anno XV.

Indulgetur magistratui Tiburi, ut in eorum functionibus fascibus vulgo mazza cum umbella uti possit.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Paterna, quam de Nostris, et apostolicae Sedis in temporalibus subditis gerimus cura, et sollicitudo Nos urget, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuamus, illosque specialibus gratiis, et favoribus libenter prosequamur. Cum itaque inter caeteras ditionis Nostrae ecclesiasticae civitates antiqua civitas Tiburi populi frequentia, ac constanti in Romanos pontifices, et Sedem praedictam observantia floreat, ac senatum, seu magistratum habeat, in quibus in rebus publicis administrandis prudentia, ac integritas semper eoluit.

Concessionis tenor.

§. 2. Nos qui civitatem praedictam, illiusque universitatem, et homines praemissorum meritorum intuitu propentiori quodam benevolentiae Nostrae complectimur affectu, dilectos etiam filios senatum, seu magistratum hujusmodi aliquo apostolicae benevolentiae Nostrae munere donare, et amplioris honoris praerogativa decorare cupientes, ipsiusque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut deinceps perpetuis futuris temporibus magistratui hujusmodi fasces, vulgo mazza cum umbella ad instar aliorum magistratuum ditionis Nostrae ecclesiasticae praeferri libere, ac licite possit auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus; illumque desuper a quoquam impediri, et molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, aliarum civitatum, ac terrarum ditionis Nostrae ecclesiasticae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava decembris millesimo septingentesimo octuagesimo nono, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

DCCLXXXIV.

Dat. die 8. januarii 1790. Anno XV.

Confirmatio, et declaratio facultatum concessarum sacrae congregationi deputatae super disciplina regulari.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponitur cur erecta fuerit nova congregatio.

§. 1. Singulari providentia Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum factum est,

Digitized by Google

ut nihil jam ad perfectam regularis disciplinae observantiam deesse videatur, si ea sedulo custodiantur, atque serventur, quae de admissione, rectaque institutione novitiorum, de professionibus rite emittendis, de religiosa vita communi, deque interiori monasteriorum, et conventuum regimine optime, sapienterque ab iisdem praedecessoribus Nostris constituta sunt, praesertim vero a fel. rec. Clemente VIII. in suis generalibus decretis de reformatione regularium. Quoniam vero congregatio venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium universis negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praeposita non satis commode potuisset tantis rebus praeesse, opportunum idcirco visum fuit praecipuam curam reformationis, et disciplinae regularium alteri congregationi peculiari demandare.

Narratur quomodo erecta fuerit et postea confirmata.

§. 2. Id sane consultum praesertim fuit a summis pontificibus praedecessoribus Nostris Innocentio X., Clemente IX., et Innocentio XII. Quorum primus maxime intentus reformationi regularium intra fines Italiae, et insularum adjacentium totum hoc dedit negocium congregationi ab eo specialiter deputatae — super statu regulari — quam, absoluta etiam reformatione, firmam manere voluit ad conservandam regularem disciplinam, editis hac de re duabus constitutionibus alteram sub die XVII decembris MDCIL., quae incipit — *Inter caetera* — alteram sub die XV. octobris MDCLII., cujus initium est — *Instaurandae regularis disciplinae* — hanc eamdem congregationem cum eisdem prorsus facultatibus confirmavit postmodum Clemens pp. IX. per suas literas in forma Brevis datas sub die XI. aprilis MDCLX., quarum initium est — *Injuncti Nobis coelitus* — verum Innocentius pp. XII. aliam, quam etiam nunc habemus vigentem, deputavit congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, et dilectorum filiorum Romanae curiae praelatorum super disciplina regulari, illamque, editis prius per eam congregationem de ejusdem pontificis mandato nonnullis decretis die XVIII julii MDCXCV. quibus certa tradita fuit methodus de novitiatibus rite instituendis, perpetuam effecit, sublata priore altera congregatione super statu regularium per similes literas in forma Brevis die IV. augusti MDCXVIII., quarum exordium est — *Debitum pastoralis officii* — non eadem tamen fuit utriusque congregationis potestas. Facultates namque hujus novae congregationis cohibuit Innocentius XII. ad res disciplinam regularem unice respicientes; caeteras autem, quibus prior congregatio utebatur, transtulit ad alteram congregationem negotiis episcoporum, et regularium praepositam.

Declaratur facultates eidem concessae certis limitibus bene constitutae controversiis causam praebuisse, cum alia congregatione Episcoporum, et Regularium.

§. 3. Quae duae sapientissimae congregationis tanto semper studio incubuerunt optimo regimini rerum, personarumque ordinum regularium, ut nihil certe desiderandum reliquerint. Verum quia facultates tributae congregationi disciplinae regularis, vel non satis certis limitibus constitutae fuerunt, vel deinceps per consuetudinem quodammodo ampliatae sunt, hinc non infrequenter evenit, ut eisdem de rebus modo ad unam, modo ad aliam ex dictis congregationibus delatae fuerint supplicationes, aut controversiae; ita ut regulares ipsi quandoque nesciant, utra ex congregationibus sit adeunda. Quod cum non leve afferat incommodum memoratis congregationibus, rectique ordinis perturbationem facile nimis inducat, necessarium idcirco duximus facultates congregationis super disciplina regulari deputatae intra certos limites coercere, quibus constitutis, facile quisque intelliget, reliqua omnia regularium negotia ad congregationem alteram episcoporum, et regularium omnino pertinere.

Divisio facultatum pro utraque congregatione peragitur.

§. 4. Primo igitur vestigiis memorati praedecessoris Nostri Innocentii pp. XII. inhaerentes motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine praedictae congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanae curiae praelatorum super disciplina regulari specialiter deputatae confirmamus facultates intra fines Italiae, et insularum adjacentium designandi, ac deputandi pro novitiatibus, et professoriis conventus, monasteria, collegia, ac domos quorumcumque monachorum, et regularium virorum cujusque ordinis, congregationis, societatis, instituti, tam mendicantium, quam non mendicantium etiam necessario exprimendi, nec non novitiatus, et professoria hujusmodi mutandi, transferendi, suspendendi, et supprimendi, prout utilitas, et necessitas postulare videbitur.

Idem ut supra.

§. 5. Firmas quoque eidem congregationi manere volumus facultates dandi licentias superioribus regularibus, ad quos pertinet, recipiendi in novitiatibus sic deputatis novitios ad habitum, et professionem sub regulis, et formulis jam praescriptis, seu praescribendis, eaque omnia exequendi, quae de novitiatibus, et professionibus statuta fuere, tum in decretis generalibus Clementis pp. VIII. super reformatione regularium, tum in aliis peculiaribus decretis ab eadem congregatione paulo post suam primaevam deputationem editis sub die XVIII julii MDCXCV. jussu ejusdem praedecessoris Nostri Innocentii pp. XII.

Idem ut supra.

§. 6. Quod autem pertinet ad reliqua omnia, quae in memoratis decretis generalibus super reformatione regularium statuta sunt, ea tantummodo ad eamdem congregationem pertinere declaramus, quae respiciunt cujuscumque conventus, monasterii, collegii, ac domus monachorum, et regularium virorum interiorem disciplinam, praesertim circa observantiam perfectae vitae communis, et regularum cujusque ordinis, idque tum in conventibus, monasteriis, collegiis, ac domibus supradictis nunc existentibus, tum etiam vero in aliis noviter erigendis.

Idem ut supra.

§. 7. Atque in praemissis omnibus liceat quoque eidem congregationi decidere quascumque inde emergentes controversias, nec non procedere etiam poenis, et censuris ecclesiasticis.

Confirmantur facultates concessae a Clemente XIV.

§. 8. Praeterea cum felicis recordationis Clemens pp. XIV. praedecessor Noster sub die XI junii MDCCLXIX. venerabili fratri Gregorio Lascaris patriarchae Hierosolymitano tunc ejusdem congregationis secretario specialiter communicaverit facultates, ut posset praedicta congregatio in aliquibus casibus particularibus dispensare ab observantia regularum, et constitutionum cujusque ordinis utcumque confirmatarum auctoritate apostolica etiam cum clausula — *sublata* — et decreto irritanti, easdem quoque facultates intra infrascriptos limites confirmamus, ita ut liceat eidem congregationi concedere hujusmodi dispensationes, quotiescumque de voto superiorum regularium expedire videbitur; ipsas autem regulas, et constitutiones generaliter, ac perpetuo abrogare, aut quomodocumque reformare nunquam liceat, nisi accedente Nostra, et successorum Nostrorum apostolica auctoritate.

Declaratio circa admissionem novitiorum, et officia regularium.

§. 9. Hujusmodi tamen dispensationes, seu habilitationes, et sanationes ab eadem congregatione justis de causis concedi solitas coercendas pariter esse volumus intra limites praedictarum facultatum, ita ut pertinere tantummodo debeant, vel ad novitiorum admissionem, institutionem, et professionem, vel ad officia regularium, qui educationi, et institutioni novitiorum immediate praesunt, vel ad simplicem translationem novitiorum, et regularium professorum de uno ad alium conventum, sive etiam de una ad aliam provinciam ejusdem ordinis, vel demum ad regulas, cujusque ordinis respicientes tamen interiorem regularem disciplinam intra conventus, monasteria, collegia, ac domos apprime servandam.

Conservatio muneris concessi ab Innocentio XII.

§. 10. Has, et non alias facultates proprias esse volumus congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, et dilectorum filiorum Romanae curiae praelatorum super disciplina regulari deputatae intra fines Italiae, et insularum adjacentium quoad monasteria, conventus, collegia, et domos regularium, quorum tamen nomine minime comprehendi volumus monasteria monialium, collegia, conservatoria, et societates mulierum, super quibus nulla umquam data fuit huic congregationi potestas. Caeterum eidem congregationi firmum manere praecipimus alterum etiam singulare munus a memorato praedecessore Nostro Innocentio pp. XII. eidem demandatum proponendi nimirum pro tempore existenti Romano pontifici ea omnia, quae ad fovendam reparandamque disciplinam regularium virorum etiam ultra fines Italiae ubicumque existentium, cujuscumque ordinis, congregationis, societatis, aut instituti sint, necessaria, et opportuna fore in Domino judicaverit.

Declarantur munera spectantia ad s. congregationem Episcoporum, et Regularium.

§. 11. Caeteras autem facultates quascumque praeter superius expressas; si quas antea dicta congregatio habuerat, aut exercuerat sive circa electiones superiorum regularium in capitulis generalibus, et provincialibus faciendas, sive circa personas regularium quacumque de causa extra claustra degentium, sive circa oeconomicum regimen cujusque conventus, monasterii, collegii, ac domus regularis, sive circa numerum regularium in quovis conventu, monasterio, collegio, ac domo pro modo annuorum redituum constituendum, sive circa fundationes, uniones, dismembrationes,

ac suppressiones conventuum, monasteriorum, collegiorum, ac domorum regularium, in quibus neque novitiatus, neque professoria exerceantur, sive demum alia quaecumque negotia quorumcumque regularium, eas omnes transferimus, ac pertinere declaramus ad alteram congregationem ven. itidem fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositam.

Monitum praefectis, et secretariis super onere remittendi negocia pro earumdem pertinentia.

§. 12. Quamobrem utrique congregationi, praesertim vero earum pro tempore praefectis, et secretariis vehementer commendamus, ut suis quaeque utatur facultatibus in tanto hoc, tamque laborioso regularium regimine, utque petitiones, aut supplicationes omnes alterutri contra superius praescriptam rerum, et munerum partitionem forsan porrectas, et oblatas, seu quandocumque porrigendas, et offerendas unaquaeque ad alteram pertinet, fideliter dirigat, et remittat, neque umquam altera alterius munera assumat.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 13. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, praeeminentiae, et dignitatis existant, etiam cardinalatus honore fulgentes, et alia specifica, ac individua mentione digni eisdem non consenserint, aut ex alia quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostrae, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet quantumvis magno, ac formali, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, et ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari decernimus.

Decretum irritans.

§. 14. Sicque, et non aliter per easdem congregationes, earumque praefectos, et secretarios, aliosque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate, aut potestate fungentes, et functuros, etiam causarum palatii apostolici auditores, aliosque Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus praemissis, et quibuscumque super utriusque congregationis erectione, et facultatibus, Nostraque, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, nec non quarumcumque petitionum, supplicationum, provisionum pendentia in quocumque statu, et terminis, dictarumque congregationum Nostrarum, nec non quorumvis regularium ordinum, congregationum, societatum, et institutorum etiam confirmatione apostolica, seu qualibet firmitate alia roboratis usibus, stilis, et consuetudinibus, etiam antiquis, et immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem Nostris congregationibus, earumque praefectis, secretariis, et officialibus, nec non regularium ordinibus, congregationibus, societatibus, et institutis, illorumque superioribus, et personis sub quibuscumque formis, et verborum tenoribus, clausulis, et decretis, etiam irritantibus, et derogatoriarum derogatoriis in contrarium praemissorum forsitan concessis, ac pluries confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de ipsis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua habenda esset mentio, tenores hujusmodi praesentibus pro insertis habentes, motu, scientia, et potestatis plenitudine praedictis, hac vice dumtaxat, et ad praemissorum effectum, illis alias in suo robore permansuris, amplissime derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 16. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem ubique fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die v. januarii MDCCXC. pontificatus Nostri anno decimoquinto.

Dat. die 9. januarii 1790. Anno XV.

DCCLXXXV.

Indulgetur magistratui Recinetensi, ut in functionibus uti valeat mazza et fascibus, et stolis aureis in habitu vulgo rubbone.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Paterna, quam de Nostris, et apostolicae Sedis in temporalibus subditis gerimus cura, et sollicitudo Nos urget, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuamus, illosque specialibus gratiis, et favoribus libenter prosequamur.

Laudes civitatis Recinetensis.

§. 2. Cum itaque antiqua Recineti civitas, quae inter caeteras ditionis Nostrae ecclesiasticae civitates, tum populi frequentia, tum praesertim singulari fidei constantia, ac eximia in Romanos pontifices praedecessores Nostros, et in hanc sanctam Sedem observantia semper floruit, et adhuc florere dignoscitur, easque propter iidem Romani Pontifices praedecessores suae devotionis affectum pluries commendarunt, illamque privilegiis, et gratiis donarunt, Nosque etiam nuper ad eminentem cardinalatus dignitatem civem suum dilectum filium Nostrum Thomam Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Antici nuncupatum propter suae religionis, aliarumque virtutum merita eveximus, magistratum habeat, in quo in rebus publicis administrandis prudentia, ac integritas semper enituit.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos qui civitatem praedictam, illiusque universitatem, et homines praemissorum meritorum intuitu propensiori quodam benevolentiae Nostrae complectimur affectu, dilectos etiam filios magistratum hujusmodi aliquo apostolicae beneficentiae Nostrae munere donare, et amplioris honoris praerogativa decorare cupientes, ipsiusque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut deinceps, ac perpetuis futuris temporibus dictus magistratus non solum fascibus argenteis, vulgo mazza, et umbella uti, sed etiam habitum, vulgo rubbone, quo ipse in publicis functionibus jamdiu vestitur stola aurea ad instar aliorum magistratuum ditionis Nostrae ecclesiasticae ornare libere, ac licite possit auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, illumque desuper a quoquam impediri, et molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, aliarum civitatum, ac terrarum ditionis Nostrae ecclesiasticae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, eorumque reformationibus, et novis additionibus, ac stylis, usibus, legibusque etiam imperialibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona januarii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 13. januarii 1790. Anno XV.

DCCLXXXVI.

Ut in civitate, et dioecesi Gerundensi missa, et officium ab utroque clero recitari possit in honorem sancti Felicis Africani.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor preeum porrectarum ab episcopo pro obtinenda facultate, recitationis missae, et officii.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater Thomas episcopus Gerundensis Nobis nuper exponi fecit, ipse in honorem sancti Felicis Africani martyris, in civitate, et dioecesi Gerundensi, ac Cathalauniae provincia missam, ac officium infrascriptis lectionibus secundi nocturni, et oratione die prima augusti quotannis celebrari, et respective recitari posse summopere cupiat, quarum quidem lectionum, et orationis tenor est qui sequitur, videlicet.

Die prima augusti

In festo

S. FELICIS MARTYRIS

In II. nocturno

LECTIO IV.

Tenor lectionis quartae recitandae in

§. 2. Felix natione Afer, patria Scillitanus, quae civitas multis olim martyribus floruit,

Digitized by Google

honorem s. Felicis. cum Caesareae in Mauritania, ubi literarum studiis vacabat, cruentam insectationem Christiano nomini ab imperatoribus Diocletiano, et Maximiano in Hispaniis excitatam audisset, martyrii cupidus, conscensa mercatorum nave Barcinonem appulit. Inde Emporias navigans, et aliquandiu ibi non sine magno multorum profectu, et incremento catholicae fidei, commoratus, Gerundam se contulit, ubi talem sese docendis, confirmandisque in Christiana fide, ac pietate populis, exhibuit, ut tamquam doctor, et apostolus, et propheta suspiceretur. Ob eam rem, jussu Daciani, a Rufino comprehensus, et frustra ab eo ut Christianam religionem desereret tentatus, virgis crudelissime caesus, manibus, pedibusque devinctus, in tetrum carcerem, negato cibo, potuque conjicitur. Tum catenis gravioribus onustus, per urbis vias ab indomitis mulis trahitur, laceraturque: sed in carcerem retrusus, ea nocte ab angelo invisitur, et sanatur.

LECTIO V.

Tenor lectionis quintae. §. 3. Postridie ejus diei, ad aras idolorum adductus, ut eis immolaret, quum nec minis, nec illecebris, non dicam, expugnari, sed ne minimum quidem labefieri ejus constantia potuisset, ungulis ferreis excarnificatus, inversoque capite ab hora tertia usque ad vesperam, sine ullo doloris indicio suspensus, ad carcerem reducitur. Ea nocte custodes, qui aderant, coelesti splendore perfusum locum illum squalidum viderunt, et suavissimis angelorum concentibus undique personantem audierunt. Quod quum Rufino nunciatum esset, furore percitus, victumque se martyris tolerantia, et firmitate sentiens, jussit, eum colligatis post tergum manibus in mare demergi. Sed inde etiam quum angelorum ministerio evasisset incolumis, et mirabiliter diruptis vinculis, per maris undas firmo gressu incedens, ad litus venisset, jussus est iterum ferreis ungulis sulcari, atque effodi, et tamdiu usque ad ossa laniari, donec invictum Christo spiritum redderet. Nec vero vicit martyrem tyrannus, quem scilicet torquendo victorem, et occidendo fecit immortalem.

LECTIO VI.

Tenor sextae lectionis. §. 4. Corpus beatissimi Felicis Gerundae conditum fuit, et magna populorum veneratione, cum nostratium, tum exterorum ubique celebratum, uti complurima templa ejus nomini consecrata demonstrant. Rex ipse Gothorum Recaredus tam insigni pietate, et obsequio erga hunc martyrem Gerundensem fuisse memoratur, ut regiam ipsam dignitatem ei devoverit, quum videlicet auream coronam, qua ipse uti consueverat, ad ejus sepulcrum venerabundus donasset. Sacrum martyris caput extat in collegiali basilica ejusdem civitatis titulo sancti Felicis insignita; ubi festo ipsius die recurrente solemni ritu adorandum populis exponitur.

ORATIO

§. 5. Deus, qui beatum Felicem vehementi martyrii studio inflammasti, cordibus nostris coelestis patriae amorem infunde, ut ab ea nec prosperis, nec adversis abducamur. Per Dominum etc. — Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Tenor orationis.

§. 6. Nos igitur dictum Thomam episcopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ac attenta relatione dilecti filii magistri Caroli Erschine fidei promotoris, cui lectiones, et orationem hujusmodi Nobis exhibitas, revidendas commisimus; ut imposterum in civitate, et dioecesi Gerundensi, nec non in Cathalauniae provincia die prima mensis augusti cujuslibet anni missa, ac officium cum praeinsertis lectionibus, et oratione in honorem dicti sancti Felicis Africani martyris ritu duplici secundae classis pro clero saeculari, et regulari praedictae civitatis Gerundensis, ac ritu primae classis cum octava pro collegiata ecclesia ejusdem civitatis, ipsius sancti martyris titulo insignita: ritu vero dup. min. pro dioecesi Gerundensi, ac provincia Cathalauniae, celebrari, et respective recitari possit, ac valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Confirmatio et approbatio apostolica.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona januarii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 21. januarii 1790. Anno XV.

DCCLXXXVII.

Instante congregatione Missionis eidem indulgetur, ut suos alumnos ad titulum mensae communis promovere possit ad ordines.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Piis Christifidelium votis, quae ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstrantur, animo Nos decet libenti congruum concedere suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Exponitur quae fuerit concessio facta a Benedicto XIV. super promotione alumnorum ad ordines.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Felix Caylà superior generalis presbyterorum saecularium congregationis Missionis, quod alias fel. rec. Benedictus pp. XIV. per suas in simili forma Brevis diei v. aprilis MDCCXLIV. expeditas literas ad preces tunc existentis superioris generalis ejusdem congregationis, ut non solum in regnis Hiberniae, Poloniae, et Hungariae, ac in Moravia, et Silesia ad vota ejusdem congregationis recipi, et admitti, et sucessive ad sacros etiam presbyteratus ordines ad titulum mensae communis clerici illi promoveri possent, qui aliunde non haberent titulum patrimonii, vel ecclesiastici beneficii indulsit, sed praeterea, ut in iis domibus dictae congregationis aliorum regnorum etiam Italiae, quae alumnorum, et clericorum penuria ita laborassent, ut solitis, debitisque instituti sui ministeriis minime satisfacere, nec alios ex aliis ejusdem congregationis domibus in subsidium operarios habere possent, de licentia pro tempore existentis superioris generalis ejusdem congregationis, ac dummodo adhibitis prius omnibus necessariis, et opportunis diligentiis evidens quantum conjectari liceret ob spectatam, probatamque adolescentis recipiendi indolem, atque doctrinam utilitas eidem congregationi Missionis redundaret; aliqui clerici etiam sine patrimonio, vel ecclesiastico beneficio recipi, et admitti, et ad sacros etiam presbyteratus ordines ad titulum mensae communis promoveri libere, ac licite possent, pariter concessit, prout in eisdem literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis haberi volumus, uberius continetur.

Expostulatur sanatio promotionum factarum contra praescriptum in Benedictina constitutione.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, in Portugalliae, et Algarbiorum regnis pluribus de causis numerus alumnorum dictae congregationis adeo decreverit, ut ob maximam operariorum penuriam aliquos optimae indolis clericos etiam sine patrimonio, aut beneficio ecclesiastico in eamdem congregationem admitti, atque ad titulum mensae communis ad sacros ordines promoveri necesse omnino fuerit, nihilominus cum ob conditiones a memoratis Benedictinis literis volitas in nonnullis religio incesserit, ne id satis recte factum fuerit, quo scrupulum hujusmodi ex illorum animo evellatur, ac futuris temporibus provide consulatur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune

providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Conceditur postulata sanatio et providetur futuris casibus per novam concessionem.

§. 4. Nos igitur pro paterna charitate, et speciali affectu, qua congregationem Missionis praedictam complectimur; memoratum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, illorum, qui jam in domibus Algarbiorum, et Portugalliae regnorum ad titulum mensae communis admissi, et ordinati sunt, admissionem, et sacram ordinationem hujusmodi, quatenus opus sit, auctoritate apostolica tenore praesentium validamus, et confirmamus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui hisce desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. Insuper ut in domibus dictae congregationis Missionis in Portugalliae, et Algarbiorum regnis existentibus, adolescentes, quorum indoles, et voluntas spem afferat, eos utiles in vinea Domini operarios fore, ad titulum mensae communis in eadem congregatione de licentia ejusdem moderni, et pro tempore existentis superioris generalis dictae congregationis Missionis recipi, et admitti, atque ad omnes sacros etiam presbyteratus ordines sine patrimonio, vel beneficio ecclesiastico a cujusvis domus ordinario, aut cum opportunis literis dimissorialibus a quocumque, quem maluerint, catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicae habente in propria dioecesi residente, vel in aliena de consensu dioecesani loci pontificalia exercente, si ad id alias idonei reperiantur, ad titulum mensae communis ipsius congregationis servatis alias servandis, promoveri, et promoti in illis etiam in altaris ministeriis libere, ac licite ministrare possint, et valeant auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et impertimur.

Conditio adjecta novae concessioni.

§. 5. Ita tamen, ut, si aliquando contingat, ut ad praedictos sacros ordines ad hujusmodi mensae communis titulum promoti dimittantur, vel recedant a dicta congregatione, etiam praevia legitima votorum in ea emissorum dissolutione ad formam literarum apostolicarum in simili forma Brevis diei XVIII. decembris MDCCXLII. ab eodem Benedicto pp. XIV. concessarum, ipsi eo ipso remaneant suspensi ab exercitio suorum ordinum donec constare faciant ordinariis locorum, sub quorum jurisdictione fuerint, se aliunde commode vivere posse, nec proinde saepedictam congregationem Missionis, ejusque superiores a die dimissionis, seu recessus cujuslibet clerici, seu presbyteri, ita, ut praefertur, sine patrimonio, vel beneficio ecclesiastico ad titulum mensae communis initiati teneri, nec obligatam esse ad ullam subministrationem sive congruae substentationis, sive alimentorum, sive alio quocumque titulo, et causa illis faciendam statuimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem praesentes literas et in eis contenta quaecumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque et non aliter in praemissis per quoscumque judices ordinarios, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et apostolicae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictae congregationis, illiusque domorum, et aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum in-

Digitized by Google

sortis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, quod earumdem praesentium transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima secunda januarii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

Dat. die 22. jan. 1790. Anno XV.

DCCLXXXVIII.

Instante rege catholico, statuitur ut deinceps praebendae ecclesiae cathedralis Conchensis in mensibus ordinariis vacaturae alternatim ab episcopo, et capitulo ejusdem ecclesiae provideantur.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Romanus pontifex, cui major cunctis Christianae religionis zelus, ac divinorum praeceptorum incumbit custodia, cum nil frequentius, ac nil enixius a Christo Domino, dum adhuc mortalem vitam ageret in terris discipulis suis inculcatum fuisse legatur, quam ut pacem, et unitatem diligerent, apostolicam suam auctoritatem interponere tenetur, ut quae ad sedandas, compescendasque controversias, ac dissidia praesertim inter Dei, et Ecclesiae ministros maturo consilio disposita fuisse noscuntur, suum sortiantur effectum, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Exponitur status juris nominandi, et quomodo contropitae fuerint controversiae super illo subortae.

§. 2. Expositum siquidem pro parte carissimi in Christo filii Karoli Hispaniarum regis catholici nuper Nobis fuit, quod cum alias episcopus Conchensis pro tempore existens, et capitulum, seu canonici cathedralis ecclesiae Conchensis simul praebendas ejusdem cathedralis ecclesiae in mensibus ordinariis pro tempore vacantes conferre consueverint, plures hinc, atque plures inter episcopos, et capitulum hujusmodi simultates, et controversiae saepissime exortae sunt, ad quas praecidendas clarae memoriae Karolus, dum vixit, Hispaniarum rex catholicus parens suus, praevio maturo examine, disposuit, ut in posterum episcopus, et capitulum hujusmodi alternis vicibus, et de per se praebendis in mensibus ordinariis deinceps vacaturis providerent; ita ut prima praebenda, ut praefertur, vacatura ab episcopo, altera a capitulo, sicque vicissim quoties aliqua praebenda vacaverit, respective erit conferenda. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, haec in pacem, et tranquillitatem inter episcopos pro tempore existentes et capitulum hujusmodi in aevum firmandam spectent, memoratus Karolus rex catholicus, ut ea suum plenarium sortiantur effectum auctoritate Nostra apostolica communiri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmantur providentiae ad rem captae a rege catholico.

§. 3. Nos igitur memorati Karoli regis catholici voluntati adhaerere volentes, ac singulas episcopi, et canonicorum hujusmodi personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut in posterum, ac perpetuis futuris temporibus episcopus pro tempore existens Conchensis, ac suum cathedralis ecclesiae capitulum alternis dumtaxat vicibus praebendis ejusdem cathedralis ecclesiae pro tempore in mensibus ordinariis vacaturis, de idoneis personis providere possint, ita tamen ut primam praebendam hujusmodi, ut praefertur, vacaturam episcopus, alteram capitulum, sicque deinceps alternatim conferrent auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus, ac mandamus, et respective concedimus, ac indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae

Digitized by Google

Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiae, et capituli praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimoquinto.

Dat. die 26. januarii 1790. Anno XV.

DCCLXXXIX.

Instantibus capitulo, et canonicis cathedralis ecclesiae Abulensis committitur episcopo Abulensi, ut tempus ad recitationem horarum canonicarum juxta certam methodum ab eodem capitulo propositam valeat commutare.

Venerabili fratri episcopo Abulensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Memoratur distributio recitationis horarum facta ab episcopo.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiae Abulensis, quod cum Abula in frigidiori Hispaniarum loco posita sit, hinc usque ab anno MDCCLIX. tunc existentes canonici dictae cathedralis ecclesiae ex indulto bo. mem. Romualdi, dum viveret ejusdem ecclesiae episcopi, horam nonae, ejusque recitationem a nativitate Domini Nostri Jesu Christi, ad festum omnium sanctorum per quadrantem vesperis praemiserunt: subinde autem bo. etiam mem. Michael Ferdinandus, tunc in humanis agens pariter praedictae ecclesiae episcopus eisdem indulsit, ut a Paschate Resurrectionis, ad octavam solemnitatis sanctissimi corporis Christi, vesperarum mutarent cantum, nempe a pomeridiana hora secunda cum dimidio, ad tertiam, iterumque anno MDCCLXXII. matutinum, et laudes a media nocte, qua recitari consueverant, ad quartam praecedentem horam per sex menses, videlicet a die omnium sanctorum ad primam maji, ac pro reliqua anni parte, ad horam tertiam transferrent. Per haec autem eorum necessitati haud satis consultum esse censentes, in novam desuper convenerunt methodum, cujus tenor est, qui sequitur videlicet.

I. Recitandi matutinum, et laudes post completorium praecedentis diei, a dominica prima quadragesimae ad festum omnium sanctorum, et ad vespertinum salutationis angelicae sonum reliquo anni tempore, exceptis primis diebus Paschatis Resurrectionis, et Pentecostes.

II. Ut nona, quae nonnullis anni tempestatibus post meridiem cani solet, canenda imposterum sit post sextam de mane.

III. Demum, ut vespere, et completorium, ad justam cum matutino servandam proportionem, incipiant tertia pomeridiana hora a prima quadragesimae dominica, ad octavam solemnitatis sanctissimi corporis Christi; et hora tertia cum dimidio, ab ea octava, ad festum Dedicationis sancti Michaelis archangeli, quod die XXIX. septembris celebratur.

§. 2. Quam quidem methodum utpote eorum incolumitati, ac praedictae cathedralis ecclesiae servitio, et decori magis accommodatam per Nos adprobari, et confirmari summopere cupiunt. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, ac indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Postulatur confirmatio apostolica.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte Tenor concessionis confirmationis.

by Google

incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati; de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum consilio; fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, ad commutationem recitationis horarum canonicarum per dictos exponentes in posterum servandam, juxta praeinsertam methodum, auctoritate Nostra apostolica, arbitrio, et conscentia tua gratis procedas, atque devenias.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Nonobstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima nona januarii millesimo septingentesimo nonagesimo pontificatus Nostri anno decimoquinto.

Dat. die 3. februarii 1790. Anno XV.

DCCXC.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui visitaverint ecclesias ordinis Cisterciensis congregationis reformatae sancti Bernardi occasione celebrationis capituli generalis.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Cum, sicut accepimus, capitulum generale monachorum ordinis Cisterciensis congregationis reformatae sancti Bernardi in ecclesia, seu domo monasterii sancti Gaudentii congregationis hujusmodi civitatis Ariminensis prope diem, benedicente Domino celebrandum sit; Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui praedictam, vel aliquam ex ecclesiis domorum monachorum congregationis hujusmodi ubicumque existentem, de quo incohabitur capitulum generale hujusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Conditiones adjectae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Praesentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris. Volumus autem, ut si pro inspectione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint; utque earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dictae congregationis munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die III. februarii MDCCXC., pontificatus Nostri anno decimoquinto.

Dat. die 5. februarii 1790. Anno XV.

DCCXCI.

Ut in civitate, et dioecesi Burgensi officium Patrocinii sancti Josephi sponsi beatae Mariae virginis tertia dominica post Pascha uti die propria, et fixa, celebrari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum porrectarum ab

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus archiepiscopus Burgensis Nobis nuper exponi

Digitized by Google

archiepiscopo Burgensi, et ratio concessionis.

fecit, ipse ad augendum erga sanctum Josephum sponsum beatae Mariae virginis cultum, et devotionem, in suis civitate, et dioecesi Burgensi officium Patrocinii ejusdem sancti Josephi tertia dominica post Pascha, uti die propria, et fixa, translatis ad aliam diem officiis etiam altioris ritus quotannis celebrari posse summopere cupiat.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta relatione dilecti filii magistri Dominici Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum secretarii: ut in posterum in civitate, et dioecesi Burgensi praedictis, officium Patrocinii sancti Josephi sponsi beatae Mariae virginis semper celebrari possit dominica tertia post pascha, uti die propria, et fixa, translatis ad aliam diem officiis etiam altioris ritus, quae in supradicta dominica occurrere possunt auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta februarii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo quinto.

ANNO DECIMO SEXTO

Dat. die 26. febr. 1790. Anno XVI.

DCCXCII.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab religiosis ordinis patrum Cappuccinorum mittendis ad sacras missiones.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Coelestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sua in Deum ac proximos charitate, et Christianae religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus, quo in genere, cum ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum religiosos habeamus, eosque in primis, quos dilecti filii eorumdem fratrum superiores ob hanc causam hoc ipso, et consequentibus annis in diversas Christianae reipublicae provincias mittere constituerunt.

Ratio concessionis, illiusque tenor.

§. 2. Nos sane eorumdem religiosorum pietatem, ac operam, eorumque, ad quos illi mittendi erunt, religionem, et devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere volentes, supplicationibus dilecti filii Tyburtii a Jusseio nuncupati procuratoris, et commissarii generalis ejusdem ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piam superiorum praedictorum deliberationem, quantum cum Domino possumus promovere cupientes, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, et singulis religiosis dicti ordinis ad missiones in quibusvis locis de ordinariorum licentia respective exercendas in futurum mittendis, (ubi tamen non erunt missionarii congregationis de Propaganda fide), et aliis utriusque sexus Cristifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram, et apostolicam benedictionem per praesentes impertimur; nec non eisdem vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui pro Sanctae Romanae Ecclesiae exaltatione, principum Christianorum unione, infidelium conversione, et haeresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, quam et animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migrarunt, per modum suffragii applicare possint misericorditer in Domino auctoritate apostolica, tenore praesentium una vice dumtaxat pro unaquaque missione de ordinariorum locorum licentia respective facienda concedimus, et elargimur.

Monitum ad ordinarios, et fides habenda transumptis.

§. 3. Hortantes venerabiles fratres, patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, et alios ecclesiarum Dei praelatos, et rectores, ac verbi Dei praedicatores, ut in suis quisque ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, praesentes literas, ac omnia in eis contenta publicent, et publicari faciant, ac omnem eisdem religiosis favorem, et auxilium in praemissis praestent. Praesentibus ad septennium tamen valituris. Volumus autem, ut praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo

personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, seu procuratoris generalis dicti ordinis obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die XXIII. februarii MDCCXC. pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCXCIII.

Dat. die 24. februarii 1790. Anno XVI.

Erectio praefecturae Hospitii Apostolici, cum concessione privilegiorum, et immunitatum.

PIUS PP. VI.

Motu proprio etc. Fra le più insigni opere di cristiana pietà, istituite in questa Nostra alma città di Roma, quella specialmente risplende dell' Ospizio Apostolico, denominato di san Michele a Ripa, per avere in ogni tempo a se richiamate le più provide cure, e le beneficenze più copiose di tanti Nostri predecessori. Deve questa grande opera la sua origine dalla fel. mem. del pontefice Innocenzo XII. Nostro predecessore, quale con sua bolla dei 20. maggio 1693., che incomincia — *Ad exercitium* — ne fece l' erezione tanto per i poveri invalidi dell' uno e dell' altro sesso, quanto per i fanciulli, e zitelle povere, con avere ad esso incorporato, ed unito non solo l' ospedale eretto dall' altro Nostro predecessore Sisto V. con sua Bolla de' 20. maggio 1587., che incomincia — *Quamvis infirma* — e con altra dello stesso pontefice de' 23. settembre 1588., che incomincia — *Postulat ratio* — con tutti i suoi beni, e privilegj, ma altresì anche la casa de' putti, detta del Letterato, fondata da Leonardo Cerusio, e l' altra parimenti istituita per i fanciulli dal canonico Carlo Tommaso Odescalco, aggregandogli tutti i fondi, e concessioni, che a dette due case appartenevano. Ed acciò questa impresa potesse avere il suo stabilimento permanente, l' arricchì di nuove rendite, e fondi, fra' quali il palazzo annesso alla chiesa Lateranense, che donò allo stesso ospizio, riservata soltanto la porzione, che servir dovesse per li sommi pontefici in occasione delle solenni funzioni in detta chiesa. Nè mancò di provvedere anche al buon regolamento del luogo pio, con destinare una congregazione di alcuni scelti prelati, compresi li monsignori tesoriere, e commissario generale della camera apostolica, con altri quattro probi, ed abili soggetti perchè vegliassero all' osservanza di quanto avea prescritto, ed ad un' esatta economia. Ma non molto dopo il medesimo pontefice Innocenzo XII. con suo moto proprio dei 15. settembre 1699., che incomincia — *Alias nos* — soppresse la precedente congregazione, formandone una nuova, composta di tre soli cardinali, col titolo di protettori dell' Ospizio Apostolico con facoltà più ampie di quelle aveva avute la congregazione soppressa. Nè diverse furono le intenzioni del pontefice Clemente XI. di fel. mem., giacchè appena assunto al pontificato, pensò a rivolgere sull' Ospizio Apostolico li suoi paterni sguardi. Vedendo egli, che mancava un luogo, ove collocare i ragazzi di cattiva indole, e rei di qualche delitto, prese la lodevole risoluzione di aggiungere alla fabbrica da Innocenzo XII. incominciata, l' altra, detta poi della correzione, sotto la protezione, e direzione totale della congregazione di san Michele, in modo che fosse alla medesima talmente unita, ed incorporata, che facesse un solo corpo, come risulta dal di lui moto proprio de' 14. novembre 1703., riservando per altro a se la facoltà di ammettere in detta casa di correzione i figliuoli, e giovani discoli, che ad istanza dei loro padri, e tutori si fossero ivi voluti collocare. Nè qui si arrestò la benefica providenza del pontefice Clemente XI. imperocchè intento a ridurre in un sol luogo tutte le diverse classi di persone, e di ogni sesso, che formano quell' ospizio, immaginò di proseguire la gran fabbrica già esistente, per ivi situare le zitelle, che si trovano nel conservatorio di san Giovanni in Laterano, ed a tal fine emanò sotto li 31. gennajo 1708. un suo chirografo, col quale stabilì quanto era necessario per la perfezione di una sì vasta idea, lo che fino ad ora non ha conseguito il suo effetto. Posteriormente poi la fel. mem. di Clemente XII. altro Nostro predecessore, con suo moto proprio delli 20. novembre 1735., avendo conosciuto che la facoltà da Clemente XI. riservatasi, di ordinare l' ammissione, custodia, e dimissione dei figliuoli, e giovani discoli riusciva di assai difficile esecuzione per i tutori, e genitori, se ne spogliò del tutto, trasferendola interamente nella persone dei tre cardinali, che componevano la congregazione, al di cui arbitrio rimise non solo il riceverli, ed esperimentarli,

Fondazione dell' Ospizio Apostolico fatta dal pontefice Innocenzo XII. ed incorporazione di altri luoghi pii al medesimo.

Aumento di nuove rendite, e destinazione di una congregazione prelatizia.

Soppressione della predetta congregazione, e fondazione di una nuova composta di tre signori cardinali.

Casa di correzione eretta da Clemente XI., ed unita all' Ospizio Apostolico; della riserva a se, e suoi successori dell' ammissione dei ragazzi discoli.

Lo stesso pontefice Clemente XI. ordinò la prosecuzione della fabbrica dell' Ospizio per collocare in esso le zitelle esistenti nel conservatorio del palazzo Lateranense.

Il pontefice Clemente XII. trasferì alla predetta congregazione dei signori cardinali la facoltà di ammettere, e liberare i ragazzi discoli dalla casa di correzione.

ma anche il dimetterli: e con un tal metodo si è continuato sino al momento, che per morte dell'ultimo dei tre cardinali, de' quali era formata detta congregazione, mancò interamente. Non ostante per altro questi vantaggiosi provvedimenti, presi in diversi tempi da Nostri predecessori a beneficio, ed ingrandimento del luogo pio, pure colla esperienza abbiamo veduto, che per esser divisa in più persone l'amministrazione, e perchè niuna di esse risiedeva, nè risieder poteva personalmente nel medesimo ospizio, non si sono ottenuti quegli utili, e felici progressi, che si speravano da sì ottimi stabilimenti: ci determinammo perciò di non più surrogare ai defonti cardinali altri soggetti, che continuassero la predetta congregazione, che anzi, dichiararla soppressa, ed abolita, con erigere però, e stabilire perpetuamente in luogo di essa congregazione una presidenza in persona di un prelato della Romana curia a guisa della commenda del Nostro archiospedale di Santo Spirito in Sassia, e con tutte le facoltà necessarie, ed opportune, conforme diremo in appresso, e con l'obbligo al presidente pro tempore di dover personalmente risiedere nell'abitazione da fissarsi in detto ospizio, da cui conseguirne ancora un annuo assegnamento, affinchè possa esser in tutti i tempi presente ai bisogni del luogo pio, ed ottenere in tal modo quegli effetti tanto desiderati. Che perciò, avendo Noi avuto ottime riprove della condotta di monsignor Luigi Gazzoli chierico della Nostra Camera sì nel governare le città del Nostro stato ad esso affidate, sì nel saper ben condurre, e felicemente ultimare con Nostra soddisfazione le imprese a lui commesse, e su la certa fiducia, che egli potesse secondare le Nostre intenzioni lo eleggemmo, e deputammo presidente del sopraccennato Ospizio Apostolico di san Michele a Ripa, ed annessi, con tutte le infrascritte facoltà, con assegnamento, ed abitazione dal luogo pio. Quindi volendo Noi perpetuamente stabilire la suddetta presidenza nel detto ospizio di san Michele, colla pienezza della Nostra apostolica potestà, e colla presente cedola di moto proprio, in cui vogliamo si abbiano per espresse, ed inserite di parola in parola tutte, e singole Bolle, Brevi, moti proprj, chirografi, rescritti, e qualunque altra disposizione de' Nostri predecessori, risguardanti la fondazione, facoltà, e giurisdizioni, concessi alli cardinali protettori, segretario, e

Si determinò di erigere una presidenza prelatizia in luogo della congregazione dei tre cardinali già defonti, e si destinò monsignor Luigi Gazzoli in presidente del detto ospizio.

Si confermano tutte le disposizioni già prese dai pontefici predecessori in vantaggio del luogo pio.

deputati dell'ospizio suddetto, rivocandoli, e derogandoli in quella parte soltanto, che sono contrarj alla presente Nostra cedola di moto proprio, dichiariamo in primo luogo estinta, ed onninamente abolita la soprannominata congregazione di tre cardinali, segretario, e deputati; erigiamo in luogo di essa una nuova presidenza in persona di un prelato della Romana curia, e confermiamo a tal' effetto la destinazione da Noi già fatta del detto monsignor Luigi Gazzoli in primo presidente del detto Ospizio Apostolico di s. Michele a Ripa, e suoi annessi indipendentemente però dal chiericato di Camera, anzi, quante volte sia necessario, nuovamente lo destiniamo come tale, concedendo, e trasferendo in esso, e successori tutte le necessarie, ed opportune facoltà, cioè — di dirigere in tutto e per tutto lo spirituale, e governare il temporale del detto luogo pio — l'assoluta, e libera amministrazione de' beni, capitali, ed opificj ad esso donati, e respettivamente annessi — la privativa giurisdizione economica sopra li commoranti entro a tutto il circondario della fabbrica, come ancora su li rilegati nella casa di correzione, eccettuati quelli, che vi sono con ordine de' giudici, ai quali debbano rimanere soggetti — l'autorità di eleggere, e rimuovere qualunque ministro tanto secolare, che ecclesiastico, e regolare (salva però di questi l'ubbidienza al loro superiore dell'ordine) — l'autorità inoltre di affittare ad *longum tempus*, di vendere, ipotecare, e creare vitalizj senza beneplacito apostolico, ma fattane prima relazione e riportatane la Nostra approvazione, e da Nostri successori, di nominare alle cappellanie, ed altri *Juspatronatus* del luogo pio — di rilasciare una parte de' lucri dei lavori, che si fanno nel luogo pio suddetto a beneficio di quei individui, che vi prestano la loro opera — di procedere alla correzione dei medesimi individui, anche colla pena della carcere interna, riservato però l'ulterior processo al respettivo tribunale — di agire contro quelli che si credessero obbligati a somministrare gli alimenti agli individui esistenti nel detto ospizio, avanti però alli di loro giudici competenti — e finalmente di fare nuove regole, ed ordinazioni ecc. e quelle fatte moderare, e riformare; salvo sempre il Nostro beneplacito apostolico, e de' Nostri successori. Vogliamo pertanto, che detto monsignor Gazzoli primo presidente del predetto

Soppressione della congregazione cardinalizia, erezione della nuova presidenza, e conferma di monsignor Gazzoli primo presidente dell'Ospizio Apostolico.

Ampie facoltà accordate al presidente pro tempore.

Obbligo a monsignor presidente

Digitized by

di abitare nel luogo pio, e fissazione del mensuale assegnamento.

Ospizio Apostolico, come sopra da Noi nominato, e gli altri presidenti di lui successori debbano risiedere in esso, ed abitare l'appartamento già fissato, destinandogli il mensuale assegnamento di scudi cento al mese, da pagargli colle rendite del detto ospizio, e da incominciare il detto pagamento dal giorno primo marzo del corrente anno 1790. E siccome col presente Nostro moto proprio intendiamo di dare al luogo pio un perpetuo stabile sistema per il buon regolamento del medesimo, dichiariamo perciò, per togliere ogni, e qualunque difficoltà, e dubbiezza, che possa in avvenire insorgere sopra le facoltà del presidente, che l'autorità di esso sia tale, che non abbia ad avere altra dipendenza, che da Noi, e dai Romani pontefici Nostri successori, e che il presidente pro tempore da cui tutti dovranno assolutamente dipendere, abbia la piena ingerenza, come si è detto di sopra, sulla direzione spirituale, e governo temporale, ed economico non meno, che di ammettere, e rimuovere a suo arbitrio non solamente tutti gli ecclesiastici sì regolari, che secolari, ma ancora i ministri tutti, inservienti, ed ogni altro addetti al luogo pio. Inoltre che le facoltà di ricevere, ed ammettere nell'ospizio tanto i ragazzi, che ragazze, ed invalidi dell'uno, e l'altro sesso, spetti, e spettar debba interamente al presidente pro tempore, salvo sempre il diritto delle nomine a quei, che ne sono in legittimo, e pacifico possesso; conforme anche li genitori, e tutori per introdurre nella casa di correzione i loro figli, e giovani discoli, dovranno ricorrere al medesimo presidente pro tempore, dal di cui arbitrio, e volere dipenderà la loro ammissione e respettiva dimissione, riservata soltanto ai Nostri tribunali di Roma la libertà di trasmettervi i giovani, o ragazzi dai medesimi condannati, e respettivamente liberati, il tutto in conformità del moto proprio di Clemente XII. dei 20. novembre 1735., e non altrimenti. E perchè uno degli oggetti principali, oltre a quello dell'educazione, e conservazione degli individui, deve essere anche l'altro dell'aumento, e perfezione delle manifatture, e delle arti, che sono d'istituto dello stesso luogo pio non meno, che di un maggior vantaggio per il medesimo, vogliamo perciò, che per dare ad esso un migliore, e nuovo sistema, possa il già nominato monsignor Gazzoli presidente rimuovere qualunque ostacolo, che si opponga all'oggetto suddetto, anche colla riduzione all'equità di ogni contratto, e qualora il bisogno lo esigesse, colla totale rescissione economicamente, e rimosso ogni ricorso. Affinchè però con più facilità possa conseguire l'intento, e specialmente nell'opificio delle lane esistente in detto Ospizio Apostolico, ordiniamo, che le donne condannate ritenute nella casa di penitenza, annessa all'ospizio, e che finora hanno lavorato per il Nostro conservatorio pio, debbano in avvenire le medesime condannate lavorare per il lanificio di san Michele, derogando a tal effetto in questa parte al Nostro chirografo dei 9. dicembre 1775., con trasferire nella persona del presidente pro tempore dell'Ospizio Apostolico di san Michele tutte, e singole facoltà da Noi accordate in detto chirografo sopra la nominata casa di penitenza, e suoi ministri, al cardinale amministratore, e sopraintendente del detto Nostro conservatorio pio, quali facoltà vogliamo restino sempre intatte, e nel suo pieno vigore nella stessa persona del detto presidente pro tempore di san Michele. E per meglio poi provvedere all'economia del luogo pio, e riparare a quei disordini, che possono derivare, per non trovarsi unito all'ospizio le zitelle, che esistono nel conservatorio di san Giovanni in Laterano, Ordiniamo, che si procuri il trasporto delle medesime nell'ospizio di s. Michele; ma siccome per poter ciò effettuare sarà necessaria la prosecuzione della fabbrica adesivamente a quanto aveva già prescritto il pontefice Clemente XI. col predetto chirografo dei 31. gennajo 1708., così vogliamo, che detta fabbrica sia fatta colla possibile economia, ma che non detragga alla stabilità, ed in quella maniera, che crederà più utile o necessaria lo stesso presidente pro tempore; al quale, ed ai di lui successori trasferiamo tutte le facoltà, e privilegj concessi in detto chirografo di Clemente XI. E per la pronta esecuzione di detta nuova fabbrica, senza aggravio dell'ospizio di san Michele, vogliamo, che gli si debbano fissare, ed assegnare, conforme ora Noi colla presente nostra cedola di moto proprio gli fissiamo, ed assegniamo, scudi quattromila annui, detraendogli dall'assegnamento, che dalla cassa del Lotto di Roma si passa per la costruzione del nuovo braccio del porto di Ancona, che oramai è al suo termine; quali scudi quattromila dovranno servire per pagamento dei frutti di un corrispondente debito a

Assoluta, e generale autorità di monsignor presidente sul governo e direzione del luogo pio, con il diritto di ammettere, e rimuovere tutti gli individui sì dall'Ospizio che dalla casa di correzione.

Si permette la riduzione all'equità, ed anche la totale rescissione dei contratti per l'aumento e perfezione delle arti.

L'unione dei lavori delle donne condannate nella casa di penitenza a [illegible] del lanificio di s. Michele.

Si ordina la prosecuzione della fabbrica dell'Ospizio per trasferirvi in esso le zitelle del conservatorio di san Giovanni in Laterano.

E si assegnano per detta fabbrica scudi quattromila annui in pagamento dei frutti dei vitalizi da crearsi.

Google

vitalizj, o sia a fondo perso da crearsi dal detto ospizio di san Michele, e perciò ordiniamo, che detta somma di scudi quattromila resti fin da ora, ed in ogni anno separata dal suddetto assegnamento, ed in deposito nel sacro monte di Pietà, a credito del suddetto ospizio, ed a libera disposizione di monsignor presidente pro tempore di san Michele, per indi poi in proporzione delle ricadenze dei medesimi frutti per morte de' censuarj, diminuirsi relativamente la somministrazione fissata dei suddetti scudi quattromila. Finalmente volendo Noi nello stabilimento di questa nuova presidenza dell'Ospizio Apostolico di san Michele a Ripa, ed annessi, decorare il presidente pro tempore in riflesso della di lui rappresentanza; intendiamo, e vogliamo, che ogni presidente pro tempore sia qualificato come uno de' protonotarj apostolici onorari, godendo a tal' effetto il solito luogo nelle cappelle pontificie, e nelle altre pubbliche funzioni per essere così mente, e volontà Nostra precisa.

Qualificazione del presidente dell'ospizio come uno dei protonotari apostolici onorarj.

Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedola di moto proprio, benchè non esibita, nè registrata in camera, e nei suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, nè di alcun' altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri qualunque pretesti, quantunque validi, validissimi, o giuridichi, e quanto si voglia sostanziali, anche di jus quesito, e pregiudizio del terzo, possa essere impugnato, moderato, o rivocato, ridotto ad viam juris, o concedersi contro di esso l'aperizione oris, o altro qualunque rimedio di fatto o di ragione, di grazia, e di giustizia, e che così, e non altrimenti, debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsisia giudice, e tribunale, benchè collegiale, ordinario, commissario, congregazioni anche di reverendissimi cardinali legati a latere, vicelegati, segnatura di grazia, e di giustizia, camerlengo di santa Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpetrare in contrario, dichiarando Noi fin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente fosse in qualsisia tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro moto proprio, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere sempre, ed in perpetuo il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi siano stato chiamate, sentite, nè citate quali siano persone, ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, che vi avessero, o pretendessero avervi qualunque interesse, e che per comprenderle si richiedesse farne qui una espressa, ed individua menzione; non ostante la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsisiano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire per questa volta sola, e per la piena, e totale esecuzione, ed effetto di quanto si esprime nella presente Nostra cedola di moto proprio ampiamente, ed espressamente in ogni più valida forma deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano, questo dì 24. febbrajo 1790.

Si deroga a tutto ciò, facesse o potesse fare in contrario.

Pius PP. VI.

DCCXCIV.

Dat. die 1. mart. 1790. Anno XVI.

Imminutio festorum in loco de Gazzoldo nullius dioecesis, provinciae Mediolanensis.

Venerabili fratri episcopo Cremonensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Alias Nos gravibus inducti rationibus, venerabili fratri Philippo archiepiscopo Mediolanensi, nec non fraternitati tuae, aliisque venerabilibus fratribus episcopis in Longobardia Austriacae ditioni subjecta existentibus per apostolicas Nostras in simili forma Brevis die XVII. martii MDCCLXXXVI., expeditas literas commisimus, et mandavimus, ut ad eximendos fideles populos suarum respective civitatum, et

Memorantur pares concessiones alias factae pro diversis dioecesibus.

dioecesum hujusmodi a praecepto celebrandorum aliquot per annum festorum, quo iis diebus suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus vacare possent, auctoritate Nostra apostolica eis denunciarent, et edicerent, ut retinerentur in posterum, ac celebrarentur festivi dies Resurrectionis cum sequenti, et Pentecostes item cum sequenti, aliique per annum dies Dominici, nec non Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis, et corporis Christi; tum quinque dicati beatae Mariae virgini, scilicet Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis; praeterea sanctorum apostolorum Petri et Pauli, omnium sanctorum, sancti Stephani prothomartyris; et unius tantum principalioris patroni, ejus scilicet pro universa quavis dioecesi, qui principalior esset patronus civitatis, in qua sit sedes episcopalis, translato tamen ejus festo cum officio, et missa ad dominicam proxime subsequentem; in praedictis igitur omnibus festis diebus pro veteri Catholicae Ecclesiae instituto Christifideles sacris adesse, a servilibus operibus abstinere, et jejunium in eorumdem vigiliis, quibus adnexum sit observare deberent, et tenerentur; permittentes in reliquis festis non solum servilia opera, sed insuper eosdem Christifideles a quacumque vigiliae, seu jejunii diebus praecedentibus, dummodo aliunde, vel ratione quadragesimae, vel quatuor temporum non praeciperetur et audiendi missam in praedictis festis, obligationem absolverent, et liberarent, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenorem praesentibus pro pleno, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum autem sicut Nobis nuper expositum fuit in loco de Gazzoldo ejusque territorio, adeo excreverint calamitates, et angustiae, ut optimum factum esset, si apostolicae Nostrae literae praedictae ad illorum incolas, et habitatores extenderentur,

Concessionis tenor.

§. 3. Nos eosdem incolas, et habitatores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati fraternitati tuae, qui (ut asseritur) ordinarius vicinior existis per praesentes committimus, et mandamus, ut omnia, et singula, quae vigore praedictarum Nostrarum literarum, tam super observantia nonnullorum dierum festorum, et jejunio in eorum vigiliis, quam super indulto vacandi operibus servilibus in aliis festis, et super reliquis omnibus in eisdem literis contentis, concessa, et statuta sunt, in praedicto loco di Gazzoldo, ejusque territorio auctoritate Nostra apostolica praedicta tenore praesentium denuncies pariter, et edicas.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus omnibus, et singulis, quae in praedictis Nostris literis concessa sunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta martii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCXCV.

Dat. die 5. mart. 1790. Anno XVI.

Facultas canonicis cathedralis ecclesiae Portugallensis gestandi pileum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Dum insignis episcopalis ecclesiae Portugallensis, quae inter caeteras Portugalliae regni conspicua videtur, dignitatem, ac singularis fidei constantiam, et eximiae devotionis affectum, quo dilecti filii ejusdem cathedralis ecclesiae dignitates, et canonici erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, pensamus, dignum arbitramur, illorumque petitionibus, quae ad ipsius ecclesiae splendorem augendum, illius dignitates, et canonicos novis honoribus honestandos pertinere dignoscuntur, congruum dare suffragium, prout in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur easdem dignitates, et canonicos, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine No-

bis humiliter porrectis inclinati, ut omnes, et singulae octo dignitates, ac duodecim canonici praebendati, et quinque semi praebendati dictae cathedralis ecclesiae Portugallensis, nec non dignitatum, ac canonicorum hujusmodi coadjutores pro tempore legitime existentes, et deputati perpetuis futuris temporibus pileum ornatum tomio cum lemniscis, vulgo *de Cordoens comborlas* pendentes viridis coloris, nec non zonam cum lemniscis vulgo *cintó comborlas e mejas*, et caligas violacei coloris in quibusvis functionibus, et actibus publicis, et privatis, sive in eadem civitate Portugallensi, sive extra illam, et ubique locorum gerere, et gestare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis ecclesiae Portugallensis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta martii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 12. mart. 1790. Anno XVI.

DCCXCVI.

Instantibus monachis monasterii Wacocensis ordinis Cisterciensis Cracoviensis dioecesis, confirmatur decretum circa methodum in electione eorum prioris claustralis tenendam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur quo modo procedi consueverat ad nominationem abbatis, et quae incomoda ab hac methodo promanaverint.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii monachi monasterii Wacocensis ordinis Cisterciensis Cracoviensis dioecesis, quod cum vi concordati alias inter sanctam Sedem ex una et clarae memoriae, dum vixit, Augustum tertium Poloniae regem illustrem, et rempublicam Polonam ex altera parte super concessione in commendam tredecim abbatiarum in dicto regno consistentium, inter quas etiam abbatia dicti monasterii Wacocensis fuit comprehensa initi, et a felicis recordationis Clemente pp. XII. praedecessore Nostro per suas idibus septembris MDCCXXXVII. expeditas literas confirmati statutum fuit, ut monasteria, quorum redditus impares erant sustentationi abbatis claustralis a simplicibus prioribus deinceps gubernarentur, atque regerentur: quodque cum quidam monachus ejusdem monasterii se in abbatem Wacocensem eligi tentasset, exponentes praedicti cum redditus mensae regularis propter dismembrationem bonorum abbati commendatario assignatorum tenues adeo essent, ut ad sustentandos monachos, aliaque onera adimplenda vix, aut ne vix quidem sufficientes essent, supplices preces hisce desuper felicis recordationis Clementi pp. XIV. praedecessori itidem Nostro obtulerunt, qui totius negocii cognitionem congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium episcoporum, et regularium negociis praepositorum remisit, a qua subinde rescriptum fuit servari memoratam constitutionem Clementinam anni MDCCXXXVII. quod quidem rescriptum a Nobis etiam per Nostras in simili forma Brevis die III. junii MDCCLXXXV. expeditas literas confirmatum fuit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, tum in eadem Clementina constitutione, tum in memoratis Nostris literis nihil circa modum, ac methodum, in electione prioris servandam disponatur; visitatores inconsultis prorsus monachis in priorem dicti monasterii Wacocensis constituant monachum licet ejusdem ordinis, in alio tamen monasterio professum, atque non ex gremio monachorum dicti

monasterii; ex qua quidém methodo cum grave detrimentum eidem monasterio oriatur, quippe quia priores hujusmodi ignari negotiorum, ac jurium dicti monasterii non levia damna etiam nolentes illi inferant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nova methodus servanda indigitatur.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; de eorumdem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium episcoporum, et regularium negociis praepositorum consilio, ut deinceps, ac perpetuis futuris temporibus loco abbatis claustralis a monachis dicti monasterii Wacocensis prior triennalis de gremio, ac professus ejusdem monasterii cum assistentia visitatoris provinciae, vel alterius ab eo cum plena facultate delegati capitulariter, ac servatis alias servandis eligatur, ita ut sic electus prior omnibus, et singulis facultatibus polleat, quibus abbates claustrales, hujusmodi fruebantur; utque insuper omnia onera abbatiae claustrali hujusmodi adnexa, ac injuncta exequi, et adimplere teneatur, auctoritate apostolica tenore praesentium volumus, atque mandamus; salva tamen semper in omnibus ejusdem congregationis auctoritate.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda martii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCXCVII.

Dat. die 12. mart. 1790. Anno XVI.

Sanatio capituli generalis a fratribus ordinis beatae Mariae virginis redemptionis captivorum excalceatorum nuncupatorum habiti.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii vicarius, et definitorium generale ordinis fratrum beatae Mariae virginis de Redemptione captivorum excalceatorum nuncupatorum, quod cum in pervigilio solemnitatis Pentecostes transacti anni MDCCLXXXIX. habendum esset capitulum generale ordinis praefati ex tribus provinciis, nempe sancti Josephi in Castella, Conceptionis in Andalutia, et sancti Raymundi Nonnati in Italia, quibus ordo praedictus constituitur, pluribus urgentibus de causis duae dumtaxat provinciae Hispanae ad capitulum hujusmodi fuerunt indictae, ac propterea in superiorum, aliorumque officialium dicti ordinis haud servata fuit alternativa inter easdem tres provincias a constitutionibus dicti ordinis praescripta, sed inter duas provincias praedictas dumtaxat, omnia munera, ac officia dicti ordinis in capitulo generali eligi solita inter alumnos tantum earumdem provinciarum distributa fuere. Cum autem sicut eadem exposi-

tio subjungebat, licet haec justis suadentibus rationibus gesta fuerint, attamen ne umquam de horum validitate, deque officialium, ac superiorum in eodem capitulo electorum facultatibus imposterum dubitari, illaque in discrimen revocari possint: Nobis propterea supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor indultus sanatoriis irregularitatum occursarum in capitulo generali.

§. 2. Nos igitur eorumdem exponentium votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnia, et singula in dicto capitulo generali acta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et validamus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, qui tum in ipsius capituli generalis indictione, tum in superiorum, aliorumque officialium electionibus quomodolibet intervenerunt, vel intervenisse dici, et censeri posset, supplemus, ac sanamus, ita ut tam superiores, quam caeteri officiales hujusmodi suis muneribus fungi libere, ac licite possint, et valeant concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta martii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Derogatio contrariorum.

DCCXCVIII.

Dat. die 17. mart. 1790. Anno XVI.

Capitulo Coloniensi institutiones opportunae tribuuntur pro directione in turbarum aestu subortarum in nunciaturas apostolicas.

Dilectis filiis decano, et capitulo cathedralis ecclesiae Coloniensis.

Pius PP. VI.

Dilecti filii
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Laudes capituli.

§. 1. Obsequentes illi in Nos, et in apostolicam Sedem vestri animi sensus, quos vestrae literae ad Nos datae XIII. kalendas hujus mensis martii (1) praeseferunt, quosque vos dicitis ex

(1) En harum exemplum, Beatissime pater. Devotio nostra submississima, qua erga Sanctitatem vestram, sanctamque Sedem apostolicam continuo ferimur, aeque ac Nostrae intentionis solertia pro publico ecclesiae Coloniensis bono ex nostris, et antecessorum nostrorum gestis undique innotescit. Cum nunc dicta ecclesia Coloniensis, quae ut omnium dignior est, in majori discrimine versetur, si perpendatur declaratio per serenissimum principem electorem Palatino-Bavaricum occasione modernorum dissidiorum super nunciaturis pontificiis cum nostro non exiguo moerore, et nullam faciendo par-

Digitized by Google

vestris, et antecessorum vestrorum gestis repetendos, magnae Nobis, ut et decessoribus Nostris semper consolationi fuerunt, et effecerunt, ut Nos, pariterque decessores Nostri acceptam, caramque habuerimus ecclesiam vestram, ejusque alumnos, et filios honore affecerimus, et omni cumulaverimus benevolentiae, ac studii significatione. Hinc facere omnino non possumus, quin digna commendatione vos prosequamur, quod aperte Nobis declaretis, nullam vos partem habuisse in tanto turbarum aestu, qui nuper in apostolicas nunciaturas efferbuit, imo turbas hujusmodi, et excitatas, et nimis diu fotas fuisse cum vestro non exiguo moerore. Haec enim collegii vestri adeo eximii significatio quemadmodum certos Nos facit, non sine calumnia pluribus in libris in vulgus editis jactitatum fuisse, Nostram istam nunciaturam maximum sibi odium conflasse, perinde ac si omnem solitarum facultatum excesserit modum, ita spem fovet Nostram, fore, ut nihil boni a vobis, qui tam bono animo estis, expectari non possit.

Laudatur ex quo curaverit avertere divisionem

§. 2. Vestrae sane curae ac sollicitudines, propter quas ad Nos fidenter confugitis, quo e vestra ista dioecesi divisionem illam arceatis ducatuum Juliacensis, et Montiensis, quam dilectissimus in Christo filius Noster elector Palatinus loci princeps minitatur, ut felicem, optatumque exitum habeant, vos, et venerabilis frater, vester archiepiscopus elector potestis melius efficere, quam Nos ipsi. Et re quidem vera minime vos latent gravissimae illae causae, quibus permotus elector Palatinus dux Bavariae non vestrae tantum, sed aliis etiam metropolitanorum ecclesiis est divisionem hujusmodi minitatus, utpote quae satis enucleate in commentario explicantur, quod ipse ad omnes suffragantes comitiorum circumferri jussit, quodque vos etiam vestris in literis commemoratis.

Ducatuum Juliacensis, et Montiensis.

Explicantur incomoda, quae ab divisione hujusmodi obvenirent.

§. 3. Harum prima est contradictio, quae non sine omnium bonorum offensione excitata nuper est adversus non Monachiensem modo, sed alias etiam Germaniae nunciaturas in gravissimum apostolicae Sedis, et temporarii quoque principatus detrimentum. Altera est violatio praecipuorum jurium ex primatu manantium, et divinitus Nobis concreditorum, suprema in Nos jurisdictione, et potestate collata, tam super agnos, quam super oves, seu quod in idem recidit, super populos aeque ac super

tem subversantium in publico ordinum imperii congressu facta, qualiter uempe altefatus princeps elector dismembrationem suarum subjectarum provinciarum ab archiepiscopatibus mediante institutione novarum ecclesiarum episcopalium procurare intendat, quod ipsum autem archidioecesi, et ecclesiae Coloniensi respectu binorum eidem huc usque subordinatorum ducatuum Juliacensis, et Montiensis summopere nocivum, plenumque periculis, ac insuper pessimae consequentiae foret, nostrumque dolorem de antedictis dissidiis augere deberet, quae tamen ut per amicabilem compositionem terminarentur, nostrum assiduum votum est, et huc usque fuit, quem in finem quoque serenissimum archiepiscopum, et electorem nostrum repetitis vicibus enixe implorare non intermisimus; sat benevolae ejus voluntati alteram sanctae Sedis in hac via amicabili plane obstare in responsum accepimus.

Hinc quamvis dubitare non possimus, Sanctitatis vestrae mentem minime esse ad praememoratum desiderium Palatino-Bavaricum sese inclinatum renunciare, potissimum ob multas, et graves difficultates, quae nullum videntur relinquere locum huic desiderio satisfaciendi; nihilominus juxta zelum nostrum erga ecclesiam, et pro praevertendis quibuscumque impressionibus contrariis, Sanctitatem vestram hisce ferventissime obsecramus, ut archidioecesim, et ecclesiam Coloniensem ab ejusdem summopere perniciosa, et periculosa divisione salvam, et liberam conservare, aut in eventum, quo opus fuerit, atque divisionis concessio penes sanctam Sedem serio urgeretur, nobis benignissime indulgere dignetur, ut gravissima incommoda, pericula, et dispendia, in ecclesiam hujatem, totamque archidioecesim ex saepedicta divisione, seu dismembratione necessario redundare debent, deinceps plenius exponere, et demonstrare audeamus.

In cujus submississima fiducia beatissimos pedes devotissime exosculamur, et paterni affectus erga Nos, ecclesiamque Coloniensem continuationem humillime precamur, semper permanentes.

Sanctitatis vestrae

Coloniae 17. februarii 1790.

Devotissimi, et humillimi
decanus, et capitulum ecclesiae
metropolitanae Coloniensis

pastores oecumenicae ecclesiae; quae jura Nos ipsi exercuimus, quibus decessores Nostri semper usi sunt, quaeque imperii leges, et concordata ipsa agnoscunt, ac reverentur. Altera versatur super iis, quae a metropolitanis in episcoporum, et sanctae etiam Sedis damnum perpetrantur adversus jura appellationum, et illarum praesertim dispensationum, quae ab oecumenica ecclesia uni Romano pontifici adjudicantur; unde familiarum pax, et tranquillitas prorsus evertitur: quo in loco doctrinae etiam genus animadvertitur novum, atque insolens et errore plenum, quod praedicari, tradique coeptum est. Postrema gravissimas querelas complectitur, quod ultro, ac passim exhibeatur cuilibet religiosae libertatis studium fallax, deceptionis, et periculi plenum; quod hanc ipsam ob rem domestica regionum quies in discrimen vocetur; quodque luctuosissima discordiarum semina inter supremum Ecclesiae caput et episcopos, inter episcopos et principes, inter principes et populos eisdem subjectos serantur in vulgus.

Idem ut supra. §. 4. Haec porro rationum momenta, ex perversis praesertim dogmatibus deprompta, si locum habent quoad dioeceses electoris Moguntini, et archiepiscopi Salisburgensis, quorum scripta quaedam jussu Nostro examen subibunt particularis congregationis, ut in Nostra responsione declaravimus super nunciaturis cap. VIII. §. 14., et cap. IX. §. 7., suum seque sibi vindicant locum in vestra ista dioecesi. Nota enim vobis est archiepiscopi vestri pastoralis epistola die 4. februarii 1787. quam pariter examini particularis congregationis subjecimus; multoque magis nota sunt vobis ea doctrinarum portenta, ac monstra, quae ab Hedderichio, Spiegelio, Weimero, Frotzheimio, p. Thaddeo, Schneidero, aliisque professoribus traduntur in Bonnensi universitate, quam ab ipso suae institutionis initio improbatam a Nobis fuisse Nostrae literae ostendunt ad vestrum archiepiscopum datae die 30. augusti 1783. In cujus quidem universitatis inauguratione Spiegelius, et Hedderichius, eo etiam devenerunt, ut commendatione dignam putarent eam reformationis ecclesiasticae normam, quam Bucerus, et Melancton invenerant, quam compertum est doctrinae Lutheri esse consentaneam, quamque Hermannus de Weida archiepiscopus canonicis sui capituli exhibuit, ut in proxima synodo in illam, tamquam in speculum intuerentur, et exemplum sibi sumerent ad imitandum.

§. 5. Nos equidem ejusdem congregationis subjiciemus examini istorum etiam professorum libros, et scripta, nuper ad Nostras manus delata. Sed vos interim, dilecti filii, hanc quaeso, veritatem perpendite, deque illa vos ipsi pro vestri candore animi judicate. Si e medio tollentur hujusmodi causae, quas memoravimus supra, idest, si nunciorum agnoscetur auctoritas, si apostolicorum jurium violatio cessabit, si dogmata proscribentur, quae tantam inferunt ecclesiae, et reipublicae labem, si professores, quorum adeo sublesta fides est, aut arcebuntur, aut suos errores ejurabunt, nihil vobis erit, quod metuatis, et res in vado videtur esse. Quandoquidem ipse Palatinus elector satis aperte suis scriptis declaravit, se non amplius novam, quam modo meditatur animo curaturum dioecesum divisionem, ubi ea, quae modo deflet incommoda, et mala, quam longissime e sua ditione emandentur; Nosque semper sperare possemus futurum, ut princeps adeo religiosus, et justus novitatem moliri desinat, cessantibus causis, quae animum ipsius ad ea nova consilia induxerant. Idem ut supra.

§. 6. Verum si contra spem omnem, expectationemque Nostram minime exulabunt hae causae tum e dioecesi vestra, tum e dioecesibus aliorum archiepiscoporum, si bellum adeo injustum, et vehemens fieri perget adversus apostolica jura, si corrupta, et falsa Emsensis conventiculi dogmata defendenda suscipientur, si denique idem fiet de Hedderichii doctrinis, cujus libri novo praelo cudendi in ista civitate parantur ita, ut homines ad illos coemendos alliciantur, nemo vestrum persuadebit sibi, negari per Nos minime posse ex officio apostolici Nostri ministerii hanc, de qua loquimur, vestrae, aliorumque archiepiscoporum dioecesis divisionem; cum illa petat, flagitetque a Nobis vir princeps, justis, et canonicis causis subnixus, ut pura servetur in sua ditione religio, ut debito obsequio apostolicae Sedis jura colantur, ut populi sui errorum, et schismatum discrimine liberentur; cum praesertim tum majorum Nostrorum memoria, tum Nostra, tot fuerint in Germania levioribus etiam de causis divisi, novique instituti episcopatus sine ulla imperii contradictione, et non sine episcoporum, metropolitarumque dissensione, uti in Nostra responsione, demonstravimus cap. II. §. 10. Idem ut supra.

Digitized by Google

Quomodo causae divisionis hujusce arceri debeant suadetur.

§. 7. Quocirca si vestra interest, ut omne detrimentum cujusvis generis ab ista ecclesia arceatur, vestra opera, collatisque inter vos consiliis in id debetis incumbere, ut tam per vos ipsos, quam per archiepiscopum vestrum novae isthic causae omnes eliminentur. Ad vos quod pertinent, dilecti filii, si nullam partem habuistis in iis, in quibus est contradictum nunciaturis, imo si contradictiones hujusmodi graves vobis, et molestae fuerunt, rem ita se habere opera ipsa demonstretis oportet: et si hactenus collegium vestrum per deputatos viros solitis prosequi officiis apostolicum nuncium neglexit, tum sui ipsius adventus, tum natalitiorum gaudiorum tempore, ne detrectetis modo erga eumdem debito hoc officio perfungi: eo vel magis quia vestris obversatur oculis istius civitatis magistratus exemplum, quem juxta morem noluisse suo erga nuncium apostolicum officio deesse vestrates auctores testantur.

Nonnulla de vicario generali archiepiscopi observantur, et emendanda esse praefinitur.

§. 8. Vicarius archiepiscopi generalis, a quo nullum non datur dispensationis genus, et cujus nomine inscripta tot adversus nuncium mandata, et decreta prodierunt, est collegii vestri canonicus. Ejusdem capituli canonicus est pariter Herrestorff, qui delatum sibi munus officialis in tribunali officialatus exercet, junctusque assessoribus laicis voto decisivo donatis, suam una cum illis sententiam in secunda instantia pronunciat in causis ecclesiasticis: quale judicium et novum est, et ad novam invehendam instantiam excogitatum; vester item collega est canonicus de Merle, qui inter judices pro synodales ab archiepiscopo nominatus, subinde judicum commissariorum effectus est caput, ejusque munere fungitur; nam in tertia, et ultima instantia suum is profert judicium una cum reliquis judicibus pro synodalibus seu commissariis in gradu revisionis, licet hoc revisionis judicium sit novissime invectum, licet solam habeant hi judices commissionem archiepiscopi, et licet de causis agatur ecclesiasticis, quae ad sanctam Sedem unice pertinent, quaeque juxta Tridentinas sanctiones nequeunt a judicibus pro synodalibus sine speciali ipsius sanctae Sedis commissione cognosci, itaut dubitari nequeat, quin vicarius, aliique collegae vestri suam operam conferant ad sacros canones violandos, et ad apostolica jura pessumdanda. Si spectabiles isti collegae vestri eo, quo decet, obsequio significassent archiepiscopo, nequire se hujusmodi invasionibus operam dare, suam profecto archiepiscopus deceptionem, aliorum insidiis sibi paratam, deprehendisset, nec eo ferri illos coegisset umquam, quo salva conscientia se progredi posse negarent. Hac itaque etiam in parte opus est, ut faciatis vestro muneri satis, monitis edocti Honorii III. a Nobis in responsione Nostra commemoratis cap. IV. §. 7.

Quomodo cum archiepiscopo se gerere debeant significatur.

§. 9. Ad archiepiscopum vero quod attinet, quemadmodum ex vestris literis intelligimus, vos repetitis vicibus ab illo postulasse, ut per amicabilem compositionem terminarentur dissidia omnia, ita debita laude vestrum studium prosequentes, vos etiam atque etiam hortamur, ut ista officia instauretis, utque eo ardentius in tot malorum, de quibus diximus, eversionem incumbatis. Haec autem per vos studia erga archiepiscopum vestrum eo impendentur utilius, si illa adhibebitis, postquam fuerit officiis vestris, quantum in vobis est, cumulate per vos satisfactum. Convertite oculos ad vestrorum antecessorum exempla, qui metuentes, ne ope reformationis ecclesiasticae, quae hodie e pulvere excitatur, et a Bonnensibus professoribus commendatur, exitiales adversus sanam doctrinam errores in istam dioecesim importarentur, nihil habuerunt antiquius, quam ut archiepiscopi animum verbis, obsequio, et constantia plenis sibi demerendum curarent, et ingruentem pestem averterent, ac deprecarentur, ut literae patefaciunt ad ipsum datae die 1. octobris anni 1543., quae ab Arnoldo Meshovio referuntur.

Nihil omnino suorum pontifex promittit ad pacem, et concordiam assequendam.

§. 10. Ad Nos tandem quod spectat, quantum in Domino possumus, nihil certe omittemus eorum, quae fieri valent, ut metropolitanos ad pacis, et concordiae sententiam reducamus. Tam responsio Nostra, quae jam vulgata est, quam Nostrae literae in forma Brevis, modo ad vestrum archiepiscopum conscriptae, Nostram agendi rationem omnem satis cuique patefaciunt, ostenduntque luculenter, sine ulla Nostra culpa nondum revertisse eam pacem, quam ardenter optamus; nisi contra Nos velit fortasse verti, quod abolitioni nunciaturarum, aliorumque jurium e primatu manantium a Nobis fuerit denegatus assensus: nulla enim alia proposita hactenus est Nobis pacis conciliandae ratio.

Conclusio.

§. 11. Nostris apostolicis curis si illa etiam accedent, quae vos praestetis oportet, equidem favente Deo, quem die noctuque flagitamus,

Digitized by Google

atque enixe obsecramus, speramus fore, ut vestri timores penitus dispellantur, et illa reddatur moerenti Ecclesiae tranquillitas, quam modo deflet illa sibi adeptam. Hac spe freti Nostrae in vos dilectionis testem, ac pignus apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima martii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCIC.

Dat. die 30. mar. 1790. Anno XVI.

Concessio loci sermocinandi coram Sanctissimo in festo Romanae cathedrae sancti Petri pro nobilibus in academia ecclesiastica existentibus.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Praestantia cathedrae b. Petri, et honores quibus illam continuo prosequutus fuit catholicus orbis.

§. 1. Romana beati Petri cathedra jam ab antiquis temporibus fuit ubique per catholicum orbem venerata, statoque quotannis die inter fideles tali in honore habita, ut per eam ipsam solemnitatem facile in memoriam cuique revocaretur, Petrum suo in urbem adventu huc intulisse primatus Sedem, in qua plenitudo resideret apostolicae potestatis, ibidemque Ecclesiae fundamentum super aspectabilis petrae soliditate posuisse, et episcopalis constituisse corporis caput, unitatis vinculum, regalis sacerdotii principatum, unde coelestis doctrinae a Deo patre eidem Petro revelatae, lumen late diffunderetur, universusque Christi Domini grex ab ipso pasceretur, non tantum locorum, sed et temporum spatiis omnibus usque ad saeculi consummationem. Haec commemorantes non ne huic cathedrae merito sacrata dies est, ac debito pietatis studio, cultuque celebrata?

Usus habendi de ea sermonem quotannis coram sanctissimo.

§. 2. Quod ipsum praedecessores Nostri peculiari ratione praestandum sibi putantes, veterem illum morem perpetuo retinuerunt, ut praeter caetera, quae rite peragi solent; sacri cultus officia, coram summo pontifice sermo de eadem beati Petri Romana cathedra; ipsa ejus die quotannis haberetur, ac dicendo ejus originis, dignitatis, potestatisque memoria restauretur. Nos vero cum primum in hanc Sedem sublati fuimus, ut magis adhuc constaret, quantum hujus consuetudinis rationem habendam duceremus, illud cogitare coepimus, si quis esset ecclesiasticorum virorum in urbe coetus, cui maxime ea dicendi de hujusmodi argumento provincia conveniret. Neque diu haerendum Nobis in hac investigatione fuit, cum ecclesiasticam nobilium adolescentium academiam prae oculis haberemus, utpote ad quam in pristinum splendorem restituendam curas Nostras, jam tum converteramus. Optimo haec instituta consilio fuit, ut ibidem recipi, commorarique possent juvenes praesertim ex pontificia ditione, qui ad urbem confluerent eo animo, ut illis imbuerentur disciplinis; per quas apti evaderent ad officia apostolicae Sedi praestanda, ac deinceps tamquam ex irriguo seminario, ad publicos capessendos honores, ac sacra exercenda munera satis exculti, confirmatique prodire possent. Optimum hoc consilium optimus est exitus consecutus; multi siquidem exinde viri ex umbratili studiorum exercitatione tamquam in pulverem, ac solem educebantur, ecclesiaeque inservientes, maximos in eam sui laboris, atque operae fructus importabant, sed ut plerumque in humanis accidit rebus, paulatim collapsam doluimus a pristino statu academiam, ac illam, tam utilem excolendorum juvenum interceptam cooptationem. Nos igitur jam ab initio pontificatus Nostri cum illam in pristinam laudem, utilitatemque restituere suscepissemus, propterea que attributis novis auxissemus fundis, aptisque legibus munissemus, ac domum ipsam necessaria suppellectile, ac ampla bibliotheca instruxissemus, statim non sine plurima voluptate pristinam juvenum frequentiam conspeximus, qui ad nobilitatis suae decora, propria etiam ex studio, ac virtute collecta adjungerent merita, Nosque excitarent ad peculiaria iis, qui inter alios sua laude excellerent, cumulanda premia. Proinde non dubitavimus interdum aliquos ex illa academia pro opportunitate ad honores provehere, ac gravia iisdem sanctae hujus Sedis committere sustinenda munera. Cujus consilii Nostri Nos hactenus nequaquam poenituit, atque in posterum fore confidimus, ut nunquam sit poenitendum.

Privilegium dicendi sermonem de ea conceditur adolescentibus degentibus in academia ecclesiastica.

§. 3. Nunc vero cum agatur de tradenda perpetua provincia, prout diximus, sermonem de apostolica cathedra quotannis coram Nobis habendi, adhuc magis hujus ipsius academiae decorandae, ejusdemque ornandi coetus datum Nobis esse gaudemus locum, ut ita majora aca-

demicis adjungamus incitamenta ad ipsius cathedrae primo cognoscendam originem, naturam, dotes, juraque omnia a Jesu Christo, et per apostolorum scripta, et per traditionis non interruptam seriem ad Nos usque certissime transmissa, porro ad eadem pro suis viribus propugnanda, tuenda, veris extollenda laudibus, ac renovatis stata per annos singulos die praeconiis depraedicanda. Hoc pacto illi ipsi, qui sunt operam, laboresque suos addicturi, publicum studiorum suorum, et observantiae, fideique specimen dare poterunt, ac tam praeclaro indicio patefacere sibi viam ad ampliora merita apud Nos, successoresque Nostros comparanda. Itaque dilectis filiis, qui in academia ecclesiastica navant, ac in posterum navabunt operam iis disciplinis, quae huic urbi, atque huic sacro imperio maxime conveniunt, per hasce Nostras in forma Brevis literas perpetuo tribuimus, addicimus, et assignamus provinciam quotannis habendi sermonem de Romana beati Petri cathedra ejusdem die festo coram Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus, ut cujus obsequio se dicaturos profitentur, ejusdem sinu innutritos se esse, doctrinaque excultos perspicere praeseferant, eoque ipso alacriores factos, ad propugnandam ipsius auctoritatem non minus verbis, quam officiis suis ipsi praestandis, quo omne oppugnationis genus contra eam non magis adversarii Nostri, quam rebelles filii per summam temeritatem, et palam exercent, et per insidias moliuntur.

Nominatio adolescentis sermonem recitaturi conceditur protectori academiae.

§. 4. Volumus tamen, ut eorum nemo hunc sibi pro singulis memoratis festivitatibus dicendi locum arroget, atque assumat, nisi quem dilectus filius Noster Joannes Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Archinto, aliique deinceps ejusdem academiae apud hanc sanctam Sedem protectores ad hoc munus selegerint, et voce, vel scripto ejusmodi facultatem tribuerint. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque semper firma, valida, et efficacia existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima martii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCC.

Dat. die 13. aprilis 1790. Anno XVI.

Indulgetur rectoribus cappellae beatae Mariae virginis civitatis Limanae, ut celebrare quotannis valeant unam missam cum cantu ejusdem beatae Mariae virginis immaculatae jam approbatam pro ordine fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni rectores cappellae sub titulo Conceptionis beatae Mariae virginis immaculatae del Miracolo nuncupatae prope ecclesiam conventus Grande di Gesù etiam nuncupat. fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupat. civitatis Limanae, quod ipsi ad augendum erga eamdem beatam virginem Mariam cultum, et devotionem unam missam cum cantu Conceptionis ejusdem beatae Mariae virginis immaculatae, jam pro ordine minorum sancti Francisci adprobat. per dies novem, nempe a die XXVII. novembris, usque ad diem V. decembris, tantum exceptis duplicibus primae, vel secundae classis, quotannis celebrare, seu celebrari facere posse plurimum desiderant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta relatione dilecti filii magistri Dominici Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum secretarii: ut imposterum in praedicta cappella Conceptionis beatae Mariae virginis immaculatae quotannis cum cantu una missa Conceptionis ejusdem beatae Mariae virginis immaculatae, jam pro ordine minorum

sancti Francisci adprobat, per dies novem, nempe a die XXVII. novembris usque ad diem v. decembris, tantum exceptis duplicibus primae, vel secundae classis, celebrari libere, et licite possit, ac valeat, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in synodalibus, provincialibusque, et generalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 21. aprilis 1790. Anno XVI.

DCCCI.

Confirmatur erectio confraternitatis sancti Uberti in ecclesia parochiali loci de Zolve Leodiensis dioecesis facta.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Pietatis, et Christianae charitatis opera, quae Salvator, et Dominus Noster Jesus Christus, cujus vices licet immeriti, gerimus in terris, fidelibus suis instanter commendavit, ubique cum divini cultus incremento, et erga sanctum Ubertum veneratione, atque animarum salute exercere cupientes, spiritualibus gratiarum muneribus prosequimur, ut inde ferventius ipsi Deo inservire, atque immarcescibilem aeternae beatitudinis gloriam sibi valeant comparare.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum offitialium, ac confratrum confraternitatis, seu congregationis, vel societatis sub titulo sancti Uberti in ecclesia parochiali sancti Vincentii martyris loci de Zolve comitatus Lossensis Leodiensis dioecesis expositum fuit, quod, ut cultus sancti Uberti magis, magisque augeatur, dicti exponentes unam utriusque sexus Christifidelium, non autem unius specialis artis, confraternitatem sub titulo sancti Uberti in ecclesia parochiali supradicta de consensu venerabilis fratris episcopi Leodiensis erectam, seu erigendam, quamvis in dicto loco de Zolve forsan alia similis confraternitas canonice erecta reperiatur, per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut erectioni, et institutioni praedictis apostolicae firmitatis robur adjicere, ac alias in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis. §. 3. Nos igitur qui devotionem, et piorum operum, ac divini cultus incrementum, nec non animarum salutem sinceris desideramus affectibus, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, licet in praedicto loco forsan alia similis confraternitas canonice jam erecta existat, ut praefertur, nihilominus erectionem, et institutionem unius confraternitatis sub titulo sancti Uberti utriusque sexus, non tamen unius specialis artis praedictae, quatenus canonice de licentia moderni episcopi Leodiensis praefati factae fuerint, vel faciendae sint auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque apostolicae, et inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper in praemissis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, ac pariter nihilominus in praedicto loco unam confraternitatem sub titulo ejusdem sancti Uberti, cujus confratres processionaliter incedere, divina officia decantare, se se congregare, et caetera, quae per confratres aliarum confraternitatum fieri solent, facere libere, ac licite valeant, sine alicujus praejudicio, et dummodo ordinarii loci ad id accedat assensus auctoritate, et tenore praedictis perpetuo erigimus, et instituimus.

Confraternitati jus conceditur condendi statuta. §. 4. Nec non confratribus dictae confraternitatis, sive erectae, sive erigendae pro tempore existentibus, ut quaecumque capitula, statuta, decreta, et ordinationes, pro salubriori eorum, et dictae confraternitatis gubernio, et directione necessaria, et opportuna, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et concilii Tridentini decretis non contraria, ac per ordinarium loci examinanda, et approbanda, facere, et edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, et expediens fuerit, prae-

Digitized by Google

via tamen examinatione, et approbatione hujusmodi mutare, alterare, corrigere, et in melius reformare, ac insuper omnia, et singula legata relicta, res, et bona quomodolibet qualificata, mobilia, et immobilia per quoscumque Christifideles dictae confraternitati data, et relicta, recipere, illaque per eos officiales, seu deputatos regere, et gubernare, ac administrare; et in ipsius confraternitatis, et illius piorum operum usus convertere, ita tamen ut de receptis, et administratis per eos ordinario loci juxta decreta concilii Tridentini rationem reddere teneantur libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Concessio indulgentiarum assequendarum a confratribus, et consororibus.

§. 5. Ac insuper, ut dicta confraternitas sic erecta, seu erigenda majora in dies suscipiat incrementa, confratribus, et consororibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui dictam ecclesiam die festo ejusdem sancti Uberti a primis vesperis usque ad occasum solis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam: iisdem confratribus, et consororibus praedictis, qui in articulo mortis poenitentes, et confessi, ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint etiam plenariam; insuper confratribus, et consororibus memoratis, qui poenitentes, confessi, ac sacra communione refecti processioni in una dominica cujuslibet mensis per dictam confraternitatem de ordinarii loci licentia faciendae devote interfuerint, et ibi, ut praefertur, oraverint, plenariam: insuper quoque confratribus, et consororibus, qui ab esu carnium iis diebus, in quibus confratres dictae confraternitatis ex illius instituto vesci non solent abstinebunt, tercentum dies; et qui qualibet die septies orationem Dominicam, et toties salutationem angelicam recitaverint, quadraginta dies; et qui ex confratribus ejusdem confraternitatis poenitentes, et confessi semel in mense sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, et, ut praefertur, oraverint, quinque annos, et totidem quadragenas; praeterea qui vere poenitentes, et confessi, in qualibet ex festivitatibus beatae Mariae virginis immaculatae sanctissimum Eucharistiae sacramentum in ecclesia praedicta, seu cappella dictae confraternitatis sumpserint, et ut supra dictum est, oraverint, tres annos, et totidem quadragenas; nec non qui cum lumine sanctissimum Eucharistiae sacramentum, quando ad infirmos defertur, comitati fuerint, et pro eisdem infirmis pias ad Deum preces effuderint, quinque annos, et totidem quadragenas; insuper, qui corpora defunctorum quorumcumque ad sepulturam associaverint, et pro eorum animabus ad Deum oraverint, centum dies; et qui officium beatae Mariae virginis devote recitaverint, pariter centum dies; qui vero missis, et aliis divinis officiis in ecclesia, seu cappella confraternitatis hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis, seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem confraternitatis ubivis faciendis interveneriot, aut pauperes hospitio susceperint, aut eis in eorum necessitatibus, et periculo peccandi existentibus auxiliati fuerint, aut eleemosynas temporales, aut spirituales eis dederint, vel pacem cum inimicis propriis, vel alienis composuerint, seu componi fecerint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut ignorantes praecepta Dei, et ea, quae ad salutem sunt docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praedictorum piorum operum centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus, omnesque indulgentias supradictas etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse in Domino concedimus. Ac praeterea, ut confratres, et consorores dictae confraternitatis sic erectae, qui processioni in una dominica cujuslibet mensis ab ipsis fieri solitae commodo interesse non potuerint, si vere poenitentes, et confessi, ac sacra communione refecti cappellam praedictae confraternitatis devote visitaverint, et ibi pias ad Deum preces effuderint, eamdem plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam, et remissionem, illis qui processioni hujusmodi intersunt, concessam pariformiter consequantur; et similiter infirmi, captivi, et peregrinantes, qui cappellam hujusmodi dicta dominica visitare nequiverint, si officium parvum beatae Mariae Virginis, aut quinquies orationem Dominicam, et salutationem angelicam recitaverint, et saltem contriti fuerint cum proposito confitendi, et sacram

communionem recipiendi, quam primum potuerint, quod adimplere omnino teneantur praedictam plenariam indulgentiam, et peccatorum remissionem etiam consequantur: insuper, ut festum sancti Uberti ob majorem devotionem, et commoditatem Christifidelium, quando eadem die occurret alia solemnitas in unam dominicam ejusdem mensis transferri possit, indulgemus.

Derogatio contrariorum, et declaratio specialis.

§. 6. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, quod si dicta confraternitas alicui archiconfraternitati aggregata jam sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, priores, aut quaevis aliae literae apostolicae, quoad indulgentias illi nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso nullae sint. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 27. aprilis 1790. Anno XVI.

DCCCII.

Instante republica Lucensi, conceditur, ut fructus legati Sinibaldi ad erigendum Bononiae collegium designati, in tot pensiones erogari possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum in quibus memoratur erectio collegii Sinibaldi nuncupati, illiusque deperitio.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii nobiles viri senatus reipublicae Lucensis, quod alias bonae memoriae Augustinus Sinibaldi, dum vixit, patritius Lucensis, ut ad rectam, ac liberalem suorum concivium educationem viam aperiret, illosque viros gerendae reipublicae scientissimos facilius efficeret, per suas testamentarias tabulas anni MDCV. scuta decem mille legavit, ut ex illorum usuris, quae tunc ad annua scuta sexcenta ascendebant, Bononiae collegium a dicto senatu Lucensi erigeretur, in quo concives sui dum adhuc adolescentes erant, ad bonas artes, ac scientias, praesertim vero ad religionem, et pietatem efformarentur; voluitque praeterea, ut tum ab alumnis, tum a collegio quaedam praescripta pia opera adimplerentur. Quamobrem cum senatus Lucensis probe noverit legatam summam haud sufficientem esse ad collegii hujusmodi instructionem, illiusque annuam exhibitionem, quo firmius pii testatoris voluntas exequeretur, erectionem dicti collegii usque ad annum MDCLVI. distulit, postquam scilicet sors principalis legata ex illius multiplicato foenore ad conspicuam summam scutorum circiter vigintiquinque mille creverat, tunc aptam domum Bononiae emit, ibique collegium Sinibaldi nuncupatum ad formam dictae testamentariae dispositionis revera instituit. Prospero statu semper fuit hoc collegium, ac tamdiu viguit, dum suos tenuis census vilitati annonae respondebat; ast postmodum, ac novissimis praesertim temporibus quotidie ingravescente annona, ac pluribus de causis imminutis annuis dictae summae usuris, factum est, ut licet memoratus senatus pro suo prudenti consilio eamdem summam in LL. MM. Benedictinis Bononiae erectis collocare studuerit, nihilominus id praepedire non valuit, quominus in easdem reciderit angustias: nam magis magisque aucta annona, jam neminem in collegium recipere, magistros, ac inservientes dimittere necesse erat. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat memorati exponentes, neque sperare, neque animo effugere possint firma remedia hisce malis adhibenda, quae suis civibus sequiora non essent, ipsis vero quam maxime cordi sit, ut iis quoque, qui nunc aetate florent, dicta testamentaria dispositio, ut fas est, utilitatem afferat; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Redditus collegii convertuntur in pensiones concedendas civibus operam navantibus scientiis, et bonis artibus.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, atque illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, memoratam testamentariam dispositionem Augustini Sinibaldi hisce praesentibus pro plene, et sufficienter expressam habentes supplicationibus hujusmodi inclinati, eisdem exponentibus, ut non obstante quacumque testamentaria dispositione praedicta redditus dicti legati Sinibaldi, etiam, ut praefertur, aucti, in tot congruas pensiones pro illorum prudenti arbitrio, et juxta rerum vices praefigendas suis ci-

vibus, qui scientiis, aliisque bonis artibus in aliquo seminario, aut collegio, sive contubernio, aut publica universitate status Nostri ecclesiastici sedulam navent operam assignandas, erogare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Quoniam quidem difficile satis est, ut officium parvum, aliaque pia onera, quae testator alumnis in singulos dies, et annos injunxit, religiose a pensionariis in posterum adimpleantur, hinc Nos firmis remanentibus oneribus, quae a collegio satisfacienda sunt, quae ab alumnis essent explenda, in unam missam in singulas hebdomadas celebrandam auctoritate, et tenore praedictis commutamus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, memorati Augustini Sinibaldi testamentis, dispositionibus, et codicillis, ac ultimis voluntatibus, quas quoad praemissa sufficienter, et expresse commutamus, de jure quaesito non tollendo, ac aliis Nostrae, et cancellariae apostolicae regulis, nec non apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, ac quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCIII.

Dat. die 14. maji 1790. Anno XVI.

Exemptio monialium sanctae Paulae ordinis sancti Hieronymi civitatis Granatensis a gubernio monachorum ejusdem ordinis sancti Hieronymi.

Venerabili fratri archiepiscopo Corinthiensi Nostro, et Sedis apostolicae apud carissimum in Christo filium Nostrum Carolum Hispaniarum regem catholicum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Pastoralis officii humilitati Nostrae divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui sub suavi religionis jugo, Deo propius famulari susceperunt, curam gerentes ea, quae pro tollendis abusibus, animorum studiis, stabiliendaque regulari disciplina, ac christiana charitate accomoda esse dignoscuntur, rerum prius, ac temporum vicibus mature perpensis concedamus, prout in Domino salubriter expedire arbitramur. Prooemium.

Expositio precum exhibitarum a rege catholico. §. 2. Expositum siquidem Nobis nuper fuit pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici quod cum nuper ei compertum fuerit plura evenisse scandala, ac incommoda in monasterio, seu conventu sanctimonialium sanctae Paulae ordinis sancti Hieronymi civitatis Granatensis, ac ex eo proficisci, quod eaedem sanctimoniales sub regimine, gubernio, et jurisdictione monachorum ordinis sancti Hieronymi erant, tunc ut hisce malis promptum, ac praesens remedium adhiberetur illud opportunum visum est, maximeque eidem monasterio utile si monasterium, seu conventus hujusmodi ab omni regimine, gubernio, ac jurisdictione monachorum hujusmodi eximeretur, prout eximi summopere

Digitized by Google

desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportuno providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor indultae exemptionis, cum subjectione ordinariae jurisdictioni episcopi.

§. 3. Nos igitur ejusdem Caroli regis catholici votis annuere, et statui atque utilitati earumdem monialium consulere volentes, fraternitati tuae, de cujus fide, doctrina, vigilantia, et charitate, ac in gerendis negociis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, ac mandamus, ut dictum monasterium, seu conventum sanctae Paulae ordinis sancti Hieronymi civitatis Granatensis, ejusque moniales a quacumque subjectione, ac regimine, et gubernio dictorum monachorum ordinis sancti Hieronymi auctoritate Nostra apostolica eximas, et liberes, ac exemptum, et liberum esse decernas, atque declares; omnimodae vero jurisdictioni moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Granatensis in spiritualibus subjicias; easque propter monachis praedictis harum serie prohibemus, ne in iis, quae ad monasterium hujusmodi, et monialium praedictarum spirituale gubernium pertinent imposterum se ullatenus ingerere audeant seu praesumant.

Reservatio privilegiorum favore monialium.

§. 4. Declarantes tamen, quod licet moniales praedictas, quoad spiritualem jurisdictionem a memoratis monachis segregaverimus, ut praefertur, ac segregatas esse decreverimus, nihilominus gratiis, favoribus, indultis, ac privilegiis, tam spiritualibus, quam temporalibus alias per summos pontifices praedecessores Nostros monachis ordinis sancti Hieronymi praedictis concessis, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia perinde ac si ordini praedicto, ut prius unitae, ac incorporatae essent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasterii praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta maji millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCIV.

Dat. die 14. maji 1790. Anno XVI.

Praescribitur, ut si aliquis ex senatoribus Bononiensibus uxorem turpem, aut humilem ducat, a senatorio ordine decidat.

Dilectis filiis nobilibus viris reformatoribus status libertatis civitatis Nostrae Bononiensis.

Pius PP. VI.

Dilecti filii nobiles viri.
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Intelleximus nuper a dilecto filio Ulizi Pozzadini vestro apud hanc sanctam Sedem, Nosque oratore, vos quammaxime desiderare, ut quemadmodum felicis recordationis Benedictus pp. XIV. praedecessor Noster ad puram, nitidamque conservandam nobilitatem in nobilibus civitatis Nostrae Bononiensis familiis duo vestra senatus consulta, quibus quaedam leges, et conditiones ad obtinenda patriae vestrae ma-

gistratus, honores, et officia nobilium praescribantur auctoritate sua apostolica per suas apostolicas in simili forma Brevis diei XIV. februarii MDCCXLIX. expeditas literas confirmavit, ita et Nos, quod memorata senatus consulta, et Benedictinae literae, nihil de ordine vestro expresse disponunt, ut etiam quidquid conspicuae illius nobilitati cum semper inter caeteros praecelluerit, alienum esset, arceatur, ea constituamus, quae illius dignitati consonum fore arbitramur.

Tenor indulti.

§. 2. Nos igitur qui libenter vestris indulgendo votis, dilectum filium nobilem virum Aloisium ducem Braschi de Honestis Nostrum ex germana sorore secundum carnem nepotem inter nobilitates vestras novissimis temporibus recensuimus, eximiam ordinis vestri nobilitatem sartam tectam servare cupientes, ac specialem nobilitatibus vestris gratiam facere volentes, vestrumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus vestro nomine Nobis hisce desuper humiliter porrectis inclinati, si quando contingat, aliquem ex ordine vestro adeo se deijcere, ut uxorem scenicam, aut turpis existimationis, vel humilem, et abjectam sibi adjungere non pudeat, hunc nedum illico ab omni nobilitatis honore, et praerogativa, ad formam dictarum Benedicti praedecessoris literarum decidisse, atque a capessendis quibuslibet nobilibus magistratibus prorsus indignum esse, verum etiam ordine, ac dignitate senatoria statim esse abdicatum, auctoritate apostolica tenore praesentium praecipimus, et mandamus.

Expositio peculiaris.

§. 3. Verum quia interdum fieri potest, ut hi ex primo haud vulgari matrimonio filios procreaverint, aut illis superstites sint fratres ad hanc dignitatem obtinendam idonei, propterea nobilitatibus vestris, quibus jus Nobis a Romano pontifice pro tempore existenti quosdam certis praescriptis qualitatibus pollentes nominandi, et praesentandi spectare dignoscitur, dummodo aliis non repellantur causis, hosce etiam inter caeteros nominandi, et praesentandi, plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta maji millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCV.

Dat. die 27. maji 1790. anno XVI.

Mandata super praecedentia fratrum choristarum laicis ordinis sancti Francisci de observantia provinciae Portugalliae.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Pastoralis officii Nobis divinitus injuncti sollicitudo Nos admonet, ut omni cura, et studio ad ea jugiter intendamus, per quae Christifidelium sub suavi arctioris religionis jugo mancipatorum, uberesque bonorum operum fructus benedicente Domino proferre satagentium quieti, et tranquillitati consulitur, et per quae religionem eorum propositum turbantia removentur, ut nulla re praepediti, ac sublatis animorum dissidiis, et emulationibus juxta regularia suorum ordinum instituta in pacis amoenitate gratum Altissimo impendant famulatum, felicioribusque in dies in via Domini proficiant incrementis.

Memoratur controversiae subortae super jure praecedendi inter clericos choristas, et laicos ordinis.

§. 2. Exposui siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes a sancta Clara frater expresse professus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum provinciae Portugalliae, ut asserit, procurator generalis, quod et si rationi, et aequitati congruum videatur, quod fratres clerici professi choristae

Digitized by Google

dicti ordinis licet nondum sacris ordinibus initiati, tum publice, tum privatim fratribus laicis, seu conversis ejusdem ordinis praecedant, nihilominus jamdiu laici, et conversi hujusmodi hanc praecedentiam fratribus choristis nondum ad sacros ordines promotis sibi tribuere praesumpserunt, unde novissimis temporibus plures de ac super praecedentia hujusmodi motae sunt controversiae, quas tamen inter caetera capitulum generale ejusdem ordinis die decima sexta maji MDCLXXXII. dispositioni motus proprii fel. rec. Urbani pp. VIII. diei XXII. decembris MDCXLII. cujus initium est: *Alias pro congregatione* studens dirimere curavit.

Judicium s. congregationis Episcoporum, et Regularium super hoc jure praecedendi.

§. 3. Non considerantes tamen fratres laici seu conversi ejusmodi quaestiones inter fratres dicti ordinis praesertim, qui vota sua in spiritu paupertatis, et humilitatis sui vere humilis parentis exemplum sectantes Domino exhibere profitentur non decere adversus tam aequum, tamque sanctum decretum novas turbas nectere conati sunt. Ast omne illorum inceptum frustra fuit: siquidem denuo in congregatione generali dicti ordinis in oppido civitate nuncupat. Matriti anno MDCLXXXV. habita, praecedentia fratrum choristarum sancita fuit, ac in congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium episcoporum, et regularium negociis praepositorum die XXXI. augusti anni MDCCXIV. curantibus fratribus laicis, seu conversis provinciae Andalutiae, seu Beticae dicti ordinis propositis tribus dubiis — An scilicet fratres laici ordinis minorum sancti Francisci de observantia provinciae Beticae, tam conventuum de observantia, quam recollectorum praecedere debeant fratres clericos non in sacris constitutos, quamvis choristae receptione juniores, et laici sint receptione antiquiores — An fratres laici denominari debeant patres, et titulo reverentiae frui, prout denominantur, et fruuntur sacerdotes ejusdem ordinis, et provinciae, vel potius contenti esse debeant titulo charitatis, sicuti clerici, et choristae ejusdem ordinis — An sit imponendum perpetuum silentium in casu etc. responsum fuit — ad primum — negative — ad secundum negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam — ad tertium negative, et amplius: quae quidem resolutio postmodum etiam reclamantibus laicis praedictis a fel. rec. Clemente pp. XI. praedecessore itidem Nostro per suas in simili forma Brevis diei XVI. octobris MDCCXIV. expeditas literas ineluctabilis firmitatis robore roborata fuit.

Preces porrectae pro obtinenda praecedentia favore clericorum choristarum.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat non sine scandalo, ac mutuae etiam charitatis detrimento laici, seu conversi provinciae Portogalliae praedictae haec ipsa jura tueantur, ut hisce controversiis finis imponatur memoratas Clementis praedecessoris literas ad suam provinciam per Nos extendi, ac certam, et hac in re ineluctabilem formam a dictis laicis, seu conversis omnino servandam memoratus exponens praescribi summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos igitur hisce piis, ac justis memorati exponentis votis annuere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratas Clementis papae XI. literas anni MDCCXIV. decreti a dicta congregatione episcoporum, et regularium, ut praefertur emanati confirmatorias ad provinciam Portogalliae praedictam auctoritate apostolica tenore praesentium extendimus, et ampliamus, eaque propter, ut deinceps clerici professi choristae licet nondum in sacris ordinibus constituti provinciae praedictae ubique in processionibus, aliisque actibus, tum publicis, tum privatis digniorem, ac honorabiliorem locum obtineant, ac ipsos laicos, seu conversos semper praecedant, atque laici, seu conversi praedicti, neque patres denominari, neque titulo reverentiae uti, aut frui possint, auctoritate, et tenore praedictis statuimus, et ordinamus; districte propterea, ac in virtute sanctae obedientiae, et sub excommunicationis majoris latae sententiae, eo ipso per contrafacientes incurrenda poena omnibus, et singulis fratribus laicis, seu conversis provinciae, et ordinis praedictorum nunc, et pro tempore existentibus inhibentes, ne deinceps super praemissis, eorumve occasione fratres clericos praedictos molestare, inquietare, perturbare, aut quo quomodo impedire audeant vel presumant.

Digitized by Google

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 6. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et alios quoslibet quacumque auctoritate, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Poenae contra rebelles. §. 7. Quocirca venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis locorum ordinariis per praesentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel eorum quilibet, per se, vel alium, seu alios ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte dictorum fratrum clericorum choristarum fuerint requisiti eis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate Nostra praemissa juxta praesentium continentiam, et dispositionem observari; contradictores quoscumque, et rebelles, ac praemissis non parentes per sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato, etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Derogatio contrariorum. §. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque omnibus, quae memoratus Clemens praedecessor non obstare voluit, nec non quatenus opus sit provinciae, et ordinis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima maji millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimosexto.

DCCCVI.

Dat. die 8. junii 1790. Anno XVI.

Instante communitate Veruchii Ariminensis dioecesis, confirmantur nonnulla capitula.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Quanti reipublicae intersit, rem agrariam optimis, ac certis legibus, et institutis temperari, et constitutam esse nemini latere arbitramur. Si itaque postquam plurimum operae, et laboris ad has leges, et haec instituta concinnanda, ac tempori accomodanda consumptum est, a Nobis apostolicae firmitatis robore communiri petitur, decet Nos justis his desideriis congruum impertiri suffragium.

Expositio precum porrectarum a communitate pro obtinenda confirmatione conditorum statutorum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii priores, ac publici repraesentantes communitatis terrae Nostrae Veruchii Ariminensis dioecesis, quod cum nulla in eadem terra existerent peculiaria statuta, ac leges, quibus praediorum in suo territorio existentium coloniae, aut tempus dandi, petendive commeatus ab agricolis praescriberetur, quocirca lites, ac controversiae quamplurimae, in dies exoriebantur, a publico generali consilio ejusdem terrae diei vigesimae primae mensis decembris proxime elapsi anni MDCCLXXXIX. habito aliqui fuerunt deputati, ut suggererent quomodo hasce quaestiones facile anteverti possent. Qui cum in generali autem consilio diei XXXI. januarii currentis anni MDCCXC. retulerint capitula a civitate Nostra Ariminensi efformata huic communitati limitrophae et a felicis recordationis Clemente pp. XIII. praedecessore Nostro confirmata in aliqua parte prout ipsi censuerunt, accomodata, utilia, et apta esse, et fore, ab omnibus communibus suffragiis approbata, et acceptata fuere. Capitula autem sunt tenoris sequentis.

DETERMINAZIONI

Tenor statutorum. §. 3. Formate, e stabilite dagl' illustrissimi signori eletti prescelti dall' illustrissimo ge-

Digitized by Google

nerale consiglio delli ventisette dicembre del mille settecento ottantanove sopra le colonie, ed altro da inviolabilmente osservarsi nel territorio di Verucchio, non ostante qualunque consuetudine in contrario.

De honestate vitae a colonis servanda.

§. 4. I. Che li coloni de' poderi, possessioni, ed altri di loro famiglia debbano vivere da buoni cristiani col santo timor di Dio, e che non debbano dar ricapito a birbanti, malviventi, ed inquisiti, nè tener biscaccie, nè vender vino al minuto, altrimenti sia lecito al padrone dei poderi di poterli discacciare dalla colonia in qualunque tempo.

De cultura agrorum statutis temporibus perficienda.

§. 5. II. Che sieno tenuti a debiti tempi dare alle terre da sementarsi a grano tre arature, una per rompere, l'altra per rivoltare, e la terza per rimenare; ed oltre a ciò a debito tempo seminarvi il grano, e che i lavori fatti nel seminare le biade nell'anno scaduto, non possino servire per la prima aratura dell'anno susseguente. Come anche siano tenuti durante la colonia a debiti tempi, bene e diligentemente fare tutti gli altri lavori stando lontano da qualunque pianta, e specialmente dalle piante d'olivi, vangare intorno ai medesimi olivi col portarli il necessario stabio, o concime, scavare dove và seminato il grano, e ripulire li fossi, e seminato che avranno, sboccare le lame, vangare i cavedali, ed il sodo da ogni parte delli fossi, e così pure fare li fossi, e mantenerli ben scarichi, mantenere ben folte, e serrate le siepi morte, e boschi vivi in ogni luogo, ed in fine della colonia lasciare dette siepi, e boschi in tale buono stato, onde quelle e questi non potranno tagliare senza licenza del padrone, o suoi ministri, al quale dovranno dare la metà delle fascine de' medesimi; altrimenti contrafacendo i coloni cadano nelle pene, e siano tenuti alla rifazione di tutti i danni, e pregiudizi al padrone.

Idem ut supra.

§. 6. III. Che li medesimi coloni siano tenuti nella state prima della mietitura annualmente aver vangati, e sbancati li canneti, e fatti li fossi necessari ai medesimi, e ciò non adempiendo possa il padrone fargli vangare, e sbancare, ed accomodare li fossi a spese de' lavoratori, oppure agire per li danni e pregiudizi, e molto più andando quelli a male o in parte, o del tutto per incuria del colono.

De caesione vinearum, earumque custodia.

§. 7. IV. Che ogni anno a tempo opportuno debbano potare ad uso di arte le viti senza lasciare bacchetti, forcelle, o cornetti superflui, nè seccumi di sorte alcuna, e porre il dovuto numero delle propagini ove abbisognano per mantenimento delle vigne, e filoni sino al numero di venticinque per tornatura a norma del Nostro statuto pag. 21. cap. 27. e portarvi il necessario stabio, o dalla possessione, o da dove il padrone l'avrà proveduto, e trovandosi, che i coloni abbino venduto stabbio possano ipso facto essere discacciati dalla possessione, con incannare altresì bene le viti, al quale effetto mancando le canne, o perchè non esista il canneto, o esistendo non ne produca abbastanza, debbano i coloni pagarne solo la quarta parte, e trasportarle da dove saranno state provedute dal padrone, legare diligentemente le viti, vangarle avanti la mietitura; altrimenti mancando li coloni di vangare le vigne, o altre viti nel prescritto termine, possa il padrone farle vangare a spese delli coloni medesimi, come mancando di fare e ripulire li fossi alle dette vigne, e piantate, almeno di tre in tre anni, possa il padrone per tale mancanza nel terzo anno farli ripulire, e scavare a spese delli coloni come sopra.

De custodia confinium.

§. 8. V. Che siano tenuti li coloni custodire attentamente, e mantenere i confini della colonia, acciò non abbia il padrone a risentirne danno, e pregiudizio, avvisandone il padrone in caso di qualunque usurpazione, o danno fatto dal vicino, e specialmente di nuova servitù: e non avvisando sieno tenuti soddisfare alli danni, e pregiudizi a stima del perito; debbano guardare e far guardare tutti li campi della colonia dagli altrui bestiami, acciò non v'entrino a pascolarvi, o danneggiare, quali trovandosi debba il colono condurli all'uficio del massarolo, conforme dispone la Bolla Benedettina emanata nel mille settecento cinquantotto.

De semine a colonis praebendo.

§. 9. VI. Che li coloni siano tenuti porre la metà di tutte le sementi, che si semineranno in detta colonia egualmente al padrone.

De impensis necessariis ad recollectionem segetum.

§. 10. VII. Che li coloni debbino fare tutti li lavori spettanti alla mietitura di grano, ed altro a tutte loro spese, nè gli sia permesso, anzi vien proibito di levare dalla massa comune il grano da darsi ai mietitori chiamati in ajuto, ma debba tutto levarsi dalla porzione colonica: siccome loro ancora si proibisce d'ammettere in conto alcuno a spigolare donne dei mietitori, o altre, e neppure proprie se non affatto terminato il taglio della messe in quel

tal campo, che si miete, vietando ai coloni di far pagare cosa alcuna per spigolare.

De divisione segetum recollectarum.

§. 11. VIII. Che li lavoratori debbino dare fedelmente la metà di tutte l'entrate, che si riscuoteranno dalla possessione, nella qual legge di divisione resti compresa la semente di lino, e canapa, ortaggi di qualsivoglia specie, e qualità compresi i meloni, e tabacco, delle quali cose tutte, non meno che d'ogn'altro prodotto della colonia devasi al padrone la metà, o quella porzione, che sarà convenuta tra il padrone, ed il colono da esprimersi nella solita privata scrittura di colonia, e questa ben custodita saranno tenuti li coloni portare alla di lui casa, e riporre dove dal medesimo, o suo ministro, o fattore gli sarà ordinato a tutte loro spese, ed in quanto all'entrata del vino, in mosto, o uva, o con castellate, ad arbitrio del padrone, con che però debba il padrone in tale occasione di trasporto d'entrata somministrargli il vitto.

De foeno, et foliis pro domino agri reservatis.

§. 12. IX. Che non restino comprese nella colonia l'entrate di fieno di prato, e foglia di moro quali sieno riservate tutte al padrone, il quale però volendo godere di tal riserva riguardo al prato, paghi di questo tutto il taglione, e faccia segare, e condurre il fieno ove vuole a proprie spese.

De belluis immittendis a colonis.

§. 13. X. Che li coloni debbino ritenere le bestie necessarie di qualsivoglia specie da pascolo, e giogo, cioè bovi, vacche, vitelli, pecore, porci, ed altre bestie proporzionatamente al bisogno della colonia, e questo o a non partito, cioè a metà del loro prezzo col padrone, e non avendo possibilità d'impiegare il colono denaro in quella metà in stima, o a quanto saranno state comprate, o a quanto si giudicherà da uomini periti da eleggersi uno per parte e del terzo in caso di discordia, al quale le parti dovranno acquietarsi, ne potranno rimuoversi. Pagherà il colono al padrone per le bestie da lavoro il giovatico secondo il convenuto fra loro, ma di dette bestie si dovrà servire da uomo dabbene, e soltanto per coltura delle terre della possessione, e non abusarne fuori del servizio della medesima in careggi ed altre opere, proibendosi espressamente di fritturare con dette bestie il grano sotto l'infrascritta pena. Nè si vuole che il colono senza espressa licenza del padrone possa ritenere nella colonia bestie di qualunque sorta, e neppure proprie sotto verun pretesto, altrimenti contravenendo il colono potrà ipso facto essere discacciato dalla colonia, e se per di lui colpa, o soverchia fatica, e ciò a decisione de' periti, deteriorerà alcuna bestia, o venisse a morte, sarà tenuto alla rifazione de' danni, e pregiudizj, e nell'ultimo caso interamente del proprio, e così anche se non avrà prontamente avvisato il padrone, allorchè la bestia avrà dato segno di malattia: e similmente non possa il colono tenere gallinacci senza licenza del padrone, e tenendoli s'intenda a metà col padrone medesimo.

De belluis occumbentibus.

§. 14. XI. Che morendo per disgrazia, e senza colpa del colono qualche bestia, che non sia a non partito, debba essere la perdita tutta del padrone. Se poi la bestia fosse tra le accompagnate, come uno delli due bovi, manzi, vacche, vitelli tenuti in istima a coppia, la morte s'intenda a danno dal padrone per la metà dell'intiera respettiva stima, e poi la bestia sopravvissuta immediatamente si dovrà far stimare, e trovandosi la sua stima eccedere la metà dell'intiera stima a cui stavano ambe le bestie compagne, allora il colono dovrà partecipare della metà dell'utile, e risultando minore dovrà esser tenuto alla metà della perdita della stima suddetta. Che li coloni non possino pretendere far stimare le vacche quando sono pregne a danno del padrone; che le pecore si diano a stima cioè, da principio si stima l'intiero numero delle medesime pecore; se da questa stima ne risulta vantaggio questa sarà la metà del padrone, e l'altra metà delli coloni; se poi ne deriva disutile, proveniente anche da morte naturale, e non causata a colpa de' coloni, del pari vada la metà per il padrone, e la metà per i coloni: subito però fatta la stima da principio, se vi saranno pecore vecchie da vendersi, il ritratto sarà diviso per metà fra il padrone, ed i coloni, restando sempre ferma la regola, che il fruttato di dette pecore proveniente da agnelli, formaggio, lana, e latte debba dividersi per metà col padrone, e coloni.

De vetita duplici cultura agrorum.

§. 15. XII. Che non possa il colono senza espressa licenza del padrone, o suoi ministri ristoppiare alcun pezzo di terra, altrimenti resti privo totalmente dell'entrata colonica di grano avuto sopra il campo ristoppiato, e sia tutto del padrone.

Idem ut supra.

§. 16. XIII. Senza espressa licenza, come sopra, non possa il colono seminare, o piantare formentone, e questa ancora riportata non possa nè l'uno, nè l'altro eseguire senza il bisognevole letame, ed avuto la raccolta debba su-

bitamente levar via dal terreno i fusti colle sue radici.

De vetita arborum caesione.

§. 17. XIV. Che il colono non possa tagliare frasche di sorta alcuna, benchè secche, nè branco, o branchi, o zocchi in qualunque luogo posti, e non possa tagliar le legna di scapezzatura prima delli tre anni compiti: e non trovandosi vendere, o far vendere alcuna benchè minima quantità di legna grossa si possa procedere criminalmente, volendosi che il colono debba riserbarsi qualche parte di fascine di sua porzione per il proprio uso: e che occorrendo al medesimo colono legni per l'aratro, forchetto e biroccio, ed altro debba riportarne licenza dal padrone, quale non possa obbligarsi a dargliela, se non se ne' casi, che conoscerà doveroso, e tagliando senza detta licenza possa essere il colono privato ipso facto dalla colonia.

De pabulis superfluis.

§. 18. XV. Riconoscendosi esservi foraggio maggiore al consumo, non possa il colono venderlo senza intelligenza del padrone, il quale in caso di vendita ne debba avere la sua parte, altrimenti ipso facto possa il padrone cacciarlo dalla possessione, e agire per la rifazione del danno.

De recollectione, et trituratione olivarum.

§. 19. XVI. Che senza licenza del padrone non possa il colono mietere, battere, vendemmiare, raccogliere o far macinare olive, quali anche per la parte colonica sia obbligato far macinare in quel molino, in cui gli ordinerà il padrone, e che non possa cogliere, o far raccogliere le dette olive, nè ascendere sugli olivi, o appoggiarvi scale in tempo di pioggia, o nebbia: altrimenti oltre la perdita dell'oliva, incorra il colono nella pena criminale della rifazione.

De caesione arborum quovis triennio facienda.

§. 20. XVII. Che il colono non possa scapezzare legna di morollo, d'olmo, e di qualunque altra sorta, se il gettame non sarà di tre anni maturo, come si disse, e che questo debba tagliarsi nei debiti tempi cioè, in febbrajo, e marzo, eccettuate le fascine di fogliata per uso delle pecore, che si faranno in settembre: qual colono, dopo il comiato, non possa scapezzare alcuna sorta di legna, benchè esista nei campi da lui seminati a grano; ma questa tutta debba restare al nuovo colono, il quale dovrà farla a debiti tempi, e dare al padrone la solita metà. Se poi qualche colono (prima delli presenti capitoli) nel primo anno di suo ingresso sulla possessione, non vi avesse trovata simile legna, perchè troppo giusto si è, che gli debba lasciare come trovò: perciò sarà peso del padrone compensare il colono vecchio, e fermare per il nuovo colono questo capitolo comune a tutti gli altri a giudizio de' periti: come pure non possa il colono vecchio raccogliere, o far raccogliere le oliva senza la soprintendenza del nuovo colono, o di qualcuno di sua famiglia, al quale resta la facoltà, per questa raccolta, di destinare li giorni opportuni a tal faccenda, ed il nuovo colono oltre alla presenza, volendo in essa prestare l'opera sua, debba essere soddisfatto della consueta mercede dal colono vecchio, cui appartiene fare la suddetta raccolta.

De disdicta facienda in mense maji ad coloniae finem imponendum.

§. 21. XVIII. Che il padrone debba dare comiato, e licenza al colono dentro il solo mese di maggio, ed il colono debba partire nel giorno ultimo di novembre dello stesso anno, in cui averà ricevuta la licenza, e non più oltre, e così pure s'intenda per il colono, volendo rinunciare la colonia, di modo che nulli, irriti, ed invalidi debbino essere i comiati dati e ricevuti prima, o dopo il mese di maggio, e per la stessa ragione, nulle, irrite, ed invalide debbino essere le concessioni, e rispettive accettazioni fatte in voce, o in iscritto prima del suddetto mese di maggio; e contravenendo possa il conduttore subito essere cacciato dalla colonia, ed il padrone che gli avrà promessa la possessione, o colonia, ancorchè fatto lo scritto non possa in alcuna maniera riceverlo per colono: restando però sempre la facoltà al padrone di discacciare i coloni dalla colonia in qualunque altro tempo per i casi espressi nei presenti capitoli, e statuti di questa terra.

De consignatione bellnarum.

§. 22. XIX. Che la consegna di tutte le bestie debba farsi nel tempo della partenza del colono a stima de' periti da eleggersi uno dal colono che parte, e l'altro dal colono che viene, e nascendovi discordia fra le parti debba eleggersi il periziore, che scoprendosi entro il termine di otto giorni susseguenti alla consegna qualche difetto delli soliti a mantenersi le bestie, debbasi rinnovare la stima delle bestie difettose, e stare a questo. Si stabilisce inoltre, che il nuovo colono debba in agosto portarsi a visitare le bestie di lavoro della possessione, ove anderà a farne anche l'esperimento per riconoscere la qualità di esse, e ritrovandole poco atte al servizio di tale possessione debba avvertirne il padrone per poterle nelle fiere d'agosto permutare, o vendere affine di provveder-

ne altre dovendo tanto alla vendita, quanto alla compra d' altro o permuta di bestie da lavoro sulla medesima possessione intervenire il vecchio e nuovo colono, e ricusando d' intervenirvi il vecchio possa il padrone far tutto senza di lui, con obbligo al medesimo vecchio colono di tenerlo in istima per il prezzo, che saranno state pagate, sino alla partenza, nel qual tempo si rinnoverà la stima a cautela delle parti. Che nell' anno e tempo della partenza debbasi osservare giustamente quanto si prescrive qui sotto.

Rispetto alle ghiande rimaste inconsunte nel tempo della partenza, debbasi dividere per metà tra il lavoratore, od il padrone.

Rispetto allo stabbio avanzato, pula, o cruschi, brulle, e fusti di fave, d' orzo, ceci, cicerchia, lente, fieni di stoppia, ed altri simili rimasti inconsunti, debbasi far stimare la porzione colonica da' periti da eleggersi dal colono, che deve partire, e da quello che deve subentrare, il quale nuovo colono sia tenuto pagare il prezzo di detta porzione delle nominate robe al colono che parte, o al padrone nel caso andasse di lui creditore: e che non possa il colono che parte, nè in quel tempo, nè in qualunque altro sotto qualsivoglia pretesto vendere, o trasportare altrove detti stabbi, fieno, pule, brulli, ed altro come sopra; altrimenti si possa procedere criminalmente, ed alla rifazione de' danni. Che nell' ultima raccolta del grano dopo la partenza dalla possessione, debbasi pagare dal colono partito la quarta parte delli taglioni, e gravezze imposte, e da imporsi da' signori superiori, e l' altra quarta parte dal colono nuovo, e le altre due quarte parti dal padrone a norma del giusto, e consuetudine.

De regaliis.

§. 23. XX. Circa poi alle regalie di capponi, e ovi per Natale, galline di carnevale di quell' anno in cui è partito il colono li 30 novembre, questi dovransi pagare dal medesimo intieramente al padrone della colonia lasciata.

De restitutione domus finita colonia.

§. 24. XXI. Che in tempo della partenza del colono sia tenuto consegnare al padrone, o a chi per esso la casa non deteriorata per sua colpa, con porte, fenestre, gangheni, ed altro, chiavi di casa, tinacci, tinelle, ed altro ad uso della vendemmia o ad altro uso, al quale effetto nell' ingresso della colonia dovrà formarsene inventario, perchè mancando alcuna delle cose consegnate, e notate nell' inventario sarà tenuto il colono farla a próprie spese.

De licentia colonorum a vineis.

§. 25. XXII. Che li coloni delle vigne separate debbano essere licenziati nel mese di maggio, e compita la vendemmia dello stesso anno della licenza, non possano porre più piede nella suddetta vigna: che li lavoratori delli campi spezzati debbano sempre fuori de' casi di mala coltura, infedeltà, taglio di piante, o altri casi citati nè presenti capitoli (ne' quali casi possino essere subito dal campo cacciati) dovranno essere licenziati nel mese di maggio, e se il campo in quell' anno sarà stato seminato a grano, immediatamente avuta la raccolta del grano, strame, e paglia, debbano lasciarlo, e il padrone possa ad altri concederlo, ma se in quell' anno fosse seminato a biada non possa levargliela, se non dopo la raccolta del grano dell' anno venturo immediatamente come sopra, e nella stessa maniera se fosse seminato la metà a grano, e la metà a biade: che li coloni di tali campi spezzati, e vigne separate, sieno tenuti, come gli altri lavoratori delle possessioni a loro spese trasportare canne per incannare le viti, stabbi per ingrassare il terreno, dare la metà di tutte l' entrate, anche della biada, dello strame, e paglia, e condurla alla casa de' padroni, e riporre, ove gli sarà ordinato: inoltre pagare la metà de' taglioni, e gravezze delle vigne, e campi suddetti, e contravenendo alle suddette disposizioni, che onninamente si vogliano osservate, oltre al poter essere discacciati immediatamente dalla colonia, possano essere criminalmente puniti a misura della mancanza, come nei suddetti capitoli.

Sanctio proposita pro observantia statutorum.

§. 26. Quali determinazioni tutte dovranno in avvenire inviolabilmente osservarsi, ed avere il loro pieno effetto, nè possa ostare qualunque patto in passato fatto in occasione d' essere entrati coloni, dovendo essere questa la legge derogatoria di qualunque patto. I presenti capitoli abbino forza di statuti, e nuova legge, e debbano essere inviolabilmente in avvenire osservati da chiunque, anche forestiere possidente, ecclesiastico e secolare, privilegiato, e non privilegiato, cassando, ed annullando tutti gli altri capitoli, e patti intorno a ciò fin' ora fattisi, in quella parte, che saranno contrarj alla disposizione de' presenti, dovendo questi avere in avvenir il suo pieno vigore, e prevalere in giudizio, e fuori a tutti gli altri; riportata, che

si sarà la necessaria approvazione de' signori superiori ec.

Verucchio questo dì 31 gennajo 1790.

Alessandro Fabri capo priore, e deputato.
Giuseppe Franzoni priore.
Pietro Giu. Ricci dep.
Francesco Maria Giungi dep.
Giuseppe Fabri dep.
Melchiorre Brocchi dep.
D. Girolamo Brocchi dep. eccl. secolare.
Io F. Niccola Marini priore dep. ecclesiastico regolare.
Giuseppe Miliarini notaro, e segretario.

Confirmatio apostolica.

§. 26. Quo igitur praeinserta capitula firmius subsistant, et serventur exactius, apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, cupientes tam pium, ac salutare opus alias inchoatum perficere, praeinserta capitula auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjungimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 27. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 28. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ejusdem terrae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava junii millesimo septingentesimo nonagesimo pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCVII.

Dat. die 9. junii 1790. Anno XVI.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui tempore jubilaei visitaverint ecclesias sive ab ipso pontifice, sive ab ordinariis locorum praefinitas.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis quinque provinciarum status Nostri ecclesiastici, et ducatuum Urbini, et Ferrariensis, nec non et legationis Bononiensis.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Memorantur temporum calamitates, et reproborum hominum molimina pro evertenda catholica unione.

§. 1. In quae christianae reipublicae tempora, quam luctuosa, quam gravia, quam turbulenta incidimus! Vos ipsos, venerabiles fratres, perspicere ac deflere Nobiscum putamus, quae in dies grassantur mala, quae offensiones undique circumsonent, qui in populos motus, quae novitates inducantur. Sed inter haec praecipue animum Nostrum dolore percellit, atque obruit, quod per multorum hominum perfidiam contenditur, ut catholica profanetur,

et contaminetur Ecclesia, ut christianae religionis dogmata vertantur in ludibrium, ac scandalum, utque divina illa Christi doctrina per summam sentiendi, agendique licentiam oppugnetur. Irridentur, ac plane contemnuntur sanctissima illa praescripta, intellectum subjiciendi revelationi, obsequium praestandi hujus apostolicae Sedis, conciliorum, sanctorumque patrum decretis, fidei, charitatisque unitas dissolvitur, sacro illi caelestis veritatis deposito impudentissime contradicitur. A suis plurimi concupiscentiis abstracti, et illecti blasphemant, quae non intelligunt, ac suis ignorantiae tenebris ultro ne videant, involvuntur; quemadmodum de antiquis dicebatur haereticis, quod sinum Matris Ecclesiae, quae eos genuerat, atque enutrierat, dilacerarent, quod crucis Christi osores essent, omnemque evangelicae disciplinae rigorem abjicerent, sic de hisce Nostris temporibus dicendum esse videtur, quod s. apostolus Judas scripsit in sua catholica epistola ad fideles omnes orbis christiani in memoriam redigens, quae apostolorum princeps admonuerat de haereticis, qui extremis temporibus venturi sunt.

Proponuntur remedia tantis malis, et praesertim fideles hortantur ad preces continuo effundendas.

§. 2. Dum haec animo revolvimus, atque inquirimus, si quae afferri a Nobis possint tantis malis remedia, praesertim ne pravorum hominum errores, ac fraudes in infirmorum, ac debilium mentes insinuentur, eosque misere deceptos a via salutis aberrare faciant, ac dum in eum statum adductas res esse videmus, ut nullis humanis consiliis effici quidquam posse sperandum sit, etsi haec ipsa adhibere, quantum in Nobis est, pro Nostra apostolica sollicitudine non desistamus, quid jam reliquum est, quo converti nunc unice debeamus, quam preces Nostras ad Deum effundere, potentissimam ejus opem implorare, ut suo populo, suae Ecclesiae misereri, ac propitius esse tandem velit. Nunquam profecto jam ab exortis hisce tempestatibus cessavimus ad Christum Dominum respicere, ac supplices manus extollere, ut velut olim in mari Genesareth, ita nunc suae vocis imperio fluctus hosce maximos, quibus Ecclesiae navicula jactatur, compesceret. Verum si votis Nostris ejus in Nos clementiam adhuc flecti non videmus, si longius quotidie recedere a Nobis optatam tranquillitatem ac pacem dolemus, id ipsum non nisi peccatis Nostris erit tribuendum, quibus divinam provocare justitiam non intermittimus. Tanto igitur magis instandum votis est, ac assiduis poenitentiae vocibus supernae misericordiae pulsandae fores, unde omnipotentis Dei virtus prodeat, per quam tenebrarum potestas omnis, quam ubique tanto desaevire furore conspicimus, prorsus conteratur. Itaque, quibus Nosmetipsos excitamus ad Dei placandam iram rationibus, easdem pariter vobis venerabiles fratres, proponimus, vosque in Domino hortamur, ac obsecramus, ut incumbentia in Ecclesiam detrimenta vestris, vestrarumque plebium fletibus avertere contendatis. Quid vestro muneri convenientius, quid magis his tam adversis rebus, temporibusque necessarium, quam ut vestro exemplo, vestra cohortatione concreditos fidei vestrae populos inducatis ad scindenda corda sua, ad suspiria, ad preces, ad lacrymas, ad jejunia, ut patrem misericordiarum, et totius consolationis Deum tandem ad pietatem erga Ecclesiam suam, ad clementiam, ad commiserationem possint inflectere.

Publicatio jubilaei.

§. 3. Hoc sane consilio proxime elapsa Pentecostes solemnitate publicas indicere voluimus in hac alma urbe Nostra per totam octavam peragendas preces, ac coelestium munerum reserare thesauros, ut spiritus Paraclitus, igne quo apostolorum corda inflammavit, eorum itidem illaberetur in corda, a quibus foventur, corruptionis, impietatis, ac rebellionis cogitationes, ut eas combureret, penitusque consumeret. Itaque desiderantes, ut haec consilia, ac studia Nostra magis, magisque vestrum omnium adjuventur opera, eorumdem coelestium munerum thesauros, quorum dispensatio fidei Nostrae commissa est, ad populi vestrae sollicitudini concrediti utilitatem reserare pariter decrevimus.

Concessio indulgentiae.

§. 4. Ideo omnipotentis Dei misericordia, beatissimae virginis Mariae intercessione, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum auctoritate confisi, illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis, et singulis utriusque sexus Christifidelibus in dioecesibus vestris degentibus, qui quarta, et sexta feriis, et sabbato hebdomadae a vobis praefigendae jejunaverint, et ecclesias a vobis designandas per totam octavam ejusdem hebdomadae per tres disjunctas vices visitaverint, ibique pro Sancta Matre Ecclesia per aliquod temporis spatium Deum oraverint, et peccata sua confessi,

sanctissimum Eucharistiae sacramentum intra idem tempus devote sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout sua unicuique suggeret devotio, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, sicut in anno jubilaei visitantibus certas ecclesias intra, et extra urbem concedi consuevit, tenore praesentium concedimus, et elargimur.

Similis pro regularibus.

§. 5. Regularibus vero personis utriusque sexus in claustro perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque, tam laicis, quam ecclesiasticis, etiam in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento, detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa confessarius ex jam approbatis, seu approbandis, in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quae ipsi poenitentes implere poterunt pariter concedimus, et indulgemus.

Facultates extra ordinarum concessae confessariis.

§. 6. Insuper omnibus, et singulis Christifidelibus utriusque sexus, tam laicis, quam ecclesiasticis, saecularibus, et regularibus cujusque ordinis, congregationis, et instituti in dioecesibus vestris degentibus licentiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque presbyterum confessarium, tam saecularem, quam cujusvis ordinis, et instituti regularem ex approbatis, ut praemittitur, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, seu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis, quantumcumque gravibus, et enormibus etiam locorum ordinariis, sive Nobis, et Sedi apostolicae per quascumque Nostras, aut Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutiones, quarum tenores haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeat: et insuper vota quaecumque (religionis, et castitatis exceptis) in alia pia, et salutaria opera commutare; injuncta tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque pro ejusdem confessarii prudentia injungendis.

Reservationes speciales.

§. 7. Non intendimus autem per praesentes, sicuti praedecessorum Nostrorum nemo in publicatione jubilaei umquam intendit, super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae; neque etiam easdem praesentes iis, qui a Nobis, vel ab aliquo praelato, seu judice ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti fuerint, nisi intra ejusdem jubilaei tempus satisfecerint, et cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus: quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorum totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, et expresse ad effectum praemissorum derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur, ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Demum apostolicam benedictionem fraternitatibus vestris peramentur impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die VIII. junii MDCCXC., pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCVIII.

Dat. die 11. junii 1790. Anno XVI.

Confirmatio rescripti commissarii generalis armorum, instante civitate Caesenatensi.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Postquam ad summi pontificatus dignitatem licet nullis Nostris suffragantibus meritis evecti fuimus ex eo tempore Nostram vere paternam charitatem, qua patriam, ac civitatem

Nostram Caesenatensem prosequimur, indubiis monumentis probare non pretermittimus.

Memorantur caeterae providentiae ad rem in antecessum captae.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Franciscus comes Fattiboni, quod Nos alias per Nostras in simili forma Brevis diei XXX. septembris anni MDCCLXXXVIII. expeditas literas non solum, quae a felicis recordationis Paulo pp. III. praedecessore Nostro pro erectione agminis sexcentum Pacificorum civitatis Nostrae Caesenatensis constituta, et ordinata fuere, auctoritate apostolica confirmavimus; verum etiam inter caetera voluimus, ut ex ducentis militibus de numero, quos vocant, qui primo magistratui dictae civitatis, seu priori de numero subjecti erant, selectis quinquaginta militibus inter caetera horum regimen, et directio eidem Joanni Francisco, et dilecto filio Jacobo Bandi, caeterisque juxta earumdem Nostrarum literarum tenorem eligendis, quos titulo *di comandanti*, honestavimus, commissa esset: cum autem sicut eadem expositio subjungebat numerus quinquaginta militum nimis restrictus esse videatur, et nullo modo conveniens dicto ampliori titulo *di comandanti*, quibus ipsi, ut praefertur, utuntur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor novae concessionis.

§. 3. Nos igitur memoratum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audita dilecti filii magistri Joannis Baptistae de Pretis camerae Nostrae apostolicae clerici praesidentis, ac commissarii generalis armorum status ecclesiastici hisce desuper relatione non solum regimen, et directionem . . . . quinquaginta militum ex coborti sexcentum Pacificorum selectorum priori de numero antea commissam eisdem Joanni Francisco, et Jacobo Bandi, caeterisque eligendis suis successoribus, ut praefertur, alias cum ampliori titulo *di comandanti* concessam, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et quatenus opus sit, de novo concedimus; verum etiam illorum regimen, et directionem ad totum agmen sexcentum militum Pacificorum a memorato Paulo praedecessore priori numeri assignata, dummodo tamen nihil detractum censeatur ex jurisdictione armorum commissarii generalis, ac juribus civitatis, et priori numeri competentibus, et dummodo non augeantur privilegia, sed fungantur tantummodo officio, et privilegiis, quibus modo potiuntur, et gaudent, auctoritate, et tenore praedictis extendimus, et ampliamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit, memorati Pauli praedecessoris, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac caeteris, quae dictis Nostris literis non obstare voluimus. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta junii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCIX.

Dat die 19. junii 1790. Anno XVI.

Suppressio redempturae cancellariarum criminalium status ecclesiastici.

Pius PP. VI.

Motu proprio.

Memorantur providentiae aliorum summorum pontificum pro utili gubernio cancellariarum criminalium.

§. 1. Come l' amministrazione di una retta, imparziale, e spedita giustizia è una delle basi principali della tranquillità de' popoli, e del ben' essere de' sudditi, così il conseguimento di questo nobile oggetto dipende in gran parte dall' onesto sostentamento di quei subalterni ministri, che sono destinati a presiedervi. Occupati li Nostri predecessori di questo pensiere ebbero fra le altre cure quella specialmente di provvedere alli bisogni delle cancellarie criminali, e degli esercenti cancellieri del Nostro stato pontificio; in particolare la santa memoria del pontefice Paolo IV. colla sua costituzio-

ne, che comincia *Romanus pontifex* pubblicata il dì primo settembre 1556., avendo riconosciuto, che la diminuzione de' salarj soliti a percepirsi una volta da detti cancellieri, e respettivamente l' obbligazione di nuovi pesi li avea ridotti in uno stato tale, che l' induceva sovente ad angariare, ed opprimere li popoli con ingiuste esazioni, ed avendo trovato altresì ragionevole, che a norma della varietà de' tempi, e delle circostanze le umane disposizioni ricevano il dovuto cambiamento, stabilì, che le cancellarie criminali dello statò a qualunque persona, e per qualunque causa concesse, eccettuate quelle derivanti da un titolo veramente oneroso, dovessero applicarsi alla camera apostolica, ed essere in di lei pieno dominio, con avere coerentemente disposte le provvidenze convenienti per rimuovere gli accennati disordini. Altrettanto confermò ancora il suo immediato successore Pio IV. colla costituzione, che comincia *Superna providentia* pubblicata li 6 ottobre 1564. nella quale si leggono aggiunte altre disposizioni tendenti allo stesso fine.

Declaratur providentias ipsas aptas modo non esse ad publicum bonum ob temporum vicissitudines.

§. 2. Tutto questo però, come neppure le misure prese posteriormente da diversi Nostri tribunali sono state sufficienti per mantenere stabilmente un giusto, e regolare sistema nelle cancellarie, poichè appunto coll' andare del tempo, e colla variazione delle circostanze hanno sofferta una tal decadenza nel loro introito, che per una parte frequenti sono stati li reclami non meno degli esercenti cancellieri, ma ben' anche de' governatori, e magistrati locali per ottenere un qualche sussidio, e provvedimento alle attuali indigenze delli medesimi, e per l' altra più frequenti ancora sono stati li ricorsi de' Nostri sudditi per gli aggravj, che in conseguenza da' loro ricevevano. Avendo però preso in matura considerazione l' affare, abbiamo veduto di non essere ulteriormente tollerabile il sistema di dare in affitto, come si è praticato finora, le suddette cancellarie, non meno, perchè viene a precludersi in tal guisa la strada alla scelta dei più idonei, ed onorati soggetti, ma ancora perchè a fronte della diminuzione de' loro proventi non è assolutamente compatibile l' aggravio della corrisposta dell' affitto. Quindi ben volentieri abbiamo sin da qualche tempo a questa parte disposto provvisionalmente a favore di alcune di dette cancellarie criminali spettanti alla Nostra camera apostolica, che rimanessero affatto libere dal peso annesso all' affitto, lo che animati da uno stesso zelo di giustizia hanno pure eseguito per altre la Nostra congregazione del Buon Governo, ed alcuni de' baroni del Nostro stato, ove le cancellarie criminali erano di pertinenza o delle comunità, o delli baroni medesimi. L' evidente utilità, ch' è derivata da questo parziale provvedimento, congiunta alla generalità del disordine, ci ha ora determinati a render comune, ed ampliare il provvedimento medesimo a tutte le cancellarie criminali dello stato con sopprimere rapporto a tutte il peso dell' affitto, trovando Noi ben calcolata, e giusta qualunque diminuzione, che più d' ogn' altro verrà a risentirne il Nostro pubblico erario mediante la cessazione di questo provento, giacchè ogni ragion vuole, che trovandosi presentemente le cancellarie criminali ridotte ad una condizione, che se tale fosse stata nella loro origine, non avrebbe permesso il sistema dell' affitto, così questo non debba ora permettersi ulteriormente in veruna maniera.

Tenor novissimae legis super administratione dictarum cancellariarum criminalium.

§. 3. Pertanto colla pienezza della Nostra autorità, e colla presente cedola di motu proprio, in cui vogliamo, che si abbiano per espresse, ed inserite tutte e singole Bolle, Brevi motu proprj, chirografi, rescritti, privilegj, concessioni, e qualunque altra disposizione de' Nostri predecessori, o Nostra risguardante l' affitto delle cancellarie criminali, aboliamo e sopprimiamo in perpetuo simile affitto in tutto il Nostro stato ecclesiastico mediatamente, o immediatamente soggetto, comprese eziandio le legazioni di Romagna ed Urbino, il ducato di Benevento, e qualunque altro luogo, tribunale, o curia in qualsivoglia modo privilegiata, e che avesse bisogno di una speciale, ed individua menzione, ed a quest' effetto annulliamo, cassiamo, ed irritiamo qualunque istromento, enfiteusi, patto, transazione, epoca, concordia, concessione, acquisto, ed altro qualunque atto, che si trovasse fatto su detto affitto delle cancellarie criminali, in guisa, che tutti li cancellieri del Nostro stato debbano per l' avvenire rimanere affatto esenti, liberi, ed immuni da qualunque anche minimo peso di corrisposta. Questa soppressione, ed abolizione dovrà aver luogo, e principio dal dì primo gennajo dell' anno futuro 1791., e dovrà altresì comprendere tutte, e singole cancellarie criminali, come sopra, comunque, ed a chiunque appar-

tengono, e solessero affittarsi inclusivamente dalla Nostra camera apostolica, dalle comunità dello stato, da' luoghi pii, o da persone particolari, e per qualunque causa, o titolo qualunque veramente oneroso a loro spettassero, riserbando unicamente alli soli luoghi pii, e persone particolari, e non ad altri, che le possedessero a titolo veramente, e propriamente oneroso, e per effettivo sborso di danaro l'azione di dimandarne il dovuto compenso.

Deputatio congregationis specialis pro executione chirographi.

§. 4. A quest'effetto deputiamo, e destiniamo con tutte le facoltà necessarie, ed opportune una congregazione particolare da durare a beneplacito Nostro, e de' Nostri successori composta dei reverendissimi cardinali Francesco Saverio de Zelada come Nostro segretario di stato, e rispettivamente prefetto della Nostra congregazione della Consulta, e Filippo Carandini come prefetto della Nostra congregazione del Buon Governo, e de' monsignori Fabrizio Ruffo come Nostro tesoriere generale, e Giovanni Barberi come procuratore generale del fisco, e della camera apostolica, quale ne sarà anche il segretario: a questa congregazione pertanto dovranno li suddetti luoghi pii, e particolari, che pretendano di possedere le cancellarie criminali sotto l'espresso titolo esibirne entro il termine di tre mesi dalla data del presente li documenti giustificativi, e quando dalla congregazione suddetta si riconosca il titolo dell'indicata indole, e natura, commettiamo alla medesima di stabilire, e determinare quei compensi, e quelle provvidenze, che crederà opportune, affinchè la presente Nostra disposizione abbia il suo pieno effetto. Soppresso così, ed abolito l'affitto delle cancellarie criminali, vogliamo, ed ordiniamo, che per l'avvenire la nomina, ed elezione de' respettivi cancellieri criminali appartenga inclusivamente a quelle, ch' erano di proprietà, e solevano affittarsi dalla Nostra camera apostolica, alle rispettive comunità rappresentate dalli consigli, inculcando loro espressamente di tenersi lontani da ogni broglio, o maneggio, e di avere in vista unicamente l'onestà, ed idoneità de' soggetti, giacchè facendosi diversamente Noi le priveremo del diritto ora concessogli. Una tal elezione per questa prima volta dovrà farsi pria del futuro mese di dicembre del corrente anno, ed in avvenire quando ne accaderà la vacanza. Non potranno però l'elezioni nè ora, nè in appresso aver luogo, se prima la persona eletta non riporti l'approvazione del giusdicente locale quando sia indipendente, o del governatore superiore, quando sia a questo subordinato; e quante volte accada, che fra questo, e la comunità eligente nasca discordia sull'elezione dovrà allora conoscersi, e terminarsi la controversia quanto alle cancellarie criminali soggette alle legazioni dai respettivi cardinali legati pro tempore, e quanto a tutte le altre alternativamente rapporto a ciascuno de' luoghi in una vacanza dalla Nostra congregazione della Consulta, ed in altra dalla congregazione del Buon Governo. Dichiariamo per altro, che li cancellieri criminali così eletti dalle comunità non debbano essere amovibili ad nutum delle medesime, nè sottoposti in qualunque tempo a conferma: ma durare nel loro impiego sin tanto che le congregazioni suddette coll' espressa alternativa credano per giuste, e ragionevoli cause di doverli rimuovere, tolta affatto qualunque appellazione, o ricorso dal loro giudizio; e dichiariamo inoltre, che tutti li cancellieri criminali così esentati dal peso della corrisposta dell' affitto debbano rimaner soggetti all' esatta osservanza di tutti gli altri obblighi, pesi, e provvedimenti, che per il fedele, e retto disimpegno del loro uffizio si trovano espressi ne' bandi generali, ed in altre disposizioni. Che se per avventura la soppressione in tal guisa ordinata per le cancellarie criminali non fosse per alcune sufficiente a provvedere al loro attuale bisogno, ed al rispettivo onesto sostentamento degl' individui esercenti, vogliamo, che li rispettivi governatori locali ne facciano giungere le loro rappresentanze alla congregazione particolare come sopra da Noi deputata, alla quale privativamente commettiamo d'ideare, e disporre quei piani, che crederà opportuni per dare un sistema conveniente, e stabile secondo le circostanze, e bisogni. Quanto poi alle cancellarie criminali baronali spettanti ai baroni, avendo Noi communicata alla suddetta congregazione quale sia la fiducia, che abbiamo nello zelo, ed impegno de' medesimi per la retta amministrazione della giustizia, incarichiamo la suddetta congregazione di renderli consapevoli de' Nostri sentimenti. Comandiamo in fine, che qualunque lite, controversia, e questione che potesse nascere sull' interpretazione, o esecuzione di queste Nostre disposizioni, unitamente a tutti gl' incidenti, annessi, connessi, o dipendenti, debba pur pri-

vativamente conoscersi, e definirsi dalla medesima congregazione particolare come sopra da Noi deputata, rimossa affatto qualunque appellazione, o ricorso a qualsivoglia giudice, e tribunale anche supremo di Roma, o del Nostro stato, lasciando inoltre alla medesima tutta la piena autorità di poter dare, e stabilire tutte quelle ulteriori provvidenze, e disposizioni, che credesse necessarie per mantenere il buon' ordine delle cancellarie criminali, per fare, che i cancellieri delle medesime adempiano fedelmente i doveri del loro impiego, e per rimuovere così per la parte di essi ogni aggravio de' Nostri sudditi nell' amministrazione della giustizia, tale essendo la mente, e volontà Nostra precisa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 5. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedola di moto proprio non possa mai opporsi di sorrezione, orrezione, nè di qualunque altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ma vaglia, ed abbia sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione (salva la costituzione di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, quale vogliamo, che si osservi, pagata solamente la mercede al notaro, e non altro) e che quanto in essa si contiene debba sempre attendersi, ed eseguirsi, togliendo Noi a qualunque tribunale anche di Roma, collegiale, e composto di reverendissimi cardinali, e degno di speciale menzione ogni facoltà di definire, ed interpretare diversamente, e dichiarando fin d' adesso nullo, ed invalido tutto ciò, che si facesse, o potesse fare in contrario, ancorchè non vi sieno stati chiamati, citati, nè sentiti il commissario della Nostra camera, gli anzidetti tribunali, nè altra qualsivoglia persona, comunità, luogo pio, o altro corpo, che vi avesse, o pretendesse avervi interesse, non ostante la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsisieno altre ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, transazioni, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario alle quali tutte, e singole avendone il pieno tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto per questa volta sola, e per l' effetto delle cose premesse amplamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo Vaticano questo di 19 giugno 1790.

Pius PP. VI.

DCCCX.

Dat. die 19. junii 1790. Anno XVI.

Providetur, ut melius procedat gubernium locorum ditioni ecclesiasticae subjectorum, et locumtenentibus, ac gubernatoribus vitalitiae praestationes proponuntur.

PIUS PP. VI.

Motu proprio etc.

Bullae concessionis.

§. 1. Dopo di avere con altro Nostro contemporaneo moto proprio provveduto alli bisogni delle cancellarie criminali del Nostro stato ecclesiastico abbiamo creduto pur per l' oggetto dell' amministrazione di un' esatta, imparziale e spedita giustizia di rivolgere le Nostre paterne cure alli bisogni di alcuni giusdicenti, e governatori dello stesso Nostro pontificio dominio. Essendo li governi divisi in quattro classi, cioè prelatizi, di breve, liberi, e subordinati, abbiam dovuto conoscere, che una parte di quelli della terza classe, e quasi tutti gli altri della quarta rimangono sforniti affatto de' necessarj stipendi, onde gl' individui esercenti de' medesimi son costretti a ritirare il loro sostentamento da uno scarso fruttato derivante per lo più da incerti, lo che può facilmente trasportarli ad angariare li popoli soggetti alla loro potestà. Volendo Noi dunque apprestare l' opportuno riparo a questo non men grave disordine con fornir li governatori di dette due classi di un mensuale proporzionato stipendio certo, e per non aggravare su di ciò nè il Nostro pubblico erario, nè le casse delle comunità, reputiamo molto utile, ed opportuno di estendere a tutti li governi suddetti il sistema già da gran tempo vigente in alcune provincie del Nostro stato, ch' è quello di riunire ripartitamente li piccoli governi dell' enunciate classi, ed introdotto appunto, perchè nella loro separazione non averebbero potuto somministrare alli rispettivi giusdicenti il congruo dovuto mantenimento.

Tenor concessionis.

§. 2. Quindi è, che colla pienezza della Nostra apostolica autorità, e colla presente cedola di motu proprio avendo per presenti, e come fossero qui inserite tutte le disposizioni concernenti l' erezione de' rispettivi suddetti governi, o podesterie, quantunque avessero bisogno di speciale, ed individua menzione, deputiamo una congregazione particolare composta de' re-

verendissimi cardinali Francesco Saverio de Zelada Nostro segretario di stato e respettivamente prefetto della Nostra congregazione della Consulta, e Filippo Carandini prefetto della Nostra congregazione del Buon Governo, e dei monsignori Fabrizio Ruffo Nostro tesorier generale, e Giovanni Barberi procuratore generale del fisco, e della camera apostolica, quale ne sarà anche il segretario, ed alla medesima commettiamo con tutte le facoltà necessarie, ed opportune di disporre, ed eseguire la riunione dei suddetti governi, al quale effetto dovrà essa spedire alli rispettivi cardinali legati, e governatori prelati una circolare dettagliante l'opportuna istruzione, per cui ciascuno dei medesimi nelle provincie, e luoghi alla loro giurisdizione soggetti possa formare un piano di riunione dei rispettivi governi secondo la norma, e volontà Nostra già alla stessa congregazione comunicata, alla quale dovrà poi un tal piano rimettersi, affinchè da lei esaminato, ed a Noi riferito, possa riportare la Nostra approvazione, ed avere in seguito la sua esecuzione.

Declaratio specialis.

§. 3. Dichiariamo però fin da ora: Primo: che la riunione, quale verrà in tal guisa a formarsi, non dovrà essere di pregiudizio agli attuali esercenti governatori, onde niuno di essi dovrà per il solo motivo di questo nuovo sistema restar privo del suo rispettivo governo, ma la riunione avrà luogo di mano in mano, che li governi anderanno vacando o per ascenso, o per morte, o per giubilazione, o per rimozione de' rispettivi governatori, e perciò dopo che sarà formato, ed approvato ciascuno dei piani come supra non si ammetterà nel giro de' governi alcun nuovo soggetto, sintanto che abbia avuto il suo pieno compimento la riunione ne' medesimi contenuta: Secondo: che collo stesso regolamento, quale si osserva per li governi, che si trovano ora riuniti, debbano li governatori deputare de' vice ne' luoghi nelli quali non faranno la loro residenza, e questi debbano essere approvati respettivamente o da' cardinali legati, o da' governatori superiori, ai quali restano quelli subordinati: Terzo: che la provista de' governi in tal guisa riuniti appartenga a chi n' ha goduto il diritto fin' ora: Quarto finalmente, che quelli governatori, i quali goderanno del vantaggio di questa riunione sien tenuti a pagare quelle giuste, e convenienti propine, spedizioni, e conferme di patenti, che si pagavano separatamente da ciascun governatore, o podestà per ciascun de' luoghi.

Praemia proposita pro iis qui bene munus sibi concreditum expleverint.

§. 4. Per animare poi sempre più li giusdicenti tutti del Nostro stato ad un' esatto, e lodevole disimpegno del loro uffizio, comandiamo che si eriga una cassa col titolo di cassa di giubilazioni, e gratificazioni, alla quale dovranno contribuire primieramente li prelati governatori con pagare annualmente la somma di scudi dodici, giacchè intendiamo con ciò di ammettere al benefizio della medesima nella maniera, che si dirà in appresso anche quelli, che s' impiegheranno nel giro delle luogotenenze. 2. Tutti li governatori de' brevi per la rata di scudi nove annui. 3. Li governatori liberi per la somma di scudi sei annui. 4. Li governatori subordinati collo sborso di scudi tre annui. L' introito di questa cassa dovrà servire principalmente per fissare le convenienti giubilazioni a quei luogotenenti, e governatori tutti, che dalla sunnominata congregazione particolare se ne riconosceranno meritevoli ed il residuo dovrà di biennio in biennio ripartirsi in rimunerazione a quegli esercenti governatori, che la congregazione medesima giudicherà aver disimpegnato con zelo, diligenza, e giustizia il loro impiego, tanto che l' introito di questa cassa, quale verrà così a formarsi co' loro danari, venga sempre a ricadere in loro vantaggio, e benefizio. Sarà cura di detta congregazione di disporre li mezzi opportuni, per li quali venga fedelmente effettuata una tale esazione, custodita, ed amministrata la somma, che ne risulterà, volendo, che la prescritta contribuzione cominci quanto alli governatori prelati, dei brevi, e liberi dal dì primo gennajo del prossimo futuro anno 1791. per gli altri poi subordinati dal momento, che seguirà la riunione di ciascuno. Rapporto poi alli governi baronali, e di nomina dei baroni, abbiamo anche in questi, come nelle cancellarie criminali, spiegato alla suddetta congregazione quali sieno i Nostri sentimenti di fiducia, che abbiamo nel loro zelo per la retta amministrazione della giustizia, ed incharichiamo la stessa congregazione di renderneli pienamente istrutti.

Deputatio congregationis specialis ad dirimendas lites super interpretatione praesentis constitutionis.

§. 5. Comandiamo in fine, che qualunque lite, controversia, o questione, che potesse nascere sull' interpretazione, o esecuzione di queste Nostre disposizioni unitamente a tutti gl' incidenti, annessi, connessi, emergenti, e dipendenti, debba privativamente conoscersi, e de-

finirsi dalla medesima congregazione particolare come sopra da Noi deputata coll' ulteriore facoltà di poter prendere quelle altre provvidenze, che riputerà necessarie all' oggetto divisato rimossa affatto qualunque appellazione, o ricorso a qualsivoglia giudice, e tribunale, anche supremo di Roma, o del Nostro stato, essendo questa la mente, e volontà Nostra precisa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 6. Volendo, e decretando che alla presente Nostra cedola di motu proprio non possa mai opporsi di orrezione, o sorrezione, nè di qualunque altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ma vaglia, ed abbia sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione (salva la costituzione di Pio IV. *de registrandis*, quale vogliamo, che si osservi, pagata solamente la mercede del Notaro, e non altro), e che quanto in essa si contiene debba sempre attendersi, ed eseguirsi, togliendo Noi a qualunque tribunale anche di Roma, collegiato, e composto di reverendissimi cardinali, e degno di special menzione ogni facoltà di definire, ed interpretare diversamente, e dichiarando fin d' adesso nullo, ed invalido tuttociò, che si facesse, o potesse fare in contrario, ancorchè non vi sieno stati chiamati, citati, nè sentiti gli anzidetti tribunali, nè altra qualsivoglia persona, o corpo, che vi avesse, o pretendesse avervi interesse, non ostante la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsisieno altre ordinazioni, e costituzioni apostoliche dei Nostri predecessori, e Nostre, leggi, statuti, decreti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse o potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole, avendone il pieno tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto per questa sola volta, e per l' effetto delle cose premesse amplamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 19. giugno 1790.

Pius PP. VI.

Dat. die 2. julii 1790. Anno XVI.

DCCCXI.

Imminutio denominationis oppidi Montechii, illiusque restitutio in civitatem Trejam nuncupandam cum opportunis decorationibus, et privilegiis, et concessione fori ecclesiastici.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Enixum animi Nostri studium, quo christianae reipublicae prospicere satagimus, a Nobis efflagitat, ut detrimenta subditis populis a varia temporum vicissitudine allata reparentur, ipsisque pristinum decus, et ornamentum, quantum fieri potest, restituatur.

Origo civitatis.

§. 2. Nuper quidem a dilectis filiis communitate, et hominibus oppidi Nostri Montechii hactenus denominati, ad Nos delatum fuit, post eversam vetustam civitatem, cui nomen Treja, olim Romanorum municipium, oppidum illud supra proximum, imminentemque montem, quo Trejenses profugi cives sese receperant, jamdudum extructum, bis mille passuum ambitu contineri, et adeo, sive incolarum frequentia, sive aedificiorum forma, sive praerogativis auctum, et ornatum, ut inter magis conspicua Picenae provinciae oppida merito censeatur.

Territorii descriptio, et loci insignitas.

§. 3. Etenim territorium ejus amplissimum sex complectitur castra: ager, soli favente ubertate, et colonorum assidua cura, omni frugum genere abundat: oppidi habitatores usque ad septem mille numerantur: aedes quamplures elegantis sunt structurae, praesertim illae, quae magistratui assignatae sunt, ubi communitatis habentur conventus. Praecipue vero oppidi decorem auget insignis collegiata ecclesia sub titulo Annuntiationis beatae Mariae virginis, et sancti Joannis Baptistae ante duodecimum vulgaris aerae saeculum, ut fertur, inibi instituta, in qua et dioecesana synodus anno millesimo septingentesimo vigesimo sexto habita fuit, et praeter archipresbyteri dignitatem, quatuordecim canonici mozzetta violacei coloris, et rocchetto exornati, quos inter unus poenitentiarii, alter theologi munera explent, nec non aliqui mansionarii, et sacellarii, assidue divino cultui incumbunt. Tres in oppido, et quatuor in agro sunt parochiales ecclesiae, quarum rectores animarum curam exercent. Quatuor in illo numerantur regulares domus, et alia presbyterorum congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii, ac duo monialium monasteria. Praeter autem hospitalia pro infirmis, projectis, et peregrinis, et sacram aedem montis Pietatis, et alias frumentarias in pauperum

levamen, nuper domus correctionis adolescentum designata fuit. Nec desunt variae laicorum sodalitates multifariae ad pia opera exercenda canonice institutae.

Idem ut supra.

§. 4. Hisce accedunt, quae ad efformandam juventutem, et populi valetudinem servandam opportune sunt ordinata: quoniam dudum pubblica literarum gymnasia, et quatuor cathedrae, e quibus superiores traduntur scientiae, cunctis patent. Duo propterea sunt medicinae professores, totidem chirurgiae: artium quoque vigent universitates, et opificia telarum ex lino, et gossipio a Nobis per literas apostolicas diei XV. septembris millesimo septingentesimo octogesimo primo, erecta.

Idem ut supra.

§. 5. Anno demum millesimo septingentesimo septuagesimo octavo in quadam aede ad id selecta, bibliotheca, et museo rerum naturalium instructa, agriculturae, et commercii societas, cui etiam viri ultra montes degentes nomen dedere, fuit constituta. Magistratui, confalonerio nimirum, et prioribus, qui durante munere, habitum distinctum honoris ergo deferunt, jurisdictio competit in causis de damno dato, et privativa inspectio super abundantia rerum ad victum spectantium. Ex eo demum oppidi priscis temporibus ortum duxere aliqui illustres viri, cum sanctitate celebres, tum literarum, et armorum laude praestantes, tum de apostolica Sede, ob munera in ejus servitium exercita, optime meriti.

Privilegia oppido concessa.

§. 6. Quare tot titulis ornatum, et praestans oppidum omni aetate praedecessores Nostri Romani pontifices, nec non in Picena provincia apostolici legati singulari benevolentia prosequuti sunt. Recenter vero fel. rec. Clemens pp. XII. etiam praedecessor Noster per suas apostolicas literas in forma Brevis sub datum III. decembris millesimo septingentesimo trigesimo nono, incipientes *In sublimi* super approbatione novae methodi pro publico oppidi regimine, oppidi ejusdem privilegia recensuit.

Incommoda quae oppido obveniunt ob defectum ecclesiastici judicis.

§. 7. Quoad ecclesiasticum tamen regimen, et jurisdictionis episcopalis exercitium ad archiepiscopum Camerinensem pertinet, in cujus dioecesi situm est oppidum. Cum vero illud a Camerino ultra vigesimum distet milliarium, et montes Apennini nuncupati medii sint; iter propterea, mitiori etiam anni tempore asperum, et abruptum, saeviente autem hyeme, prorsus impervium, itaut ad archiepiscopalem curiam, vel difficilis, vel nullus pateat accessus; hinc manifesto compertum est, quamplurimas inordinationes, et incommoda obvenire, et praesertim in his, quae promptum requirunt remedium, diutius quam par est, justitiae, et providentiae differtur administratio. Quare eadem communitas, et incolae submisse Nobis postularunt, ut illius oppidi honoris augmento, et ecclesiastico etiam regimini consulere dignaremur.

Oppidum denominari Trejam jubetur.

§. 8. Nos igitur, qui subditis Nostris assiduas benevolentiae significationes tribuere nunquam omisimus, idque libentius praestitimus, quod in eam spem adducti sumus, fore, ut quo majora illis beneficia elargiremur, eo ipsi in Deum pietate, fidelitate, publicaeque utilitatis studio praestantiores evadant; eorum votis obsecundare, unaque promptiori ecclesiasticae potestatis exercitio consulere volentes, audito venerabili fratre Nostro archiepiscopo Camerinensi supplicationibus hujusmodi benigne indulgentes, ac etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine, ipsos exponentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes; in primis oppidi Montecchii denominationem huc usque habitam perpetuis futuris temporibus prorsus tollimus, et delemus, atque illud deinceps ad omnes juris, vel facti effectus Trejam denominari debere suprema auctoritate Nostra decernimus, et statuimus.

Gradus, et honor civitatis eidem conceditur.

§. 9. Porro idem oppidum, Trejam ut praefertur denominandum, ad primaevum civitatis gradum, et honorem cum omnibus, et singulis privilegiis, indultis, praeeminentiis, gratiis, immunitatibusque suis restituimus, et in antiquum, in quo erat statum, et denominationem denuo ponimus, et plenarie reintegramus: quatenus autem opus sit, illud in civitatem perpetuo pariter erigimus, et confirmamus, eique civitatis titulum, et denominationem, cum omnibus honoribus, juribus, praerogativis, et decorationibus, quae caeteris omnibus ditionis Nostrae pontificiae civitatibus competere dignoscuntur, tribuimus, et impertimur; incolas vero civium nomine, et titulo decoramus: nec non magistratui consuetis honoribus, et insigniis, quibus aliarum ejusdem ditionis

by Google

civitatum magistratus, de jure, usu, et consuetudine gaudere, seu uti possunt, pariformiter, et absque ulla differentia gaudere, potiri, et uti posse, et debere, concedimus, et indulgemus.

Omnia sine praejudicio jurisdictionis ecclesiae Camerinensis.

§. 10. Per haec autem, quemadmodum in temporali guberio nihil prorsus immutari, et nullum ordinariae archiepiscopalis ecclesiae Camerinensis jurisdictioni praejudicium inferri intendimus; ita eumdem, et pro tempore existentem archiepiscopum ab omni in civitate Trejensi residendi onere, et obligatione penitus exemptum esse, et fore declaramus.

Concessio vicarii foranei, cum speciali jurisdictione.

§. 11. Verum ut incommoda tollantur, quae in spirituali guberio evenire hactenus consueverunt, ob maximam civitatis Trejae a Camerinensi civitate distantiam, vicarium foraneum per ipsum archiepiscopum in nova civitate semper deputari, et retineri volumus, atque ad hoc munus eligi presbyterum, vel saltem clericum saecularem, probum, et idoneum, ac doctorali laurea in utroque jure insignitum in aliqua universitate: cui quidem vicario foraneo sequentes has in perpetuum tribuimus facultates, nimirum ut causas civiles omnes ad forum ecclesiasticum pertinentes, quae valorem scutorum centum non excedant, cognoscere, et designare, et definire possit, salva tamen semper appellatione in secunda instantia ad curiam archiepiscopalem Camerinensem, sive ad sanctam Sedem apostolicam: criminales item causas minores, in quibus poena corporis afflictiva locum non habeat, eodem modo cognoscere, et definire possit; in aliis autem majoribus possit tantummodo querelas excipere, processus conficere, atque etiam, si periculum in mora sit, ad inquisiti capturam procedere, ita tamen, ut de his certiorem faciat archiepiscopalem curiam Camerinensem, ejusque mandata statim exequatur. Possit praeterea excipere examen testium super statu libero personarum, itemque examen et juramentum suppletorium earumdem personarum, quae ad illud admittantur auctoritate sacrae congregationis sancti Officii, deinde vero acta hujusmodi transmittere ad eamdem curiam archiepiscopalem. Liceat vero Camerinensi archiepiscopo pro tempore existenti ampliores etiam tribuere facultates, quotiescumque ei ita expedire videatur. Deputandus pariter ab eodem archiepiscopo, et retinendus erit semper notarius foraneus, a quo memorata acta omnia conficiantur, atque serventur.

Honorarium pro vicario, et notario praefinitur.

§. 12. Quia vero fieri potest, ut inter Trejenses cives pro tempore existens archiepiscopus idoneas non inveniat personas, quibus vicarii, et notarii munera recte committere possit, proindeque personas exteras ad ea seligere debeat cum certo congruo honorario; mandamus propterea, ut honoraria hujusmodi persolvantur a civitatis communitate in hunc modum, nempe menstrua scuta decem vicario, notario autem menstrua scuta quinque, quotiescumque eos exteros eligi, et retineri contigerit: eidem praeterea vicario parari volumus a communitate, ac semper manuteneri congruam, decentemque habitationem gratuito praestandam in eodem palatio, in quo commoratur ipse archiepiscopus, occasione sui adventus ad civitatem, cui semper reservatae sint mansiones pro sua, et familiarium habitatione, et commodo hactenus destinatae. Alteram insuper mansionem eodem loco, et modo praestari volumus notario foraneo, qui in eadem tamquam in cancellaria residere debeat, omniaque memorata acta diligenter custodire. Quod si fortasse eo loco, salva solita habitatione archiepiscopi, haec fieri non possent, alia loca a communitate parentur, et fiant judicio ejusdem archiepiscopi. Ne autem ex his ullum obveniat detrimentum curiae, et cancellariae archiepiscopali Camerinensi, ejusque ministris, quibus juxta ipsius archiepiscopi relationem adimitur hoc pacto annuum emolumentum scutorum quadraginta circiter, mandamus, ut ipsa communitas teneatur quotannis persolvere pro tempore existenti archiepiscopo Camerinensi memoratam summam scutorum quadraginta in duabus ratis, singulis semestribus ratam pensitando.

Omne juris remedium tollitur, ne executio harum literarum retardetur.

§. 13. Praesentes autem literas, et in eis contenta etiam ex eo, quod quicumque interesse habentes, seu habere praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, aut ex alia quavis causa quantumvis legitima, et privilegiata, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet, etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogita-

lo, et inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, concesso in judicio, et extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae camerarium, aliosque cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, et alios quoscumque quavis praeeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari harum quoque serie decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus contrariis quibuscumque, etiam quibusvis apostolicis, et in synodalibus praefstae ecclesiae archiepiscopalis Camerinensis constitutionibus, et ordinationibus, ac ejusdem ecclesiae, et civitatis Camerinensis, ac ipsius civitatis Trejae, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis personis et locis, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, et forma in illis tradita observata praesentibus exprimerentur, et insererentur, pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 15. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostrae absolutionis, erectionis, restitutionis, reintegrationis, concessionis, indulti, voluntatis, mandati, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo, sexto nonas julii, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXII.

Dat. die 2. julii 1790. Anno XVI.

Injunctio oneris perpetui solvendi annuatim octo mille cruciatos monetae Portugalliae; ac suppressio simplicis beneficii ex cujus fructibus una cum dictis cruciatis una massa confici debeat pro congruis tum episcopi, tum capituli Bejensis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Praedecessorum Nostrorum, qui dudum pio regum inclytorum zelo promoti novas in agro Dominico episcopales, seu totidem fidei tentoria, ac propugnacula invexerunt, disposita prosequentes, ac quae tunc fuerant earum praesulibus, caeterisque ministris ecclesiasticis pro cujuscumque respective dote perspicientes addicta, ex allato Nobis regio oraculo super tum redditu modicitate, tum etiam haud clara de illorum singularitate facta expressione, seu distinctione, quaecumque vel injunctionis, aut suppressionis exhibita media plane noscimus esse adhibenda per quae praesulibus ipsis in tot eorum, quibus sepiuntur, oneribus, aliisque personis ecclesiasticis opportune valeat provideri.

Expositio precum porrectarum a regina Portugalliae.

§. 2. Cum itaque sicut dilectus filius nobilis vir Joannes de Almeida carissimae in Christo

filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae apud Nos, et Sedem apostolicam minister plenipotentiarius ex insinuatione ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae Nobis exposuit alias, videlicet sub die decima mensis julii anni Domini millesimi septingentesimi septuagesimi felicis recordationis Clemens pp. XIV. praedecessor Noster ad supplicationem clarae memoriae Josephi, dum viveret, Portugalliae, et Algarbiorum regis fidelissimi antiquum, et illustre oppidum civitatem nuncupatum de Beja, duasque comarchas, unam videlicet de Ourique, alteram vero de Beja respective nuncupatas ab archidioecesi Elborensi, cujus metropolitana ecclesia, ut accepimus, de jurepatronatus pro tempore existentis Portugalliae, et Algarbiorum regis fidelissimi ex fundatione, vel dotatione, seu privilegio apostolico, cui non est hactenus derogatum, fore dignoscitur de consensu bonae memoriae Joannis tunc existentis archiepiscopi Elborensis ob per amplam ipsius metropolitanae ecclesiae archidioecesim hujusmodi, et pro meliori divino servitio, ac spirituali ecclesiae, et sibi commissi gregis bono apostolica ejus auctoritate perpetuo dismembraverit, dictumque oppidum de Beja in civitatem episcopalem Bejensem nuncupandum; ac unam ex ecclesiis ibidem existentibus, quam ab eodem Clemente praedecessore literarum apostolicarum desuper expeditarum tunc deputatus exequutor aptiorem, et decentiorem judicasset, in cathedralem ecclesiam pro uno episcopo Bejensi nuncupando cum omnibus praeeminentiis, et praerogativis caeteris cathedralibus ecclesiis illarum partium competentibus etiam perpetuo erexerit, et instituerit, ac episcopalis dignitatis honore, et titulo insignIverit. Nec non totum id, quod a praedicta archidioecesi Elborensi dismembraverat, ut praefertur, jurisdictioni, et superioritati pro tempore existentis episcopi Bejensis etiam perpetuo subjecerit, ac respective pro suis territorio, et dioecesi Bejensi concesserit, et assignaverit. Ac in dicta cathedrali ecclesia, ut tunc praeferebatur erigenda capitulum ex dignitatibus, ac canonicatibus, et praebendis, nec non dimidiis canonicatibus, et semi praebendis, ac cappellaniis in numero tamen juxta redditus, ut infra, applicatos constituendum similiter perpetuo erexerit, et instituerit. Atque viginti octo perpetua simplicia, et personalem residentiam forsan requirentia beneficia ecclesiastica in diversis ecclesiis dicti oppidi respective sita, illorumque respective titulos collativos, postquam tamen ex personis illa respective obtinentibus quovis modo vacavissent, perpetuo itidem suppresserit, et extinxerit. Ac pro ejusdem cathedralis ecclesiae Bejensis, et illius mensae capitularis, et sic ut praeferebatur, erigendarum, et erigendorum dignitatum, et canonicatuum, et praebendarum, nec non dimidiorum canonicatuum, et semi praebendarum, ac cappellaniarum hujusmodi respective dote, illasque, ac illos, et illas pro tempore respective obtinentes congrua substentatione fructus, redditus, et proventus provenientes ex praedictis duabus comarchis, ut supra dismembratis: nec non in eventum praemissum dictorum beneficiorum, ut praefertur, suppressorum, et seminarii puerorum ecclesiastici Bejensis respective manutentioni, mediante infrascripta rerum ordinatione opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur tam piis ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae votis propensius, ac celerius annuere volentes: motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine, ex nunc praedictis modernis, et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictae metropolitanae ecclesiae Elborensis onus perpetuo solvendi ex eorum massa capitulari annuos cruciatos octomille monetae illarum partium praedicto moderno, et pro tempore existenti episcopo Bejensi, consensui praedictorum modernorum capituli, et canonicorum dictae metropolitanae ecclesiae Elborensi, ad hujusmodi effectum quomodolibet necessario dicta apostolica auctoritate supplendo, eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo injungimus, atque imponimus. Tenor concessionis.

§. 4. Ac insuper perpetuum simplex personalem tamen residentiam forsan requirens beneficium ecclesiasticum archidiaconatum das Oriolas nuncupatum in parochiali, seu alia ecclesia praedicti territorii Bejensis fundatum, et ut infra obtentum, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam beneficii collativi; ita quod illud ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativum esse desinat, ac de caetero uti tale in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi nullatenus umquam possit, et si illud Suppressio beneficii nuncupati das Oriolas.

deinceps ullo umquam tempore conferri, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, et quaevis aliae dispositiones de illo sic faciendae nullae, et invalidae, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec jus, vel coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum beneficium ultimo dictum ex persona illud ad praesens obtinente per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, seu religionis ingressum, et professionis in ea emissionem, aut alias quovis modo etiam apud Sedem apostolicam, aut in aliquo ex mensibus Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti, Sedique praedictae etiam per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas editas, vel edendas, aut alias quomodolibet reservatis, seu ordinariis collatoribus etiam per constitutiones, et regulas easdem, seu literas alternationum, aut quaevis alia privilegia, et indulta hactenus concessa, et in posterum concedenda competentibus vacare contigerit, sive usque dum modernus illius possessor de alio competenti beneficio ecclesiastico, aut aliter arbitrio infrascripti praesentium literarum Nostrarum exequutoris ejus vita naturali durante provisus fuerit, et non aliter, nec antea apostolica auctoritate praedicta etiam perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Applicatio fructuum ejusdem beneficii favore mensae cathedralis Bejensis.

§. 5. Illisque sic suppressis, et extinctis, ut ex dicta summa dictorum octomillium cruciatorum monetae praedictae, ac universis aliorum viginti octo beneficiorum per dictum Clementem praedecessorem, ut praefertur, suppressorum, et extinctorum, eidemque massae capitulari dictae cathedralis ecclesiae Bejensis jam assignatis, videlicet ex nunc, ac ex nunc prout ex tunc, et e contra in eventum praemissum, et non alias ultimodicti beneficii per Nos, ut praefertur, suppressi, et extincti fructibus, redditibus, juribus, obventionibus, et emolumentis quibuscumque, una eademque massa constituatur, et efformetur, ex qua congruae praedictorum capituli, et canonicorum, ac cappellanorum dictae cathedralis ecclesiae Bejensis, illiusque fabricae, et seminarii puerorum ecclesiastici Bejensis forsan inibi erecti, seu erigendi respectivae manutentioni arbitrio, et prudentia praedicti moderni, et pro tempore existentis episcopi Bejensis, adimpletis tamen omnibus, et singulis dictorum beneficiorum, ut praefertur, suppressorum, et extinctorum respective oneribus, provideri debeat apostolica auctoritate praedicta statuimus, et ordinamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes propterea easdem praesentes Nostras literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, nec ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, aut ex quocumque alio capite, a jure vel facto, aut statuto, vel alias resultante, vel etiam in corpore juris clausa occasione, aliave causa etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, legitima, pia privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, aut aliis superius expressis nullibi appareret, aut alias probari possit notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas, restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, aut impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse, neque easdem praesentes sub similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem eamdem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter, et quibuslibet ex causis, et sub quibusvis verborum tenore, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem praesentibus, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, et faciendis, ac concessis, et concedendis comprehendi, sed semper ab il-

lis excipi, et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, dictaeque Sedis nuncios, et alios quoscumque, quavis auctoritate, potestate, praerogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et praeminentia fulgentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio executoris apostolici.

§. 7. Nos enim venerabilem etiam fratrem nostrum modernum archiepiscopum Lacedemoniensem in civitate Lisbonensi commorantem in ipsarum praesentium literarum Nostrarum executorem dicta apostolica auctoritate constituimus, et deputamus. Eidemque archiepiscopo Lacedemoniensi facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro hujusmodi exequutionis effectu subdelegare libere, et licite possit, et valeat pari apostolica auctoritate ipsarum tenore praesentium concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus Nostris, et cancellariae praedictae regulis de jure quaesito non tollendo, ac de exprimendo vero annuo valore in beneficiorum ecclesiasticorum suppressionibus, et unionibus, eorumque fructuum, redditnum, et proventuum dismembrationibus, et applicationibus, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati, suppressiones, et uniones perpetuas nonnisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, praedictae metropolitanae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eidem metropolitanae ecclesiae Elborensi, illiusque praesuli, ac capitulo, et canonicis, nec non quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus forsan concessis, approbatis, ac etiam innovatis. Quibus omnibus, et singulis etsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, et de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, seu quaevis alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad praemissorum validissimum effectum hac vice dumtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae oneris injunctionis, impositionis, suppressionis, extinctionis, statuti, ordinationis, decreti, constitutionis, deputationis, facultatis, concessionis, impartitionis, et deregationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo, quinto nonas julii, pontificatus Nostri anno decimo sexto. Sanctio poenalis.

DCCCXIII.

Dat. die 16. julii 1790. Anno XVI.

Mandata pro restauratione seminarii episcopalis civitatis Faventinae.

Venerabili fratri Dominico episcopo Faventino.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Decet Romanum pontificem in his, per quae urgentibus episcopalium seminariorum Prooemium.

necessitatibus utiliter consulitur, auctoritatis suae partes interponere, prout in Domino salubriter expedire conspicitur.

Status seminarii describitur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod licet Nos alias per Nostras in simili forma Brevis diei IX. julii anni MDCCLXXXIV. expeditas literas, quo fabricae hujus episcopalis seminarii, quae tum ob sui vetustatem, tum praesertim ob terremotus, quibus paulo ante tota Faventina civitas concussa fuerat, penitus quasi ruinosa dignoscebatur, in ampliorem, ac solidiorem formam restauraretur, cum annuus seminarii census satis tenuis, ideoque impar esset necessariis reaedificationis hujusmodi sumptibus, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium Tridentini concilii interpretum consilio bonae memoriae Vitali Josepho, dum vixit, episcopo Faventino immediato praedecessori tuo, ut ad formam ejusdem Tridentinae synodus annuam taxam scutorum decem pro quolibet centenario super fructibus, et proventibus bonorum ecclesiasticorum sub certis tunc expressis conditionibus auctoritate Nostra apostolica imponeret, concesserimus, ac licet praeterea memoratus Vitalis Josephus episcopus illico manus operi admoverit, novique seminarii fundamenta sine mora locari curaverit, attamen, cum plura, atque plura impedimenta in hujusce taxae impositione, et exactione passus sit, morte praeventus non solum incaeptum suum haud perficere potuit: verum etiam res eo deducta erat, ut praesens, atque efficax postularet remedium: siquidem seminarium vix pro quarta sui parte erat extructum, grandem summam scutorum quinque–millium circiter debeat, ac demum taxae praedictae exactio plurimum habeat difficultatis. Hujusmodi erat rerum status, dum ad hujus Faventinae ecclesiae administrationem accessisti.

Indigitantur media quae adhiberi possent ad obtinendam promptam seminarii restaurationem.

§. 3. Quamobrem inter primas pastoralis tuae vigilantiae curas audendum tibi esse nosti, ut tantis incommodis occurrere posses. Considerans itaque tu, quod valide repugnante, immo etiam judicialiter contradicente tuae cathedralis ecclesiae capitulo, aliisque ex clero primoribus impositioni taxae praedictae illam urgere operosa nimis aliae plena res esset, quodque e converso urgentioribus ipsius seminarii necessitatibus consuli, immo etiam alumnorum numerus augeri posset, si unicuique ex confraternitatibus laicalibus, aliisque locis piis hujus tuae dioecesis, quorum plures opibus affluunt, quae seminario summam mille, et quingentorum numerassent unius alumni nominatio perpetuis futuris temporibus sponderetur; nam si viginti quatuor ex eis, ut prudenter sperari potest oblationem hanc accepissent positis in foenus scutis viginti quatuor mille ad augendum seminarii censum, ut inde alumni nominandi per totum anni cursum etiam mensibus feriatis apud bene constituta seminaria in more est sustentari valeant, reliqua summa, et in aeris alieni, quo seminario tenetur dissolutionem, et in fabricam praedictam pro commoda juventutis habitatione esset eroganda; et quidem cum hanc oblationem nonnullis ex dictis confraternitatibus, et locis piis obtuleris, horum aliquae usque adhuc illam ultro acceperunt, aliae vero nondum hisce desuper deliberarunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo hoc tuum consilium firmius subsistat illudque servetur exactius non solum apostolicae auctoritatis patrocinio communiri, sed etiam, quo tum confraternitates, ac loca pia praedicta, tum caetera, quae in posterum oblatam conditionem accipient suum promissum persolvere valeant, tibi omnes, et singulas facultates ad confirmandos, et validandos contractus horum intuitu stipulandos necessarias, et opportunas, tibi, tuisque successoribus episcopis Faventinis per Nos concedi summopere desideres. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Omnia quae ab episcopo ordinata fuerunt pro reconstructione seminarii apostolica auctoritate confirmantur, et nova mandata conceduntur.

§. 4. Nos igitur tuam, ac confratrum sollicitudinem, qui se tuis desideriis sponte, ac faciles praebuerunt, plurimum in Domino commendantes, aliasque confraternitates hortantes, ut se illorum exemplis ultro addere velint, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes non solum captum a te consilium quo urgentioribus, ac praesentibus tui episcopalis seminarii necessitatibus, et commodis utiliter prospicias auctoritate apostolica confirmamus, laudamus, et approbamus, illique apostolicae firmitatis robur adjicimus. Verum etiam, cum tanta non erit praesens pecunia,

vel confraternitatibus praedictis, vel aliis locis piis, quae imposterum alumnorum nominationem ultro accipient, quae satis sit, ut stipulatam summam persolvere queant, fraternitati tuae, de cujus prudentia, zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate summopere in Domino confidimus, tuisque successoribus episcopis Faventinis pro tempore existentibus, tum sponte capta a dictis confraternitatibus, seu locis piis vel ab aliis confraternitatibus, seu locis piis libere capienda hisce desuper consilia tum omnes, et singulos contractus ad ea praestanda, quae ab eis pollicita erunt, nunc et in futurum stipulandos, quatenus de illorum utilitate constet, quo desuper tuam, tuorumque successorum episcoporum Faventinorum pro tempore existentium conscientiam oneramus, auctoritate Nostra praedicta confirmandi, validandi, et approbandi, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplendi, et sanandi, ita ut contractus hujusmodi postquam fuerint a te, tuisque successoribus, ut praefertur, approbati, et confirmati, validi, ac stabiles intelligantur, ac intelligi debeant in omnibus, et per omnia perinde, ac si in illorum stipulationes omnes, et singulae solemnitates, ac sacris canonibus, aliisque ecclesiasticis constitutionibus in bonorum ad loca pia spectantium alienationibus praescriptae observatae fuissent decernendi, et declarandi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta julii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXIV.

Dat. die 27. jun. 1790. Anno XVI.

Supprimuntur quatuor parochiales ecclesiae, et in eis existentia beneficia civitatis, et dioecesis Lisbonensis, earumque bona uniuntur cuidam monasterio monialium.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Exposcit debitum pastoralis officii, cui disponente Domino praesidemus, ut dum de statu monasteriorum quorumlibet dirigendo studemus de illis interdum, quae pia, celebrique reginarum illustrium fundatione fulgentia prudentes Deo dicare, ac Christo filio sub suavi religionis jugo desponsatae virgines incolunt sedulo cogitemus, ut ubi redditus ex regia sollicitudine semel, ac iterum constituto nondum sufficere dignoscuntur, ne earum mentes pro rerum temporalium angustia a coelestium contemplatione arceatur, procurante, et subveniente reginarum hujusmodi dextera auxilii commoda ac decentior proventuum dotatio valeat tempestive decerni, atque ut id firmius, ac facilius evadat ecclesiasticorum beneficiorum curam etiam animarum annexam habentium unionis media Nobis provide exhibita favorabiliter adhibemus, aliaque circa anima-

rum hujusmodi curae exercitium opportune disponimus, prout in Domino conspicitur expedire.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum itaque sicut ex insinuatione carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae per dilectum filium nobilem virum Joannem de Almeida ejus apud Nos, et Sedem apostolicam ministrum plenipotentiarium Nobis facta accepimus, dicta Maria Francisca regina fidelissima ob eximiam ejus pietatem, et singularem erga Christum Jesum Dominum Nostrum devotionem conspicuam in casali de Estrella nuncupato civitatis Lisbonensis ecclesiam venerationi, et cultui sanctissimi cordis Jesu prope novum amplissimum monasterium pro monialibus ordinis beatae Mariae de monte Carmelo reformatis nuncupatis magno quidem ejus sumptu aedificatum solemniter dicaverit: et licet Nos alias praedicto monasterio tum, ut illius constructio commodius perficeretur, tum etiam ut earumdem monialium, ac praedicti monasterii inserventium substentationi, et fabricae dictae ecclesiae manutentioni in futurum posset provideri, parochialem ecclesiam de Barcos nuncupatam Lamacensis dioecesis, quae, sicut etiam accepimus, de jurepatronatus ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae ex fundatione, vel dotatione existit, praeviis tamen illius tituli collativi suppressione, et extinctione apostolica auctoritate perpetuo factis una cum suis bonis, ac fructibus, redditibus, proventibus, et oneribus de ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae consensu eadem apostolica auctoritate perpetuo itidem univerimus, ac super plurium parochialium, seu aliarum ecclesiarum (inter quas quatuor infrascriptae parochiales ecclesiae ad instar collegiatarum ecclesiarum, ut etiam accepimus deserviri solitae comprehendantur) unius videlicet sanctae Mariae, ac alius sanctissimi Salvatoris, ac alius sancti Petri, et reliquae parochialium ecclesiarum sancti Jacobi villae de Torres Novas Lisbonensis respective dioecesis, quae sicut pariter accepimus de simili jurepatronatus praedictae Mariae Franciscae reginae fidelissimae etiam ex fundatione, vel dotatione existunt respective fructibus, redditibus, et proventibus nonnullas pensiones annuas in certis tunc expressis respective summis, et in certos, etiam tunc expressos respective eventus, etiam respective persolvendas, diversis tamen, et successivis temporibus de simili ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae consensu apostolica auctoritate praedicta favore dicti monasterii etiam perpetuo reservaverimus, et assignaverimus; nihilominus dicta Maria Francisca regina fidelissima plene agnoverit, fructus, redditus, et proventus praedictos, ut praefertur, unitos, dictasque pensiones annuas itidem, ut praefertur, reservatas etiam una cum certis aliis redditibus ex suo regio erario eidem monasterio pariter assignatis non solum impares esse ad supplendum praemissis omnibus, sed etiam tempore procedente aliquo modo deficere, ac propterea aliquod in redditibus praedictis augumentum fieri plurimum expedire, ad quem effectum illud magis opportunum judicavit, si ex nunc una ex dictis quatuor parochialibus ecclesiis, illa videlicet sanctae Mariae, quae certo quem Nos praesentibus haberi volumus pro expresso modo, ut scilicet accepimus, ad praesens vacat.

Descriptio ecclesiarum supprimendarum

§. 3. Ac ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum illae, ut infra vacaverint, aliae tres parochiales ecclesiae praedictae, firma tamen in earum qualibet remanente parochialitate. Ac etiam ex nunc omnia perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia, vel residentiam hujusmodi etiam requirentia in dictis quatuor parochialibus ecclesiis respective existentia beneficia ecclesiastica sub conditione tamen compensationis illa nunc respective obtinentibus, ut infra praestandae, et faciendae. Ac etiam ex nunc unus, et una ex canonicatibus, et praebendis, seu una ex portionibus saecularis, et insignis collegiatae Regalis nuncupatae ecclesiae sanctae Mariae de Oliveira villae de Guimaraens Bracharensis dioecesis ad praesens forsan vacantes, seu vacans, quos, seu quam de simili jurepatronatus dictae Mariae Franciscae reginae fidelissimae ex fundatione, vel dotatione fore praetenditur, seu etiam ex nunc prout ex tunc quatenus illi, seu illa ad praesens minime vacent, seu vacet, postquam tamen illi, seu illa primo loco, et quovis modo vacaverint, seu vacaverit. Nec non una similiter ex cathedris, seu scholastriis patriarchalis Ecclesiae Lisbonensis, quae ut similiter accepimus, etiam de jurepatronatus ipsius Mariae Franciscae reginae fidelissimae ex fundatione, vel dotatione existunt, ad praesens forsan vacans, seu quatenus minime vacet, etiam primo loco, et quovis modo vacatura

Digitized by Google

per nos apostolica auctoritate praedicta, ut infra, respective supprimerentur, et extinguerentur, omniaque, et singula bona, et jura, nec non fructus redditus, proprietates, obventiones et emolumenta quaecumque dictarum quatuor parochialium ecclesiarum, et beneficiorum, ac canonicatus, et praebendae, seu portionis, nec non cathedrae, seu scholastriae praedictorum per Nos, ut praefertur, supprimendorum, et extinguendorum dicto monasterio, etiam ut infra applicarentur, et appropriarentur. Nec non in praedicta sanctae Mariae ad praesens, ut praefertur, vacante etiam ex nunc, in qualibet vero ex aliis tribus parochialibus ecclesiis obtentis praedictis similiter, ut praefertur, supprimendis, et extinguendis, ex nunc prout ex tunc, postquam tamen illae respective vacaverint unus respective rectoratus pro uno presbytero rectore in eis respective nuncupando, cui cura animarum parochianorum, seu respective parochialis ecclesiae principaliter immineat. Ac pariter ex nunc in qualibet dictarum quatuor parochialium ecclesiarum, ut praefertur, supprimendarum, et extinguendarum, duo, perpetua simplicia personalem tamen residentiam requirentia beneficia ecclesiastica pro duobus presbyteris beneficiatis coadjutoribus nuncupandis in exercitio curae animarum hujusmodi pro tempore existentibus illarum respective rectorem, ut infra coadjuvare debentibus cum infrascripta tamen respectiva congrua cuilibet ex rectoribus, et beneficiatis coadjutoribus, ut praefertur, nuncupandis hujusmodi, et respective, ut infra assignanda respective erigerentur, et instituerentur, aliaque infrascripta juxta piam praedictae Mariae Franciscae reginae fidelissimae intentionem per Nos, etiam ut infra fierent, et ordinarentur.

Suppressio ecclesiae s. Mariae et aliorum beneficiorum erectorum in quatuor aliis parochialibus ecclesiis.

§. 4. Nos igitur praemissis omnibus matura deliberatione perpensis, ac tam piis ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae votis, et desideriis obsecundare, illiusque supplicationibus per dictum Joannem Nobis ad praedictorum effectum humiliter porrectis annuere volentes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine primodictam parochialem ecclesiam sanctae Mariae, ut praefertur, vacantem quovis modo, aut ex cujuscumque persona, seu per liberam cujusvis resignationem de illa in Romana curia, vel extra eam etiam coram notario publico, et testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recordationis Joannis pp. XXII. praedecessoris Nostri, quae incipit — *Ex lit.* vel assequutione alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem praedictam legitime devoluta, primodictaque parochialis ecclesia sanctae Mariae dispositioni apostolicae specialiter, vel generaliter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore datae praesentium non sit in ea alicui specialiter jus quaesitum. Nec non omnia, et singula beneficia praedicta in eisdem quatuor parochialibus ecclesiis respective existentia: et quatenus canonicatus, et praebenda, seu portio, et cathedra, seu scholastria hujusmodi ad praesens vacent (quorum seu, et cujus pariter respective vacationis modus eisdem praesentibus etiam haberi volumus pro expresso) canonicatum, et praebendam, seu portionem, ac cathedram, seu scholastriam hujusmodi videlicet, ex nunc, ac ex nunc, prout ex tunc, et e contra, postquam tamen alia sanctissimi Salvatoris, ac alia sancti Petri, et reliqua sancti Jacobi respective parochiales ecclesiae praedictae ex personis illas nunc respective obtinentibus quovis modo vacaverint, easdem tres parochiales ecclesias, et quatenus canonicatus, et praebenda, seu portio, ac cathedra, seu scholastria hujusmodi ad praesens minime vacent, postquam tamen illas, seu et illam ex personis eas, seu et eam ad praesens respective obtinentibus quovis modo primo loco vacare contigerit, canonicatum, et praebendam, seu portionem, ac cathedram, seu scholastriam hujusmodi, illorumque respective titulos collativos, nomina, denominationes, naturas, et essentias parochialium ecclesiarum, et beneficiorum, nec non canonicatus, et praebendae, seu portionis, ac cathedrae, seu scholastriae collativorum, et collativarum.

Extinctio titulorum collativorum dictorum beneficiorum.

§. 5. Ita quod illae, et illa, nec non illi, seu et illae ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativae, et collativa, nec non collativi, seu et collativae esse desint. Ac de caetero uti tales, et talia in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo etiam ad nominationem praedictae Mariae Franciscae reginae fidelissimae, ejusque successorum eorumdem Por-

tugalliae, et Algarbiorum regum fidelissimorum pro tempore existentium nullatenus unquam disponi possit, et si illas, et illa, seu et illas deinceps ullo umquam tempore conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, et quaevis aliae dispositiones de illis pro tempore quomodolibet factae, nullae, et invalidae, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec jus, vel coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant, firma tamen in eisdem parochialibus ecclesiis earum respectiva parochialitate occasione, vel causa quantumvis justa, rationabili, et privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, aut quomodolibet concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvari posse, sed illas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos hunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari; sicque, et non alias in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, dictaeque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis facultate, auctoritate, potestate, praerogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non tollendo, ac de exprimendo in suppressionibus, et unionibus perpetuis, beneficiorum ecclesiasticorum vero illorum annuo valore, illisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones, et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri, et beneficia unius dioecesis beneficiis alterius dioecesis uniri respective prohibentis; et quatenus opus sit felicis recordationis Pauli II. etiam praedecessoris Nostri de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non patriarchalis, et collegiatae ecclesiarum praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis patriarchali, et collegiatae ecclesiae praedictis, ac quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ad praemissorum omnium validissimum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide harum quoque serie, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executoris apostolici.

§. 7. Nos enim cupientes, ut praemissa omnia, sic per Nos, ut praefertur disposita suum rite sortiantur effectum, eumdem propterea Josephum Franciscum cardinalem, et patriarcham in earumdem praesentium Nostrarum literarum executorem motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus deputamus Eidemque Josepho Francisco cardinali, et patriarchae facultatem, ut ipse in earumdem praesen-

Digitized by Google

tium executione praedicta quamcumque personam sibi benevisam, in ecclesiastica tamen dignitate constitutam subdelegare libere possit. Nec non tam eidem Josepho Francisco cardinali, et patriarchae, quam personae praedictae per eum, ut praefertur, subdelegandae, et modernis promotori curiae patriarchalis Lisbonensis, et officiali ipsius Josephi Francisci cardinalis, et patriarchae etiam facultatem, ut ipsi, et eorum cuilibet super quacumque oppositione in actu exequutionis hujusmodi quomodolibet oritura servatis, tamen quae fuerint de jure servanda definitive pronunciare licite valeant, et respective valeat apostolica auctoritate praedicta respective concedimus, et impertimur.

Sanctio poenalis. §. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam suppressionis, extinctionis, applicationis, assignationis, erectionis, institutionis, addictionis, posterioris assignationis, statuti, ordinationis, prioris facultatis, concessionis, decreti, derogationis, deputationis, et posteriorum facultatum impartitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo, sexto kalendas julii, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXV.

Dat. die 27. julii 1790. Anno XVI.

Instante Nicolao de Oleza fratre milite hospitalis s. Joannis Hierosolymitani ac bajulivo prioratus Majoricensis dicti hospitalis approbatur quaedam transactio ipsum inter et religionem praedictam inita de, ac super praestatione nonnullorum censuum.

Dilecto filio magno magistro hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Pius PP. VI.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium. §. 1. Religionis zelus, vitae, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita super quibus apud Nos dilectus filius Nicolaus de Oleza frater miles expresse professus prioratus Cathalauniae, ac bajulivus Majoricensis istius hospitalis s. Joannis Hierosolymitani fide dignis commendatur testimoniis, Nos inducunt, ut eum specialibus favoribus, et gratiis libenter prosequamur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dictus Nicolaus, quod cum alias inter suam familiam de Oleza ex una, et bajulivatum Majoricensem hospitalis praedicti ex altera parte a bonae memoriae bajulivo de Ribas praedecessore suo gravis excitata esset lis, eam per transactionem dirimere, et quod de re familiari agebatur ab omni illius tamen procuratione se abstinere desiderans, curavit alium fratrem militem hospitalis praedicti deputari, qui hoc negotium in se susciperet, et quidem cum illud dilecto filio Petro Hieronymo Net fratri militi expresse professo, praeceptori, seu commendatario, nec non procuratori communis aerarii hospitalis praedicti commissum fuerit non diu post transactio hujusmodi hinc inde conventa fuit, quam subinde, et duo commissarii ad id deputati, et assemblea prioratus Cathalauniae, cui dicta transactio exhibita fuerat, ratam habuerunt, immo etiam a te, et a dilectis filiis consilio dicti hospitalis reservato beneplacito apostolico, approbari obtinuit, prout constat ex supplici libello tibi a memorato exponente porrecto, et a decreto, cui inserta est transactio subinde facto, tenoris qui sequitur. Preces oblatae pro confirmatione transactionis.

Die decima quinta mensis januarii millesimo septingentesimo octogesimo nono ab incarnatione. Perlecto supplici libello venerandi bajulivi fratris d. Nicolai de Oleza una cum chirographo venerandorum procuratorum communis aerarii, quorum tenor hic est, ut sequitur nempe.

Altezza eminentissima

§. 3. Il balì di Majorca fra don Nicolò de Oleza umilissimo servitore, e religioso ubbidientissimo di vostra altezza eminentissima con pieno ossequio rappresenta, che promosso alla detta dignità ha trovato pendente una lite tra la sua famiglia de Oleza, ed il baliaggio, la quale fin da tempi del venerando balì de Ribas suo antecessore si propose di finire con una transazione. L'oratore trattandosi di una pendenza colla sua famiglia si astenne di operare, Acta praemissa pro plena validitate transactionis.

Digitized by Google

e supplicò, che s'incaricasse altro cavaliere per agire a nome della sagra nostra religione, e fu infatti incaricato il commendatore fra don Pietro Girolamo Net procuratore del venerando comune tesoro. Fatti tutti i passi convenienti, e deputati due altri cavalieri commissari si stese colle dovute facoltà la transazione, la quale fu in seguito presentata in Barcellona alla veneranda assemblea del priorato, da cui fu intieramente approvata. L'oratore si dà l'onore di presentare all'altezza vostra eminentissima la detta transazione, affinchè riconoscendola utile si degni col sagro suo consiglio ratificarla, e lo riceverà a grazia ec.

Magister hospitalis Hierusalem: communicentur preces venerandis procuratoribus nostri communis aerarii, et venerando prioratui Catalauniae.

Datum in palatio die tertia octobris millesimo septingentesimo octuagesimo nono.

R. C. Xerri auditor.

Eminentissimo signore

Ci sembra essere più che ragionevole la domanda del venerando balì di Majorca fra don Nicolò de Oleza, e perciò uniformandoci alla deliberazione del venerando priorato di Catalogna, siamo di sentimento, che vostra eminenza si degni col suo sagro consiglio ratificare la transazione presentata dal venerando oratore, rimettendosi però sempre a quanto sarà per ordinare l'eminenza vostra, alla quale facciamo profondissimo inchino.

Dal tesoro li ventotto novembre mille settecento ottantanove.

Borrendon de Rensyat segretario del comune tesoro.

Magister hospitalis Hierusalem.

Porrigantur preces Nostro venerando concilio.

Datum in palatio die quarta decembris millesimo septingentesimo octogesimo nono.

Fr. Cajetanus Bruno auditor.

Eminentissimus ac reverendissimus dominus magnus magister et venerandum concilium visa deliberatione venerandi prioratus Cathalauniae desuper capta inhaerentes praeinserto chirographo juxta ejusdem tenorem unanimiter decreverunt, et ratum habuerunt, reservato beneplacito apostolico.

Tenor autem praedictae transactionis est ut sequitur nempe.

Io fra don Antonio de Ponsich cavaliere di giustizia della sagra, e militare religione di san Giovanni di Gerusalemme, e segretario del venerando capitolo provinciale, ed assemblea di Catalogna infrascritto.

Attesto, che nell'assemblea tenuta col mio intervento nel giorno sei del corrente mese di dicembre nell'archivio priorale, che la detta sagra, e militare religione ha sopra la sagrestia della chiesa di san Giovanni di Gerusalemme di questa città, in cui intervennero l'illustre signor commendatore, e ricevitore fra don Salvatore de Xatmar presidente, il cavaliere fra don Raimondo de Ponsich, il cavaliere fra don Antonio de Oril, ed il procuratore, e commendatore fra don Domenico Valmanna fra gli altri affari, che si trattarono vi fu il seguente.

Inoltre fu presentata ai commissari deputati la relazione della concordia fatta fra la famiglia de Oleza, ed il venerando balì di Majorca fra don Nicolò de Oleza, e la veneranda assemblea, e collo scrutinio delle palle, nemine discrepante, è stata approvata la detta relazione, ordinando, che tutto si trasmettesse a sua altezza eminentissima, e venerando priorato di Catalogna, per dare compimento a quanto era stato disposto dalla superiorità: della quale relazione dei detti signori commissarj insieme colla relazione, e sentenza degli avvocati, e della concordia di sopra accennata, secondo il loro ordine, eccone il tenore.

§. 3. Li dottori in ambe le leggi don Nicolò Bennassar, e don Nicolò Cava avvocati delli reali consigli di sua maestà cattolica (che Iddio conservi) intervenendo il primo per parte della illustre casa di don Salvatore de Oleza, ed il secondo per parte dell'illustrissimo, e venerando signor balì di Majorca fra don Nicolò de Oleza, e per parte puranche dell'illustre fra don Pietro Girolamo Net procuratore del comune tesoro della sagra e militare religione di san Giovanni di Malta nel regno di Majorca. Tenor ipsius concordiae.

Riflettendo, che la sagra, e militare religione di san Giovanni, ed il suo balì in Majorca esigeva dall'illustre don Salvatore de Oleza

Digitized by Google

trenta quarte vulgo *quarteras* di grano, e ventiquattro libbre censo senza alcuna riduzione, trovandosi tali censi correnti, e pagata l'ultima pensione dell' anno mille settecento settantasei si suscitarono due liti dal detto don Salvatore, l' una nella regia udienza sul censo delle ventiquattro libbre, e l'altra nella curia de' censi sulle trenta quarte vulgo *quarteras* di grano, ed in entrambe le giudiciarie istanze del detto don Salvatore fu richiesto, che si manifestasse l' istromento radicale, in forza del quale pretendevano di esigere questi censi, perchè intendeva di non doverli pagare, ed in qualunque maniera non potevano esigersi colla qualità di allodiali. L'illustrissimo, e venerando fra don Lorenzo Despuig gran priore di Catalogna, e procuratore dell' illustrissimo, e venerando signor balì di Majorca, fra don Antonio Ribas informato di queste giuridiche istanze si abboccò con il detto don Salvatore de Oleza, ed entrambi risolverono, che all' amichevole per mezzo di avvocati si vedessero, ed esaminassero i documenti, che aveva la religione per esigere li detti *censi*, e la loro qualità appoggiando ad Antonio Estada procuratore sostituito da detto illustrissimo, e venerando signor gran priore, ed a Giovanni Rossello, e Quintana notaro scrivano della casa sagra, e curia del Temple la ricerca, e manifestazione de' documenti, od istromenti concernenti la esazione, e qualità di detti censi ad effetto di presentarli agli avvocati onde, previo il loro esame, dassero il loro parere.

Nell' atto che praticavansi queste diligenze morirono gl' illustrissimi, e venerandi signori don Lorenzo Despuig, e don Antonio Ribas, e ricadendo il baliaggio di Majorca in persona dell' illustrissimo, e venerando signor don Nicolò di Oleza fratello di don Salvatore, questi, cioè don Nicolò desistè da tale dipendenza, e la religione l' appoggiò all' illustrissimo fra don Pietro Girolamo Net procuratore del comune tesoro in questo regno, che si contradistinse, procurando efficacemente, che si rivedessero le scritture, che eransi trovate concernenti li detti censi, ed a tenore di quanto fosse per rilevarsi dalle medesime gli avvocati dassero il loro parere, ed ove sembrasse loro opportuno proponessero l' accomodamento, o concordia ragionevole, che potesse convenire, ed accomodare questa dipendenza; quindi fu, che questi in seguito esaminarono le scritture, e istromenti, e diedero il loro parere, come già appresso si dirà.

Essendosi tenuti diversi congressi, esaminati varj istromenti, lette varie sentenze, e considerato l' emergente colla maggiore maturità nel congresso tenutosi nel dì quattro di febbrajo prossimo passato si promossero le seguenti difficoltà.

Dubia proposita et super quibus transactio cecidit.

§. 4. Che la religione di san Giovanni rispetto alle trenta quarte vulgo *quarteras* di grano censo meramente, ha prodotto l' istromento dei dieci di novembre del mille trecento sessantasei stipolato nella curia del Temple, dal quale risulta essere stato fatto nuovo stabilimento del predio vulgo *lo hospital* mediante la retenzione, che anteriormente era stata fatta dallo stesso predio perchè trovavasi rovinata la casa, la vigna andata a male, e quasi tutto inculto, lo che proveniva dall' eccessivo censo, che nel pristino stabilimento pagavasi » ibi « Sciens, et attendens dictam domum » habere, et possidere, in parochia de Manecor insulae memoratae quamdam Alqueriam » nuncupatam del Hospital, quam a viginti » annis circa in eadem aliquis minime stetit, » seu habitavit, immo per emphiteutas, qui » ipsam tenebant propter onerationem census » reddita fuit, et per incultam est bierma, et » vinea ejusdem omnino deperdita, et devorata, et hospitium habitationis ipsius minatur ruina taliter, quod aliquis in eodem non » habitat, seu habitare potest, imo extat sterilis, et inculta, et sit magis utile, et expediens ipsam Alqueriam ad censum subscriptum, seu ad perpetuam emphyteusim concedere, quod ad proprium vomum, seu culturam tenere, cum distet a civitate per septem leucas, et amplius ».

Per questo diedero, e stabilirono in perpetua enfiteusi al venerando Guglielmo de Homo il detto predio con tale patto, e condizione, che per il censo, e miglioramenti da farsi dasse, e pagasse cinquanta quarte vulgo *quarteras* di grano buono, bello, nuovo, tritato, e recettibile in tempo della sua raccolta in detto predio, oltre alla decima di tutti i frutti.

Don Salvatore Ballester de Oleza meramente possiede in allodio della casa sagra del Temple il predio *Son Seyard*, che fu descritto nella stessa curia da don Nicolò de Oleza suo padre come libero da ogni censo, secondo la denunzia giurata degli undici di giugno del

Digitized by Google

mille settecento due, mentre abbenchè si dica, che pagava anticipatamente due partite di censo frumentario una di due quarte, vulgo *quarteras*, agli eredi del sacerdote maestro Ballester, e l' altra di due quarte vulgo *quarteras*, e quattro scorsi vulgo *barcillas* senza nominare a chi; si consideravano per altro tolte per non essersi pagate in tempo immemorabile. E fra li confini se ne nomina meramente uno dello stesso denunziante, che è il predio *Son Boga* il quale secondo altra descrizione, ossia assegna de' ventidue di dicembre del mille settecento trenta fatta dallo stesso denunziante nella curia del regio patrimonio rilevasi essere in allodio di sua maestà, e passando ai titoli, e documenti di pertinenza, e successione del predio *Son Seyard* va questo a terminare per i suoi mezzi nell' onorato giovanotto Ballester, il quale aveva il detto predio *Son Seyard* per compra *sub hasta fiscali* firmatagli da detta curia della casa sagra del Temple ad istanza dei creditori a tenore dell' atto stipolato nella stessa curia li diecisette di maggio del mille cinquecento venticinque.

Costa da questo istromento, che il detto predio essendo di Antonio Seyard fu subastato ad istanza de' creditori, e che previe le solite formalità legali fu deliberato all' oratore giovanotto Ballester sotto l' allodio della casa sagra del Temple, e con il peso di pagare, ossia prestare le anzidette due partite di censo frumentario, una agli eredi dell' indicato sacerdote maestro Ballester, e l' altra senza esprimere a chi, nominando per confini da una parte la possessione vulgo *Rafal* dell' onorato Francesco Ballester, dall' altra quella degli eredi di Guimet Modra, dall' altra il predio *Son Promet*, dall' altra il terreno che fu di Pietro Ferrer, ed allora possedevasi da Francesco Ballester, e dall' altra il predio *Son Ravanell*.

Da detto istromento di acquisto non può risultare alcuna prova per obbligare l' indicato don Salvatore de Oleza come possessore del predio Son Seyard al pagamento ossia prestazione di alcuna partita di censo delle cinquanta quarte vulgo *quarteras*, e quello che rende vie maggiormente dubbio un tale obbligo si è la descrizione vulgo *Cabreo* dei censi del baliaggio, che fu fatta nell' anno mille cinquecento sei; ed a carte cento cinquantadue del detto libro trovansi descritte le persone, che pagavano le cinquanta quarte vulgo *quarteras*, tre scorsi vulgo *barcillas* fra le quali non si nomina Antonio Seyard come possessore del predio *Son Seyard*, nè trovasi caricato di alcuna partita delle dette cinquanta quarte vulgo *quarteras*, tre scorsi vulgo *barcillas*, ed essendo una tale descrizione, o sia libro vulgo *Cabreo* meramente anteriore alla vendita di *Son Seyard* di diciannove anni ove fosse vero, che a questo predio annesso fosse l' obbligo di qualche partita delle cinquanta *quarte* vulgo *quarteras*, tre scorsi vulgo *barcillas* di grano si troverebbe descritto, come uno dei tanti, che prestavano, ossia pagavano le cinquanta *quarte* vulgo *quarteras*, tre scorsi vulgo *barcillas*, od almeno combinerebbe alcuna di quelle partite, che pagavansi, o prestavansi da detti individui colle due quarte vulgo *quarteras*, quattro scorsi vulgo *barcillas*, che si descrivono nel riferito istromento senza espressione del soggetto, ossia persona, che le percepiva.

Nè serve, che in altra descrizione, ossia libro vulgo *Cabreo* del mille cinquecento ottantasei leggasi la partita seguente — ibi — Fra don Francesco Ballester per il suo predio detto *Son Salord*, ed altri tre terreni in allodio del baliaggio trenta quarte vulgo *quarteras*, tre scorsi vulgo *barcillas* di grano censo nella festa di san Pietro, e san Feliçe — sono trenta quarte vulgo *quarteras*, tre scorsi vulgo *barcillas*— Parimente perchè questa denunzia non fu fatta da detto Francesco Ballester, ma bensì dal bali: in secondo luogo, perchè era per il predio *Son Salord* e non *Son Seyard*, e don Salvatore de Oleza, nè li suoi autori giammai hanno posseduto il predio *Son Salord*. In terzo luogo perchè unicamente si rammentavano due acquisti di terreni fatti dal dottore Raffaele Ballester, uno di sei moggi vulgo *quarteradas* con istromento dei ventiquattro marzo mille cinquecento cinquantotto sottoscritto da Giacomo Girard, e Caterina sua moglie con il peso di una quarta vulgo *quarteras* cinque scorsi vulgo *barcillas*, e tre quartuccie vulgo *almudes* grano censo alla casa del Temple, e l' altro di altri sei moggi vulgo *quarteradas* con istromento de' ventitre di luglio del mille cinquecento sessantuno sottoscritto da Antonio Corredor con il peso di due quarte vulgo *quarteras* due scorsi vulgo *barcillas* grano censo alla detta casa sagra del Temple, li quali censi oltre che non diconsi allodiali, non combinano punto

con quelli, che pagavano il censo di cinquanta quarte vulgo *quarteras*, tre scorsi vulgo *barcillas* descritti nel libro vulgo *Cabreo* de' censi del mille cinquecento sei, dacchè la partita di una quarta vulgo *quartera*, cinque scorsi vulgo *barcillas*, tre quartuccie vulgo *almudes* che pagava Giovanni Ballester oltre che non può essere il giovanotto Ballester acquirente del predio *Son Seyard* per essere seguito un tale acquisto diciannove anni dopo dell' indicata descrizione, o sia assegna vulgo *Cabreo* il detto don Raffaele Ballester l' acquistò da Giacomo Girard, e e non già da alcun Ballester. E l' altra partita delle due quarte vulgo *quarteras*, due scorsi vulgo *barcillas*, non trovasi alcuno nella detta descrizione, ossia libro vulgo *Cabreo* del mille cinquecento sei, che paghi, o dia simile partita.

De obligationibus manantibus a constitutionibus. §. 329. I. Proibiamo a tutti i prelati, e superiori delle religiose l' accrescere ne' suoi precetti, o mandati sentenze, o pene di scomuniche, ancorchè siano sopra di cose peccaminose, ma anzi metteranno pene di privazione di voce attiva, e passiva, ed altre simili: perchè la pena, che fu introdotta per medicina dell' anime non gli abbia da causar maggior' impicci, scrupoli, ed inquietudini. Nel caso però che la cosa sia tanto grave, che necessariamente chieda la pena della censura, o di scomunica, (sopra di questo incarichiamo le coscienze de' superiori) in tal caso non si metterà la pena di *scomunica latae sententiae* senza gran considerazione.

Idem ut supra. §. 330. II. Dichiariamo che la nostra regola primitiva non obbliga le nostre religiose con colpa grave se non sotto peccato veniale: e che queste costituzioni, e i precetti, e mandati de' superiori, che per l' avvenire s' imporranno a tutta la comunità, o ad alcune delle religiose in particolare, non obbligano a peccato mortale, nè veniale, eccetto se la materia, sopra di che cadano sarà di sua propria natura grave, o non gli ubbidiranno con disprezzo delle medesime costituzioni, precetti, e mandati de' prelati. Obbligano però sotto di peccato mortale tutti i precetti formali messi in scritto nella seguente forma — *Mandiamo in virtù dello Spirito Santo, santa ubbidienza, e sotto di precetto formale* — Obbligano ancora sotto colpa grave i precetti che i visitatori sogliono metter nel tempo della visita, ancorchè siano verbali.

Idem ut supra. §. 331. III. Determiniamo, che in tutto quello, che è rispettivo al governo, colpe, pene, ed altre cose simili, che non sia dichiarato

Digitized by Google

in queste costituzioni osservino le nostre religiose le costituzioni generali della nostra congregazione in tutto quello, che non sia contrario a queste.

Idem ut supra. §. 332. IV. Mandiamo nell' istesso modo che in tutte le cose, di che non trattino, o dispongano queste costituzioni rispetto agli impieghi, e cerimonie del culto divino osservino le religiose con tutta l' esattezza il suo ordinario; ed il cerimoniale in tutto quello, che non sia contrario a queste costituzioni, e che l' istesso insegnino alle novizie con ogni cura, e curiosità possibile, perchè nelle cerimonie, e modo di procedere si conservi l' uniformità possibile in tutte le comunità. Il prelato superiore esaminerà tutto questo nelle visite; castigando le mancanze che in questo troverà.

Idem ut supra. §. 333. V. In tutti i monasteri delle religiose ci sia abbondanza di queste costituzioni, le quali si leggeranno nel refettorio, e capitolo, come resta determinato, e fuor di questo ogni religiosa le leggerà replicate volte, perchè essendogli presenti nella memoria, l' osservi esattamente: che di questo gli si può seguire un gran profitto.

Idem ut supra. §. 334. VI. Perchè il prelato superiore, o visitatore possa procedere con maggior sicurezza, e circospezione nelle visite delle nostre religiose, s' ordina che nel tempo delle medesime visite legga con particolare attenzione, e cura il trattato della visita composto della n. b. m. s. Teresa, giudicandosi per questo in tutto, persuadendosi veramente quello quanto si determina, esaminando semplicemente la sua osservanza, e castigando quanto troverà in contrario (1).

Idem ut supra. §. 335. VII. Si dichiara, che alle prelate delle nostre religiose appartiene il giudicare, ed applicare alle colpe lievi la pena, alle mezzane, e gravi. Il giudicare della colpa più grave, ed applicargli la colpa, che gli corrisponde tocca al prelato superiore (2). Il giudizio però delle cose gravissime, e l' applicazione delle pene che gli sono dovute appartiene intieramente al definitorio generale, e perchè la moltitudine, e varietà delle leggi, costituzioni, atti, e leggi ec. non servano di confusione alle nostre religiose, rivochiamo, annulliamo, abroghiamo tutte, e qualunque leggi, costituzioni, ed atti che gli siano stati fatti, tanto nei capitoli, come ne' definitorj generali caso che non siano espresse in queste costituzioni, le quali vogliamo, che solamente obblighino, si osservino, ed adempino; e che tutte le religiose per queste si dirigano, regolino, e governino (3).

ADDIZIONI AL CAP. XXII.

§. 336. (1). *Il trattato della visita* composto per la n. m. s. Teresa si leggerà nel monastero delle nostre religiose nel tempo del refettorio a pranzo per otto giorni prima di cominciare la visita, ed in tutto il tempo, che durerà la detta visita. Additiones ad caput XXII.

Non ammetterà il prelato superiore, o visitatore nelle visite delle religiose deposizione alcuna per iscritto, è tutte devono deporre quanto averanno notato degno d' avvertirsi. Ed insistendo qualcheduna in volerlo fare per iscritto non gli si ammetterà in essa visita deposizione alcuna, ancorchè la voglia far di parole.

§. 337. (2). Potrà la prelata ancora applicare la pena di colpa, postochè meno grave in quelle cose, che non staranno espressamente riservate per queste costituzioni al prelato superiore a chi tocca la cognizione di qualunque colpa più grave. Idem ut supra.

§. 338. (3). Annulliamo nell' istesso modo tutti, e qualunque costumi, che fuor de' primitivi, ed universalmente osservati in tutte le comunità si siano introdotti in alcune, o in alcuni monasterj, e tutte l' osservanze, e divozioni introdotte contro, o fuor della regola, e delle costituzioni, come sono novene, via Crucis, recite di tutta o della maggior parte della comunità, discipline, ed altri simili rigori, esercizj, e singolarità. E proibiamo che di qua innanzi s' introducano per essere direttamente opposte all' uniformità, che richiede la disciplina regolare, e alla dottrina della nostra madre santa Teresa, espressa in diversi luoghi de' suoi celesti scritti. Dimodochè supposto, che approviamo l' opere di surrogazione, e che la nostra primitiva regola tanto raccomanda, vogliamo con tutto ciò, che s' eviti quanto possa servire di peso alla comunità, singolare, ed opposto all' uniformità, che deve essere in tutti i monasteri dell' ordine. E se per qualche causa giusta sarà necessario far qualche esercizio di divozione non dichiarato nelle costituzioni, si consulterà il definitorio generale, e tutto quanto senza il suo ordine, ed approva- Idem ut supra.

Digitized by Google

zione, sarà introdotto, non averà alcun vigore. Mandiamo fuor di questo, che le religiose diano conto all' istesso definitorio, o al nostro molto reverendo padre priore generale di tutto quanto in questa materia sarà introdotto, perchè possa castigare come giudicherà conveniente le sue autore.

Permettiamo però il costume di fare nel tempo dell' orazione del giorno le novene di nostra madre santissima la Madonna del Carmine, del nostro protettore s. Giuseppe, e della nostra madre santa Teresa di Gesù; come ancora il costume de' dieci giorni degli esercizi, che raccomandiamo, abbiano tutte le religiose ogni anno, o almeno una volta ogni triennio. Perchè più si applichino al servizio di Dio in questi dieci giorni le religiose che faranno i detti esercizj staranno esenti di tutti gl' impieghi, ed ancora degli atti di comunità essendo solamente obbligata ad assistere al matutino, orazione mentale, disciplina, e refettorio. Nel rimanente eccetto il silenzio, ed il ritiro, faranno l' istesso, che l' altre religiose; nè saranno obbligate a fare altre mortificazioni che le solite farsi nel refettorio.

FINE DELLE COSTITUZIONI

Commemorazioni che si devono fare nel fine del capitolo conventuale.

Commemorationes faciendae in fine capituli conventualis

§. 339. Nel fine del capitolo si diranno i salmi *Deus misereatur nostri etc. Ad Dominum cum tribularer etc. Ad te levavi oculos meos etc.* con il *Gloria Patri* nel fine di ogni salmo. Finiti questi dirà la cantora *Kyrie eleyson*, e tutte risponderanno *Christe eleyson–Kyrie eleyson*. La prelata, o presidente dirà *Pater noster*.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Memento congregationis tuae.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Salvas fac ancillas tuas.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS

Concede nos famulas tuas, quaesumus Domine Deus perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere, et gloriosa beatae Mariae virginis intercessione a praesenti liberari tristitia, et aeternae perfrui laetitia.

Ecclesiae tuae quaesumus, Domine, preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus, atque erroribus universis secura tibi serviat libertate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, praetende, super ancillas tuas, et super congregationes illis commissas spiritum gratiae salutaris, et ut in veritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tuae benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Immediatamente diranno per i defonti il salmo *De profundis clamavi, ad te Domine etc.* che termineranno col *Requiem aeternam etc.* e subito dirà la prelata, o presidente.

℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS

Absolve, quaesumus Domine animas omnium famulorum famularumque tuarum benefactorum nostrorum ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos, et electos tuos resuscitati respirent.

Quaesumus Domine pro tua pietate miserere famularum tuarum, et a contagiis mortalitatis exutas in aeternae salvationis partem restitue.

Deus cujus miseratione animae fidelium requiescunt, famulis, et famulabus tuis hic et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine laetentur. Per eumdem Christum Dominum Nostrum.

℟. Amen.
℣. Requiem aeternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Animae ipsorum, et omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace
℟. Amen.

Digitized by Google

℣. Sit Nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, et usque in saeculum.
℟. Amen.

Confirmatio apostolica. §. 340. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat sanctimoniales praedictae, quo praeinsertae regulae, constitutiones, et declarationes hujusmodi firmius subsistant, ac serventur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea memoratus Antonius humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur sanctimoniales praedictas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illarumque singulares personas, nec non dictum Antonium a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus illarum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de venerabilis fratris Nostri Andreae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis episcopi Sabinensis Corsini nuncupati ejusdem ordinis apud Nos, et hanc sanctam Sedem protectoris consilio, praeinsertas regulas, constitutiones, et declarationes auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus; illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 341. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 342. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXX.

Dat. die 6. aug. 1790. Anno XVI.

Ampliatio concessionum, et privilegiorum concessorum academiae nobilium ecclesiasticorum urbis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Memorantur concessiones factae academiae nobilium. §. 1. Ubi primum ad apostolici ministerii officium, meritis licet imparibus evecti fuimus, academiam nobilium ecclesiasticorum alias in hac alma urbe Nostra erectam, et tunc ob aes alienum, quo tenebatur, prorsus collapsam, tum aere proprio, tum unione, ac incorporatione bonorum, alias ad suppressum, et extinctum ordinem canonicorum regularium s. Antonii Viennensis spectantium, et in ditione Nostra ecclesiastica existentium ad pristinum, immo commodiorem statum restituimus, pluri-

busque etiam spiritualibus privilegiis eam donavimus.

Declaratur necessitas ampliandi concessiones praedictas.

§. 2. Cum itaque ex rerum usu compertum sit aliqua ex privilegiis hujusmodi, vel interpretationis, vel extensionis, et ampliationis indigere, aliaque etiam de novo concedere oportere; Nobis propterea dilectus filius Paulus Paoli clericus regularis congregationis Matris Dei, ac ejusdem academiae praeses humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Statuitur quomodo sit procedendum in festo s. Antonii protectoris academiae.

§. 3. Nos igitur, qui omnem oblatam occasionem, quo Nostram in eamdem academiam charitatem omnibus probemus, ultro semper amplexi sumus, illamque specialioribus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac memoratum Paulum praesidentem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, in primis cum non raro dies festus sancti Antonii abbatis, qui est patronus ipsius academiae propter dictam unionem bonorum alias ad memoratum ordinem sancti Antonii Viennensis spectantium, concurrat cum secunda dominica post epiphaniam, cui officium duplex secundae classis solemnitatis sanctissimi nominis Jesu addictum est, ut missae omnes de s. Antonio in oratorio, seu cappella privatae domus ipsius academiae in hac alma urbe Nostra existente cum commemoratione dominicae, et festi occurrentis celebrari libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus.

Providetur circa alias solemnitates

§. 4. Neque secus in dominica infra octavam solemnitatis Assumptionis beatae Mariae virginis siquidem cum oratorium, seu cappella hujusmodi beatae Mariae virginis in coelum assumptae dicata sit, ac festum titularis hujusmodi in dominica infra octavam ipsius Assumptionis peragi soleat, in qua festum s. Joachimi cadit, propterea ut in hac quoque die missae omnes, ut in die Assumptionis beatae Mariae virginis cum commemoratione dominicae, et festi occurrentis, et octavae sancti Laurentii; si in dicta die cadat inibi celebrari posse auctoritate, et tenore praesentis indulgemus.

Privilegia cappellae existentis in aedibus academiae.

§. 5. Et quoniam, sicut accepimus, tum in die festo s. Antonii, tum in die dominicae infra octavam Assumptionis beatae Mariae virginis oratorium hujusmodi a pluribus frequentatur propterea omnibus Christifidelibus, qui in eodem oratorio hisce festis diebus dumtaxat ratione solemnitatis sacrosancto missae sacrificio interfuerint, ut ab obligatione audiendi sacrum in ecclesia pro satisfactione praecepti liberi, et exempti censeantur, de speciali pariter dono gratiae elargimur. Insuper, ut tum in nocte nativitatis Domini Nostri Jesu Christi post mediam noctem, tum in feria quinta majoris hebdomadae, ita ut si dies festus de praecepto in dicta feria quinta cadat, missa in dicta cappella, seu oratorio celebranda etiam ad satisfactionem praecepti, prout in caeteris festis anni diebus de praecepto, prosit, sacrum fieri possit, pariter indulgemus. Praeterea cum Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die XXVI. martii MDCCLXXVI. expeditas literas, ut in privata cappella, seu oratorio praedicto sacrosanctum missae sacrificium in convictorum academiae hujusmodi, eisque, et dictae domus inservientium, et ministrorum, tam intra, quam extra domum academiae habitantium praesentia celebrari, atque etiam si contingeret aliquod pium novendiale ad alicujus festi praeparationem in praedicta cappella fieri, augustissimum Eucharistiae sacramentum per id tempus in ea asservari posse, aliaque concesserimus, quo eorumdem convictorum spirituali consolationi magis, magisque prospiciamus, indultum hujusmodi etiam ad dies, quae a fine ipsius novendialis ad diem festum in cappella, seu oratorio praedictis celebrandum effluent, extendimus, siculi pariter alium indultum celebrari faciendi in privata domus hujusmodi cappella, seu oratorio, ut praefertur, concessum ad alias cappellas, seu oratoria quarumcumque domorum ad ipsam academiam spectantium, in quibus, aut ipsius academiae praeses, vel vice praeses pro tempore existentes, vel ipsi convictores, aut aliqui eorum habitare contigerit, in qualibet dioecesi existentium auctoritate, et tenore praesentis ampliamus.

Privilegia concessa praesidi, et vice praesidi ipsius academiae.

§. 6. Immo moderno, et pro tempore existenti ipsius academiae praesidenti, et in ejus defectum vice-praesidenti, ut urgente aliqua de causa sacrosanctum missae sacrificium, etiam per horam tantum ante auroram, et itidem per horam post meridiem celebrari facere

respective possint, et valeant, concedimus. Moderno vero, et pro tempore existenti praesidenti hujusmodi, ut ipse etiam vestes sacerdotales, corporalia, et alia, ornamenta, et paramenta ecclesiastica ad cultum divinum, et ad cappellae, seu oratorii praedicti dumtaxat servitium necessaria benedicere libere, ac licite possit, et valeat auctoritate, et tenore praedictis benigne elargimur.

Declaratur academiam subrogatam fuisse in omnibus juribus, privilegiis, gratiis, et indultis jam concessis ordini s. Antoni. Viennensis.

§. 7. Tandem ad omnes tollendas ambages forsan exortas, vel in posterum quomodolibet exoriendas, de ac super omnimoda subrogatione ipsius academiae in omnibus, et singulis juribus, privilegiis, gratiis, et indultis a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris ordini sancti Antonii Viennensis praedicto quomodolibet concessis harum serie, et auctoritate apostolica decernimus, et declaramus, ut academia praedicta omnibus, et singulis juribus, privilegiis, favoribus, gratiis, et indultis praedictis benedicendi signanter animalia, stipendia rogitandi, ubi vigeat consuetudo aggregandi ecclesias, et confraternitates, aliisque hujusmodi, dummodo tamen de tempore suppressi ordinis praedicti essent in usu, et consuetudine, nec revocata, aut sub ullis revocationibus comprehensa existant, pari modo uti, frui, et gaudere libere, ac licite possit, et valeat in omnibus, et per omnia perinde ac si eidem academiae jura, privilegia, favores, gratiae, et indulta praedicta concessa reperirentur, auctoritate, et tenore praesentis concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta augusti MDCCXC., pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 6. augusti 1790. Anno XVI.

DCCCXXI.

Parochialis ecclesia de Cervara Sublacensis dioecesis erigitur in collegiatam.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoties a Nobis postulatur, quod ad ecclesiarum decus, divini cultus augumentum, et ad Christifidelium pietatem, et devotionem excitandam, promovendamque accomodatum videtur, Nos libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum assertae collegiatae, et parochialis ecclesiae sanctae Mariae de Cervara Sublacensis nullius diocesis in districtu urbis, quod cum ipsis nullum suffragetur documentum, quo ecclesiam praedictam fuisse in collegiatam erectam probetur, praeter simplicem enunciativam in synodo Sublacensi anni MDCLXXIV. factam, qua ipsa inter caeteras ejusdem dioecesis collegiatas ecclesias recensetur. Hinc pro ipsius ecclesiae decore in collegiatam per Nos erigi, ac illos aliqua honoris praerogativa exornari summopere desiderant. Nobis propterea supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Ratio concessionis.

§. 3. Nos autem, qui ad cardinalatus dignitatem evecti de monasterio sanctae Scholasticae Sublacensis abbatia nuncupat., cum jurisdictione quasi episcopali provisi fuimus, eamque retinendam duximus etiam post Nostram ad summi pontificatus elevationem, eamdem ecclesiam personaliter visitantes anno MDCCLXXIII. invenimus, quinque sacerdotes illius servitio addictos reperiri; Bartholomaeum videlicet Capotosti archipresbyterum cum animarum cura, Franciscum Archangeli, et Franciscum Rossi de redditibus parochialibus participantes, et uti tales canonicos primae erectionis, seu de massa communiter dici consueverant cum obligatione coadjuvandi archipresbyterum in eadem cura, et diebus dominicis, aliisque omnibus de praecepto festis assistendi missae conventuali, et de sero post doctrinam christianam, et catechismum canendi in choro vesperas; sub eademque obligatione alias duas labente praesenti saeculo erectas fuisse praebendas a quondam Jacobo Colagrossi, nec non Dorothea, et Angela pariter Colagrossi penitus distinctas, et separatas cum reservatione jurispatronatus activi quoad primam favore Francisci Rossi, qui nuper ad eam nominavit, et praesentavit Aloysium Ciolli, et quoad secundam favore Josephi Archangeli, qui pariter nominavit, ac praesentavit Petrum Bonifatii, istosque praebendarios particulares canonici nomen sibi arrogasse veluti primis aggregatos, omnesque isti requisiti quo jure

hujusmodi ecclesiam collegiatam, ejusque sacerdotes mere coadjutores archipresbyteri canonicos dicerent, cum caetero nec arcam, nec sigillum commune, nec libros capitularium resolutionum, nec aliud prorsus collegialitatis signum haberent, iidemque sacerdotes solum superpelliceum, ut alii presbyteri, gestarent in ecclesia. Nullum omnino monumentum exhibitum Nobis fuit: quo circa non parum haesimus super hujusmodi tituli, et canonicorum nomine abolitione, nec aliter demum innovationi pepercimus, quam ob diuturnum hujusmodi nominationis usum, non tam in vulgo, quam aliquando etiam in literis apostolicis, cohibentes tamen tum archipresbyterum, tum etiam assertos canonicos, ut ex tunc diebus festis missam conventualem cum cantu per turnum celebrarent pro benefactoribus in genere ad formam encyclicae *Cum semper* felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri: quique ulterius occasione praesentium investigantes vetustiores ejusdem ecclesiae status deprehendimus, archipresbyterum ab originaria forsan erectione parochialis ecclesiae habuisse, et possedisse integram dotem constitutam in multis praediolis rusticis, censibus, tribus locis montium non vacabilibus, obventionibus, decimis, et aliis incertis, et liberam eorum administrationem, quorum fructus, redditus, et respective pensitationes in quatuor partes dividere consuevisset, duabus pro se retentis, reliquas autem duas tradere pro aequali debuisset dictis duabus sacerdotibus canonicis nuncupatis pro stipendio eorum coadjutoriae in cura animarum, et sacramentorum administratione, quam tamen ipsi non independenter, et ex proprio arbitratu exercere debebant, sed toties quoties archipresbyter opera eorum indigeret, adeo ut contra illius voluntatem nullus canonicorum in administratione sacramentorum se ingerere deberet, sed tantummodo missas, et alia officia in hebdomada sua celebraret, excepto tamen, quod in defectu archipresbyteri possent necessitati parochianorum in administrationem dictorum sacramentorum succurrere ex formali decreto diei XXVII. aprilis MDCII. edito in visitatione delegata per cardinalem Tusco tunc episcopum Tiburtinum, cui tunc suberat oppidum, seu castrum Cervariae. Anno autem MDCXL. bona praedicta praesertim rustica pro meliori cultura fuisse divisa, et relicta medietate archipresbytero, alia medietas subdivisa pro aequali extitisse inter dictos duos canonicos coadjutores, in communi tamen relictis decimis, fructibus nonnullorum censuum, et praediorum, quae locari solent, item dictorum locorum montium, aliisque obventionibus, tum a communitate Cervariae, tum etiam a confraternitatibus sanctissimi Sacramenti, Crucifixi, et Rosarii in eadem ecclesia erectis, et aliis quibusdam incertis parochialibus, in singulos proportionabiliter rejectis oneribus ab inde citra supportandis; hujusmodique divisionem praeservatam fuisse in aliis visitationibus per abbates commendatarios praedicti monasterii Sublacensis praedecessores Nostros sub quorum jurisdictionem, transactione facta, devenit, ac etiam hodie manet praedictum Cervariae oppidum, annis praesertim MDCLXXI., MDCLXXIII. et MDCXCIII., prout in eisdem, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius dicitur contineri; adeo ut ab inde citra factum appareat, ut vacatis per obitum, vel per resignationem, aut alio quovis modo archipresbyteratu, et canonicatibus, seu coadjutorum praedictorum praebendis, abbates commendatarii pro tempore novos substituerint, archipresbyterum videlicet, praevio indicto concursu, et canonicos coadjutores cognita per examen formale eorum idoneitate ad curam animarum, vigore praesertim apostolici indulti cardinalibus Sanctae Romanae Ecclesiae concedi soliti, et Nos ipsi hactenus servare consuevimus juxta decreta sacri conc. Tridentini.

§. 4. Hisque omnibus perpensis, et attentis, eosdem exponentes gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratam parochialem ecclesiam sanctae Mariae de Cervara Sublacensis nullius in districtu urbis in collegiatam cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, praeeminentiis, exemptionibus, et indultis, quibus aliae collegiatae uti, frui, et gaudere solent tenore praesentium erigimus, et pro hujusmodi effectu praefatos Bartholomaeum Capolosti in archipresbyteratu, Franciscum Ar- Erectio in collegiatam.

changeli, et Franciscum Rossi in respectivis praebendis primae erectionis, ut supra cum archipresbytero divisis, aliisque omnibus redditibus certis, et incertis pro indiviso adhuc extantibus, et non alias, nec non Aloysium Ciolli, et Petrum Bonifatii a respectivis patronis nominatos, ac praesentatos confirmamus, et approbamus, eosdemque canonicos nuncupari, et haberi volumus, ac mandamus in statu tamen, ac terminis, in quibus in praesentiarum reperiuntur, ut nempe archipresbyter pro tempore prout fuit, sit semper in posterum hujusmodi canonicorum caput, rector, et superior, iidemque canonici ab ejus nutu dependeant quoad administrationem sacramentorum, et officiaturam ecclesiae juxta dictum decretum anno MDCII, ut supra editum; illumque teneantur agnoscere verum eorum parochum, ac eorum verum rectorem, ac illi reverentiam, et obedientiam debitam exhibere, ac jura parochialia, emolumenta, et servitia praestare.

Jus praesentandi archipresbyterum et canonicos concurratos ordinario reservatur.

§. 5. Quandocumque autem, et qualitercumque vacaverit archipresbyteratus, ac duo canonicatus primae erectionis sive per obitum, sive per resignationem, sive alio quovis modo omnes provideri possint, et debeant ab ordinario, quatenus praesertim indultario sedis apostolicae, cum distinctione tamen, ut quoad primum animarum curam gerentem indici debeat de more concursus, ut semper in nova provisione praeferatur dignior, quamvis ita praefatus, nec in jure canonico, neque in theologia laureatus, sive licentiatus existat; quo vero ad secundos uti coadjutores ejusdem archipresbyteri non autem installari possint, vel debeant, nisi cognita per examen eorum idoneitate ad eamdem curam animarum, coadjuvandam de mandato archipresbyteri, sin autem ordinarius apostolico careat indulto, tunc archipresbyteri provisio servata forma ejusdem concursus a Sede apostolica tantum fieri possit, et debeat, dictorumque primorum canonicorum juxta reservationes apostolicas, ut nempe per pontifices successores Nostros, si eorum vacationi mense sanctae Sedi reservato contingat, et e contra per ordinarium si aliter hujusmodi canonicatus vacaverint, conferantur; quo vero ad dictos postremos sequuta quovis modo vacatione provideri debeant ab eodem ordinario ad nominationem, et praesentationem patronorum, praevia per examen recognitione ipsorum idoneitatis ad curam animarum, tamquam et ipsi coadjutores archipresbyteri.

Concessio privilegiorum.

§. 6. Si autem in dicta ecclesia sanctae Mariae de Cervara in saecularem collegiatam erecta capitulum, cujus caput erit semper archipresbyter pro tempore, et reliqui ejus coadjutores canonici nuncupati tum primae, cum secundae erectionis cum stallo in choro servata eorum antianitatis praerogativa, mensa capitulari, arca, bursa, et sigillo communibus, aliisque omnibus, et singulis collegialibus signis, et insigniis, ac gratiis, quae aliis collegiatis saecularibus ecclesiis etiam parochialibus de jure, atque stylo, et consuetudine, non tamen indulto, seu privilegio particulari potiantur, et gaudeant: et in ea hodiernus idem archipresbyter, ejusque successores capituli caput existant, et in choro, capitulo, processionibus, aliisque actibus, et functionibus capitularibus tam publicis, quam privatis praesint, et praeeminentiam, et praecedentiam, primumque, et digniorem locum, nec non vocem, et votum in capitulo habeant, ac illius persona quovis modo parochialis ecclesiae, et parochianorum universa cura plene, omnimode, ac privative quoad omnes alios immineat, quique ultra fructus, redditus, et proventus pro dote parochialis ecclesiae post praemissam divisionem cum canonicis primae erectionis addictos, et assignatos tam certos, quam incertos parochiales de jure, usu, et consuetudine privative reservatos gaudeant, quique cum dietim in animarum parochianorum cura, exercitio, professione occupati fuerint, pro praesentibus, illiusque functionibus, aliisque capitularibus personaliter interessentibus haberi, et reputari, et ad eamdem distributionum participationem admitti, et ultra consuetam missam pro populo missam pariter conventualem per turnum ad instar aliorum capitularium dictae ecclesiae parochialis, et assignanter singulis diebus dominicis, altero tamen, qui praedictam missam pro populo celebret, applicetque per eum destinato, absque ullo praejudicio jurium, et pertinentiarum sibi in celebratione aliarum ecclesiasticarum functionum competentium celebrare, illamque pro benefactoribus in genere juxta dictum decretum a Nobis in dicta visitatione anni MDCCLXXIII. editum applicare respective teneantur, cum hoc tamen, quod archipresbyter pro tempore

exercens onus celebrationis missae conventualis hujusmodi etiam de praecepto ecclesiae festis, aut alias prout necessitas exegerit cum alio ex capitularibus ejusdem ecclesiae commutare possit.

Distributio fructuum bonorum inter canonicos.

§. 7. Canonici autem primae erectionis libere percipiant fructus bonorum cuilibet eorum antecessorum in divisione obventorum, nec non proventus et emolumenta tam certa ex aliis bonis in communi relictis cum archipresbytero, quam incerta juxta solitum huc usque servatum, et non alias. Alii autem canonici postremo adjuncti a respectivis fundatoribus de fructibus, et redditibus designatae ipsorum praebendae, aliisque incertis communiter cum aliis dividendis contenti existant, supportatis tamen oneribus, tam omnibus in genere, quam eorum singulis personis de jure, ac de facto injunctis, ad quem effectum omnes in dicta ecclesia residere teneantur, nec ab ea discedere possint absque licentia ordinarii limitate semper concedenda sub poenis arbitrio nostro, et successorum nostrorum, ejusdemque ordinarii infligendis. Praeterea jus habeat convocandi capitulum, et in eo archipresbyter, et dicti duo canonici primae erectionis proponendi, votandi, et resolvendi omnia, quae in universum respiciunt particulare ipsorum interesse, ac jura ecclesiae respective; canonici autem postremo adjuncti votum pariter habeant in iis tantum respicientibus disciplinam, et ejusdem ecclesiae officiaturam, et non alias.

Jus condendi statuta, et ordinationes capitulares.

§. 8. Quaecumque de caetero statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, atque concilii Tridentini decretis minime adversantia per ordinarium prius examinanda, et approbanda edere, et edita declarare, interpretare, ac in meliorem formam redigere, seu etiam alia de novo, et ex integro eisdem sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini minime contraria, et ut praefertur, semper ab eodem ordinario prius examinanda, et approbanda, ac per eos, ad quos spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit, observare sub poenis in contravenientes infligendis, similiter edere libere, ac licite possint, ac valeant, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo concedimus, et impertimur.

Praeceptum de servandis libris capitularibus.

§. 9. Duo praeterea sint libri, seu codices bene compacti, quorum in primo propositiones, et resolutiones omnes capitulares; et in secundo statuta, et constitutiones, ut praefertur, editae per ordinarium approbatae, et in cancellaria abbatiali etiam descriptae fideliter registrentur, et referantur, ac in archivio parochiali, in pluteo tamen, seu particulari capsula, diversa tamen ab alia librorum parochialium, sub clavi retinenda per archipresbyterum, seu canonicum antiquiorem, et ad nutum omnium capitularium cum aliis quibuscumque scriptis collegiatam ecclesiam respicientibus deponantur, et perpetuo custodiantur.

Concessio rocchetti et mozzettae nigri coloris.

§. 10. Pro decore tandem hujusmodi ecclesiae parochialis in collegiatam saecularem, ut supra erectae archipresbyter, et canonici praedicti, eorumque successores rocchettum sine manicis, et mozzettam nigram cum globulis, et asulis ejusdem nigri coloris tam in Ecclesia, quam extra eam in processionibus, et functionibus, anniversariis, aliisque quibuscumque actibus, et functionibus publicis, et privatis, ac inter missarum solemnia, ac vesperarum, aliorumque divinorum officiorum celebrationem, ac etiam extra praedictum oppidum in dioecesi tamen Sublacensi, ac etiam in synodalibus comitiis in praesentia abbatis commendatarii ejus ordinarii, seu ab eo delegati gestare, illisque respective uti, ita tamen, ut convenientibus, vel una simul concurrentibus aliis abbatiae praedictae collegiatis, praecedentia semper debeatur antiquioribus, libere, ac licite possint, et valeant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictae dioecesis Sublacensis etiam juramen-

te, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXII.

Dat. die 18. augusti 1790. Anno XVI.

Venerabili fratri Caesari archiepiscopo Nisibensi, et apostolicae Sedis pro Hollandiae missionibus superiori conceditur jus nominandi pios sacerdotes pro visitandis ecclesiis Hollandiae et Zelandiae occidentalis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio, et tenor mandati.

§. 1. Cum in remotioribus Christiani orbis partibus, quarum necessitates propius inspicere non valemus, ad animarum salutem et spiritualem consolationem fidelium, et catholicae fidei propagationem valde utilem esse sentiamus piorum catholicorum doctrina, et orthodoxae fidei zelo praestantium virorum operam de Dominici gregis reliquorum salute, quae in Hollandia, Zelandia, et aliis inferioris Germaniae partibus occulte, aut aliter commorantur, Sathana instigante, a catholicae fidei obedientia desciverunt, paterna charitate solliciti, deque tua, qui dictis locis vicinior existis, fide, integritate, doctrina, atque catholicae religionis studio, aliisque virtutibus, ac generis nobilitate plurimum in Domino confidentes, tibi, dum illic Nostri et apostolicae Sedis munere fungeris auctoritate apostolica tenore praesentium facultatem tribuimus deputandi quandocumque tibi videbitur, aliquem vel aliquos viros religiosos, pios, catholicos, eruditos et in primis zelantes, qui in illis Hollandiae, Zelandiae et occidentalis Frisiae, ac aliis earum partium locis, in quibus episcopi sua munera pastoralia libere exercere nequeunt, omnia, et singula ecclesias, domus, monasteria tam virorum, quam mulierum, et alia pia, et religiosa loca etiam quandocumque et qualitercumque exempta, etiam apostolicae Sedi immediate subjecta, ac personas ecclesiasticas quascumque tam saeculares, quam regulares cujuscumque ordinis in illis degentes, tamquam apostolicae Sedis delegati visitare, ac tam in capite, quam in membris corrigere, et reformare, ac in catholicae fidei, et regularium institutionum observantia, et apostolicae Sedis obedientia confirmare, et alia, quae pro eorum salute et fidei catholicae propagatione secundum Deum expedire judicaveris, dummodo judicialiter non procedant, facere, nec non circa bona ecclesiastica, quae quoquomodo destituta erunt, ne ad manus haereticorum deveniant, opportune providere, et propterea de illis dummodo valorem mille scutorum aureorum fructus, redditus, et proventus annui centum florenos monetae illarum partium non excedant, nec non etiam de illis bonis mobilibus, et immobilibus, quae ecclesiasticis a poenitentibus pro tempore restitui contigerit in pios usus, aut alias disponere, ita tamen quod hujusmodi bona venditionis, permutationis, aut alias quovis titulo alienationis nullo pacto alienentur, nisi de ejusdem utilitate, seu necessitate ecclesiae constiterit, et alienationis causa a te probata fuerit cujus conscientiam desuper oneramus, et dummodo dispositio ista sic fiat, ut si aliquando contingat, quod Nos desiderio desideramus, catholicam fidem ibi restitui, et provincias easdem a catholicis, et legitimis dominis recuperari, bona praedicta ad ecclesias seu loca pia, ad quae pertinebant, redeant, ipso jure, ac illis restitui debeant; liceatque interim catholicis quibuscumque bona, quae ad ecclesias aliquando pertinebant conducere, pactumque in locatione pretium locatori tamquam justo possessori, sive haereo praestare, nec justo Domino ullatenus ad restitutionem teneantur, sed ut lucrum, quod inde forsan perceperint, salva conscientia possidere, et retinere, ac etiam quod

in eisdem locis dumtaxat illas personas, quae etiam forsan post publicationem concilii Tridentini in eorum locis, et parochiis legitime factam, sive uti juris ignari, sive ob antiquum ejus nationis abusum, vel quia ecclesiis ab haereticis occupatis, catholico parocho destitutae neque alterius catholici sacerdotis copiam habentes, matrimonium inter se forma per dictum concilium Tridentinum praescripta minime servata, et haereticorum more contraxerint, ac in matrimonio manere utrique conjuges cupiant, non tamen inter ascendentes, et descendentes, et dummodo primo, et secundo in linea aequali gradu consanguinitatis, vel affinitatis non sint, nec aliqui eorum voto religionis, et castitatis adstricti, seu aliquo sacro ordine initiati existant, imposita ipsis pro modo culpae poenitentia salutari ab haeresis labe, incestus reatu, et excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, quas propter praemissa quomodolibet incurrerunt, et excessibus in utroque foro absolvere, nec non cum eis, ut publice, vel occulte ratione loci, personarum, et temporis matrimonia inter se de novo contrahere, ac in eis postmodum remanere libere, ac licite valeant dispensare; prolemque exinde susceptam, et suscipiendam legitimam decernere, aut si post priorem contractum matrimonii mulier in haeresim lapsa sit, nec velit uti presbyteri catholici opera, aut iterum catholicam nuptiarum formam subire, habito solo utriusque mutuo consensu in matrimonio permanendi, et commorandi absque tamen contumelia Creatoris, ac prolem susceptam, et suscipiendam legitimam decernere, ac cum aliis quibuscumque illarum partium personis catholicis, quae in quarto simplici, vel tertio, et quarto consanguinitatis, seu affinitatis gradu conjunctae, seu se attinentes, ob catholicorum penuriam matrimonium contrahere libere, ac licite valeant dispensare prolem exinde suscipiendam legitimam nuntiare, atque laicorum opem in defectu religiosorum, dummodo de eorum in fide catholica, constantia, et doctrina ita certi sint, ut nullus error ab ipsis timendus sit in verbi Dei praedicationibus, seu exhortationibus privatim, et secreto cum fructu fieri solitis, uti libere, ac licite valeant: quodque liceat illis habere altare portatile cum debitis honore et reverentia, super quo in locis ad hoc congruentibus, et honestis, antequam e luce dies, cum casus necessitatis postulaverit, missas celebrare valeant, quodque ipsi aliis illarum partium sacerdotibus eamdem facultatem habendi altare portatile pro missis modo praedicto, et necessitate, ut praefertur, urgente, celebrandis concedere possint.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum, et locorum piorum praedictorum, illorumque ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod si tu, aut aliqui eorum, qui a te ad hoc deputati fuerint, ut praefertur, ratione praemissorum aliquid muneris, aut praemii, etiam sponte oblati recipere, exigere, aut petere ausi fueritis, eo ipso excommunicationis latae sententiae poenam incurratis, et nihilominus quidquid per vos gestum fuerit irritum et inane existat. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto. Derogatio contrariorum.

DCCCXXIII.

Dat. die 24. aug. 1790. Anno XVI.

Terra montis Filoptrani Auximanae dioecesis erigitur in civitatem.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Inter multiplices tribulationes, quae invenerunt Nos nimis a pastoralis officii ministe- Proemium.

rio, quod humilitati Nostrae nullis Nostris suffragantibus meritis, ex alto concreditum fuit, haud absonum esse arbitramur ad ea, quae oppidorum illustrium Nobis, et apostolicae Sedi etiam in temporalibus subjectorum splendidiori ornamento conducere, et populis erga Nos eamdemque Sedem fide, ac devotione praestantibus peculiarem consolationem afferre, illisque amplioribus titulis, et honoribus decorari possunt, consilia, curasque Nostras etiam convertere, ut hi novis hisce beneficiis devincti suam fidem, et studium erga Romanam Ecclesiam illorum matrem, et dominam in dies impensius intendant, ac caeteri ad similia largitionis munera promerenda inducantur.

Praestantia terrae describitur.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum communitatis, et hominum oppidi Filoptrani, seu vulgo montis Filoptrani Auximanae dioecesis Nobis expositum fuit, quod cum oppidum istud jam inde a saeculo quinto ex diruto, ut fertur, Veragrae Romanorum municipio eruperit, sensim subinde ad illam amplitudinem excrevit, ut non solum septem circiter millibus incolarum repertum sit; verum etiam cum maxima sit coeli benignitas, et loci salubritas, tum fertilitate agrorum, tum ubertate pabuli sui satis spatiosi territorii ad triginta, et ultra milliaria protensi facile caeteris circumstantibus Piceni terris, et oppidis antecellat. Quapropter cum populares sui divitiis semper affluerint, plures inibi recensentur familiae quae jamdiu inter nobiles aliarum status nostri ecclesiastici civitatum numerantur, ac cum aliis nobilibus familiis affinitatibus, et cognationibus junctae sunt; praeter quinque ecclesias parochiales jampridem pro spirituali oppidanorum consolatione erectas, alia etiam extat ecclesia, cui decem cappellani ad instar collegiatae ecclesiae inserviunt, ac copiosus tum saecularis, tum regularis clerus, neque desiderantur piorum hominum sodalitates, quae ad sex usque numerantur; duo quoque montes erecti reperiuntur, frumentarius alter, et mons Pietatis cum satis amplo, ac commodo hospitali, et nosocomio. Tandem cum aedificiorum elegantia, atque ecclesiarum copia oppidum istud satis illustre videatur; hinc memorati exponentes, quo ipsis, et eorum patriae praemissis dotatae titulis novum decoris addatur incrementum, eamdem terram civitatis titulo, et nomine condecorari summopere desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Erectio in civitatem.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, atque etiam motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine terram Filoptrani, seu montis Filoptrani praedictam in civitatem tenore praesentium perpetuo erigimus, et instituimus, eique civitatis titulum, et denominationem cum omnibus honoribus, juribus, praerogativis, ac decorationibus, quae caeteris omnibus ditionis Nostrae pontificiae civitatibus competere dignoscuntur, nec non confalonerio, et prioribus, seu magistratui ejusdem terrae in civitatem, ut praemittitur, erectae consuetis honoribus, et insigniis, quibus aliarum ejusdem ditionis civitatum magistratus de jure, usu, et consuetudine gaudere, seu uti possunt, pariformiter, ac parimodo, et absque ulla differentia gaudere, potiri, et uti concedimus pariter, et impertimur, ac ejusdem terrae incolas, et habitatores civium nomine decoramus, ita tamen ut nunc, et pro tempore existens episcopus Auximanus in dicta terra per Nos in civitatem erecta residere minime teneatur, sed illa ecclesiae Auximanae, ut prius subjecta remaneat, ac ex honore hujusmodi etiam in gubernium temporale nulla inducatur innovatio.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo; quod quicumque in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas praesentes emanarint sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quantumvis justa legitima, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimae, ac totalis laesionis nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam

quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra uti, seu se juvare posse; sed ipsas praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae praedictae camerarium, aliosque cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictae terrae, aliisve quibusvis etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus nostri anno decimo sexto.

DCCCXXIV.

Dat. die 31. aug. 1790. Anno XVI.

Confirmatur transactio canonicos sanctae Mariae in Via-lata inter, et principem ab Auria inita.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici parochialis, ac, ut asseritur, insignis collegiatae ecclesiae sanctae Mariae in Via lata de alma urbe, quod comperto per eos partem illam dictae ecclesiae, quae ad chorum subsidiarium internum, vulgo *il Coretto*, destinata existit, et palatio dilecti filii nobilis viri Andreae principis ab Auria adhaeret, ob rimas, hiatusque praesertim in fornice satis frequentes prompta reparatione indigere, post inspectionem ea super re dilecto filio Joanni Giansimonio architecto demandatam, sedulam navarunt operam in evolvendis eorum archivii libris sperantes aliquid circa constructionem, et existentiam hujusmodi chori ex eis erui posse; nec frustra, nam quaedam inventa est apocha inter tunc in humanis agentem Camillum principem Pamphilium, dictumque capitulum die VIII. mensis aprilis anni MDCCXXXI. edita, per quam, ultra alia pacta conventa, idem Camillus princeps onus amplifiationis fabricae saepedicti chori cum suis fornice, et tecto sibi assumpsit, prout in apocha ejusmodi, cujus tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Habita itaque per dictum Joannem architectum de, et super statu parietum, et fornicis praedictorum relatione, cum ex ea constiterit dictum tectum haud fuisse constructum, et ex ejus defectu parietes, et fornicem praedictos labefactos esse, et fatisci, exponentes manu ad opportunam reparationem admota, serio interim cogitantes quid super hoc negotio fieri oporteret, optimum factu censuerunt, praedictas apocham, et relationem eidem Andreae principi exhibere, prout exhibuerunt, ut ipse suum desuper sensum aperiret; qui quidem Andreas princeps, audito prius dilecto etiam filio Joanne Antinorio pariter architecto, et si nosset exceptiones nonnullas super intelligentia contractus per supra-

dictam epocham initi sibi competere posse, nihilominus ad avertendas quascumque discordiarum materias, et litium anfractus ad amicabilem concordiam devenire statuit. Hinc variis per personas ab utraque parte deputatas habitis consessibus, demum ad optatam concordiam in quinque capitibus contentam deventum est, quorum tenor est qui sequitur videlicet.

Tenor concordiae.

§. 2. I. Che previo il beneplacito apostolico da riportarsi a tutta cura del reverendissimo capitolo per l'approvazione del presente contratto, debba rinunziarsi hinc inde alle ragioni, ed alle eccezioni qualsivogliano dalle prenarrate cose, e circostanze, e da qualsisiane altre non espresse, benchè degne di espressione, in qualunque modo risultanti, le quali facessero in contrario al piano, e temperamento della concordia, che si è stabilita; sempre però bene inteso, che dalla medesima non possa acquistarsi il menomo diritto, o dallo stesso reverendissimo capitolo a qualunque altro effetto, o da verun'altro contro l'eccellenza sua, e suoi ec. perchè così ec., o non altrimenti ec.

Onera suscepta a principe ab Auria.

§. 3. II. Che sua eccellenza a propria cura, e spesa, ed in correspettività degli appresso esprimendi punti, debba fare risarcire quanto si è di danno nella spesso detta volta del coretto, e muri della medesima a giudizio del di lui perito architetto signor Antinori, e di farla indi coprire con camigia di rame, e sopra con mattonato, che copra il rame ad uso di arte.

Provisio pro tempore futuro.

§. 4. III. Che alla futura conservazione poi, e ad ogni casualità, che in qualsivoglia tempo anche rimotissimo fosse per accadere anche della totale rifabricazione della detta volta, l'eccellenza sua fin da ora, e sulli scandagli fatti della spesa occorrente riferita dal di lui architetto Antinori in scudi 73. 35., e dall'architetto Giansimoni per il reverendissimo capitolo in scudi 146. 30, come dalli fogli di questi rispettivi scandagli, che si consegnano a me notaro per inserirgli del tenore ec. debba contribuire con sborsare fin da ora al reverendissimo capitolo scudi cento, da depositarsi, ed investirsi a favore del reverendissimo capitolo coll'espressione della provenienza della presente concordia, in guisa che cessi per tutti li tempi avvenire ogni altro peso della detta eccellenza sua e suoi ec., e che inoltre al caso della rifabricazione della detta volta, da farsi come sopra a tutto carico del solo reverendissimo capitolo, abbiano dal medesimo a ripristinarsi lo stemma ed armi dell'eccellentissima casa.

Onera suscepta a rev. capitulo.

§. 5. IV. Che il reverendissimo capitolo in correspettività di quanto sopra, ed anche per il caso di rifabricarsi in ogni futuro tempo anche remotissimo la volta; debba rinunziare ora per sempre ad ogni diritto di costruire sopra quella il tetto, salvo che nella rifabricazione volesse abbassare la volta in modo che nel coprirla col tetto venisse al pareggio dell'altezza, che la è di presente senza il tetto.

Pactum de servanda lodia.

§. 6. V. Che alla loggia, che copre quella parte postica del palazzo di sua eccellenza, situata incontro la sagrestia della chiesa, sia lecito alla medesima eccellenza sua, e suoi ec. di apporre una ringhiera di ferro a cancello, la quale venga a formare un riparo al sicuro caminare sopra la medesima, dovendo la loggia suddetta restare quanto alla di lei esistenza nell'istessa situazione, ed altezza da non alterarsi nè punto, nè poco, come l'istessa eccellenza sua ha progettato.

Preces porrectae pro confirmatione transactionis.

§. 7. Quindi il priore, e canonici del capitolo di santa Maria in Via lata supplicano umilmente la Santità vostra del beneplacito apostolico ad effetto di poter stipolare il suddetto istromento ec.

Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo concordia hujusmodi suum sortiatur effectum memorati exponentes eam apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri, atque in publicum super ea condi instrumentum per Nos concedi plurimum desiderent.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 8. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: praeinserta concordiae capita auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, utque ea super publicum condi possit instrumentum concedimus, et indulgemus.

Digitized by Google

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiae, et capituli praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 10. septembris 1790. Anno XVI.

DCCCXXV.

Indulgetur ut ab utroque clero civitatis Mexicanae officium sancti Eligii episcopi sub ritu dup. minori cum missa, et lectionibus propriis jam approbatis recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit venerabilis frater modernus archiepiscopus Mexicanus, quod ipse ad augendam erga s. Eligium devotionem, et cultum, ut officium de com. Confess. Pont. sub ritu dupl. min. in honorem ejusdem s. Eligii cum lectionibus secundi, et tertii nocturni, ac missa propriis, jam pro capitulo, et universitate aurificum s. Mariae vinearum civitatis Januensis alias, nempe die XII. decembris MDCCLXXXVI. adprobatis, quotannis die prima decembris ab utroque clero suae civitatis Mexicanae recitari, et respective celebrari possit summopere cupiat; Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris: ut imposterum ab utroque clero civitatis Mexicanae quotannis die prima decembris officium de com. Conf. Pont. sub ritu dupl. min. in honorem s. Eligii praedicti cum lectionibus secundi, et tertii nocturni, atque missa propriis, ac ut praefertur, adprobatis, recitari, et respective celebrari possit, ac valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus ordinationibus, dictaeque civitatis, ejusque cleri etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat,

specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 11. septembris 1790. Anno XVI.

DCCCXXVI.

Ampliatio facultatum pro r. p. d. thesaurario generali, ejusque successoribus, in causis quibuscumque criminalibus.

Pius PP. VI.

Motu proprio.

Enumeratio facultatum, quibus utitur thesaurarius.

§. 1. Oltre la privativa giurisdizione, che in virtù di varie costituzioni, e di molti moti proprii, e chirografi de' diversi sommi pontefici Nostri predecessori compete al Nostro monsignor tesoriere generale, ed ai suoi successori in detto ufficio tanto come tesoriere, e collettore generale, quanto come soprintendente alle Nostre dogane, e respettivamente come castellano della Nostra fortezza di castel s. Angelo, e come commissario generale del mare di procedere nelle materie, e nelle cause civili, criminali, e miste risguardanti li detti uffizi, e sulle persone, che a tali uffizi appartengono sono di più forniti esso Nostro monsignor tesorier generale, e suoi suddetti successori delle facoltà di procedere in certi casi espressi nelle preaccennate pontificie disposizioni, contro tutte, e singole persone ancora ecclesiastiche secolari, o regolari, mendicanti, o non mendicanti di tutti gli ordini militari, benchè Gerosolimitano, vescovi, arcivescovi, e qualunque altra persona, che godesse privilegi, tutto che con titolo oneroso, o che per ragione dell' uffizio, o dignità abbisognasse di espressa, ed individua menzione, ed anche contro dei di loro beni, e segnatamente di far perquirere per rinvenire frodi, e contrabbandi di qualunque sorta non solo nei molini, case, collegi, conventi, ed altri luoghi immuni, e sagri, ma ancora nelle chiese delli sopraddetti ecclesiastici, ordini militari anche dei Gerosolimitani, ove dai defraudatori fossero state rimesse, ascose, custodite, o trafugate robe, mercanzie, ed altro, per cui si dovesse pagare la gabella, o altra roba, o mercanzia, per la quale fosse stata conceduta la privativa, ed anche ivi fare tutti gli atti, che da detto monsignor tesoriere generale, e suoi successori si stimeranno necessari, ed opportuni, senza licenza degli ordinari, governatori, giudici privativi, superiori, e protettori, coll' intervento però, ed assistenza di persona ecclesiastica da deputarsi dal mentovato monsignor tesoriere generale, e suoi successori, ed inoltre di venire alle estrazioni delle suddette robe di contrabbando, che dovessero pagare gabelle, o altro peso, o che godessero per privilegio la privativa, come ancora di altre robe, e mercanzie nei divisati luoghi trafugate per evitarne l' esecuzione di potersene servire per corpo di delitto nel giudizio criminale, e di procedere alla subastazione, e deliberazione respettivamente fare tutti quegli atti necessari, ed opportuni, e coll' altre facoltà di suddelegare privativamente anche una, o più persone, che più piacesse al succennato Nostro monsignor tesoriere generale, ed ai suoi successori.

Necessitas novarum concessionum.

§. 2. Con pregiudizio però di quella speditezza, che esigono precisamente le inquisizioni criminali mancano allo stesso Nostro monsignor tesorier generale, ed ai suoi successori nei detti uffizi le facoltà di far esaminare le persone ecclesiastiche nelle cause delle succennate persone dipendenti, e subordinate alla riferita privativa giurisdizione per li delitti tanto comuni, quanto risguardanti l' esercizio delle proprie incombenze, che non solo in Roma, ma eziandio nei feudi, tenute, e beni enfiteutici camerali, e circondario Pontino, ed in tutte le altre città, terre, castelli, ed altri luoghi anche baronali, mediatamente, o immediatamente soggetti alla santa Sede, si commettono dalle surriferite persone, e contro delle quali possono respettivamente procedere esso monsignor Nostro tesorier generale, e suoi successori nei detti uffizi, anzi le medesime cause soffrono un pernicioso ritardo dal non poter li ministri del tribunale del detto Nostro monsignor tesorier generale, e suoi successori nei detti uffizi accedere ai spedali, ed altri luoghi immuni per ivi ricevere le incolpazioni dei feriti, ed offesi, ed assumere li corpi dei delitti, come ancora dal non esser permessa nel medesimo tribunale la legittimazione dei processi per confronto dei testimoni fiscali cogl' inquisiti, e dal procedersi contro di questi

col mezzo di citazioni formali, allorchè si debbono eseguire le risoluzioni delle congregazioni criminali del ridetto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori.

Tenor praedictae concessionis.

§. 3. Volendo pertanto Noi togliere tutti questi impedimenti, e provvedere insieme al più possibile disbrigo delle cause, ed al sollecito corso della giustizia, la quale produce migliori effetti, se è prontamente amministrata, ed eseguita, colla presente cedola, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto l'intiero tenore delle succennate costituzioni, moti proprii, chirografi, e di altri indulti, e privilegi concessi, ed emanati dai prelodati sommi pontefici Nostri predecessori, e segnatamente della Bolla di Sisto Quinto del 23. gennajo 1590., dei chirografi d'Innocenzo XII. del 7. dicembre 1695., 15. settembre 1696.; 19. giugno 1700., di Clemente XII. del 12. settembre 1731., 21. agosto 1732., 2. febbrajo 1734., e 21. novembre 1739., del motu proprio di Benedetto XIV. del 19. ottobre 1740., di altro chirografo dello stesso pontefice Benedetto XIV. del primo febbrajo 1741. diretto a monsignor Filippo Bondelmonte allora governatore, e vice-camerlengo della Nostra città di Roma per la cumulativa giurisdizione col divisato monsignor tesoriere generale, e suoi successori sopra le persone dei semplici patentati, ed altri sopranumerari della Nostra fortezza di castel s. Angelo nelle materie indifferenti, e non risguardanti li proprj uffizi di altri moti proprii dal medesimo pontefice del primo marzo 1742., del 31. marzo 1745. del chirografo del 19. ottobre 1748., degli altri due moti proprii del medesimo Benedetto XIV., del 30. gennajo 1751., e del 15. settembre 1756. del chirografo di Clemente XIII. del 26. maggio 1762. e di altro Nostro moto proprio segnato il 19. maggio 1784., e di qualunque altra cosa quantosivoglia necessaria di esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, approvando, e pienamente confermando le suddette apostoliche concessioni sulla detta privativa giurisdizione civile, criminale, e mista, e sull'amplissime facoltà di sopra espresse, concediamo di più e conferiamo al suddetto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei replicati uffizi di tesoriere, e collettore generale, di sopraintendente alle Nostre dogane, di castellano della Nostra fortezza di castel s. Angelo, e di commissario generale del mare, ed alli ministri, che attualmente servono, e serviranno al suo tribunale per li mentovati uffizj, ancorchè siano, e fossero meri laici, le altre facoltà di poter sottoporre, ed astringere agli esami le persone ecclesiastiche, secolari, o regolari, ed in qualunque modo privilegiate, ed esenti, che avessero bisogno di special menzione nelle cause di quei, che sono dipendenti, e subordinati alla menzionata privativa giurisdizione per li delitti tanto comuni, quanto risguardanti l'esercizio delle proprie incombenze, che non solo in Roma, ma eziandio nei feudi, tenute, e beni enfiteutici camerali nel circondario Pontino, ed in tutte le altre città, terre, castelli, e luoghi anche baronali mediatamente, ed immediatamente soggetti alla santa Sede si commettono dalli surriferiti dipendenti, e subordinati, e contro de' quali possono respettivamente procedere esso monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi, senza veruna dipendenza dagli ordinarj governatori, giudici privativi, e superiori delle dette città, terre, castelli, ed altri luoghi surriferiti, servata però quanto ai contrabbandi, ed alle perquisizioni delle robe fraudolenti, nascoste, e trafugate nei luoghi sagri, ed immuni la forma dei suddetti chirografi d'Innocenzo XII. del 7. dicembre 1695. del 15. settembre 1696. del 19. giugno 1700., e di Clemente XII. del 12. settembre 1731, e del 21. novembre 1739., per l'intervento di persona ecclesiastica; e qualora accada che nelle suddette cause debbano procedere altri ministri, che non siano addetti attualmente al suddetto tribunale di monsignor tesoriere, e suoi successori, concediamo similmente ai medesimi monsignor tesoriere, e successori nei detti uffizi, che possino comunicare a tali ministri non attuali da loro suddelegati non solo le facoltà di inquirere, e di procedere per le materie de' contrabbandi contro le suddette persone ecclesiastiche nel modo stesso, con cui procederebbero gli attuali ministri del tesorierato, e ciò non ostante l'espressione di qualche bando, che potesse mai interpretarsi diversamente. Ma anche l'altre di poterle astringere, e sottoporre agli esami non solo per le materie dei contrabbandi, ma anche per tutti gli altri delitti comuni di sopra espressi, sempre però coll'assistenza di persona ecclesiastica da deputarsi o dal detto Nostro monsignor tesorier generale, e suoi suc-

cessori nei detti uffizi, o da chi sarà da lui, o dal loro delegato senza veruna dipendenza dagli ordinari, e dai ministri delle curie ecclesiastiche. Concediamo inoltre alli suddetti ministri quantunque meri laici, che attualmente servono, e che serviranno al divisato tribunale del detto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi la facoltà di potere in tutti gli enunciati casi, materie, e delitti accedere agli spedali, ed altri luoghi immuni della Nostra città di Roma, ed in essi ricevere le incolpazioni degli offesi, e dei feriti, assumere li corpi dei delitti, e poter ancora far uso in giudizio tanto delle altre incolpazioni, quanto degli atti dei divisati corpi dei delitti, come se fossero stati formati, e respettivamente ricevute in luoghi meramente profani, ed inclusivamente sino alla sentenza definitiva, e sua totale esecuzione.

Praxis servanda in processibus criminalibus.

§. 4. Rapporto poi alla legittimazione dei processi, accordiamo, e concediamo al suddetto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi, loro ministri, e delegati la facoltà di poter procedere alla detta legittimazione, anche per mezzo del confronto dei testimoni fiscali cogl' inquisiti nel modo stesso, forma, e stile, con cui suole esercitare una tale facoltà il tribunale del governo di Roma; e finalmente quanto alle citazioni formali ai medesimi inquisiti per le esecuzioni delle risoluzioni della congregazione criminale del detto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi, vogliamo, ed ordiniamo, che intervenendo nelle riferite congregazioni uno dei cancellieri, e segretari della Nostra camera apostolica da scegliersi da loro medesimi, o uno dei sostituti notari criminali similmente da deputarsi dai detti segretari, e cancellieri, quante volte ad essi parerà, e piacerà, e registrandosi dal detto segretario, o cancelliere, o dal sostituto notajo deputato le succennate risoluzioni nel solito libro, che si conserva nell' uffizio criminale sottoscritte, che saranno da quel segretario, e cancelliere, o da quel sostituto notajo, che si sarà trovato presente in congregazione, abbiano le dette risoluzioni forza, e vigore di atti giudiziali, e si possa procedere all' esecuzione delle medesime risoluzioni senza veruna citazione, o intimazione, purchè però non si tratti della pena della vita, o di condannati in contumacia, nei quali casi vogliamo, che si osservi il solito a forma della disposizione di ragione delle costituzioni apostoliche della pratica, dei stili, e della consuetudine degli altri tribunali in simili casi per esser tutto ciò mente, e volontà Nostra precisa.

Clausulae salutares, et irritantes, cum derogatione contrariorum.

§. 5. Volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di moto proprio, benchè non ammessa, nè registrata in camera, e nei suoi libri vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice firma, nè gli si possa in alcun tempo opporre di surrezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse, e ciascuna di esse giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale ancorchè collegiato, e composto di reverendissimi cardinali, ed anche legati a latere, vice-legati, e da qualunque altro di qualsivoglia preeminenza, e superiorità, togliendo loro, ed a ciascheduno di essi la facoltà, ed autorità di giudicare, e decidere, definire, ed interpretare diversamente, dichiarando da adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente, ed ignorantemente si facesse, o si tentasse di fare in contrario, ancorchè non vi siano stati chiamati, citati, nè sentiti monsignor commissario generale della Nostra camera, il fiscale generale, li capi de' tribunali anche collegiati, e composti come sopra di reverendissimi cardinali, e qualsisiano altri, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse, non ostante la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, e qualsisiano rescritti, risoluzioni, sentenze, e decreti, che in qualunque caso, e tempo fossero emanati da qualsivoglino giudici, e tribunali, quali in caso che fossero contrari a quanto abbiamo, come sopra, prescritto, ed ordinato, annulliamo, revochiamo, e dichiariamo nulli, irriti, ed invalidi, talmente che non possano mai dedursi, nè allegarsi in esempio, bolle, chirografi, moti proprii anche concedenti a qualunque altro tribunale, compreso ancora quello del governo di questa Nostra città di Roma la cumulativa di procedere con altri tribunali, che generalmente, o specialmente godono la privativa giurisdizione, la regola della Nostra cancellaria de *jure quaesito non tollendo*, e qualsisiano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi civili, e canoniche statuti,

loro riforme, usi, stili, e consuetudini ancorchè immemorabili, bandi penali, liti pendenti, ed ogni altra cosa, che facesse, e potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e supplendo Noi colla pienezza dello Nostra suprema, ed assoluta potestà a qualunque vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che nelle cose premesse potesse intervenire, per questa volta solamente, ed all' effetto premesso specialmente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 25. settembre 1790.

PIUS PP. VI.

Dat. die 25. sept. 1790. Anno XVI.

DCCCXXVII.

Instante archiepiscopo Trevirensi supprimitur monasterium beatae Mariae virginis Springirsbacensis, et erigitur equestris collegiata ecclesia.

Venerabili fratri Clementi Wenceslao archiepiscopo Trevirensi, et S. R. I. principi electori.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Permulta, atque praeclara regularium ordinum in christianam rempublicam merita, quae, et in salutem animarum, et in religionis cultum, et in proximorum aedificationem longe, lateque dimanant, ita summorum pontificum praedecessorum Nostrorum curam, et sollicitudinem in omni tempore excitarunt, ut ad illorum decus amplificandum, propagandumque, et si quid vetustate imminutum, aut rerum humanarum vicissitudinibus contractum sit, instaurandum, restituendumque modis omnibus adlaboraverint: nec vel ullum unquam ex dictis religiosorum coetibus, atque familiis, vel etiam aliquod illorum monasterium, seu conventum funditus interire, penitusque extingui passi sunt, nisi cum aut summis versari angustiis, aut eorum res, spesque omnes adeo pessundatas, atque labefactatas esse cognoverint, ut nullo prorsus pacto ulterius possent consistere.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum moderni prioris, et canonicorum regularium ordinis sancti Augustini monasterii beatae Mariae virginis in Springirsbach, cum jam illius abbas ab anno, et ultra defunctus sit, istius dioecesis Trevirensis, ac in illius, et ducatus Bipontini respective territoriis existentis expositum Nobis nuper fuit, quod licet alias, et ab ipsa suimet fundatione circa scilicet undecimum saeculum a pia muliere Benigna de Daun, ut asseritur, facta, et ad sequiora usque tempora canonici regulares in monasterio, seu abbatia hujusmodi, quae postmodum eximiis, largisque donationibus, tum ab archiepiscopis Trevirensibus, tum a comitibus Palatinis fuerat aucta, atque cumulata, viventes, in quorum numero, ut plurimum nobiles, ac ducentis ferme annis omnes de illustri genere nati erant, orationibus, et choro jugiter vacando, vitaeque monasticae regulis assidue insistendo, susceptam vivendi rationem religiose custodierint, finitimisque populis quam maxime utiles essent: attamen cum nihil humanum durabile, novissimis temporibus, et hac praesertim tempestate, in qua adolescentes propter hujus saeculi cupiditatem ab humili, ac laborioso coenobitarum instituto, facile deterrentur, factum est, ut tepescente regularis disciplinae fervore raro nobiles indigeni, pauci vero alienigeni inventi sunt, qui in hoc monasterio, seu abbatia huic vitae generi se mancipare voluerint: atque hinc numerus capitularium paulatim decrescens adeo nunc imminutus est absque spe illud augendi, ut comprehenso priore, septem tantum numerentur canonici regulares, qui cum ut plurimum viribus, ac senio confecti sint, praescripta regularia onera vix, aut ne vix quidem adimplere possunt, proindeque in dies divinum cultum decese, ipsam fundationem deficere, penitusque interire necesse sit. Quae cum ita sint cum ejusdem monasterii bona partim in condominio pro tempore existentis ducis Bipontini, partim in ipso Bipontino ducatu heterodoxorum partibus addicto consistant, immo, cum dilecti filii nobilis viri Caroli Augusti moderni ducis Bipontini, licet apprime catholici, aulici, et administri sic cogentibus rerum circumstantiis, vel Augustanae confessionis, vel sic dictae reformatae religionis partes sequantur, verendum valde est, ne praefata bona ad prophanos usus, et catholicae religioni prorsus alienos paulo post applicen- Expositio precum porrectarum a priore et canonicis regularibus.

Digitized by Google

tur. Quocirca cum memorati exponentes haec ingruentia mala avertere, immo ex eis multam quoque catholicae Ecclesiae utilitatem capere desiderent, idque facile consequi posse in se recipiant, si immutata ipsius abbatiae regularis conditione illa in equestrem collegiatam ecclesiam sub certis legibus, ac statutis auctoritate apostolica convertatur, unanimi consensu tuum consilium, tuumque patrocinium implorarunt, ut id negotii tam grave, tamque difficile susciperes.

Ratio erigendae collegiatae.

§. 3. Itaque cum nil tibi antiquius sit, quam ea, quae in populorum tuae pastorali sollicitudini concreditorum, spiritualem aedificationem, divinique cultus augmentum cadunt curare, constito tibi prius de ejusdem Caroli Augusti ducis Bipontini monasterii hujusmodi, ut praefertur, condominii territorialis a dictis canonicis regularibus hisce desuper reportato consensu, immo cum ipso etiam communicato consilio, ablegataque locali commissione ad probanda vera esse, quae asserebantur, cum tibi omnia superenunciata, praesertim vero memoratorum juvenum, qui nobilitate generis conspicui sint, quique institutum praedictum profiteri cupiant, defectum probata apprime fuerint, ideoque noveris, neque antiquam monasterii praedicti conventualitatem, neque regularem disciplinam, ac observantiam restitui fas esse, et jam jam ipsam fundationem ad interitum prorsus rui, e converso innumera propemodum, tum religioni, tum reipublicae parari possent commoda, si suppresso, ac abolito monasterii praedicti regulari instituto, illiusque superstitibus canonicis regularibus praedictis ad saecularem statum redactis, ecclesia ejusdem monasterii in saecularem, et equestrem collegiatam erigatur, institutis octo canonicis saecularibus clericis, seu presbyteris, quorum quinque de nobili genere sint procreati, caeteri vero in sacra theologia, vel in utroque, aut saltem canonico jure, seu alias in artibus sint graduati, et quorum alius decanus, alius custos, tertius cantor, et quartus cellerarius existat. Sex quoque vicarii fundentur, inter quos uni animarum cura praecipue, ac principaliter incumbat, caeteri vero curae subsidiariae addicti cunctis dominicis, aliisque de praecepto festivis diebus in ipsa sic erigenda collegiata ecclesia verbum praedicare Dei, cathechizare, ecclesiae sacramenta administrare, et Christifidelium confessiones excipere alternis vicibus teneantur. Sic enim circumjacentium pagorum, et villarum incolae ad hanc sic instructam ecclesiam dominicis, aliisque festivis diebus, ut solent, confluentes, quidquid ad catholicam religionem, ad pietatem, ac bonos mores pertinet, facile percipientur, patriaeque nobilitati esset consultum, atque hinc etiam opportunissima suggerentur media, quibus viris de catholica Ecclesia, et republica benemeritis rependi, adolescentibus, qui optimam de se concitarunt expectationem ad scientiarum, bonarumque artium, ac virtutum studia impelli, ac excitari liceret, ut deinde in utiles Dei ministros assurgentes in Ecclesiae, et reipublicae commodum sui expectationem sustinere, tuerique possent. Quibus omnibus rite, seduloque, a te consideratis, cognitaque temporum acerbitate, nil propterea hisce difficillimis temporibus opportunius, nilque aptius fieri posse, quam si hoc suppresso monasterio omnia praedicta auctoritate apostolica perficientur; Nobis hinc pariter cum memoratis exponentibus supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur tui, eorumdemque exponentium testimonio freti, cum constet ob valde imminutum canonicorum regularium dicti monasterii numerum, quin in hisce difficillimis temporibus spes effulgeat illud imposterum augendi, omnino regularem observantiam in monasterio praedicto defecisse, praeclusumque esse omnem aditum ad illam restituendi, proindeque nullum commodum ex illius subsistentia, in circumstantibus populis promanare. Atque ex supradictis omnibus causis, aliisque rationibus adducti praeclara Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum in similibus casibus exempla sectantes, omnesque, et singulas personas, quarum favore praesentes Nostrae literae spectant, atque concernere possent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, tuisque ac memoratorum exponentium precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae, de cujus zelo, prudentia, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus per praesentes committimus, ac mandamus, ut in di-

cto monasterio abbatia beatae Mariae virginis Springirsbacensis, ut praefertur nuncupat. abbatialis, et conventualis mensarum, ac singulorum officiorum claustralium, et locorum canonicalium, aliorumque membrorum quorumcumque quovis nomine nuncupatorum ab eo respective dependentium nomen, titulum, denominationem, naturam, et essentiam regularia, ac omnem respective statum, dependentiam, et instituta regularia, ejusdem monasterii dignitatem ipsam abbatialem, illiusque titulum etiam collativum auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas, ac ad statum saecularem dictum monasterium, illiusque officia claustralia, loca canonicalia, et alia membra quaecumque quovis nomine ab eo, ut praefertur, nuncupata dependentia auctoritate praedicta perpetuo rediges, et immutes.

Conservatio privilegiorum.

§. 5. Nec non ipsum modernum priorem, et sex canonicos regulares in monasterio, et ordine praedictis expresse professos ad statum pariter saecularem, salvis, et illaesis remanentibus privilegiis, indultis, exemptionibus, praerogativis, honoribus, aliisque gratiis quibuscumque tam spiritualibus, quam temporalibus, et mixtis dicto monasterio, ac canonicis regularibus supradictis apostolica, aut quavis alia auctoritate quomodolibet concessis, ac etiam de jure, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet competentibus; quoad ea tamen, quae in usu sunt, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, et concilii Tridentini decretis, seu statui saeculari non repugnent, cum omnibus applicationibus quorumcumque fructuum, bonorum, jurium, ac proprietatum, et actionum quarumcumque ad illorum respective favorem, et commodum alias tamen canonice factis, nec non cum decimis, juribus, laudemiis, recognitionibus, servitutibus, livellis, possessionibus, proprietatibus, legatis, donationibus, rebus, et bonis ad illos legitime spectantibus, et quae in futurum quomodolibet spectare poterunt, tam per Sedem apostolicam, illiusque legatos, aut nuncios, quam per imperatores, reginas, principes, et alios utriusque sexus Christifideles quoscumque etiam intuitu, et contemplatione religionis, seu status regularis, et quamdiu ille inibi vigeret, concessis, donatis, relictis, legatis, et elargitis: cum responsionibus, et praestationibus annuis, tam in pano, vino, pecuniis, granis, frugibus, et aliis quibuscumque rebus consistentibus abbati, priori, et canonicis regularibus ipsius monasterii conjunctis, et eorum unicuique in specie debitis, in omnibus, et per omnia, perinde ac si status regularis hujusmodi minime immutatus fuisset, dicta auctoritate reducas. Atque memoratum priorem, et sex canonicos regulares hujusmodi ab omni, et quacumque observantia, vinculo, nexu, seu obligatione constitutionum, ordinationum, definitionum, institutorum, statutorum, et consuetudinum regularium monasterii, et ordinis praedictorum, quae professi sunt etiam auctoritate apostolica confirmatorum, et roboratorum, et a quocumque votorum per eos emissorum obligatione, seu observantia, castitatis voto dumtaxat excepto, ita ut ipsi deinceps, nec habitum regularem deferre, aut aliquid regularitatem indicans gestare, aut facere, vel constitutiones, ritus, mores, et statuta ordinis, et monasterii praedictorum etiam quoad victum, jejuniorum observantiam, seu ciborum abstinentiam, aut quaevis alia, ad quae ex virtute regulae, et professionis per eos emissae, vel consuetudine, aut quavis alia ex causa respective tenentur observari, et facere minime adstringantur, sed in habitu, tonsura, incessu, victu, moribus, et divinorum officiorum celebratione clericis, et presbyteris mere saecularibus ubique libere, ac licite, et sine alicujus transgressionis apostasiae, inhabilitatis, et infamiae nota, ac censurarum, vel aliarum poenarum etiam per regulas, et instituta ordinis, aut apostolicas constitutiones quomodolibet comminatarum, vel inflictarum incursu se conformare libere, ac licite valeant, et omnino debeant, ita ut de caetero iidem prior, et canonici regulares clerici, seu presbyteri saeculares sint, et pro talibus vere omnino, ac in omnibus, et per omnia habeantur, et reputentur auctoritate praedicta absolvas, et totaliter liberes.

Provisiones circa personas prioris, et canonicorum.

§. 6. Eisdemque priori, et canonicorum regularium personis, ut praefertur, in dicto monasterio professis, et ad saecularem statum sic redactis, ut ipsi ad instar clericorum, seu presbyterorum saecularium, prior videlicet infrascriptum decanatum, simulque unum, et unam ex canonicatibus, et praebendis, ut infra erigendis: quilibet vero ex praedictis sex canonicis regularibus unum pariter, et unam ex similibus canonicatibus, ac praebendis una cum altero ex officiis in infrascripta collegiata eccle-

sia, ut infra erigenda, instituendis; et deinceps alia quaecumque una cum cura, et sine cura saecularia, nec non praedicti, et aliorum ordinum regularia beneficia ecclesiastica, etiamsi saecularia, videlicet alii canonicatus, et praebendae dignitates, etiam si majores, et principales, personatus, administrationes, et alia officia etiam curata, et electiva in cathedralibus, metropolitanis, collegiatis, aliisque ecclesiis etiamsi pastorales ecclesiae, vel earum perpetuae vicariae fuerint: regularia vero beneficia hujusmodi, monasteria, prioratus etiam conventuales, et electivi fuerint, si eis alias canonice conferantur, et respective apostolica auctoritate praedicta commendentur, aut ipsi eligantur, praesententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur in eisdem: saecularia videlicet in titulum, regularia vero beneficia hujusmodi in commendam recipere, et dummodo plura simul non sint quam quae a concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit, praeviis tamen dispensationibus apostolicis ad formam aliorum presbyterorum saecularium acquirere, possidere, ac retinere, nec non quascumque pensiones annuas super similium, vel dissimilium beneficiorum ecclesiasticorum fructibus, redditibus, et proventibus, ac etiam distributionibus quotidianis apostolica auctoritate eis, aut cuilibet eorum reservandas etiam quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit, percipere, exigere, levare, ac in suos usus, et utilitatem libere, ac licite convertere, ac tam de redditibus, seu assignamentis annuis per eos ad praesens percipi solitis, quam de eorum propriis bonis post secularizationem hujusmodi de novo acquirendis in cujuscumque personae eis benevisae de jure tamen capaci, favorem, et commodum etiam libere, ac licite testari, seu alias disponere, non autem succedere, seu obtinere successiones ab intestato, ita ut ipsi ne familiarum turbetur concordia, nec legitimam, aut quidquam aliud quod ad eorum respective parentes, consanguineos sive alios etiam extraneos ratione professionis per eos emissae, seu renunciationis ab iis ante professionis hujusmodi emissionem legitime factae quomodolibet, tam ab intestato, quam ex donationibus, contractibus, testamentis, aut qualitercumque hactenus delatum sit, praetendere possint, sed legata, bona, ac jura ex testamento, et donationibus inter vivos, sive causa mortis, et ex quibuscumque licitis contractibus acceptare, acquirere, ac similiter de eis disponere valeant dicta auctoritate concedas, et indulgeas.

Erectio novae collegiatae.

§. 7. Post haec ut hac suppressione, ac secularizatione hujusmodi aliquod commodum catholicae religioni, et reipublicae obveniat, eidem fraternitati tuae pariter per praesentes committimus, atque mandamus, ut ipsius monasterii, sic suppressi, et ad statum saecularem, ut praefertur, redacti ecclesiam saecularem, et equestrem collegiatam sub titulo, et invocatione ejusdem beatae Mariae virginis Springirsbacensis nuncupandam cum infrascripto capitulo, choro, fabrica, mensa capitulari, arca, bursa, et sigillo communibus, omnibusque aliis signis, insigniis, privilegiis, juribus, exemptionibus, honoribus, et praerogativis, tam spiritualibus, quam temporalibus, praeeminentiis, antelationibus, concessionibus, et gratiis aliis saecularibus, et aequestribus collegiatis ecclesiis, non tamen exemptis, sed jurisdictioni ordinariae subjectis, de jure, usu, consuetudine, privilegio non tamen ex indulto, seu privilegio particulari competentibus, seu titulo oneroso concessis auctoritate Nostra apostolica erigas, et instituas: atque haec ecclesia in saecularem, et equestrem collegiatam, ut infra, erigenda, sub tua, ac pro tempore existentis archiepiscopi, et electoris Trevirensis jurisdictione, correctione, et visitatione persistere, ac statutis, et ordinationibus per te, aut tuos successores, ut infra, faciendis, et reformandis semper, et in perpetuum regi debeat, pariter statuas, atque declares.

Distributio dignitatum, et canonicorum.

§. 8. Volumus praeterea, ut in ea unum decanatum, qui inibi dignitas principalis, et unica sit, quique una cum altero, et altera ex infrascriptis canonicatibus, et praebendis insimul absque dispensatione apostolica obtineri debeat, ad quem pro hac prima vice, et a primaeva illius erectione infrascripta vacantem tibi eumdem modernum priorem ad statum saecularem, ut praefertur, redactum eligendi, illumque in eo respective instituendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur. Deinceps vero, et dum illum pro tempore per cessum, vel decessum, vel quovis alio modo vacare contigerit, electionem personae idoneae de gremio infrascripti capituli ad ipsos infrascriptos capitulum, et canonicos dictae equestris, et col-

legiatae ecclesiae, ut infra erigendae omni tempore spectare, et pertinere, ita tamen ut electio hujusmodi a fraternitate tua, vel a successoribus tuis archiepiscopis, et electoribus Trevirensibus pro tempore existentibus quemadmodum alias illis abbatibus monasterii hujusmodi, dum regulare erat, electionem a canonicis regularibus hujusmodi factam confirmandi jus erat, sic in posterum vestra ordinaria auctoritate semper, et quandocumque confirmanda sit, utque eadem electio fiat de uno presbytero ipsius equestris, et collegiatae canonico, qui caput capituli existat, primumque in eo, ac choro ipsius collegiatae, nec non singulis illius functionibus, et processionibus locum habeat, iisque gaudeat praerogativis, quae sibi de jure competere possunt, auctoritate, et tenore praedictis decernimus, atque mandamus; nec non octo canonicatus, totidemque praebendas, quorum quinque videlicet de nobili genere procreatis, reliqui vero tribus in sacra theologia magistris, vel in utroque, aut saltem canonico jure, seu alias per adprobatam studii generalis universitatem in artibus graduatis respective clericis, seu presbyteris futuris dictae saecularis, et equestris collegiatae ecclesiae ut infra erigendae canonicis illius capitulum componentibus affecti, et affectae respective sint, et debeantur, quos tamen canonicatus, seu praebendas pro hac prima vice, et a primaeva illorum erectione infrascripta etiam vacantes a te, quod ad illorum septem scilicet ejusdem supradictis ipsius monasterii priori, et sex canonicis regularibus ad saecularem statum, ut praefertur, reductis: quo vero ad illorum octavum personae tuo arbitrio eligendae conferendos, aut conferendas esse concedimus.

Concessio juris patronatus favore archiepiscopi, et electoris Trevirensis, et leges in electionibus servandae.

§. 9. Deinceps porro ad canonicatus, seu praebendas hujusmodi similiter illos, et illas quotiescumque, et quomodocumque pro tempore vacare contigerit, nominationem, seu praesentationem respectivarum personarum, ut supra qualificatarum in eis per ordinarium loci respective instituendarum tibi, tuisque successoribus archiepiscopis, et electoribus Trevirensibus pro una; pro altera vero alternis vicibus supradicto Carolo Augusto, suisque successoribus ducibus Bipontinis respective pro tempore existentibus juxta conventionem inter eos initam semper alternatim perpetuo contemplatione, et intuitu territorialis condominii, ac donationum, ejusdemque sic suppressi monasterii favore dudum ab eis, ut praefertur, respective factam auctoritate, et tenore praedictis reservamus, illisque in futurum, ac perpetuo competere decernimus; insuper unum etiam custodis, alium cantoris, ac alium cellerarii respective perpetua officia per tres respectivos ejusdem saecularis, et equestris collegiatae ecclesiae sic erigendae canonicos una cum suis canonicatu, et praebenda similiter absque dispensatione apostolica respective obtinenda, et ad quae tam pro hac prima vice, et a primaeva itidem illorum erectione infrascripta vacantia, ac etiam deinceps quoties illa pro tempore quovis modo pariter ex personis ea respective obtinentibus vacare contigerit, electionem personarum de eorum canonicorum gremio desumendarum ad primo futuros et pro tempore existentes decanum, capitulum et canonicos dictae saecularis, et equestris collegiatae ecclesiae sic erigendae perpetuo similiter spectare, et pertinere edicimus, nec non demum sex vicarias residentiales, quarum unam scilicet ad electionem dictorum capituli, et canonicorum ipsius equestris, et collegiatae ecclesiae sic erigendae in personam unius ex sex vicariis infrascriptis, illius vacatione pro tempore occurrente, ac etiam hac prima vice respective faciendam, cui regimen parochiale principaliter immineat, ac quinque subsidiarias nuncupandas ad formam statutorum a te, ut infra, conficiendorum, praevio tamen examine respectivarum personarum per examinatores in synodo dioecesana juxta concilii Tridentini formam deputatos, si istic sint, prout esse debent, sin minus absque illis faciendo respective conferendas, quibus in exercitio curae animarum vicarium primarium, ut infra coadjuvandi onus incumbat, pro sex presbyteris futuris in dicta saeculari, et equestri collegiata ecclesia vicariis, qui alternis inter se vicibus singulis dominicis, aliisque de praecepto Ecclesiae festivis anni diebus sacrum currens evangelium populo inter missarum solemnia exponere, et explicare, verbum Dei praedicare, cathechizare, Ecclesiae sacramenta ministrare, ac Christifidelium confessiones excipere omnino teneantur, auctoritate Nostra praedicta perpetuo, et respective erigas, et instituas.

Destinatio mensae capitularis, et distributio inter ecclesias addictos

§. 10. Ut porro futuri capituli hujusmodi subsistentiae consulatur, nec non decanatui, canonicatibus, et praebendis, officiis, ac vicariis, ut praefertur, erectis de congrua dote,

illosque, atque illas pro tempore obtinentibus de congrua substentatione provideatur; atque pro onerum eis, et eorum cuilibet respective incumbentium supportatione, nec non ejusdem saecularis, et equestris collegiatae ecclesiae sic erectae, illiusque capituli, praedictae fabricae, aliorumque infrascriptorum manutentione ex integralibus ipsius monasterii, ut praefertur, suppressi redditibus, et proventibus, qui ad summam florenorum Rhenensium sexdecim mille, et noningentorum septuaginta quatuor alborum trium, et denariorum quinque, exceptis silvis, demptisque oneribus ordinariis, annuatim ascendunt, aliqua constituatur summa: decanatui scilicet unam sexcentorum, ac unicuique ex praedictis octo canonicatibus, et praebendis aliam mille, et centum, ac cuilibet ex custodis nempe et cantoris utpote non multo labore gravatis aliam centum, cellerarii autem respective officiis praedictis aliam quadrigentorum; itemque unicuique ex sex vicariis, ut praefertur, erectis hujusmodi aliam quadringentorum, et quinquaginta; nec non syndico capituli supradicti aliam septingentorum, ac aeditui, seu sacristiae, et organico, seu organistae ejusdem saecularis, et equestris collegiatae ecclesiae cuilibet eorum videlicet aliam ducentorum, fabricae demum supradictae reliquam mille, et quingentorum florenorum Rhenensium praedictorum respective summas (caeteris mille, et sexcentis septuaginta quatuor florenis hujusmodi, et albis octo, et denariis quinque ex integralibus ejusdem monasterii fructibus hujusmodi superxtantibus pro contributionibus, reparationibus aedificiorum, processibus, aliisque expensis extraordinariis pro tempore faciendis, prout desuper a te statutum, ac determinatum fuerit, reservatis, et addictis remanentibus) eadem Nostra apostolica auctoritate perpetuo, et annuatim respective assignes, concedas, et applices.

Monita circa implementum munerum, et onerum supportatione.

§. 11. Ne autem novi hujus capituli institutio umquam a suo quo prodiit fine, quemque collimat, et ad quem praecipue spectat, divini scilicet cultus promovendi, animarum salutem procurandi desciscat, sed in eo ecclesiae disciplinae observantia jugiter, atque in aevum intacta servetur; idque nonnisi ab optimis, providisque legibus, atque statutis non quidem a partibus, quae propriae aliquando carnis amore deceptae nimium faventur sibi statuere visae sunt, sed a locorum ordinariorum prudentia, et auctoritate faciendis, ac pro rerum, et temporum varietate mutandis, et corrigendis plurimum pendere noscatur. Hinc in virtute sanctae obedientiae omnibus, et singulis futuris, et pro tempore existentibus ejusdem saecularis, et equestris collegiatae ecclesiae, ut praefertur, erectae capitulo, canonicis, vicariis, aliisque supradictis districte injungimus, praecipimus, et mandamus, ut ipsi, et eorum quilibet quibuscumque statutis, ordinationibus, capitulis, et decretis licitis tamen, et honestis, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini praedicti minime adversantibus, quae pro supradictae saecularis, et equestris collegiatae ecclesiae sic erectae, illiusque rerum, bonorum, et jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique statu, regimine, gubernio, et directione, diversorum officiorum, funeralium, anniversariorum, et suffragiorum celebratione, omniumque et singulorum onerum, eleemosynarum et obbligationum monasterio praedicto sic suppresso incumbentium adimplemento: distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione, et divisione; poenarum per absentes, et divinis officiis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbentia subire, negligentes incurrendarum incursu: servitio chori praestando: cura animarum rite, recteque exercenda singulis praesentiis, et absentiis notandis: caeremoniis, et ritibus in dicta saeculari, et equestri collegiata ecclesia sic erecta, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus hujusmodi servandis officialibus, ministris, et quibusvis inservientibus eidem saeculari, et equestri collegiatae ecclesiae sic erectae, necessariis deputandis, et amovendis: ac pro ministeriis, et servitiis per se ipsos subeundis, salariis, et stipendiis praestandis; ac quibusvis aliis rebus in praemissis, ac circa praemissa quomodolibet necessariis, et opportunis edideris, et tuleris, ac edita, condita, et sancita, tam tu, quam tui successores archiepiscopi, et electores Trevirenses pro tempore existentes necessitate, seu etiam utilitate suadente, pro tempore declaraveritis, interpretati fueritis, correxeritis, ac in meliorem formam redigeritis, seu alia etiam de novo, et ex integro eisdem tamen sa-

eris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii praedicti minime adversantia similiter edere, concedere, et sancire duxeritis in omnibus, et per omnia more aliorum capitulorum dictae dioecesis perpetuo subjecti esse debeant, illeque respective absque oppositione, controversia, et tergiversatione sub poenis in contravenientes inibi infligendis inviolabiliter, et perpetuo observare, et adimplere teneantur. Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam et opportunam ad praemissa omnia, et circa ea, quae ad optatum finem ea perducenda pertinent faciendi, gerendi, dicendi, et quatenus opus sit etiam quamcumque aliam personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro hujusmodi executionis effectu subdelegandi, nec non super quacumque oppositione in illius actu quomodolibet oritura, servatis tamen, quae fuerint de jure servanda etiam definitive pronunciandi, et exequendi, et exequi mandandi ea omnia, quae pro rerum circumstantiis componere, ac constituere pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Omne juris remedium tollitur contra executionem literarum.

§. 12. Decernentes ipsas praesentes literas, et in eis contenta quaecumque semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari debere, nec ullo umquam tempore, ex quocumque capite vel qualibet causa quantumvis legitima, et juridica etiam pia, ac privilegiata, et speciali nota digna etiam ex eo, quod causae, propter quas eaedem praesentes emanaverint adductae, verificatae, et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, aut controversiam revocari, vel ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas restitutiones in integrum, seu aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu etiam motu proprio, et ex certa scientia, et de apostolicae potestatis plenitudine concesso, et impetrato, quempiam uti, seu se juvari posse; neque ipsas praesentes literas sub quibuscumque similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem apostolicam praedictam etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam concistorialiter, ac alias sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi de eisdem praesentibus literis, earumque tenore, ac data specialis mentio fiat pro tempore factis, faciendis, ac concessis, et concedendis comprehensas, sed semper, et omnino ab illis exceptas, et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data concessas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 13. Sicque, et non aliter in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios; ac quoslibet alios quavis auctoritate, potestate, et praerogativa fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quaesito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, et Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, non nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis; nec non felicis recordationis Benedicti pp. XIV. super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ordinis, et monasterii praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque,

indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent praesentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum ne aliquod in actu executionis praesentium suboriatur dubium, eidem fraternitati tuae, cujus in Domino plenam fovemus fiduciam omnem tribuimus facultatem, ut pro tui prudentia praemissa gerens, agat etiam quidquid juxta contingentes circumstantias duxerit disponendum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima octava septembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 28. sept. 1790. Anno XVI.

DCCCXXVIII.

Imminutio festorum in civitate et dioecesi Bachiensi in Brasilia.

Venerabili fratri archiepiscopo Bachiensi in Brasilia.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis

§. 1. Cum, sicut quaedam sunt, ut inquit s. Leo magnus, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quae aut pro consideratione aetatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quae vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec praeceptis evangelicis contrarium, nec decretis ss. patrum inveniatur adversum: ea propter apostolica haec sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam in iis suam auctoritatem interponere, quae caeteroquin ad majus divini cultus incrementum praescripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam, non sine conscientiae angore contemnuntur. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuae innotuit, in tuis civitate, et dioecesi Bachiensi adeo excreverunt calamitates, et angustiae propter praesentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolaeque, et praesertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persaepissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis se addicere pro pane lucrando, et ideo facilius contingit propter excretum dierum festorum numerum: ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad aeternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticae disciplinae rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in praedictis tuae civitate, et dioecesi Bachiensi existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non Natalis domini Nostri Jesu Christi, et sequenti san-

Digitized by Google

cti Stephani, Circumcisionis, Ephiphaniae, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac corporis Christi, et Ascensionis, nativitatis s. Joannis Baptistae, ac ss. Petri, et Pauli, ac Jacobi apostolorum, nec non commemorationis omnium sanctorum; praeterea quinque dicatis beatae Mariae virgini immaculatae scilicet Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non s. patroni, aut titularis cujuslibet loci, pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat praecepti obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem praeceptis, sive per synodales ejusdem dioecesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, praeceptis, praescriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientiae scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, praecipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dioecesis praedictae, illiusque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima octava septembris millesimo septingentesimo nonagesimo pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXIX.

Dat. die 1. octob. 1790. Anno XVI.

Mandatur, ut servetur plena et perfecta alternativa in officiis provincialatus provinciae Romandiolae inter fratres aggregatos, et fratres ordinis principalis antiquae observantiae ordinis Carmelitarum calceatorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii fratres ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo provinciae Romandiolae, qui alias ad congregationem Mantuanam ejusdem ordinis ante illius unionem, et aggregationem ordini principali fratrum carmelitarum calceatorum antiquae observantiae per Nostras in simili forma Brevis diei XXI. martii MDCCLXXXIII. expeditas literas factam spectabant, quod cum ipsis a dilectis filiis consilio ordinis principalis praefati in actu unionis, seu aggregationis hujusmodi plena, et perfecta alternativa in officiis provinciae Romandiolae praefatae fuerit pollicita, quae usque adhuc nondum impleta fuit, quo alternativa hujusmodi suum sortiatur effectum, atque insuper pro annua contributione, quae ad sustentandam curiam generalitiam ab eis solvitur, quemadmodum prioribus conventuum Neapolitani, et Drepanitani alias concessum fuit, sic pariter prioribus suorum conventuum sancti Martini Majoris Bononiensis, et s. Pauli Ferrariensis jus utriusque suffragii in comitiis, seu capitulis generalibus rependatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati harum serie apostolica

Digitized by Google

auctoritate statuimus, ut in proximo futuro capitulo, et deinceps inter fratres aggregatos, et fratres ordinis principalis antiquae observantiae praefatos in officiis etiam provincialatus provinciae Romandiolae dicti ordinis plena, et perfecta alternativa omnino servetur, ut illam infringere sub quovis praetextu, et causa nemini liceat, auctoritate, et tenore praefatis decernimus, atque mandamus. Praeterea ad rapendenda onera, quae a dictis exponentibus annuatim feruntur, prioribus aggregatis nunc, et pro tempore existentibus conventuum sancti Martini Majoris Bononiensis, et sancti Pauli Ferrariensis, ut in proximo, et in futuris comitiis, seu capitulis generalibus jus utriusque suffragii de speciali dono gratiae concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciae praefatorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima octobris MDCCXC., pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXX.

Dat. die 1. octob. 1790. Anno XVI.

Extensio indulti recitandi officium, et celebrandi missam cum lectionibus sancti Eligii ad universam dioecesim Mexicanam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus archiepiscopus Mexicanus Nobis exponi nuper fecit ipse, qui alias per apostolicas Nostras in simili forma Brevis die x. septembris mox elapsi expeditas literas, ut quotannis die prima decembris ab utroque clero suae civitatis Mexicanae officium de communi Confessorum Pontificum sub ritu duplici minori in honorem sancti Eligii cum lectionibus secundi, et tertii nocturni, atque missa propriis, jam pro capitulo sanctae Mariae Vinearum civitatis Januensis adprobatis recitari, et respective celebrari posse obtinuerit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus fusius continetur, et praesens quo devotio erga dictum sanctum Eligium magis, magisque augeatur, memoratum indultum ad utrumque etiam clerum universae suae dioecesis Mexicanae per Nos extendi summopere cupiat.

Concessionis tenor.

§. 2. Nos dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; audito magistro Carolo Erskine fidei promotore, concessionem praedicti officii, et missae a Nobis, ut praefertur factam, ad utrumque clerum universae Mexicanae dioecesis, servata in reliquis earumdem literarum Nostrarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica tenore praesentium extendimus, et ampliamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in apostolicis Nostris literis praemissis voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris,

die prima octobris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 9. nov. 1790. Anno XVI.

DCCCXXI.

Confirmatio unionis parochialis ecclesiae Visokiennicensis alteri parochiali Gluckoviensi Gnesnensis dioecesis.

Venerabili fratri Ferdinando archiepiscopo Carthaginensi apud carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Poloniae regem illustrem Nostro, et apostolicae Sedis nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Quoties a Nobis illud petitur, quod religioni, et Christifidelium bono convenire dignoscitur, animo Nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem nobis nuper fecit venerabilis frater Michael archiepiscopus Gnesnensis, quod cum ipse alias cognoverit parochialem ecclesiam Gluckoviensem intra limites decanatus Skierniewicensis suae Gnesnensis dioecesis consistentem non solum a circumstantibus populis, verum etiam a fidelibus parochialis ecclesiae Wisokiennicensis tunc vacantis intra possessiones, ac bona ad archiepiscopalem suam mensam spectantia existentis admodum frequentatam esse, pro sua pastorali sollicitudine, qua semper in promovendum divinum cultum, ac spiritualem Christifidelium, qui suae vigilantiae commissi reperiuntur, profectum procurandum intentus fuit, dicatam parochialem ecclesiam Gluckoviensem summo sumptu insigniter laxavit. Ast quum, et ad inceptam fabricam persequendam tum praecipue ad satisfaciendum assiduis sumptibus pro illius conservatione necessariis redditus ejusdem parochialis ecclesiae Gluckoviensis impares omnino esse vi constiterit, propterea ob hanc justam, ac utilem causam parochialis ecclesiae Wisokiennicensis tunc vacans cum omnibus suis bonis, villis, proventibus, juribus, ac actionibus alteri parochiali ecclesiae Gluckoviensi praedicta in perpetuum sub certis pactis, et conditionibus coram altero ex judicibus pro synodalibus ab ipso suffectis univit, et incorporavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat memoratus Michael archiepiscopus unionem, et incorporationem hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concordiae. §. 3. Nos igitur ipsum Michaelem archiepiscopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes: supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae, de cujus prudentia, fide, religionis zelo, ac summa in rerum gerendarum dexteritate plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, ac mandamus, ut constito tibi de utilitate unionis, et incorporationis hujusmodi illam sub iisdem legibus, et conditionibus, quibus ab eodem Michaele archiepiscopo facta fuit auctoritate Nostra apostolica confirmes, et approbes, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjices, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui hisce desuper quomodolibet intervenerint suppleas, et sanes.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non parochialis

ecclesiae Wisokiennicensis, et dioecesis praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona novembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 16. novembris 1790. Anno XVI.

DCCCXXII.

Exemptio nosocomii pauperum nativorum civitatis Mexicanae a jurisdictioni parochiali.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Pia loca quaecumque, praesertim vero illa, in quibus misericordiae opera exercentur, Nos decet apostolicae providentiae favoribus prosequi, atque ea libenter concedere, per quae locorum eorumdem felici, ac tranquillo statui consulitur, ubi maxime ad id sublimorum principum preces accedant, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum porrectarum a rege catholico super petita unione.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, quod cum ipse tum a suo pro-rege gubernatore, et duce generali provinciarum novae Hispaniae, tum etiam a regio fiscali, et a suo regio Indiarum consilio de pluribus contentionibus, ac dissidiis, quae in civitate Mexicana inter parochos ejusdem civitatis ex una, et administratores nosocomii pauperum nativorum regni Mexicani ex altera parte propter jura mortualia quotidie exoriuntur, certior factus sit, et cum nil melius iis firmiter occurri posse existimet, quam si regium nosocomium hujusmodi ab omni parochiali jurisdictione per Nos eximatur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Praevia derogatione juris parochialis jurisdictio nosocomii, et cura animarum superioribus conceditur.

§. 3. Nos igitur memorati Caroli regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere, ac specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, omnesque, et singulas personas, quarum favore praesentes Nostrae literae concernunt, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, nosocomium praedictum, illiusque cappellanos ministros, inservientes inter ejus septa commorantes, ac in eo pro tempore degentes infirmos a quibusvis juribus parochialibus ecclesiae parochialis, intra cujus limites nosocomium hujusmodi consistere dignoscitur, et ab illius pro tempore existentis parochi cura, et subjectione auctoritate apostolica tenore praesentium totaliter, et omnimode eximimus, et liberamus, et curam animarum tum infirmorum, tum ejusdem brephotrophii ministrorum, et inserventium praedictorum sacerdotibus, seu cappellanis pro tempore existentibus dicti nosocomii ab iis, ad quos spectat, vel pro tempore spectabit legitime deputatis, seu deputandis, et ab ordinario approbatis committimus, et demandamus, eosque in ipsorum parochos, et animarum suarum rectores constituimus, illisque in iis, quae ad administrationem sanctissimae Eucharistiae etiam pro viatico, ac extremae unctionis sacramentorum praedictorum servatis tamen sacris ritibus, ac caeremoniis a rituali Romano praescriptis, aliisque omnibus, quae ad curam animarum, ac etiam ad jus tumulandi spectant, penitus, et omnino eos subjicimus, ita ut cura personarum sic exemptarum, ac jus sepeliendi, dummodo ipsi non sibi aliunde sepulturam eligant, ad cappellanos hujusmodi privative, quoad dictum parochum super administratione omnium sacramentorum, quam jure sepeliendi in ecclesia dicto nosocomio adnexa, seu adnectenda, absque ulla quartae, et aliorum jurium parochialium, etiam si in alia ecclesia se-

poltura electa fuerit, praestatione, seu solutione spectet, et pertineat, ac spectare, et pertinere debeat, ac in ecclesia praedicta sanctissimum eucharistiae sacramentum, ac sacrum oleum infirmorum servari libere, ac licite possit, et valeat concedimus, et impertimur.

Parocho inhibetur sacramentorum administratio.

§. 4. Quapropter moderno, et pro tempore existenti parocho, seu rectori parochialis ecclesiae praedictae districtius inhibemus, ne in eorumdem sacramentorum (excepto dumtaxat sacramento matrimonii quoad ministros, et alios inservientes praedictos, qui hac tantum ratione parocho, et parochiae hujusmodi subsint) in dicto nosocomio administratione se ingerere, aut defunctorum sepulturae, seu exequiis inibi faciendis interesse, ullumve pro funere, aut aliud quodlibet jus, vel emolumentum parochiale petere, et praetendere, ac desuper nosocomium, aut personas, cappellanorum, vel illorum aliquem molestare audeat, seu quovis modo praesumat.

Tolluntur remedia juris ne literarum executio remoretur.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod parochus praedictus, seu alii in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, praeeminentiae, et dignitatis, seu alias specialis, et individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas eaedem praesentes literae emanarint adductae, specificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, ac totalis laesionis, ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad viam, seu terminos juris reduci, aut in controversiam vocari, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti posse; sed ipsas praesentes literas, et in eis contenta hujusmodi semper firma, valida, et efficacia existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter et inconcusse observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Sicque et non aliter in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus praemissis, ac, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non tollendo, et in conciliis etiam universalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non parochialis ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis; et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta novembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXIII.

Dat. die 23. nov. 1790. Anno XVI.

Facultas provinciali, et praesidenti capituli triennalis provinciae sancti Gregorii fratrum ordinis sancti Francisci de observantia in insulis Philippinis indulgendi fratribus, ut pecunias contrectare, et equitare valeant.

Digitized by Google

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Quoties a Nobis illud petitur, quod religioni, et Christifidelium bono convenire dignoscitur animo Nos decet libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium.

Expositio precum, et ratio concessionis. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Duarez frater expresse professus ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, ac procurator generalis, et commissarius provinciae sancti Gregorii ordinis praedicti in insulis Philippinis, quod cum fratres ordinis, et provinciae praedictorum in disjunctissimis illis regionibus, tum ad sacras faciendas missiones, ac convertendos infideles, tum ad cathechizandos, servandamque catholicam fidem inter innumeros neophitos indos continenter se occupent, nisi difficillime habent, cui tamquam syndico eleemosynarum pecuniarum synodorum nuncupat. quas carissimus in Christo filius Noster Hispaniarum rex catholicus pro evangelicorum operariorum substentatione transmittit, custodiam, et administrationem concredant; quapropter memoratus rex catholicus ad evitanda incommoda, quae ex inde proficiscebantur, decrevit, ut deinceps nisi cuilibet illorum certa eleemosynarum hujusmodi portio detur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat aliqui ex fratribus praedictis religione ducti, neglecta evangelicorum operariorum in illis regionibus inopia, aut missionariorum, et cathechistarum onus non sine gravi animarum Christifidelium detrimento detrectant, aut saltem anxii sunt de instanti seraphicae regulae praecepto, quo omnis pecuniarum administratio illis prohibetur, contra vero necessitate quadam compulsi hasce eleemosynas habere, easque retinere, ac per se ipsos, vel in proprium usum, et utilitatem convertere, vel ad ecclesias pertinentes in divini cultus augmentum erogare, vel etiam tamquam boni patres familias patrimonia neophitarum familiarum sic administrare, ut si ipsi neophitorum syndici essent, cogantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut quemadmodum felicis recordationis Honorius pp. III., et Urbanus pp. VIII. praedecessores Nostri pro aliis fecerunt, sic Nos in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur memoratorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia sectantes, ac fratrum hujusmodi religioni consulere, ac piis ipsius Joannis procuratoris generalis, et commissarii votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ministro provinciali dictae provinciae sancti Gregorii in insulis Philippinis, ac praesidenti triennalis capituli pro tempore existentibus, ipsi omnibus, et singulis fratribus missionariis, cathechistis, seu doctrinariis, et procuratoribus praedictis, praevis etiam in casibus dubiis dispensatione; ut eleemosynas praedictas, aliaque ad dictos neophitos pertinentia quomodolibet contrectare, ac easdem eleemosynas in suos religiosos usus, et necessitates pro illorum arbitrio; et conscientia convertere; neophitorum vero hujusmodi pecunias, et bona in illorum utilitatem pariter convertere, nec non ob difficiles, ac alpestres, ac paludosas illarum regionum vias, quin ipsi in poenas a constitutionibus sui ordinis inflictas incurrant, equitare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica prout ipsis juxta rerum vices in Domino opportune videbitur, concedendi, et indulgendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de ver-

Digitized by Google

bo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia novembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXIV.

Dat. die 24. novembris 1790. Anno XVI.

Reservantur nonnullae annuae pensiones super aliquibus ex commendis, et prioratibus militiae de Calatrava favore collegii Salamantini ejusdem militiae.

Carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico.

Pius PP. VI.

Carissime in Christo fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Majestatis tuae nomine Nobis nuper expositum fuit, quod cum alias cl. memoriae Carolus, dum vixit, Hispaniarum rex catholicus parens tuus, ac militiae de Calatrava perpetuus administrator de dilectorum filiorum consilii militiarum ordinum consultatione ei sub die VII. februarii anni MDCCLXXXVIII. facta, quo dos alias collegio ejusdem militiae de Calatrava civitatis Salamantinae assignata in aliam ducatorum termille monetae Hispanae augeretur, ratam ducatorum quingentorum a conventu ejusdem militiae, et aliam similem ratam a praeceptoria, seu commenda de Carrion militiae praedictae nunc vacanti eidem collegio quotannis pensitari. Quoad vero alia ducata duo mille annuam perpetuam pensionem super fructibus, redditibus, ac proventibus duodecim prioratuum dictae militiae habita ratione ad illorum valorem, prioratus nempe sanctae Mariae de Valentia realia termille, et ducenta sexaginta septem, et quindecim maravedis: prioratus sancti Benedicti Jacensis realia termille quingenta octoginta sex, et tredecim maravedis: prioratus s. Benedicti de Poruma, realia duo mille tercenta viginti sex, et unum maravedis: prioratus s. Benedicti de Collado realia tercenta triginta septem, et viginti septem maravedis: prioratus sancti Benedicti Granatensis, et Alma realia termille ducenta septuaginta septem, et quatuor maravedis: prioratus s. Benedicti Hispalensis realia sexcenta octoginta quatuor, et quatuor maravedis: prioratus s. Benedicti Toletani realia octingenta octoginta quinque, et decem maravedis: prioratus sanctae Mariae Magdalenae oppidi, civitatis nuncupatae Ergavicae realia quatuor mille trecenta duo, et viginti octo maravedis: prioratus s. Mariae de Fuencaliente realia mille octingenta septuaginta novem: prioratus s. Mariae de Zuqueca realia octingenta decem et septem, et viginti tria maravedis: prioratus s. Benedicti de Zorita realia tercenta quinquaginta quatuor, ac tandem prioratus de Coronada realia ducenta octoginta duo, et undecim maravedis reservare, constituere, et assignare intenderet morte praeventus consilium suum hujusmodi perficere non potuerit, tu, qui ejusdem militiae perpetuus pariter administrator existis, ac pia parentis tui vestigia persequi, suisque desideriis parere summopere intentus es, ut ejusdem collegii commodo consulas augmentum dotationis hujusmodi implere cupias, si Nostra et hujus sanctae Sedis tibi hisce desuper suffragetur licentia, et facultas. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur majestatis tuae votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac collegialium, et rectoris dicti collegii singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati eidem majestati tuae annuas perpetuas pensiones praedictas super fructibus, redditibus, ac proventibus praeceptoriae, seu commendae de Carrion, ubi primum assignatio fructuum ipsius praeceptoriae, seu commendae per alias Nostras in simili forma Brevis diei tertiae octobris MDCCLXXX. facta cessaverit, ac duodecim prioratuum praedictorum dictae militiae dum eos pro tempore vacare contingerit, quin exinde ullum praejudicium, seu damnum ordinario aerario ejusdem militiae, circa pensionem super fructibus, et redditibus praeceptoriarum, seu commenda-

tum, dum in illarum venitur possessionem, ac pariter servatis generaliter dispositis per regium decretum sub die decima sexta februarii anni MDCXXXVII. quoad onus solvendi in quolibet decennio earudem ratam, ut in ingressu, perinde ac si illam tunc obtinuisset, elapso termino, seu vita legali juxta formam apostolicarum concessionum, quae novissime a Nobis per alias Nostras in simili forma Brevis diei undecimae decembris MDCCLXXXII. expeditas literas confirmatae fuerunt, auctoritate Nostra apostolica reservandi, constituendi, et assignandi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis nec non conventus, et militiae praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie; ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta novembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXV.

Dat. die 10. dec. 1790. Anno XVI.

Instante rege catholico, erectio in novam congregationem Hispanam monachorum sancti Basilii magni cum suppressione uoius provinciae, et nonnullorum monasteriorum, et confirmatione statutorum, aliisque indultis.

Venerabili fratri Augustino episcopo Giennensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Pastoralis Romanorum pontificum sollicitudo in eo semper tota est, ut quidquid ad vineam Domini colendam; ad catholicae religionis profectum, ac ad pacem, et tranquillitatem inter personas Deo propius in religione dicatas servandam, fovendamque pertinet, enixis viribus providere studeat, prout in Domino expedire cognoscitur.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici Nobis expositum fuit, quod cum plures perturbationes, et dissidia inter monachos ordinis sancti Basilii magni trium provinciarum regnorum Hispaniae, Andalusiae scilicet, Castellae, et sancti Michaelis vulgo de Jardon novissimis temporibus exorta essent, clarae memoriae Carolus tertius, dum vixit Hispaniarum rex catholicus parens suus, ut plures querimonias, quae quotidie apud ipsum de hisce monachis habebantur, inspiceret, nonnullos ecclesiasticos dignitate, doctrina, et prudentia commendabiles deputavit, ut de hisce malis, illorumque causis, mature, ac sedulo cognoscerent. Qui cum ex eo potissimum proficisci noverint, quod, cum dictarum provinciarum monasteria, ut plurimum rei familiaris angustia urgerentur regularis disciplina collapsa jacebat, hinc constitutum est ex omnium sententia ad pacem, et tranquillitatem, ac regularem disciplinam denuo inter hosce monachos indu-

condam duo omnino oportere, alterum nempe tres memoratas provincias monachorum ordinis praedicti, ac plurima illarum monasteria, suppressa provincia sancti Michaelis de Jardon nuncupat., ac suppressis nonullis monasteriis, ad duas dumtaxat provincias, ac ad duodecim monasteria cum uno prioratu coarctare; alterum, a Nobis, et ab hac apostolica Sede praevia eorumdem monasteriorum, et provinciarum separatione, et omnimoda exemptione a qualibet abbatis generalis ordinis praedicti jurisdictione novae congregationis Hispanae erectionem postulare, aliaque ad bonum esse sic noviter erigendae congregationis Hispanae disponere. Quamobrem cum illorum sententiam esset secutus memoratus Carolus III. rex catholicus haec omnia Nobis reposcere haud destitit; ast dum in re tanti consilii, quid agendum, quidve decernendum foret perpendebamus, cum memoratus Carolus III. supremum suum diem defunctus sit. Carolus IV. rex catholicus parentis sui vestigiis insistens iteratis precibus de eadem re Nos urgere studuit. Postquam itaque haec incomoda, ac illorum causas diu matureque versati sumus, tandem paucis mutatis, quae haud opportuna fore conspeximus, ejusdem Caroli regis catholici precibus Nobis hisce desuper humiliter porrectis annuere constituimus.

Mandatur ut deleantur nomen, et denominatio provinciae, retineantur vero onera, quibus monasterium gravabatur.

§. 3. Cum itaque de tua prudentia, fide, in rebus gerendis dexteritate, ac religionis zelo plurimum in Domino confidamus, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut in primis nomen, denominationem, qualitatem, et statum provinciae sancti Michaelis de Jardon nuncupat. ordinis praedicti, quae ex quatuor monasteriis sancti Basilii, scilicet del Jardon Cordubense, sancti Antonii de Valle, sancti Michaelis de la Brena, et Nostrae Dominae de Retemal Hispalensis dioecesis constituitur, auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas; quoniam quidem inter dicta quatuor monasteria, duo, monasterium scilicet sancti Michaelis de la Brena, et monasterium Nostrae Dominae de Retemal, quod ob brevem nimis illorum censum imparia sunt sustentandis duodecim monachis, ideoque in eis regularis observantia haud custodiri possit, quodque praecipue in asperrima solitudine sita sunt, diu esse nequeant, hisce propterea suppressis, ac extinctis, illorumque bonis, juribus, et actionibus primi quidem sancti Michaelis nempe de la Brena monasterio sancti Antonii de Valle, alterius Nostrae scilicet Dominae de Retemal monasterio sancti Basilii del Jardon ea lege unitis, ut quodlibet illorum onera, quibus monasterium unitum gravabatur, retenta etiam separata redditunm ratione, omnino adimplere teneatur, alia duo monasteria sancti Basilii de Jardon Cordubense, et sancti Antonii de Valle Hispalense alias a Matthaeo de la Fuente fundata simul cum suis monachis, bonis etiam, juribus, et actionibus quibuscumque provinciae Vandalitiae, seu Andalusiae; ita tamen ut monachi horum monasteriorum ad mores, statuta, et consuetudines provinciae hujusmodi, quae eadem sunt, ac provinciae Castellae se accomodare teneantur, auctoritate praedicta unias, et adnectas, ac in perpetuum unita, et adnexa esse, et fore statuas atque decernas. Mandamus praeterea, ut duo monasteria Nostrae Dominae de Oviedo, et Nostrae Dominae de Spe vulgo Barranco de Cazalla ad dictam provinciam Vandalitiae spectantia, quorum redditus adeo tenues sunt, ut impar quorumlibet illorum omnino sit duodecim monachos sustentare, auctoritate, et tenore praedictis pariter supprimas, et extinguas, ac illorum monachi ad monasterium de Villanueva hujus tuae Giennensis dioecesis transferas, illique bona, jura, et actiones ad duo dicta monasteria quomodolibet pertinentia, et spectantia unias, et incorpores: ut ex hisce redditibus aucta, exigua nimis re familiari dicti monasterii de Villanueva in eo deinceps regularis observantia in suum pristinum candorem restituatur, ac provincia Vandalitiae ex septem constituatur monasteriis. Ad provinciam Castellae pertinet monasterium Nostrae Dominae Salutis nuncupat., situmque in villa de Cuellar dioecesis Segobiensis, ex quibus redditibus sustentari nequeunt duodecim monachi, quapropter illud similiter supprimas, et extinguas, ac ejus monachos transferas ad monasterium Nostrae Dominae Remediorum existens in loco de Baccina dioecesis Palentinae illi uniendo, et incorporando bona, jura, et actiones suppressi monasterii, ut sic auctis, exiguis etiam redditibus, quibus potitur praedictum monasterium Nostrae Dominae Remediorum possit in eo vigere observantia regularis disciplinae. Eadem quoque de causa cum prioratus de Jesu de Bethlem nuncupat. Salamantinae dioecesis intra limites dictae provinciae Castellae non so-

um in deserto nimis, ac solitario loco situs sit, sed etiam extrema laboret inopia, ut vix, immo ne vix quidem unus sacerdos, et unus laicus in eo vivere possint, ac pro necessaria sustentatione non raro mendicare cogantur, tibi injungimus, ut prioratum hujusmodi auctoritate, et tenore praedictis supprimas, et extinguas, cujus duobus monachis ad sua respective monasteria translatis, bona, ac redditus ad illum spectantia collegio, quod iste ordo Salamantiae retinet, unias, et adnectas.

Praecipitur, ut nova erectio peragatur cum suis respective legibus.

§. 4. Quae cum rite, religioseque confeceris, sicque tres provinciae monachorum ordinis praedicti ad duas dumtaxat Vandalitiae scilicet, et Castellae, ac omnia monasteria ejusdem ordinis in Hispaniarum regnis nunc existentia erunt ad duodecim dumtaxat monasteria, et unum prioratum contracta, quorum septem nempe Hispalense, Cordubense, Granatense, Posados, Villanueva, de Jardon, et sancti Antonii de Valle provinciam Vandalitiae, alia vero quinque Matriti, scilicet, de Alcalà, de Hanares, Salamantinum, Vallisoletanum, et Bancena, et prioratus sanctissimi Crucifixi vulgo Koraillos provinciam Castellae respective constituant. Volumus atque, auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus, ut tum duas memoratas provincias Vandalitiae, et Castellae, tum omnia illarum monasteria dicti ordinis sancti Basilii magni in Hispaniarum regnis consistentia, cum etiam quoslibet monachos, ac personas omnes ad illa pertinentes a subjectione, jurisdictione, correctione, obedientia, et visitatione abbatis generalis ordinis praedicti auctoritate Nostra apostolica perpetuo eximas, et liberes, eaque in futurum exempta, et libera esse, et fore decernas; quae quidem provinciae, ac monasteria, sic a corpore ordinis separata, et exempta in novam congregationem Hispanam monachorum ordinis sancti Basilii magni nuncupat. eadem auctoritate, et tenore praedictis eximimus, et liberamus, atque respective instituimus, et erigimus.

Nominatio superiorum, et distributio jurisdictionis.

§. 5. Ut autem haec nova Hispana congregatio suos habeat superiores, qui in futurum illam provide regant, et gubernent, et quorum monita monachi parere, et obedire, illorumque jurisdictioni, correctioni, et visitationi subesse teneantur, harum serie statuimus, ut ea imposterum a vicario generali nationali, qui prorsus exemptus, et independens sit ab abbate generali ordinis praedicti, a quatuor definitoribus generalibus, a duobus scilicet cujusque provinciae, a secretario, et a priori generali in capitulo generali, quarto quoque anno habendo eligendis servata inter dictas duas provincias quoad officia hujusmodi alternativa, regatur, atque administretur.

Committitur electio novi monasterii, et praesidentia cum suis facultatibus.

§. 6. Quocirca tibi injungimus, ut quam primum capitulum generale ejusdem sic erectae congregationis Hispanae ordinis praedicti in illud monasterium, quod ad id magis idoneum tibi videbitur, auctoritate praedicta indicas, et cogas, teque in capitulo hujusmodi praesidentem cum jure suffragii in omnibus, et singulis in eo pertractandis negociis, et auctoritate, aliisque facultatibus, jurisdictione, honoribus, et oneribus similibus praesidentibus solitis, et consuetis auctoritate, et tenore praedictis constituimus, et deputamus, et quoniam ex praedicto nimio magistrorum numero grave crearetur incommodum rei domesticae dictarum provinciarum, si juxta ordinis praedicti statuta omnes illuc convenirent, propterea in hoc primo capitulo, ut tres dumtaxat provinciales trium nunc existentium provinciarum Vandalitiae scilicet, Castellae, et Jardon, omnes monasteriorum abbates, ac duo magistri cujusque provinciae, qui, nulla habita distinctione inter magistros cathedrae, et ad titulum praedicationis professione seniores erunt, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus, jus suffragii in capitulum praedictum habeant, mandamus. Ad praecavenda porro omnia partium studia, ac dissidia, quae, si in eodem primo capitulo generali arbitrium eligendi ad officia praedicta permissum esset facile exoriri, Nos perspectam habentes tibi a Domino datam prudentiam, ad eadem munera hac prima vice eos monachos, qui tum propter illorum merita apud eumdem Carolum regem catholicum commendabiles sint, cum propter illorum religionis zelum, et regularis disciplinae custodiam tales sint, ut non solum omnia habeant requisita, de quibus infra, sed etiam, ut merito sperari possit fore, ut congregatio hujusmodi sub illorum gubernio, et administratione incrementum, ac commodum suscipiat nominandi, et deputandi ita ut, sic a te deputati, ac nominati superiores omnibus, et singulis juribus, praerogativis, auctoritate, et jurisdictione illis quomodolibet competentibus uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint et debeant, illisque omnes mona-

Digitized by Google

chi ordinis, et congregationis praedictorum obedire, ac parere, ac illorum salubria monita, ac mandata suscipere, et efficaciter adimplere teneantur, ac alium quoque monachum a secretis actuarium, qui omnibus praecedentibus sessionibus, ac actibus capitularibus intersit, eligendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur. Haec quidem sunt, quae in actu erectionis istius novae Hispanae congregationis ordinis sancti Basilii magni erant decernenda, plura nunc sunt statuenda, ex quibus bono ejusdem congregationis in aevum prospiciatur. Cum itaque eo praecipue institutum ordinis praedicti spectet, ut sui monachi divini cultus augmentum impense studeant, ac choro assidue intersint, idque consequi facile possit, si numerus privilegiatorum, et exemptorum ultro nimius sit, hinc, cum in singulis dictis provinciis octo numerentur magistri de numero ad titulum cathedrae, duo vero ad titulum praedicationis.

De magisteriis erigendis, et eorum distributione.

§. 7. Volumus, ut sex primo vacatura magisteria ad titulum cathedrae, ac magisteria ad titulum praedicationis cujusque provinciae supprimantur, et extinguantur, eaque idcirco ex nunc, prout ex tunc per cessum, vel decessum illa obtinentium vacabunt, suppressa, et extincta esse, et fore, sed imposterum duo dumtaxat magisteria ad titulum cathedrae, et unum tamen praedicatorem generalem de numero in singulas provincias cum honoribus, et praerogativis, de quibus infra, futura esse auctoritate praedicta decernas, atque declares. In quarto quoque anno capitula generalia hujus congregationis deinceps erunt habenda, quorum praesidens cum auctoritate, et jurisdictione similibus praesidentibus competere solitis, et consuetis, et cum jure suffragii in omnibus electionibus, aliisque capitularibus actis erit semper episcopus, vel in ejus defectum suus vicarius generalis, vel alia persona ab episcopo deleganda ad id idonea dioecesis intra cujus limites consistet monasterium, in quo coactum erit capitulum generale hujusmodi; si autem sedes episcopalis vacans sit, tunc munus praesidentis hujusmodi vicarius capitularis, vel in ejus locum persona ab eo subdeleganda cum iisdem facultatibus geret. In hisce capitulis suffragium ferent, et vocales perpetui erunt vicarius generalis, quatuor definitores generales, omnes abbates locales, duo magistri generales de numero, et praedicator generalis de numero cujusque provinciae.

De vicario generali, et definitoribus eligendis.

§. 8. In proximo autem futuro capitulo generali vicarius generalis, et quatuor definitores, ut praefertur, a te electi, quatenus illi intersint, ac in futuris vicarius generalis; et definitores tantum, qui a suis officiis, seu muneribus exeunt jus suffragii habebunt; quod si unus, aut plures ex abbatibus localibus de tempore capituli erunt legitime praepediti, quominus in eo convenire possint, aut vacantes sint, tunc communitas regularis capitulariter congregata ad formam ordinis praedicti constitutionum unum aliquem delegabit monachum necessariis requisitis pollentem, qui ejusdem communitatis nomine capitulo generali intersit. Interim vero, et dum numerus magistrorum generalium, ut praefertur, erit imminutus, ac officium praedicatoris generalis de numero suum suscipiet exordium, in capitulis generalibus jus suffragii habebunt duo magistri de numero cujusque provinciae, qui professione seniores erunt, nulla facta distinctione inter magistros cathedrae, et ad titulum praedicationis, ita tamen ut etiam caetera monachi, qui vocem activam, in capitulis generalibus, et provincialibus habebunt, quique in provincialem deputari poterant; quatenus infra praescribenda requisita habeant, ad munera, etiam generalitia eligi possint.

De capitulo generali, et modo procedendi in eo.

§. 9. Capitula porro generalia deinceps post primam sic erunt habenda: feria quinta immediate praecedenti diem festum Pentecostes capitulares, seu vocales aedem, seu domum capitularem ingredientur, quocirca quarta, seu quinta hora post meridiem majus tintinnabulum, seu campana ejusdem domus pulsabitur, ita ut nemini prius liceat ad eamdem domum intrare, quo desuper neque vicarius generalis dispensare poterit, cui tantum, suoque a secretis generali in eamdem domum capitularem antehac, prout opportunum erit, se inferre, permissum erit. Vocalibus prohibitum pariter erit, partem domus a vicario generali habitatam vulgo Corte, quatenus inibi capitula non celebrentur, petere, nisi justis de causis vicarius generalis cum suo definitorio id permittat, quod quidem dimisso capitulo generali exequi eis licebit. Feria sexta proxime sequenti in aulam capitularem convenient vocales, ad qualitatem tribuendam capitularibus suffragiis, illaque legitimanda juxta me-

thodum usque adhuc in capitulis generalibus, et provincialibus dicti ordinis servatam. Die sabathi sequenti postquam solemni ritu sacrum votivum Sancti Spiritus factum fuerit, capitulares aulam capitularem adhibunt, comitantibus ad ingressum usque dictae aulae omnibus monachis ejusdem monasterii, ubi iterum implorato divini Spiritus praesidio, ac facta exhortatione a statutis dicti ordinis praescripta, novus vicarius generalis eligetur, quo facto, omnes supplicantes, et canentes hymnum *Te Deum laudamus*, conferent se ad ecclesiam, ubi tum a vocalibus cum a monachis de familia commorantibus in monasterio, ubi capitulum celebratur, debitam obedientiam vicario generali praestabunt; dein capitulares iisdem comitantibus monachis redibunt rursum ad aulam capitularem, ut reliquum mane, et vespere methodo infra describenda in aliis faciendis electionibus consument. Die vero solemni Pentecostes aliud sacrum, cui vocales, et monachi conventuales praedicti intererunt pro gratiarum actione felicis exitus capituli, pro Romani pontificis, et regis catholici sanitate, ac prospero suorum subditorum gubernio solemniter peragetur; quapropter etiam statutae ab ecclesia orationes ad id canentur. Quod si noviter in vicarium generalem designatus absens fuerit, tunc capitulum suas sessiones, ac electiones, quae vel ab ambabus provinciis separatim, vel a toto capitulo erunt faciendae, usque in sui exitum continuabit. Interest tamen quammaxime, ut citius quo fieri poterit, haec sui electio noviter electo significetur, ut statim in domum, seu monasterium capitulare ipse conveniet, ac munus hujusmodi praesente toto capitulo ineat; si autem id fieri commode non licebit, tunc absoluto capitulo generali in domo, seu monasterio capitulari quatuor definitores, et a secretis generalis recens electi se tenebunt usque dum vicarius generalis adventabit, qui ab eis ad ecclesiam cum interessentia communitatis canentes hymnum *Te Deum laudamus* ad praestandam consuetam obedientiam ducetur, ut suum capiat munus, seu officium. Capituli vero generalis praeses pro tempore, ut praefertur, existens pro sua prudentia, et arbitrio reputabit, utrum opportunum, et necessarium sit, an non, aliquem illustrem ecclesiasticum delegare, qui huic actui intersit: interim tamen a secretis generalis haec omnia in amplam authenticam formam exarabit.

De requisitis necessariis pro assequendo munere vicarii generalis.

§. 10. Requisita autem, quae ad capessendum vicarii generalis munus omnino erunt necessaria, haec sunt; ut ipse annum quinquagesimum aetatis, et vigesimum quartum professionis expleverit, ut magister de numero, et praedicator generalis de numero existat; ut munere abbatis monasterialis per integrum triennium non indubia sui ingenii, ac regularis disciplinae studii testimonia praebens functus sit: utque demum, vel inter vocales, vel inter eos monachos, qui dum vivent, suffragii passivi compotes sunt, numerentur. Lectores jubilati tum actuales, tum pro tempore existentes, ac praedicatores majores jubilati, ut infra, licet jus ferendi suffragii in capitulis generalibus non habeant, nihilominus quatenus memoratis polleant requisitis, quoad scilicet aetatem, professionem, atque abbatiale gubernium, tum in vicarium generalem, tum ad alia officia generalitia perpetuis futuris temporibus cooptari poterunt. Scrutatores autem nati, quoad electiones in capitulis generalibus peragendas erunt vicarius generalis, et duo definitores senior scilicet professione cujusque provinciae, ac similiter ex unaquaque provincia abbas antiquior professione, ita tamen ut ab eis juramentum in forma validum in manibus praesidentis, vel sui delegati desilendo secreto praestetur.

De libertate suffragiorum.

§. 11. Ad devitanda incommoda, quae facile oriri possent, si ex suffragiorum schedulis vocalium manus cognoscerentur; erunt propterea schedulae hujusmodi typis cudendae cum nominibus monachorum ad munera generalitia eligibilium in quarum parte adversa a secretis generalis, qui in posterum capituli actuarius erit, suam rubricam conscribet, diligenter cavens, ne schedulam aliquam non signatam tradat. Ut vocales in ferendis suffragiis prorsus liberi sint, neque capitulorum generalium pro tempore praesidentibus, neque vicariis generalibus fas erit, certas personas ad munera offerre quod pariter cautum, praescriptumque erit in caeteris electionibus extra capitulum in monasteriis praeter electionem prioris, ut infra, faciendis. Methodus usque adhuc ad formam statutorum, seu constitutionum dicti ordinis in suis capitulis generalibus, et provincialibus retenta eadem quoque erit, semper imposterum servanda in electione vicarii generalis, et definitorum generalium, adeo ut si in primo scrutinio nulla facta sit

canonica electio, illico transeundum erit ad secundum scrutinium; quod si pariter electio peracta non fuerit, ad tertium progredietur, in quo de iis tantum quatuor monachis suscipiendum erit scrutinium, quibus major vocalium pars in secundo scrutinio suffragata est, ac in aequalitate suffragiorum professione seniores praeferentur: si autem neque in hoc tertio scrutinio facta fuerit, quarta vice erunt inienda suffragia de iis tantum dumtaxat duobus monachis, qui ex quatuor monachis in antecedenti scrutinio majora tulerunt suffragia, quae si aequalia erunt semper professione senior alterum vincet: quo confecto quarto scrutinio ille in vicarium generalem canonice erit electus, ac publicetur cui major vocalium pars suffragata est; si vero aequalia sint suffragia habeatur pro legitimo electo professione antiquior.

De methodo servanda in electionibus.

§. 12. Quae quidem methodus in aliis quoque canonicis electionibus tum in capitulo, tum extra illud faciendis semper erit retinenda: praestita obedientia vicario generali, ac ad aulam capitularem regressis vocalibus, ut praefertur, cum plurimi intersit, ut electores cujuslibet ex monachis, qui ad regimen congregationis praedictae vocati erunt, vitae rationem, ac merita perspecta habeant, sic propterea quatuor definitorum generalium, duorum scilicet in singulam provinciam erit instituenda electio, quae quidem ab ea erit incipienda provincia, in qua vicarius generalis fuerit nuper electus, egressis siquidem ab aula capitulari vocalibus, alterius provinciae praeses capituli dumtaxat, vicarius generalis, et vocalis provinciae, cujus duo definitores sunt eligendi, suffragium in hac electione ferrent, qua peracta, ac pariter egressis ab aula capitulari istius provinciae vocalibus, alterius provinciae vocales cum praesidente capituli, et vicario generali suos similiter definitores seligent, qua etiam electione facta, omnibus omnino vocalibus praesentibus, quatuor sic electi definitores suum inient officium. Ut autem unus aliquis monachus in definitorem eligi possit, necessum omnino erit, ut quadragesimum quintum aetatis, et decimum octavum professionis annum expleverit, vel sit ex abbatibus, vel ex quatuor magistris generalibus de numero, vel ex duobus praedicatoribus generalibus de numero, aut ex magistris de numero, aut certe ex iis monachis, qui durante eorum vita jus alioni suffragii ad munera generalitia habent, aut ex lectoribus jubilatis, aut praedicatoribus majoribus jubilatis, qui ad id semper capaces erunt. In vespere sabathi pentecostes iterum omnes vocales ad eligendum a secretis generalem juxta majorem suffragiorum numerum convenient, et inter suffragiorum aequalitatem ille erit electus, qui professionis antianitate caeteros praestabit, servata tamen semper inter provincias statuta alternativa, ita tamen ut a secretis generalis non ejusdem sit provinciae, ac erit vicarius generalis. Ad consequendum officium a secretis generalis hujusmodi ii tantum idonei reputabuntur, qui quadragesimum aetatis, et decimum octavum professionis annum exegerint, quique saltem inter lectores, seu praedicatores majores numerentur; noverint tamen ii, qui imposterum hoc munere fungentur, caeterique omnes, qui ad aliquod gerendum officium vocati erunt, illius administrationem eis prodesse nequaquam posse ad consequendam jubilationem in suo cujusque studio, sed defuncto munere hujusmodi cuique illorum, ut jubilationem acquirat, ad sibi destinatum pensum reverti necessum esse.

De deputatione procuratoris generalis, et de ordine servando inter superiores ordinis.

§. 13. Facta electione a secretis generalis statim in ejusdem diei vespere omnes capitulares ad deputandum procuratorem generalem, servata semper provinciarum alternativa convenient, isque erit electus, qui plura tulerit suffragia, quae si inter duos aut plures aequalia erunt, professione senior munus praedictum obtinebit: nemo tamen hoc munus assequi poterit, nisi qui aetatem quinquaginta annorum exegerit, quique saltem inter lectores jubilatos, aut praedicatores majores jubilatos, ut infra enumeretur; procuratoris generalis officium erit vicarii generalis jussa facere. Vicarius generalis semper primum locum tenebit, et in sessionibus capitularibus post eum assident definitores generales ex ordine professionis, deinde vicarius generalis, qui munus deponit, caeterique ex-vicarii generales, qui aliis ex causis jus habent suffragii, abbates locales pro illorum antianitate, magistri generales de numero, servato pariter eodem antianitatis ordine, praedicatores generales de numero, ac tandem a secretis generalis. Extra capitulum generale, salvo semper primatu vicario generali debito, abbates locales definitoribus generalibus praeibunt, tenentes primum locum post vicarium generalem, si inibi adesset: ac in

actis conventualibus a secretis generalis assidet immediate post praedicatorem generalem de numero cujusque provinciae, et post a secretis generalis procurator generalis. Inter monachos porro, qui iisdem funguntur officiis, una praecedendi methodus in ambabus provinciis omnino servanda erit semper sola antianitas professionis, nulla habita ratione ad gradus, quibus unus prae alio honestatus existat: ita tamen ut nihil innovatum sit quoad eos, qui juxta ordinis praedicti statuta officiorum intuitu, quae ab eis gesta fuere nunc praeeminentibus subselliis fruuntur, ipsi quippe, quoad vixerint, in quasi possessione hujusmodi erunt manutenendi, et quoniam difficile admodum est, ut primum capitulum generale in praestituta die celebretur, propterea ut futuris temporibus supra disposita religiose custodiantur quadriennium gerendae administrationis officiorum ab iis, qui a te, ut praefertur, erunt hac prima vice deputati, a prima dominica diei pentecostes immediate sequenti celebrationi capituli generalis praedicti, non a die illorum electionis erit computandum. Si durante primo biennio contingat, vicarium generalem supremum suum diem obire, definitor generalis senior ejusdem provinciae vicarii generalis congregationis sigilla recipiet, ipseque interim eamdem congregationem administrabit.

De definitorio generali indicendo.

§. 14. Ac sine mora definitorium generale indicet, adeout intra trimestre proxime decurrendum, vel citius, si licebit, novus vicarius generalis dictae provinciae, a qua erat defunctus a definitoribus generalibus, et a duobus magistris de numero, qui dum res ita ferunt, quavis rejecta distinctione cathedrae, et ad titulum praedicationis seniores erunt, eligetur: quibus tamen vocalibus jus tantum erit suffragium ferendi, ad officium vero hujusmodi etiamsi aliqua de causa absint, eligi nunquam poterunt. Interim, et donec magisteria, ut praefertur, imminuta fuerint, si duo magistri seniores cujusque provinciae, vel alter illorum definitores generales existant, vel aliqua de causa praepediti sint, vel actu abbates monasterii, in quo non esset facienda electio, pariter existant, eodem prorsus modo magister, seu duo magistri immediati, ac facta memorata reductione, lector, seu lectores jubilati, quibus ob suam antianitatem spectabit, electioni intererunt: celebrata missa divini Spiritus, ac implorato divino praesidio in actu suscipiendi electionem hujusmodi definitor generalis praesidens, ac definitor senior alterius provinciae, ac magister senior, seu lector jubilatus senior utriusque provinciae juxta diversos supra descriptos eventus scrutatorum vices in hac electione gerent: vicarius vero generalis sic electus usque ad proximum futurum capitulum generale cum omni auctoritate, jurisdictione, honoribus, et oneribus perinde ac si in capitulo generali deputatus fuisset, congregationem administrabit. Si autem post biennium moriatur vicarius generalis, definitoris generalis senioris ejusdem provinciae defuncti vicarii generalis munus erit, retentis apud se sigillis ad congregationis gubernaculum usque ad proximum futurum capitulum generale sedere. Defuncto porro uno, aut altero ex definitoribus generalibus inter quadriennium praedictum vicarius generalis quam citissime definitorium generale coget, cui duo magistri ejusdem provinciae defuncti definitoris, et a qua novus est seligendus, qui jus habent ferendi suffragium in capitulis generalibus intererunt. Ipsis vero, aut altero ipsorum aliunde distentis, prout supra sancitum est, dum de subrogando novo vicario generali actum fuit; magister, seu magistri immediati, vel lector, seu lectores jubilati seniores ejusdem dictae provinciae simul cum vicario generali, caeterisque definitoribus novum definitorem usque ad proximum futurum capitulum generale in locum defuncti sufficient, quin magistri, aut lectores hujusmodi ad hoc officium eligi possint; sicut pariter tum ab hoc, tum a munere vicarii generalis semper a secretis generalis repelletur: si intra quadriennium de vita migraverint a secretis generalis, aut procurator generalis; tunc vicarius generalis cum quatuor definitoribus successorem usque ad dictum capitulum generale ex eadem provincia, qua erat defunctus ex majori suffragiorum numero deputabunt, quae si erunt aequalia, senior professione ad munus accedet; et quoniam istius vitae claustralis fundamentum, et basis est humilitas, nihil propterea magis regulari disciplinae prodesse poterit, quam si superiores postquam suis muneribus perfuncti sunt, in pristinum statum restituantur.

De renovatione nominationum.

§. 15. Itaque vicarius generalis post suam administrationem, et gubernium, neque denuo ad munus hujusmodi, neque in definitorem generalem, aut abbatem alicujus monaste-

rii nisi post sexennium eligi poterit. Sic pariter definitores generales, quos, et si in vicarios generales eligere licebit, quatenus ipsi praescripta requisita habeant, tamen aut iterum ad idem gerendum officium, aut ad monasteria, ut abbates gubernanda, nequaquam deputari poterunt, nisi post sexennium, dimisso capitulo generali, confectisque omnibus eo durante gerendis munus erit vicarii generalis monasteriorum suae congregationis semel tamen tantum intra suum quadriennium personalem visitationem suscipere: ubi autem ex aliqua justa causa alicujus monasterii visitationem repetere opus sit, vicarius generalis unum aliquem monachum sacerdotem ejusdem provinciae, intra cujus septa fuerit hoc monasterium, qui actu abbas non sit alicujus monasterii, quique omnibus polleat conditionibus ad obtinendum vicariatum generalem requisitis deputabit, ut secundam hanc visitationem peragat, eique alium monachum ejusdem pariter provinciae omnes habentem ad secretariatum generalem praescriptas qualitates adjunget, ut munus a secretis visitationis hujusmodi peragat. Monasteriorum abbates a suis cujusque monasterii capitulis conventualibus imposterum fient, itaut quomodocumque officium hujusmodi deinceps vacabit, juxta formam jam praescriptam erit usque facienda canonica electio. Hi porro abbates per triennium dumtaxat suo fungentur officio, quo confecto altiora munera, vicariatum nempe generalem, et definitoratum generalem, ubi caeteroquin ad id idonei existant, non autem alias abbatias, nisi integro elapso quadriennio, obtinere poterunt. Quod quidem abbatis officium iis, qui illud administrarunt, nequaquam proderit, ut si nondum jubilationem lectoris, seu praedicatoris majoris adepti sunt, illam consequi valeant, sed ut eam sibi comparent ad derelicta studia se referre coguntur; ut quispiam in abbatem constitui possit haec omnino requiruntur: ut nimirum aetatem agat quadraginta annorum, et ab annis octodecim regularem professionem emiserit, per quatuor vel integros annos, aut cathedram theologiae in collegiis dicti ordinis exercuerit, aut praedicatoris majoris munere per sex annos functus sit; ita tamen ut modo, et donec in ambabus provinciis plures sint, qui haec habeant requisita, nil innovatum censeatur quoad eos, qui licet dictis qualitatibus praediti non sunt, tamen ad abbatias obtinendas habilitati alias fuerunt. Quantum porro ad studiorum collegia in quibus oportet eos, qui praeerunt, ob virtutum ac scientiarum merita in summa laude esse, non modo omnia praedicta requisita in iis postulantur, sed etiam officium regentis studiorum gerere teneantur, necessum omnino erit, ut sint magistri de numero, aut lectores jubilati. In electionibus autem abbatum, caeterisque negotiis a capitulis conventualibus cujuslibet monasterii definiendis, ii tantum jus utriusque suffragii habebunt, qui jam trigesimum aetatis suae annum expleverint, ac ad sacrum presbyteratus ordinem sint promoti: monasteriorum porro abbates duobus mensibus antequam tempus illorum officii exactum sit, id vicario generali omnino significent, ut et si ipse omnium abbatum dictae congregationis confirmator natus existat, attamen si in eo monasterio non degat, quo sumptui parcatur cuipiam monacho sacerdoti ex vicinioribus monasteriis ejusdem provinciae, qui actu abbas non sit, sed omnia tamen habeat adjuncta, quae requiruntur, ad consequendum vicariatum generalem, committat, ut tamquam confirmator electioni hujusmodi sine tamen jure suffragii praesit, qui vix pandita hac sua commissione in omnibus capitularibus actibus primus sedebit, et usque dum novus abbas suum capiat munus. Cui quidem confirmatori vicarius generalis alterum monachum ex vicinioribus monasteriis ejusdem provinciae, qui omnia necessaria, ut eligi possit in a secretis generalem habeat, a secretis constituet sine tamen voto nec activo nec passivo. Quod si aliqua de causa protrahatur confirmatoris deputatio, abbas etiam exacto suo triennio administrationem monasterii in duos menses peraget, quibus elapsis ipso jure vacans erit abbatia, immo si intra duos menses hujusmodi confirmator in monasterium advenerit, illico sui officii administratio cessabit, ut inde electio vacantis abbatiae fiet.

§. 16. Cum autem interdum contingere possit, ex abbatum electionibus communitatum in diversa partium studia scindi, ac propterea suam pacem, et tranquillitatem perturbari, ubi id ex certis testimoniis vicario generali, suoque definitorio constabit, quae etiam testimonia si opus fuerit pubblicari poterunt, tunc ipse cum suo definitorio ea vice dumtaxat eo prorsus modo, quo communitas hujusmodi se- *De electione abbatis in diversa artium studia.*

let, illum in novum abbatem constituant, quem bono spirituali, et temporali ipsius communitatis utilem futurum fore pro illorum prudentia arbitrabuntur officium prioris cujusque monasterii officium est summae sollicitudinis, quippe quia abbate absente, vel infirmo ipsius officia, et munia exequi tenetur, ad monasterii gubernium suscipit, eaque propter a regula ordinis praedicti cautum, praescriptumque est, ut prior eligatur cum judicio abbatis, ejusque approbatione, caeterorumque monachorum, qui ad hoc sufficiunt; ut itaque huic statutorum dispositioni obsecundetur imposterum priores monasteriorum ab abbate, a quatuor suis consiliariis, a magistro de numero seniori, a praedicatore generali de numero, a lectore jubilato seniori, quatenus hi in dicto monasterio commorentur, et a lectore casuum moralium nominabuntur per pluralitatem suffragiorum, quod si monasterium erit studiorum collegium, tunc abbas, simul cum omnibus lectoribus a magistro studentium, dummodo tamen, et sacerdos, et major triginta annis existat, hujus monasterii priorem deputabit. Haec autem electio sic erit peragenda. Abbas, ejusque monasterii vocalibus praedictis quatuor monachos, qui quadragesimum aetatis, et quartumdecimum professionis annum expleverint, ac inter praedicatores, et confessores numerentur, dummodo tamen saltem per sex annos, ex praelatorum deputatione, et cum Christifidelium profectu ad excipiendas sacramentales confessiones assidui, et diligentes fuerint, regularisque sint vitae offeret, ut ex eis tantum unum, aut alterum ad officium hujusmodi seligent; qui per integrum sexennium officio praedicto religiose, ac laudabiliter functus fuerit a praesidente capituli generalis, et a vocalibus suae provinciae ad consequendum abbatis munus, non autem officia generalitia habitare poterit. Exploratum est in regularibus ordinibus magni momenti esse novitiorum institutio: ex ea quippe regularis disciplina, ac illorum utilitas quammaxime pendere videtur.

De domibus novitiorum.

§. 17. Itaque ob monasteriorum, et monachorum utriusque provinciae congregationis praedictae paucitatem in singulam provinciam una tamen erit novitiorum domus, seu monasterium in proximo futuro capitulo generali mature, ac prudenter ab illius praesidente de consilio vicarii generalis, ac definitorum generalium cujusque respective provinciae; auditis etiam vocalibus ejusdem provinciae designandum. Qua semel constituta haud fas erit illam immutare, nisi urgentissimis de causis, ac in capitulis generalibus, et de consensu pro tempore existentis illius praesidentis: ita tamen ut haec servanda dumtaxat sint quoad eos qui deinceps ab ipso capitulo generali ad habitum admittentur, non autem, quoad eos, qui juxta praecedentia statuta in novitios recepti sunt.

De integritate vitae, et morum servanda ab abbatibus.

§. 18. Curandum summopere erit, ut monasteriorum hujusmodi abbates sint in primis integrae vitae, prudentes, regularis disciplinae studiosi, ac novitiorum in via Domini progressus quammaxime cupidi, prout decet iis, qui domui praesunt ad instituendam juventutem constitutae: caveant tamen ipsi, ne quidquam, vel minimum de novitiorum regimine disponant inconsulto illorum magistro, cui sartae tectae servantur omnes facultates illi a statutis dicti ordinis attributae. In capitulo generali magistri novitiorum pluribus suffragiis legentur, a presidente scilicet ejusdem capituli, a vicario generali, et a duobus definitoribus generalibus, aliisque vocalibus cujusque provinciae, si plures aequalia tulerint suffragia, senior professione erit electus: oportet omnino, ut qui ad hoc arduum munus vocatur, quadragesimum aetatis annum compleverit, aliisque sit praeditus adjunctis, quae necessaria omnino esse in abbatibus statutum est, praecipue vero, ut spiritum discretione, gloriae Dei aestu, doctrina, ac prudentia praestet: cui non solum illaesus servatur locus illi a statutis dicti ordinis assignatus, sed etiam illi conceditur qualitas consiliarii nati durante officio hujusmodi in monasterio, in quo illud exercet. Insuper, ut magistro, novitiorum utriusque provinciae ob suum officium specialis honor habeatur, si illo sedulo, ac diligenter per integrum quadriennium functus fuerit a capitulo generali iterum munus hujusmodi ei concedi poterit, immo in subsequenti capitulo, ubi usque ad illius celebrationem officium hujusmodi teneat, jus suffragii habebit; sicque etiam in sequentibus, donec in eodem permanserit officio; capitulo siquidem generali pro suo arbitrio, et prudentia facultas erit semper illum in munere hujusmodi confirmare. Si autem per obitum, aut aliter quomodolibet officium praedictum ante celebrationem capituli generalis vacaverit, munus erit vicarii gene-

ralis simul cum suo definitorio alterum monachum praevia de illius qualitatibus exacta cognitione, sufficere, qui tamen nisi usque ad proximum futurum capitulum generale officium hujusmodi administrabit, ubi ab eodem capitulo ad illud denuo non eligatur.

De admittendis ad habitum, et professionem.

§. 19. Interest quammaxime, ut ad habitum, ac professionem emittendam in congregatione, et ordine praedictis, nisi hi admittantur, qui vere ad hoc perfectionis vitae institutum divini spiritus afflatu vocati sunt; propterea, cum sicut accepimus alias fel. rec. Clemens pp. VIII. praedecessor Noster per suas in simili forma Brevis die XIX. martii MDCIII. expeditas literas voluerit, novitios ad habitum ordinis praedicti non recipi, nisi prius, vel a congregatione reformationis dicti ordinis tunc deputata, vel ab ordinariis locorum, aut ab illis in quorum dioecesibus monasteria novitiatus essent approbarentur; cumque insuper apostolicae literae hujusmodi, sicut asseritur, bis in anno publice in coenaculo legantur, hinc constituimus, ut posthac nemo ad habitum ordinis, et congregationis praedictorum recipiatur, et ad professionem admittatur, quin prius pro monasterio novitiatus provinciae Vandalitiae archiepiscopi pro tempore existentis Hispalensis, seu ipso aliis negotiis disténto, vicarii sui generalis, et sede Hispalensi vacante, vicarii capitularis legitime deputati, et pro monasterio provinciae Castellae archiepiscopi Toletani pro tempore existentis, vel sui vicarii, vel vicarii capitularis, ut supra judicium, et approbatio accedat, quorum munus erit de candidatorum vocatione, illorumque qualitatibus diligenter inquirere, perpendendumque ab eis erit num vires congregationis id sinant, ne nimio monachorum numero rursus erumpant incommoda, quibus modo remedium afferre optatur, praeter memoratorum archiepiscoporum judicium juxta suos casus, vicarii etiam generalis pro tempore existentis, et capituli monasterii, in quo postulantes praedicti erunt ad religionem, ac pietatem instituendi, consensus erit necessarius; sciant hi omnes Deo districtam reddituri rationem, nisi vocationem, ac qualitates postulantium sedulo expendant; quamobrem quisquis in monachum cooptari desiderat per integrum mensem in habitu saeculari omnibus omnino communitatis, ac regularis disciplinae actibus interessendo, intererit, ut magis magisque suam vocationem periclitetur.

De aetate eligendorum.

§. 20. Nemo imposterum habitu regulari hujusmodi recipiatur, nisi decimum septimum aetatis suae annum omnino expleverit, sublata quacumque hisce desuper etiam capitulo generali dispensandi facultate. Exacto tyrocinii, et probationis anno novitii ad formam Tridentini concilii ad regularem professionem admittentur, qua emissa etiam per annum in eadem domo commorabuntur, ut sub illorum magistri disciplina linguam latinam perfecte discant; quo expleto erunt studiorum collegio assignandi, ut inibi studiis operam navare possint, servatis in omnibus apostolicis ordinis praedicti constitutionibus, et statutis, praecipue vero memorati Clementis praedecessoris Nostri quae incipit — *Cum ad regularem disciplinam* — Cum ei rerum usu constet, quidquid esset in antea-ctis temporibus, et dum haec monasteria fundata fuere stabiles ad filiationes monachorum alicui monasterio haud utile esse, praesertim vero si monasteria sint in civitatibus, ac frequentioribus pagis erecta, hinc, nihil innovato quoad filiationes, quas monachi in praesentiarum in monasteriis provinciarum Andalutiae, et Castellae gaudent, ut filiationum hujusmodi usus in dicta congregatione penitus extinguatur, imposterum, et ab ipsa primi proximi capituli generalis celebratione nullus novitius cum voluntaria, ac determinata filiatione habitum suscipiet: sed prudenti, ac discreto vicarii generalis, et definitorum cujusque provinciae arbitrio permissum erit cuique monacho in actu suae professionis monasterium, in quo expletis duobus novitiatus annis, aut electo in collegio studiorum studio de familia commoretur assignare.

De translatione monachorum.

§. 21. Potestas pariter plena erit vicario generali, et duobus definitoribus cujusque provinciae monachos de uno ad aliud monasterium transferendi durante capitulo generali, auditis vocalibus suae cujusque provinciae, vel ante capitulum id suadentibus justis, ac rationabilibus causis, quibus desuper illorum conscientia onerata erit; ut religionis ejusque alumnorum bono dumtaxat prospiciatur. In duobus tamen monasteriis sancti Basilii de Jardon, et sancti Antonii del Valle, quae, ut praefertur, adjungenda sunt provinciae Andalutiae, quaeque sita sunt in summis solitudinibus, stabiles ad filiationes tuentur, itaut novitiis in actu suae professionis, aut receptionis fas erit uni, aut alteri se adfiliari: hae autem adfiliationes non

adeo sic stabiles existimandae erunt, quin interdum vicario generali, auditis duobus definitoribus generalibus ejus provinciae liceat hosce quoque monachos, si aliqui sint inquieti, et pacis perturbatores, ad alia monasteria ejusdem provinciae in omne opportunum, ac sibi benevisum tempus transferre. Quae forent incommoda, ubi ii, qui ex instituto sacramentales Christifidelium confessiones excipere, ac fidelem populum concionando, et cathechizando instruere tenentur, in sacrarum literarum ignoratione versarentur, nemo non videt. Oportet itaque, ut domus studiorum constituantur, ac cum parvus monachorum numerus non ferat pluria esse in qualibet provincia studiorum collegia, ut modo est, propterea imposterum unum dumtaxat erit collegium in singulam provinciam a to proximi futuri capituli generalis, ut praefertur, praesidente, apostolica auctoritate deputato de eligendi vicarii generalis, et capitularium, ejusque ex dictis provinciis sententia designandum.

De numero lectorum, eorumque munere.

§. 22. In unoquoque collegio erunt quinque lectores praevio tamen examine, et approbatione statutis dicti ordinis praescriptis deputandi, et quorum vitae institutum spem afferat, non solum scientias, sed etiam virtutes suos discipulos docturos. Horum unus per integrum triennium philosophiam docebit, omnes omnino evitans inutiles opiniones, ac eas amplectens sententias, quae communiores sunt, quaeque ad sacram theologiam magis conducibiles videbuntur; quapropter in proximo primo futuro capitulo generali ab illius praesidente de aliorum omnium capitularium consilio auctor, seu auctores designabuntur, quorum sententiis in utriusque provinciae collegiis suffragandum erit. In ultimo anno, seu alio aptiori tempore, prout huic lectori videbitur, suos discipulos ad rethoricam Moysii de Granada instituat, ipseque praeter haec alia quoque a statutis dicti ordinis praescripta implere tenebitur, ut suum obtineat gradum. Duo vero erunt lectores theologiae scholasticae in quolibet collegio, quartus sacram scripturam exponet: omnes pariter nova fugientes ss. patrum traditiones, et doctrinam, praesertim vero s. Thomae Aquinatis in rebus theologicis, ac in scripturalibus sequentur, unde sui discipuli semper in hujus s. doctoris sententiam ire curent, sub poena privationis officii lectoris. Duo lectores theologiae scholasticae summam sancti Thomae inter se partientur, illamque exponent, ac ita agent, ut suos discipulos angelici doctoris sermoni, ac verbis ut fieri potest, se conformare assuescant, ac in primo anno loca theologica probe noscant. Lector autem s. Scripturae prae oculis habebit, quae a Tridentino synodo ad elata nimis ingenia cohibenda statuta fuerunt, quo circa in primo capitulo generali illius praesidens de capitularium sententia auctorem, seu auctores indicabit, ex quorum sensu erit sacra scriptura exponenda. Tandem in quolibet collegio statuetur pariter lector theologiae moralis, qui illam doceat juxta auctorem aperte Thomistam, quem in proximo capitulo generali illius praesidens, auditis capitularibus, praescripserit, ex cujus praescriptis in omnibus monasteriis congregationis praedictae morales collocutiones erunt habendae, ac monachi examinandi omnes lectores. Literarias domesticas exercitationes agent, ac etiam in singulos annos theses exponent a collegialibus defendendas, contra quas etiam aliorum ordinum alumnis, ut in more positum est, arguere fas erit; ne autem faciles nimis literariae exercitationes, ac studia in collegiis interrumpantur, vicarius generalis, et duo definitores cujusque provinciae unum aliquem monachum in quolibet collegio designabunt, qui suorum studiorum cursum laudabiliter emensus fuerit, ac inter candidatos ad lecturam numeretur, quique christianis virtutibus, ac scientiis apprime edoctus sit, itaut caeteros instruere, ac studentium magister dici possit, ut absente, vel infirmo aliquo lectore illius vices in omnibus gerat; qua dumtaxat durante absentia, seu infirmitate, ipse omnibus exemptionibus fruetur, quae illi essent debitae, si revera lector existeret.

De actibus communibus, et horarum distributione.

§. 23. In monasteriis, quae in studiorum collegia erunt erecta, acta communitatis, ac horarum ita distribuentur, ut studentes commode sibi injuncta onera adimplere valeant; quamobrem ne regularis disciplina vel minime perturbetur, quidquid a statutis dicti ordinis de oratione mentali, de horis canonicis, aliisque monasticis exercitiis, praescribitur, omnino erit servandum; qua vero hora habenda sit schola, quaeve tenenda sit methodus inter lectores in docendo, ac in literariis, tum domesticis, tum publicis exercitationibus, munus vicarii generalis erit simul cum duobus definitoribus cujusque provinciae, auditis prius collegiorum abbatibus, et lectoribus praescri-

here, ita tamen ut quantum fieri potest utraque collegia inter se consentiant.

De cathedris dignioribus conferendis.

§. 24. Omnes cathedrae, seu lecturae in utraque provincia, nisi praevio per oppositionem examine dignioribus erunt conferendae, nemo unam, aut alteram ex hisce cathedris, seu lecturis postulare, vel ad eas admitti poterit quin prius per tres annos philosophiae, et rethoricae, ut praefertur, per quatuor annos theologiae scholasticae, per integrum annum expositioni sacrae Scripturae, ac saltem per duos annos theologiae moralis sedulam ipsum navasse operam certis constet testimoniis vicarii generalis, duorum definitorum generalium de numero, qui nunc erunt seniores sine ulla distinctione cathedrae, et ad titulum praedicationis erit de ac super exercitationibus judicium ferre. Quod si seniores hujusmodi actu abbates existent, proximiores in antianitate ei sufficientur; impleta vero magistrorum imminutione, iisque ad duos tantum redactis, si alter eorum, aut utrique actu essent abbates, tum subrogentur duo lectores jubilati seniores, qui eadem de causa impediti non sint. Duo etiam respondentes lectores jubilati seniores, dummodo non sint abbates, in quorum locum tunc antianitate proximiores erunt suffecti, ac abbas monasterii, in quo examen habebitur, in hoc judicio suffragium ferrent, ita tamen, ut vocales praedicti praeter vicarium generalem ad eam provinciam pertineant, in qua hoc examen suscipitur. In hisce actibus, seu examinibus praeterea, quae nunc innovata sunt caetera omnia a statutis dicti ordinis praescripta erunt religiose custodienda. Liber tamen ad seligendam quaestionem non a candidatis, seu ab iis, qui volunt examinari, sed ipsis dumtaxat praesentibus, vel a vicario generali, vel ab eo, qui huic examini praeerit, in posterum aperietur, cui actui saltem duo ex vocalibus intererunt. In promotione vero, seu ascensu ab una ad alias cathedras, quod ab eisdem statutis praescribitur, erit omnino retinendum. Vicarius generalis hoc examen in eo monasterio indicet, in quo major vocalium pars commoratur, quo peracto in habenda sessione, cui intererunt duo definitores generales, duo magistri de numero, seu lectores subrogati de eorum consilio cathedras eis conferet, qui in examine idonei judicati fuerunt, quique propter illorum regularis vitae rationem, ac mores non solum ad scientias, sed etiam ad christianas virtutes edocendas aptiores reputabuntur, eis dans opportunum titulum, seu diploma. Si autem interdum contingat vicarium generalem aliis negociis distentum ab interessendo huic examini prohiberi, tunc ipse in illius praesidentem definitorem seniorem provinciae, in qua est examen suscipiendum, ac priorem, seu unum ex consiliariis monasterii praedicti in a secretis respective constituet; absente vero, vel infirmo definitore seniori alter definitor huic actui praeerit, qui simul cum praestitutis vocalibus pluribus suffragiis lectores eliget, quae si paria sint, seniores professione erunt in lectores renuntiandi; post haec omnia acta vicario generali erunt mittenda, ut electis congruas literas patentes concedat, ac eorum originalia in archivium reponi curet. Lectores jam jubilati, dum praesentes Nostrae literae erunt publicatae jus habebunt ad magisteria generalia de numero juxta illorum professionis antianitatem. Ut autem futuri lectores jubilationem cum jure ad magisteria consequi valeant, illud omnino postulatur, ut scilicet philosophiam cum rethorica, ut praefertur, per tres annos, summam s. Thomae Aquinatis per novem annos, theologiam expositivam per annum, et theologiam moralem per duos annos docuerint. Actualibus vero lectoribus tempus proderit, quod in suo munere collocarunt si recens praestitutae methodo ab illius publicatione se conformaverint, ac praescriptos quindecim annos in munere hujusmodi impleverint.

De legibus a lectoribus implendis.

§. 25. Nam tum ipsi, tum futuri lectores ea erunt obstricti lege, ut de expositis rebus actus, et theses, aliasque tueantur conditiones a statutis dicti ordinis praescriptas, eaquepropter quotannis ab abbate, et consiliariis collegii de recte perfuncto munere suo testimonium reportare curabunt. Juxta hujus instituti formam aliqui monachi semper in Jesu Christi evangelii praedicatione, sua studia impenderint. Ut igitur tam sanctum, tamque pium munus concione, ac apte, ut maxime fieri potest, ab iis administretur, necessarium, atque opportunum reputatur aliquam praestatuere studiorum methodum, qua facilius utiles ministros Dei se praebere valeant. Ad obtinendum itaque praedicatoris titulum absque peculiaris monasterii assignatione, opus omnino erit, ut, qui hunc gradum postulat in col-

legio per tres annos philosophiae cum rethorica Aloisii de Granada, per quatuor annos theologiae scholasticae, per unum expositivae, ac saltem per duos theologiae morali sedulam navaverint operam; suaque vitae ratio apprime regularis comprobetur. Hi vero, qui patentales literas, seu titulum praedicatoris adepti sunt, in quibus ea praecisa erit apponenda conditio, ut scilicet juxta dispositionem Tridentinae synodi in cap. ult. sess. V. antequam in ecclesiis ordinis, et congregationis praedictae praedicare possint, personaliter se coram episcopo praesentare, et ab eo benedictionem, in ecclesiis vero, quae ordinis, et congregationis praedictae non sunt, etiam licentiam postulare teneantur; quae in scriptis suis superioribus exhibenda erunt, priusquam ad tam sanctum ministerium accedant; immo etiam quatenus rerum adjuncta id exigant, parochis ea proferre non renuebunt, ubi in memoratis studiis progressum fecerint, in praedicatores majores monasteriorum cooptari poterunt; quae quidem cooptatio simul cum assignatione monasterii a praesidente capituli generalis, a vicario generali, et a duobus definitoribus generalibus, aliisque vocalibus cujusque provinciae pluribus suffragiis erit peragenda: ac paribus existentibus suffragiis, senior professione semper erit electus.

De praedicatoribus, et confessariis.

§. 26. Qui porro per quindecim solidos annos religiose, ac utiliter munere praedicatoris majoris perfuncti erunt, ac tempore quadragesimae, adventus, et missionum, quae habeantur in suorum monasteriorum ecclesiis sedulo sacramentales confessiones exceperint, titulum, seu patentales literas praedicatoris majoris jubilati consequentur, dummodo tamen prius ex abbatis monasterii, et consiliariorum testimonio quotannis postulando, ipsos sui officio hujusmodi plenissime satisfecisse, et saltem per duodecim vices in singulos dictorum quindecim annos praedicasse cathechesim in concionum exordio Christifidelibus indubie exponendo, constet; soli praedicatores jubilati, lector casuum conscientiae, seu sacrae Scripturae, ut infra, ad praedicationis generalis munus, quod erigitur in qualibet provincia jus habebunt, ita ut munus hujusmodi iniant professione seniores praescriptis qualitatibus pollentes. Ad statutorum, et constitutionum dicti ordinis praescriptum erunt in quolibet monasterio designandi confessores, qui tum probitate vitae, tum doctrina commendabiles sint, quique praevio diligenti examine, tam difficile ministerium a vicario generali quacumque humana affectione postposita idonei renuntiati fuerint, ac Deo ipse erit rationem redditurus, si iis monachis audiendi sacramentales confessiones licentiam impertiatur, de quorum vitae probitate, moribus, ac doctrina diligenter non inquisiverit. Quo autem de illorum doctrina caveatur, qui ad tam sanctum, ac difficile ministerium vocantur, nemini deinceps confessoris titulus, seu patentales literae dabuntur, qui in collegio eumdem studiorum curriculum iis, qui renuntiandi sunt praedicatores circumscriptum cum progressu, bonisque moribus non emensus fuerit. Ad audiendas vero confessiones saecularium nemo accedat nisi prius juxta praescriptum a Tridentina synodo in sess. XXIII. cap. XV. de reform. ab episcopo, aut aliis locorum ordinariis requisitam licentiam, aut facultatem obtinuerit; nullus vero nisi post expletum quadragesimum aetatis suae annum mulierum etiam sanctimonialium confessiones excipere praesumat. Cum ex rerum usu constet plures obtenta audiendi confessiones licentia, theologiae moralis studio quasi vale dicere, singulis propterea annis ab examinatoribus a vicario generali designandis, in quorum numero erit semper lector, vel casuum conscientiae, vel sacrae Scripturae in quolibet monasterio ex statutis commorandus monachorum doctrina expendenda erit, a quo examine post praesentium Nostrarum literarum publicationem, nemo, nisi qui abbas extitit, vacare poterit; visitator quoque generalis dum visitationem peragit, duobus praesentibus monachis ab eo deputandis, novum instituet examen.

De sacris lectionibus in singulas hebdomadas habendis.

§. 27. A lectore casuum conscientiae, seu sacrae Scripturae semel in singulas hebdomadas habebitur lectio, seu collocutio, cui omnes omnino monachi, nullo excepto, intererunt, ac in hac palestra mutuo super re, de qua erit collocutio, moderate, ac prudenter se exercebunt statuendo singulis hebdomadis res, de quibus in proxima hebdomada sit disserendum, respondentem schedulam ingressu cœnaculi apponendo. Cum munus hujus lectoris magni sit momenti, quod in eo tum actualium confessionum, tum eorum, qui ad hoc officium contendunt, instructio posita sit; nemo ad illud gerendum vocetur, nisi qui in collegio tanto tem-

pere studiis vacaverit aeque ac in praedicatoribus, ac confessoribus praescribitur. Is in capitulis generalibus ab illorum praesidente, a vicario generali, a vocalibus cujusque provinciae pluribus suffragiis nominabitur, in quorum paritate senior professione semper praestabit: interdictumque perpetuo erit hanc electionem vicario generali, suoque definitorio committere. Qui porro per integrum sexennium hoc munere sedulo, ac religiose functus erit, quatenus praescriptam aetatem quadraginta annorum exegerit ad abbatias suae provinciae, non autem ad officia generalia consequenda capax erit. Si per quindecim solidos annos illud gesserit, erit jubilatus, et juxta suam professionis antianitatem cum praedicatoribus majoribus fruetur praedicatione generali de numero: in utroque casu tamen requiretur, ut per annua abbatis, et consiliariorum monasterii, in quo commoratus est, testimonia probet plenissime suo munere perfunctum esse. Si vero intra quadriennium, quod ab uno ad aliud capitulum affluit, praedicator major, seu lector casuum conscientiae diem suum extremum morte conficiat, a vicario generali, et a duobus definitoribus provinciae defuncti alius in ejus locum interim sufficietur; qui ceteroquin omnibus requisitis adjunctis praeditus sit: quod si deputationem hujusmodi in capitulo generali confirmari contingat, ubi ipse omnibus interesse habentibus in eodem capitulo generali abbatis, et consiliariorum monasterii testimonium de bene gesto officio hujusmodi afferat, tempus quo durante dictum officium veluti subrogatus exercuit, illi ad consequendam jubilationem proderit. Quod autem spectat ad magistrorum generalium de numero praedicatorum generalium de numero laureatorum, et professorum celeberrimarum universitatum regnorum Hispaniarum, lectorum jubilatorum, et actualium praedicatorum majorum monasteriorum, aliorumque privilegiatorum personarum exemptiones et privilegia, quacumque de causa, aut titulo id eis concessa sint, non obstante quacumque contraria consuetudine, id religiose retinendum erit, quod a constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac praesertim a constitutione fel. rec. Clementis pp. VIII. praedecessoris Nostri sub die xx. martii MDCI. quae incipit *Nullus omnino* emanata hisce desuper disponitur, quae quidem Clementina constitutio in exitu cujuscumque capituli generalis, et quotannis in quolibet monasterio, in prima dominica quadragesimae, et actu capituli conventualis, praevio pulsu campanae erit legenda.

§. 28. Post haec plura atque plura in proximo futuro capitulo generali pro ipsius congregationis recto, atque bono regimine erunt definienda. In primis siquidem constituetur monasterium, in quo vicarius generalis pro tempore cum suo definitorio residet, et in quo capitula generalia futuris temporibus cogentur, ac num utriusque provinciae tranquillitati congruat alternatim in suis monasteriis ea celebrare; praefinienda pariter erunt, quae vicarius generalis vel inconsultis suis definitoribus, vel de eorum tantum consilio, vel cum illorum suffragio definire poterit. Praeterea cum in eodem capitulo, ut praefertur, designata sint collegia studiorum utriusque provinciae, hinc videndum etiam, atque etiam, et considerandum habita illorum redditaum ratione, quomodo caetera monasteria illorum exhibitioni conferre teneantur, et cum eo spectant omnia haec consilia, et dispositiones, ut scilicet regularis observantia ad suum pristinum candorem in utraque provincia restituatur, cujus ex praecipuis fundamentis, in quibus totum vitae monasticae, et claustralis aedificium nititur, est vita communis, nihil magis propterea intentatum linquendum erit, quam omnes proponere vias, quae opportuniores, ac aptiores fore videbuntur, ut juxta dicti ordinis statuta illa denuo in consuetudinem revocetur. Abusus quoque, qui non sine gravi dicti ordinis incommodo forsitan irrepserunt, diligenter, penitusque cognoscere oportet, ut eis opportunum adhibeatur remedium, declarando, qui sint usus, quaeque legitimae consuetudines, nec non solatia, ac jura, quae monachis praedictis ad sacrorum canonum, et apostolicarum constitutionum praescriptum competere quomodolibet possunt, vel poterunt in futurum. Tandem tum in proximo, tum in futuris capitulis generalibus de iis omnibus agendum erit, quae bono, rectoque ipsius congregationis regimini, ac gubernio accomodata, quaeque ad propellenda opposita per quam opportuna fore conspicientur.

De definiendis in capitulo generali.

§. 29. Vetitum denique, ac prohibitum semper erit in monasteriis ejusdem congregationis sanctissimum Eucharistiae sacramentum publicae Christifidelium adorationi sine prae-

De vetita expositione sacramenti Eucharistiae.

via ordinarii loci licentia exponere. Haec sunt quae exhibitas nomine memorati Caroli regis catholici capitulationes sectando in hac nova instauranda congregatione monachorum sancti Basilii statuenda esse censuimus. Tibi propterea eidem noviter erectae congregationi proponere injungimus, ut ex abrogatis constitutionibus apostolicis, nec non dicti ordinis statutis quibuscumque in ea dumtaxat parte quae praesentibus nostris literis adversantur, deinceps futuris perpetuis temporibus serventur, ac religiose custodiantur; quoties vero ex rerum usu incommodum aliquod circa ea deprehenderetur, tunc a Nobis, ac Romanis pontificibus successoribus Nostris pro tempore existentibus opportuna remedia petere tenebitur.

De concessione privilegiorum.

§. 30. Tandem tibi, ut ejusdem congregationis ecclesiis, ac monachis, nunc, et pro tempore existentibus omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, indulgentiis, peccatorum remissionibus, exemptionibus, indultis, suffragiis, aliisque gratiis spiritualibus, et temporalibus, quibus monasteria dicti ordinis in regnis Hispaniarum consistentia illorumque ecclesiae, atque monachi ante dismembrationem, separationem, et exemptionem praedictam; et dum corpori religioni conjuncta erant, usi, potiti, et gavisi sunt, vel uti, frui, et gaudere potuerunt, pari modo, et absque ulla differentia, uti, frui, et gaudere libere, ac licite posse, in omnibus, et per omnia perinde ac si privilegia, favores, gratiae, indulgentiae, peccatorum remissiones, exemptiones, et indulta hujusmodi ipsi congregationi post separationem, exemptionem ac respective erectionem praedictam, illiusque ecclesiis, ac monachis concessa reperirentur, auctoritate praedicta elargiaris, volumus, atque mandamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 31. Nos enim tibi circa praemissa, ad quaecumque alia, quae ad praesentium Nostrarum literarum exequutionem, illarumque interpretationem quomodolibet spectabunt faciendi, gerendi, exequendi, atque exequi mandandi, auctoritate praedicta omnem, et quamcumque facultatem, et auctoritatem tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 32. Decernentes has praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 33. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima decembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXVI.

Dat. die 17. decembris 1790. Anno XVI.

Translatio festi ss. virginum, et martyrum Justae, et Rufinae pro incolis oppidi nuncupati Villa Franca Caesaraugustanae dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit venerabilis frater modernus archiepiscopus Caesaraugustanus, quod ut Christifidelium oppidi nuncupati Villa Franca del Campo Caesaraugustanae dioecesis devotio erga sanctas Justam, et Rufi-

nam virgines, et martyres ejusdem oppidi patronas principales magis, magisque augeatur, earumque festum solemniori pompa celebretur, summopere conduceret, ut festum ipsum, quod usque dum in die decima septima julii cujuslibet anni celebratum est, in posterum cum officio, et missa ad diem vigesimam quintam junii transferretur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, ac indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum moderunum archiepiscopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; attenta relatione dilecti filii magistri Dominici Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum secretarii, ut in oppido nuncupato Villa Franca del Campo Caesaraugustanae dioecesis praedictae festum sanctarum virginum, et martyrum Justae, et Rufinae ejusdem oppidi patronarum principalium, quod usque nunc die decima septima julii cujuslibet anni celebratum est, in posterum cum officio, et missa die vigesima quinta junii libere, et licite celebrari possit, et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictique oppidi, ejusque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima septima decembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXVII.

Dat. die 25. januarii 1791. Anno XVI.

Instante episcopo Carthaginensi indulgetur, ut ab utroque clero ipsius civitatis, et dioecesis officium sanctorum Dionysii, Rustici, et Eleutherii sub ritu duplici minori recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus episcopus Carthaginensis Nobis nuper exponi fecit, ipse, quo devotio erga sanctos Dionysium Areopagitam, Rusticum, et Eleutherium martyres in suis civitate, et dioecesi Carthaginensi magis, magisque augeatur, officium eorumdem sanctorum a ritu semiduplici ad ritum duplicem minorem per Nos elevari summopere cupiat.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; audito dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum secretario: officium sanctorum Dionysii Areopagitae, Rustici, et Eleutherii martyrum a ritu semiduplici ad ritum duplicem minorem auctoritate apostolica tenore praesentium elevamus, ac ut in posterum ab utroque clero civitatis, et dioecesis Carthaginensis praedictae dictum officium sub ritu duplici minori recitari libere, ac licite possit, et valeat, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis, nec non civitatis,

Digitized by Google

et dioecesis, ac cleri praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quinta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXVIII.

Dat. die 25. januarii 1791. Anno XVI.

Ut ab utroque clero dioecesis de Durango in Indiis officium proprium, et missa sancti Philippi Nerii celebrari, et recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus episcopus de Durango in Indiis Nobis nuper exponi fecit, ipse, ad confirmandam, augendamque in suis civitate, et dioecesi de Durango erga sanctum Philippum Nerium devotionem officium proprium, missamque propriam, prout recitatur, et respective celebratur a presbyteris saecularibus congregationis Oratorii ejusdem sancti Philippi Nerii in regnis, et dominiis Hispaniarum regis catholici existentibus cum elevatione ritus ad duplicem secundae classis sine octava, a clero saeculari, et regulari utriusque sexus civitatis, et dioecesis praedictae recitari, et respective celebrari posse summopere cupiat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, ac indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: audito dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum secretario; ut in posterum a clero saeculari, et regulari utriusque sexus civitatis, et dioecesis de Durango in Indiis officium proprium sancti Philippi Nerii, et missa propria, prout a presbyteris saecularibus congregationis Oratorii ejusdem sancti Philippi Nerii in regnis, et dominiis Hispaniarum regis catholici existentis recitatur, et respective celebratur, excepta tamen ritus elevatione praedicta, recitari pariter, et celebrari libere, et licite possit, ac valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium, concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et dioecesis, ac cleri praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quinta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXIX.

Dat. die 1. februarii 1791. Anno XVI.

Confirmatur quaedam resolutio per universitatem coementariorum urbis capta.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Petrus Poggi, et Vincentius Vassalli universitatis coementariorum vulgo de' muratori nuncupat. almae urbis Nostrae consules, quod cum rerum ad dictam universitatem spectantium summa congregationi ejus secretae, quae duobus consulibus, camerario, aliisque tredecim personis constituitur, innixa sit, cumque singulis annis juxta praescriptum capit. III. et VII. statutorum ejusdem universitatis, per apostolicas felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri in simili forma Brevis die XII. martii anni MDCCIL. expeditas literas approbatorum, et confirmatorum consules, aliique praedicti nonnisi per annum in suis respective muneribus perdurare possint, hinc fit, quod officiales, aliique in locum antecessorum suffecti, utpote de actis et dispositis per dictos suos in munere antecessores plerumque ignari, nequidem emolumentum ullum dictae universitati, imo non leve oeconomico ejus ecclesiae statui afferant dispendium. Huic autem incommodo, ut aliquo pacto consultum foret, dicti exponentes die XII. septembris anni mox elapsi generalem indixerunt congregationem, in qua luculenter patefacto, quid damni ex annua electione omnium officialium dictam congregationem secretam constituentium praedictae universitas, et ecclesia passae sint, quod propterea remedii possit adhiberi, unanimi consensu capta est resolutio, ut imposterum qui praecedente anno fuisset secundus consul, esset primus anno insequente, sicque unus tantum consul quotannis crearetur ordine, et appellatione secundus. Insuper ut ex dictis tredecim personis auxilio consulum jam addictis, quinque pariter quotannis sorte extraherentur, quae pro insequenti anno munus jam antea obtentum retinerent, verum nunquam ad tertium annum, itaut dicta sortitio nonnisi eos, qui per annum tantum fuerint officiales, respiciat; denique, ut quod de consulibus, id ipsum de syndicis decerneretur, ac alias prout latius in resolutione hujusmodi, cujus tenor est qui sequitur videlicet. — Fidem facio per praesentes ego notarius publicus infrascriptus, qualiter ex statutis universitatis fabrorum murariorum urbis die duodecima martii millesimo septingentesimo quadragesimo nono a s. m. pp. Benedicto XIV. in forma specifica approbatis, atque in actis mei die quinta maji millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio exhibitis inter caetera ex capitulo III. apparet, ut supra videlicet.

Tenor resolutionis. §. 2. Del modo da osservarsi nel fare la bussola de' consoli. — Item statuimo, ed ordiniamo, che ogni quattro anni si debba fare la nuova bussola de' consoli di detta università, e per ovviare alli dispareri, e tumulti soliti nascere, quando si fa l' imbussolatura de' consoli, e deputazione, ed elezione d' altri officiali di detta università ordiniamo, che li consoli, che per li tempi saranno in officio, nel tempo, che si dovranno fare le nuove bussole debbano fare quattordici bollettini, scrivere li nomi delli quattordici, che in quel tempo saranno in offizio, e delli detti quattordici bollettini se ne debbano estrarre a sorte sette, ed in caso che alcuno delli detti sette estratti fosse assente da Roma, o fosse morto, o impedito d' altra giusta causa, o non fosse matricolato, e scritto nel libro de matricolati, debbansi estrarre altri delli detti quattordici per supplire al numero degli assenti, morti, impediti, o non matricolati, e li detti sette uomini estratti a sorte, come sopra insieme con li signori consoli debbino fare l' imbussolatura de' consoli in questo modo cioè:

Ciascuno delli due consoli, che si troveranno in uffizio, nell' anno, che si devono fare dette bussole, potrà, e dovrà nominare ciascheduno tre capomastri muratori matricolati, e scritti nel libro de' matricolati di detta università da imbussolarsi per consoli, e ciascuno degli altri sette uomini delli quattordici estratti a sorte potranno, e dovranno nominare due capomastri muratori matricolati, e scritti nel libro de' matricolati di detta università per ciascuno, poichè vogliamo che li soli capomastri muratori matricolati possino esercitare la carica di consoli, quali capomastri muratori matricolati dovranno fare il numero di venti persone, assieme cogl' altri già nominati dalli due consoli, idonei ad essere imbussolate per consoli, avvertendo, che delle dette venti persone nominate ne debbano essere quattordici della nazione Lombarda, o oriundi della medesima nazione, e l' altre sei d' altre nazioni, quali persone però tutte debbano saper leggere, e

scrivere, ed il segretario di detta università per via di rogito debba notare, e registrare nel libro delle congregazioni il nome, e cognome di ciascuno di quelli, che saranno stati nominati per essere imbussolati, e da chi li medesimi sono stati nominati, li nomi delle quali venti persone nominate per essere imbussolate dovranno da' consoli, che in quel tempo saranno in officio scriversi, ed accoppiarsi a due per due in dieci bollettini, e li medesimi piegati porsi in un cappello, ed estrarsene a sorte sei, quali senza aprirsi dovranno mettersi in bussolo, e l'altri quattro bollettini rimasti nel cappello, senza aprirsi, dovranno alla presenza di tutti abbruciarsi, e la detta bussola dovrà serrarsi nella cassetta, che si chiude con tre chiavi esistente in detto consolato, assieme con la bussola de' camerlenghi estratti, per poi doversene negli anni susseguenti in ogni anno alla presenza degli officiali della congregazione segreta di detta università nel dì dodici marzo giorno della festa del nostro avvocato s. Gregorio, all'ora intimata in detto consolato aprirsi, ed estrarne fuori della bussola li detti bollettini; porli in un cappello, e mescolati alquanto insieme, se ne estrarrà a sorte uno, e l'altri si riporranno di nuovo in detta bussola quale si riserrerà nella detta cassetta con tre chiavi, una delle quali chiavi dovrà ritenerla il secondo console, l'altra il camerlengo, e la terza il primo console, assieme colla chiave delle cassette dell'elemosina, ed aperto il detto bollettino estratto in presenza di tutti ad alta voce il primo console pubblicherà di quelli, che ivi si ritrovano scritti li nomi, e cognomi, i quali saranno li consoli dell'anno futuro, a' quali da detti consoli per mezzo del mandataro, si farà nota la detta estrazione, con dichiarazione però, che quelli, che per li tempi saranno consoli di detta università non possino in detto anno del loro consolato esser guardiani della compagnia di s. Gregorio, ma bensì lo debbano esser l'anno dopo, che averanno terminato detto offizio di console — Prout ex dictis statutis in actis mei supra exhibitis, ad quae etc. in quorum fidem etc.

Datum Romae ex officio mei etc. hac die trigesima novembris millesimo septingentesimo nonagesimo.

Ita est. Pro d. Philippo Antonetti caus. cur. capli.

Costantino Calvesi sub. in fidem not. rog.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipsi exponentes, quo praeinserta resolutio hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius, eam apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito dilecto filio Nostro Vincentio Maria Sanctae Romanae Ecclesiae diacono cardinali Alterio nuncupato ejusdem universitatis apud Nos, et Sedem apostolicam protectore; praeinsertam resolutionem, cum omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. Confirmatio apostolica.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictaeque universitati, ejusque officialibus, et personis plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque universitatis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis Derogatio contrariorum.

in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima februarii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 7. februarii 1791. Anno XVI.

DCCCXXX.

Confirmantur indulta, privilegia, et gratiae spirituales alias ab Hadriano pp. VI. confraternitati beatae Mariae virginis in coelum Assumptae loci de Morbinio Comensis dioecesis concessa.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Enumeratio indultorum concessorum ab Hadriano VI.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis sub titulo sanctissimae virginis in coelum Assumptae, et sancti Laurentii martyris erectae in loco Morbinii Comensis dioecesis, quod alias a felicis recordationis Hadriano pp. VI. praedecessore Nostro confraternitati, seu confratribus hujusmodi pro tempore existentibus facultatem concessit eligendi, seu nominandi unum, aut plures cappellanos amovibiles ad nutum, qui sacras functiones in sua ecclesia peragere possent: quod insuper tum oblationes, tum eleemosynae, legata pia, aut alii redditus, ac proventus ad eamdem confraternitatem spectantes confratres praedicti in manutentionem suae ecclesiae, et oratorii, atque exhibitionem eorumdem cappellanorum erogare possent: quod iisdem confratribus pro tempore existentibus suis cappellanis praedictis, dummodo ad audiendas confessiones fuissent prius ab episcopo Comensi approbati peccata sua confiteri, ac de illorum manibus sacram synaxim sumere, non autem in paschate, fas esset, quin a rectore, seu parocho parochialis ecclesiae intra cujus limites sita est ecclesia dictae confraternitatis hisce desuper molestari possent: quod rector, seu parochus hujusmodi nullum jus, aut directe aut indirecte sibi arrogare posset quoad administrationem eleemosynarum, legatorum piorum, aliorumque bonorum ad eamdem confraternitatem pertinentium: quod demum eadem ecclesia, aut oratorium nunquam commendari liceret, adeo ut quaevis collatio exinde forsan facienda nulla, nulliusque esset roboris, et efficaciae.

Ratio petendae confirmationis.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quamquam huc usque omnibus indultis, privilegiis, et gratiis praedictis absque ulla contradictione usi, et gavisi sint, attamen cum anno 1788. domus cappellani ejusdem confraternitatis igne absumpta sit, penes quem erat, ut asseritur, authographum apostolicarum literarum memorati Hadriani praedecessoris die XXXI. augusti anni MDXXI. in simili forma Brevis expeditarum, authographum hujusmodi deperditum pariter sit, neque in posterum hisce desuper aliquod exoriatur dubium, non solum privilegia, gratias, et indulta hujusmodi per Nos confirmari, verum etiam eis bis quotannis in secunda nempe dominica mensis maji, et in alia anni die arbitrio ipsius confraternitatis eligenda publicas supplicationes vulgo *processioni* habendi facultatem concedi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quibus etiam tum venerabilis fratris episcopi Comensis, tum parochi, seu archipresbyteri dictae parochialis ecclesiae suffragatur consensus omnia, et singula privilegia, gratias, et indulta praefata auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, eisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, et quatenus opus sit, de novo concedimus. Praeterea eisdem confratribus, ut bis quotannis in secunda nempe dominica mensis maji, ac in alia anni die ab eisdem confratri-

bus eligenda publicas supplicationes vulgo *processioni* per vicos, et plateas dicti loci de Morbinio, de licentia tamen ordinarii habere libere, ac licite possint, et valeant de speciali dono gratiae indulgemus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere, ac dictis confratribus nunc, et pro tempore existentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dioecesis praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima februarii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Dat. die 11. febr. 1791. Anno XVI.

DCCCXXXI.

Concessio juris privativi effodiendi terram in territorio Velitris in locis nuncupatis *Peschio, et Comunanze*, favore Mariani Pandolfi, ejusque haeredes, et successores.

EDITTO

Fabrizio Ruffo della Santità di nostro Signore, e sua reverenda camera apostolica tesoriere generale.

R. p. d. thesaurarius, cui gratia exequenda committitur, de ea mentionem non facit.

§. 1. La Santità di Nostro signore pp. Pio sesto felicemente regnante con suo chirografo segnato li 12. febraro del corrente anno registrato negli atti dell' infrascritto segretario, e cancelliere della reverenda camera, e per l' esecuzione a noi diretto si è degnata concedere per anni diciotto al signor Mariano Pandolfi, e suoi eredi, e successori la facoltà privativa di cavare una vena di terra atta a fabbricarne vasellami da lui scoperta nel territorio di Velletri, e precisamente nel sito, o siti denominati *Peschio, e Comunanze*, per il circondario di tre miglia all' intorno, ed altresì la privativa della fabbricazione di ogni sorta di vasellami, ed altre manifatture da farsi con detta terra, ristretta però detta privativa alla sola città, e territorio di Velletri, e con altre condizioni contenute nell' indicato chirografo del tenore seguente, cioè

Monsignor Fabrizio Ruffo Nostro, e della Nostra camera tesoriere generale.

Tenor chirographi.

§. 2. » Ci è stato rappresentato per parte » di Mariano Pandolfi di avere egli scoperto » nel territorio della Nostra città di Velletri, » e precisamente nella montagna, e tenuta » dette del *Peschio, e Comunanze*, alcune vene » di terra, atta a formarsene non solo ogni » specie di vasellami, ma ancora crogiuoli, » suoli di forni, quadrelli per pavimenti nobili, e cose simili, che anzi nelle vicinanze » delle suddette vene di terra, ed in sito al » presente affatto disabitato, ha trovato molti » rottami di vasi di forma antica, la terra » de' quali comparisce simile a quella nuovamente scoperta, per lo che si può credere, » che vi fosse anticamente una fabbrica di vasellami; e perciò l' oratore essendosi assicurato anche con replicati esperimenti dell' attività di questa terra, con farne lavorare » diverse sorta di vasi, e altre terraglie usuali, e specialmente suoli di forni, e crogiuoli, de' quali per lo più si provvede lo stato » da' paesi esteri, si è animato ad intraprendere nel luogo stesso, e vicino alle dette

» vene di terra una nuova fabbrica di vasellami, al quale oggetto ci ha supplicato, » perchè vogliamo benignamente accordargli » per un discreto termine di anni tanto la privativa di cavar detta terra nei siti, dove » essa si trova, quanto l'altra privativa della » fabbricazione di ogni sorta di vasellami da » farsi con detta terra, offerendosi di volere » egli assumere una tale intrapresa a tutto » suo rischio, e spese senza verun dispendio, » e interesse della Nostra camera.

Ratio concessionis.

que sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum ordinis Servorum beatae Mariae virginis, quam monialium dicti ordinis ubicumque existentibus die undecima mensis februarii, ac septem diebus continuis immediate sequentibus singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam spatio praedicti octidui per unumquemque Christifidelem semel tantum quolibet anno ad sui libitum eligendo lucrifaciendam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad septennium tantum valituris.

Fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint; utque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die VI. aprilis MDCCXCI. pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCXXXVII.

Dat. die 13. aprilis 1791. Anno XVII.

Damnatio constitutionis editae pro clero Gallicano.

Venerabili fratri Joanni episcopo Aleriensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Sub poena schismatis prohibetur episcopis, ne novam constitutionem amplectatur.

§. 1. Cum populi istius regni aliorum insidiis decepti civilem amplexi sint Gallicani cleri constitutionem, a conventu nationali profectam, et tum dogmati, tum veteri novaeque Ecclesiae disciplinae adversantem, paterna sane Nostra sollicitudo minime patitur, ut tu, ven. frater, tuaeque dioecesis capitula, parochi, clerus, ac populus universus ignorent ea officiorum vincula, quibus in suo quisque ordine adstrictus tenetur, nisi malint se schismati mancipare, easque poenas subire, quae adversus doctrinae, disciplinaeque corruptores per canones infliguntur. Cum itaque istiusmodi singulorum officia fuse, et enucleate jam fuerint per Nos explicata in Nostris literis ad dilectos filios Nostros Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, ven. fratres archiepiscopos, ac episcopos, et ad dilectos filios capitula, clerum, populumque regni Galliarum conscriptis, opportunum certe duximus nonnulla harum literarum exempla tibi mittere, ut minime te, tuaeque dioecesis gregem universum lateat, quid quemque facere oporteat in hac ecclesiasticarum rerum perturbatione ad sacrilegos scelerum conatus, quae undique perpetrantur, avertendos, et ad horribilem tempestatem, quae in catholicam religionem insurrexit evitandam. De re profecto agitur, quae tuum in religionem studium, atque ardorem tuum eo magis excitare atque inflammare debet, quo graviora undique Ecclesiae pericula, et damna impendent. Ea spe freti, in quam pastoralis vigilantiae tuae persuasio Nos inducit, tibi, venerabilis frater, gregique tuae curae concredito apostolicam benedictionem ex animo, ac peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Eodem exemplo
Episcopis Adiacensi
Sagonensi
Nebiensi
Marianensi

DCCCXXXVIII.

Dat. die 13. april. 1791. Anno XVII.

Damnatio juramenti civilis praestiti ab ecclesiasticis in regno Galliarum, et reprobatio nonnullarum electionum, et consecrationum pseudo-episcoporum.

Dilectis filiis Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, et venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, clero, et populo regni Galliarum.

Digitized by Google

Pius PP. VI.

Dilecti filii Nostri
Venerabiles fratres, ac dilecti filii
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Charitas, quae, docente Paulo apostolo, patiens et benigna est, tamdiu omnia suffert, ac sustinet, quamdiu aliqua spes remanet, ut per mansuetudinem iis, qui obrepere jam coeperint, erroribus occurratur. Verum si errores augeantur in dies, eoque jam deveniant, ut res ad schisma delabantur, tunc leges ipsae charitatis cum apostolici muneris, quo indigni fungimur, officiis conjunctae postulant flagitantque, ut paterna quidem, sed prompta, et efficax enascenti morbo medicina afferatur, patefacto errantibus culpae horrore, et canonicorum poenarum, in quas inciderunt, gravitate. Ita enim fiet, ut qui a via veritatis recesserunt, resipiscant, et ejuratis erroribus ad Ecclesiam revertantur, quae veluti benigna mater apertis ulnis regredientes amplectitur; utque caeteri fideles mature pseudo pastorum fraudes evadant, qui aliunde quam per ostium ad ovile accedentes nihil quaerunt aliud, nisi ut furentur, mactent, et perdant.

Exponitur hortatum christianissimum regem fuisse ne civilem constitutionem confirmaret.

§. 2. Haec Nos ante oculos habentes divina praecepta, vix belli rumorem audivimus; quod philosophi novatores in conventu nationali Galliarum simul conjuncti, majoremque partem constituentes adversus catholicam religionem excitabant, acerbe quidem deflevimus apud Deum, communicataque cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus animi Nostri anxietate, cum privatas, tum publicas preces indiximus. Hinc datis IX. julii MDCCXC., ad carissimum in Christo filium Nostrum Ludovicum regem christianissimum literis, eum etiam atque etiam hortati fuimus, ut a civili constitutione cleri confirmanda abstineret, quae et nationem in errorem, et in schisma regnum induceret. Nulla enim ratione fieri poterat, ut politicus hominum coetus universalem Ecclesiae disciplinam immutaret, sanctorum patrum sententias, et conciliorum decreta pessumdaret, hierarchicum ordinem everteret, episcoporum electiones arbitratu suo moderaretur, episcopales sedes destrueret, et meliori ablata, deteriorem formam in Ecclesiam inveheret.

Consilia ad hoc adhibita fuerunt quoque archiepiscopi Burdegalensis, et Viennensis.

§. 3. Utque hortationes Nostrae christianissimi regis animo altius insiderent, alias binas dedimus in forma Brevis literas die 10. ejusdem mensis ad venerabiles fratres archiepiscopos Burdegalensem, ac Viennensem, qui eidem aderant regi, eosque paterne monuimus, ut sua cum Nostris consilia conjungerent, ne, si praedictae constitutioni auctoritas quoque regis accederet, schismaticum regnum ipsum evaderet, schismatici episcopi, qui ad praescriptam decretorum formam crearentur, quos Nos ipsi propterea declarare, ut pastores intrusos, omnique carentes ecclesiastica jurisdictione teneremur. Et quo dubitari minime posset, curas et sollicitudines Nostras unice ad res religionis referri, et quo inimicorum hujus apostolicae Sedis ora occluderentur, praecepimus suspendi exactionem taxationum pro Gallicis expeditionibus, ex pristinis conventionibus, perpetuaque consuetudine Nostris officiis debitarum.

Confirmavit nihilominus rex constitutionem, illiusque partem probari a s. Sede flagitavit.

§. 4. Abstinuisset profecto rex christianissimus a constitutione sancienda; sed urgente atque impellente conventu nationali, tandem eo se abripi passus est, ut suam constitutioni auctoritatem adjungeret, quemadmodum ipsius literae die 28. julii, die 6. septembris, et die 16. decembris ad Nos datae praeseferunt, quibus Nos etiam atque etiam rogabat primo, ut quinque, deinde, ut septem, saltem per modum provisionis, probaremus articulos, qui parum inter se dissimiles totam novae constitutionis veluti epitomen complectebantur.

Sancta Sedes votum Gallicanorum episcoporum flagitavit.

§. 5. Illico sane perspeximus, neutros articulos posse a Nobis probari, aut tolerari, utpote qui regulis canonicis adversarentur. Nolentes tamen, ut hinc inimici occasionem populorum decipiendorum arriperent, perinde ac si Nos ab omni ratione conciliationis ineundae essemus alieni, volentes eadem semper incedere mansuetudinis semita, regi declaravimus per Nostras literas die 17. augusti ad ipsum datas, articulos hujusmodi Nos sedulo perpensuros, et in consilium vocaturos Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, qui simul congregati omnia ad trutinam revocarent. Hi porro cum simul bis convenissent die 24. septembris, et die 16. decembris, ut primos, et alteros articulos expenderent, habito rerum omnium diligentissimo examine, unanimi consensione putarunt, sententias Gallicanorum episcoporum super propositis articulis esse exquiren-

Digitized by Google

das, ut canonicam quamdam, si fieri posset, rationem ipsi indigitarent, quam hic apte excogitari posse locorum intervalla vetabant, veluti Nos ipsi per alias Nostras literas regi christianissimo antea significaveramus.

Clerus Gallicanus constitutionem civilem reprobavit.

§. 6. Nostrum interea dolorem, quo vehementer affligebamur, non levis consolatio lenivit, dum interim major episcoporum Gallicanorum pars sua sponte pastoralis sui muneris officiis adacta, et amore veritatis incensa constanter adversabatur ipsi constitutioni, eamque oppugnabat in iis omnibus, quae ad Ecclesiae regimen pertinerent. Huic autem consolationi Nostrae novus quoque cumulus accessit, ubi dilectus filius Noster Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Rupefucaldius, venerabilesque fratres archiepiscopus Aquensis, aliique archiepiscopi, et episcopi ad numerum usque triginta, ut tot tantisque malis occurrerent, ad Nos confugerunt, et die 10. octobris literis datis expositionem miserunt super principiis constitutionis cleri, suo cujusque nomine subscriptam, consiliumque Nostrum, et opem postularunt, ac tutam agendi normam, in qua conquiescerent, a Nobis exquisierunt, tanquam a communi magistro, et parente. Illud quoque magis magisque Nostram consolationem adauxit, quod alii episcopi bene multi, primis adjuncti, praedictam expositionem amplexi fuerant, itaut cum ab episcopis centum triginta, et uno istius regni quatuor dumtaxat dissiderent, cumque tam ingenti episcoporum numero capitulorum etiam multitudo, et parochorum sive pastorum secundi ordinis pars major accederet, bujusmodi sane expositio, concordi animorum consensione suscepta, totius Gallicanae ecclesiae doctrina haberetur, et esset.

Hinc conventus nationalis juramentum de servanda constitutione ab episcopis flagitavit, vel eos removit, novosque pseudo episcopos nominavit.

§. 7. Equidem Nos ipsi nulla interjecta mora tunc operi manus admovimus, omnesque dictae constitutionis articulos examini subjecimus: sed Gallicanae nationis conventus quamvis concordes illius ecclesiae voces audiret, nihilominus tantum abfuit, ut ab incoepto desisteret, ut ipsa magis irritaretur episcoporum constantia. Videns itaque, planeque cognoscens, ex metropolitanis, et ex episcopis antiquioribus inventum iri neminem, qui confirmare se posse crederet novos episcopos, per laicos, per haereticos, per infideles, et per judaeos in municipalibus districtibus electos, veluti edita decreta imperabant; vidensque insuper absurdam hanc regiminis formam nullo loco posse subsistere, cum sine episcopis omne ecclesiae simulacrum evanescat, de aliis magis absurdis edendis decretis cogitavit, quemadmodum factum est die 15. et 27. novembris, et diebus 3. 4. et 26. januarii 1791. His porro decretis, quibus subinde regiae etiam auctoritatis robur accessit, cautum est, ut, metropolitano, sive antiquiore episcopo consecrare novos electos renuente, quilibet alterius districtus episcopus eosdem electos consecraret. Quinimo ut una opera, unoque temporis momento omnes probi episcopi, omnesque pariter parochi catholica religione incensi dispellerentur, cautum praeterea est, ut cum primi, tum secundi ordinis pastores omnes absque adjectione jurarent, se constitutionem, quae jam edita esset, quaeque imposterum ederetur, servaturos: qui autem id constanter detrectarent, ii non secus haberentur, ac si essent e suo gradu dejecti, eorumque sedes, et parochiae suo pastore carerent. Legitimis autem pastoribus, et ministris per vim etiam expulsis, licitum esset municipalibus districtibus ad electionem novorum episcoporum, et parochorum procedere; hi vero electi, postbabitis metropolitanis, et antiquioribus episcopis, qui juramentum minime praestitissent, directorium adire deberent, cui curae esset episcopum quemcumque designare ad illos confirmandos, et instituendos.

Juramenta civica a clero Gallicano habita fuerunt pro actis schismaticis, et nullis.

§. 8. Istiusmodi decreta, posterius edita, supra modum novo animum Nostrum dolore perculerunt, Nostrumque auxerunt laborem, ut ad haec quoque Nostra extenderetur sollicitudo in ea, quam tunc parabamus, ad episcopos responsione, Nostrasque curas denuo exciterunt ad publicas preces indicendas, et ad misericordiarum patrem exorandum. Haec ipsa decreta in causa fuerunt, cur Galliarum episcopi, qui egregiis editis lucubrationibus oppugnandam cleri constitutionem susceperant, novas in vulgus literas pastorales ediderint, omnesque industriae suos nervos contenderint adversus ea, quae circa depositiones episcoporum, circa sedium episcopalium vacationes, circa novorum pastorum electiones confirmationesque constituebantur. Ex quo factum est, ut, tota ecclesia Gallicana fatente, et consentiente, haberi deberent juramenta civica tamquam perjuria, ac sacrilegia, non ecclesiasticis modo, sed catholico quovis homine pror-

sus indigna, omnesque consequentes actus tamquam schismatici pro nullis, irritis, gravioribusque censuris obnoxiis.

Nonnulli tamen juramentum praestarunt, et sacrilegas manus ad consecrationes admoverunt.

§. 9. Hisce cleri Gallicani declarationibus, digna laude celebrandis, facta responderunt: episcopi enim fere omnes, et parochorum pars maxima sacramentum praestare invicta animi constantia detrectarunt. Probe tunc agnoverunt religionis inimici, pessima sua consilia omnia in irritum recasura, nisi alicujus episcopi, aut ambitione ducti, aut imbecillis, animum pervicissent; qui proinde, et juramentum de constitutione tuenda praestaret, et sacrilegas etiam manus ad consecrationes admoveret, ita, ut ad schisma inferendum nil amplius deesset. Hos inter aliorum malitia, et fraude devictos primus extitit Carolus episcopus Augustodunensis, constitutionis fautor acerrimus, alter fuit Joannes Joseph episcopus Liddae, tertius Ludovicus episcopus Aurelianensis, quartus Carolus episcopus Vivariensis, quintus cardinalis de Lomenie archiepiscopus Senonensis, ac perpauci secundi ordinis pastores infelicissimi.

Reprobatur agendi ratio cardinalis de Lomenie.

§. 10. Ad cardinalem de Lomenie quod attinet, is datis ad Nos die 25. superioris novembris literis juramentum abs se praestitum excusare contendens, illud non esse habendum pro animi assensu affirmabat, seque valde in ancipiti esse praeseferebat, num electis manus imponere detrectaret (ut eousque abstinuerat), nec ne. Cum vero quammaxime interesset, ut episcoporum nemo ad electorum consecrationem accederet, utpote quae latiorem ad schisma communiret viam, e re visum est Nostram ad episcopos responsionem, quae pene absoluta, erat tantisper intermittere, nullaque interposita mora die 23. februarii cardinali rescribere, demonstrando eidem tum sententiae suae errorem in praestito jurejurando, tum poenas, quae per canones infliguntur, et ad quas non sine animi Nostri aegritudine manus admovere cogeremur, eum cardinalitia etiam dignitate exuentes, nisi publicam offensionem tempestive, ac digna satisfactione retractaret. Quod vero ad illius dubium pertinebat de pseudo electis consecrandis nec ne, conceptis verbis ipsi praecepimus, ne eo usque progrederetur, ut novos episcopos ob quamvis etiam causam necessitatis institueret, novosque Ecclesiae refractarios adjungeret; de jure enim agitur, quod unice spectat ad apostolicam Sedem juxta Tridentini concilii sanctiones, quodque arrogari sibi a nemine potest episcoporum, aut metropolitanorum, quin Nos illo, quo fungimur, apostolici officii munere declarare cogamur, schismaticos simul esse tam eos, qui confirmant, quam eos, qui confirmantur, nulliusque roboris futuros illos actus omnes ab utrisque proditūros.

Judicium sanctae Sedis super constitutione civili cleri Gallicani.

§. 11. His peractis, quae supremi pastoralis officii Nostri ratio postulabat, resumendum per Nos fuit responsionis opus, quod jam laboriosius, ac diuturnius evaserat propter multiplices, quae se mutuo subinde exceperant, novitates: illudque, Deo adjuvante, absolvere ita valuimus, ut, omnibus articulis ad examen revocatis, neminem prorsus lateret, novam cleri constitutionem ex Nostro, et apostolicae hujus Sedis judicio, quod Gallicani episcopi a Nobis exquisierant, quodque Galliarum catholici peroptabant, ex principiis coalescere ab haeresi profectis, adeoque in pluribus decretis haereticam esse, et catholico dogmati adversantem, in aliis vero sacrilegam, schismaticam, jura primatus, et Ecclesiae evertentem, disciplinae cum veteri tum novae contrariam, non alio denique consilio excogitatam atque vulgatam, nisi ad catholicam religionem prorsus abolendam. Ad hanc enim unam profitendam libertas omnis adimitur, legitimi pastores submoventur, bona occupantur; dum reliquarum sectarum homines in sua libertate, bonorumque possessione conquiescunt. Quamvis haec omnia luculenter demonstravimus, a mansuetudinis tamen via minime recedentes declaravimus, Nos hactenus continuisse, ne abscissos ab Ecclesia catholica auctores male ominatae constitutionis civilis cleri declararemus, sed una simul illud repetere debuimus, quod nisi quisque errores, a Nobis jam patefactos, detestetur, (quemadmodum haec sancta Sedes in hujusmodi casibus peragere semper consuevit) cogeremur inviti eos omnes schismaticos declarare, qui vel essent hujusce constitutionis auctores, vel eidem juramento adhaererent, qui in novos pastores praeficerentur, qui electos consecrarent, et qui ab illis consecrarentur: illi enim, quicumque essent, legitima missione, et Ecclesiae communione carerent.

Monitum ad regem super remedio quaerendo contra probatam constitutionem.

§. 12. Quemadmodum autem, salvo dogmate, et salva universali Ecclesiae disciplina, ita animo comparati sumus, ut inclytae Galliarum nationi, quoadusque licet, obsecundemus, sic

Digitized by Google

cardinalium, hac de causa advocatorum consilium secuti, et ea repetentes, quae christianissimo regi per Nostras literas jam significaveramus, hortati sumus episcopos, ut ii, quorum oculis res ipsae obversantur, Nobis desuper agendi rationem quamdam exhiberent, si inveniri fortasse poterit, a catholico dogmate, disciplinaque universali minime dissentaneam, in Nostram deliberationem, atque examen adducendam. Hos ipsos animi Nostri sensus significavimus carissimo in Christo filio Nostro regi christianissimo, ad quem misimus etiam Nostrae ad episcopos responsionis exemplum; eumque hortati in Domino sumus, ut in consilium adhibitis sapientioribus episcopis, magis aptam medicinam afferret morbo, qui e regia etiam auctoritate profluxit, et eum denique certiorem effecimus, Nos in illos, qui errori pervicaces haerebunt, ex debito pastorali officio ea praestituros, quae in eadem necessitate positi decessores Nostri praestiterunt.

Truculenta agendi ratio episcoporum Augustodunensis, Babylonis, et Liddae reprobatur.

§. 13. Utraeque literae Nostrae ad regem, et ad episcopos datae die 10. martii extraordinario cursori traditae sunt, qui insequenti mox die discessit. Iterum die 15. ejusdem mensis, adveniente huc ex Gallia cursore ordinario, allatum ad Nos undique est, die 24. februarii Lutetiae Parisiorum fuisse schismati culmen impositum. Illa enim die Augustodunensis episcopus, jam perjurii crimine infectus, et reus defectionis ob dimissam auctoritate propria, et coram laicis ecclesiam, capituloque suo, omni commendationum laude digno, longe absimilis conjunctus est Babylonis, et Liddae episcopis; quorum primus a Nobis pallii decoratus honore, et vitae quoque auctus subsidiis, dignum se successorem exhibuit alterius Babylonis episcopi, scilicet Dominici Varlet, hominis propter schisma Ultrajectensis ecclesiae satis noti; alter vero perjurii item reus, in odium jam, et detestationem bonorum inciderat, eo quod a recta episcopi, capitulique Basileensis ecclesiae, cujus ille est suffraganeus, doctrina dissiderat. Illa igitur die episcopus Augustodunensis, cooperantibus duobus hisce episcopis, ausus est in ecclesia presbyterorum Oratorii, irrequisito ordinario, sacrilegas manus imponere Aloisio Alexandro Expilly, et Claudio Eustachio Francisco Marolles sine ullo apostolicae Sedis mandato, omisso juramento obedientiae pontifici debitae, posthabito examine, et fidei confessione praescripta in pontificali Romano, in omnibus universi orbis ecclesiis servando, cunctisque praeterea legibus neglectis, violatis, pessumdatis; licet ignorare non posset, horum primum minus rite electum fuisse episcopum Corisopitensem contra Corisopitensis capituli iteratas, et graves obtestationes, et alterum multo minus rite fuisse episcopum ecclesiae Suessionensi datum, quae legitimum pastorem suum vivum atque incolumem habet ven. fratrem Henricum Josephum Claudium de Bourdeilles, qui proinde officii sui partes esse putavit, acriter in actum tantae profanationis invehere, promptaque allata ope suae dioecesi consulere, quemadmodum ejusdem literae insequenti mox die 25. in vulgus editae ipsum fecisse testantur.

Novum crimen patratum ab episcopo Liddae.

§. 14. Allatum etiam eodem tempore ad Nos est, nominatum Liddae episcopum primum crimen novo crimine cumulasse. Die enim 27. ejusdem mensis februarii, sibi novis pseudo episcopis Expilly, et Marolles in socios adjunctis, ausus fuerat in eadem ecclesia sacrilege consecrare in episcopum Aquensem parochum Saurine, quamvis haec etiam ecclesia optimo suo pastore ven. fratre Carolo Augusto Lequien laeta gaudeat, et perfruatur. Ex quo evenit fortasse, ut idem Liddae episcopus Joannes Joseph Gobel ad ecclesiam Parisiensem, vivo adhuc archiepiscopo, electus fuerit exemplo Ischyrae, qui ad compensationem sceleris obsequiique praestiti in accusando, et e sua sede exturbando s. Athanasio, fuit in conciliabulo Tyri episcopus ejusdem civitatis renunciatus.

Ipse episcopus nequior in diem sacrilegas renovavit consecrationes.

§. 15. Molesti hi quidem tristesque nuncii incredibili animum Nostrum dolore, ac moerore oppresserunt. Sed spe in Deum erecti cogi iterum jussimus die 17. mensis martii eamdem cardinalium congregationem, quae Nobis, sicut alias, in re tam gravis momenti suam sententiam exprimeret. Dumque in eo versabamur, ut deliberationem exequeremur cum consilio cardinalium susceptam, ecce alius istius regni tabellarius die 21. dicti mensis ad Nos defert, Liddae episcopum, nequiorem etiam effectum, ab pseudo-episcopis Expilly, et Saurine sociatum die 6. ejusdem mensis in eadem ecclesia, eademque sacrilega manu consecrasse parochum Massieu, unum ex deputatis Gallicani conventus in episcopum Bellovacensem, parochum Lindet alterum item ex deputatis in episcopum Ebroicensem, parochum Laurent

alterum pariter ex deputatis in episcopum Molinensem, et parochum Heraudin in episcopum Castri Rufi; idque praestare ausum fuisse, tametsi duae priores ex his ecclesiis suos habeant pastores legitimos, et reliquae duae nondum fuerint apostolica auctoritate in sedes episcopales erectae. Quale autem judicium fieri de iis debeat, qui eligi se consecrarique permittunt ad illas ecclesias, quae a suis adhuc reguntur, atque administrantur episcopis, multis ante Nos annis a s. Leone egregie declaratum est; scribens enim Juliano episcopo Coensi adversus Theodosium quemdam, qui in sedem Juvenalis episcopi viventis invaserat, *Qualis autem sit, (inquit cap. IV.) qui in locum episcopi viventis obrepsit, ex ipsa qualitate facti non potest dubitari; nec ambigendum est, eum esse perversum, quem impugnatores fidei dilexerunt.*

Damnatio harum sacrilegarum consecrationum

§. 16. Et re quidem vera quam merito abhorruerit semper Ecclesia ab illis, qui a laicorum turba, et colluvione eliguntur, quique eodem, atque eligentes, falsarum opinionum morbo laborant, satis superque demonstrat delata per eumdem tabellarium ad Nos pastoralis epistola, quam pseudo-episcopus Expilly ad imperitiorum deceptionem die 25. februarii edendam curavit, non alio sane consilio, nisi ut inconsutilem Christi vestem absciaderet. Hic enim primo juramentis, perjuriis scilicet, quibus se adstrinxit, commemoratis, omnia complectitur fundamenta Gallicae constitutionis, quam fere de verbo ad verbum excribit, et sententiis ipsius conventus inhaerens ad probandum aggreditur, per constitutionem hujusmodi nihil de dogmate detrahi: sed disciplinae tantum meliorem formam induci, eamque ad priorum saeculorum puritatem converti in ea praesertim parte, in qua populo electiones, amoto clero, et metropolitanis institutiones, consecrationesque redduntur, solis hoc loco prioribus Gallici conventus decretis in medium adductis. Utque melius fortasse fucum imperitioribus faciat, literas memoratas die 18. novembris 1790. ad Nos datas, perinde ac si cum apostolica hac Sede communione teneatur; deindeque ad singulos dioecesis ordines sermonem convertens hortatur, monetque omnes, ut se tamquam legitimum pastorem excipiant, et constitutionem ultro amplectantur.

Idem ut supra pro aliis criminibus

§. 17. Vae misero! Missis per Nos consulto iis, quae ad civile regimen pertinent, qua illo temeritate defendendam suscipit constitutionem, super ecclesiasticis rebus versantem, quam omnes fere Gallicanae Ecclesiae episcopi, aliique plures ecclesiastici viri improbarunt, ac refutarunt, uti dogmati adversantem, et a communi disciplina abhorrentem, praesertim in electionibus, et consecrationibus episcoporum? Hanc sane veritatem, quae incurrit in oculos, ne ipse quidem dissimulare potuisset aut obtegere, nisi data opera praeteriisset silentio, quae postremo in conventu Gallicano absurdiora decreta prodierunt; ista enim praeter alias improbitates eo progressa etiam sunt, ut jus instituendi, confirmandique tribuerent cuicumque episcopo pro directorii arbitrio, ac voluntate.

ab eodem episcopo patratis.

Idem ut supra.

§. 18. Perlegat infelix iste, qui adeo longe in via perditionis processit, Nostram ad episcopos Galliarum responsionem, qua omnium suae epistolae errorum monstra praevia confutatione prostravimus, et, quam odit veritatem, in singulis articulis manifeste elucentem deprehendet. Sciat interea, se sibi sententiam dixisse. Si enim verum est, juxta veterem disciplinam, ex canone Nicaeno, quem is in medium addicit, profluentem, opus omnino esse, ut electus ad legitimum titulum nanciscendum per metropolitanum suum confirmaretur; quod quidem metropolitanorum jus a Sedis apostolicae jure manabat, qui fieri poterit, ut canonice, et legitime immissum se putet Expilly, dum consecrationem suam non archiepiscopo Turonensi, cujus suffraganea est Corisopitensis ecclesia, sed aliis episcopis referre debet acceptam? Hi enim cum ad alienas provincias pertineant, si sacrilego ausu ordinem potuerunt eidem conferre, nequiverunt profecto jurisdictionem, qua ipsi quoque juxta omnium aetatum disciplinam destituuntur omnino. Haec porro jurisdictionis conferendae potestas ex nova disciplina a pluribus saeculis jam recepta, a conciliis generalibus, et ab ipsis concordatis confirmata, ne ad metropolitanos quidem potest ullo modo attinere, utpote quae illuc reversa, unde discesserat, unice residet penes apostolicam Sedem; itant hodie Romanus pontifex ex muneris sui officio pastores singulis ecclesiis praeficiat, ut verbis utamur concilii Tridentini sess. 24. cap. I. de reformat., adeoque legitima consecratio nulla fiat in Ecclesia catholica universa, nisi ex apostolicae Sedis mandato.

by Google

Invasor detestabilis declaratur.

§. 19. Tantum vero abest, ut literae ad Nos datae eum adjuvent, ut magis rerum efficiant, et nequeant schismaticam notam effugere. Illae enim nonnisi simulatam quamdam imaginem praeseferentes communionis Nobiscum ineundae, ne verbum quidem faciunt de confirmatione per Nos obtinenda, et illegitimam tantum Nobis electionem significant, ut Gallicanorum decretorum verba jubebant. Hinc Nos decessorum Nostrorum exempla secuti minime illis duximus rescribendum, sed serio illum commonefieri mandavimus, ne ulterius progredi niteretur, quemadmodum sperabamus futurum. Etenim fuit etiam hac de re ab Rhedonensi episcopo sponte monitus, dum is, quam sibi enixe flagitabat, institutionem, confirmationemque negavit. Quapropter loco illum suscipiendi tamquam pastorem, debet populus cum horrore tamquam invasorem rejicere: invasorem inquimus, qui quam veritatem agnoscere debebat, profiteri neglexit, qui mentito abuti coepit pastoris officio, qui denique eo arrogantiae devenit, ut in fine pastoralis epistolae quadragesimale ecclesiastici praecepti vinculum laxare non dubitaverit, itaut *imitator diaboli fuerit, et in veritate non steterit, male utens specie pervasi honoris, et nominis*; quemadmodum de simili invasore a s. Leone magno dictum est scribente ad quosdam Ægypti episcopos.

Suspensio contra illos qui juramentum emissum non retractaverint intra quadraginta dies.

§. 20. Videntes itaque Nos ex multiplici tot criminum serie, per Galliarum regnum tam bene de religione meritum, et adeo Nobis carum, magis magisque schisma invehi atque amplificari, videntesque hanc ipsam ob causam novos in dies tam primi, quam secundi ordinis pastores undique eligi, et ministros legitimos de suo loco dejici, atque exturbari, eorumque vice rapaces lupos subrogari, non possumus equidem tam lacrimabili rerum aspectu non commoveri. Ut igitur gliscenti schismati primo quoque tempore obicem opponamus, ut ad officia revocentur errantes, ut boni persistent in proposito, utque religio in florentissimo isto regno servetur, Nos consiliis inhaerentes venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, et votis obsecundantes totius episcopalis coetus ecclesiae Gallicanae, Nostrorumque praedecessorum exempla imitantes, apostolica, qua utimur, potestate tenore praesentium in primis edicimus, ut quotquot sunt Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales archiepiscopi, episcopi, abbates, vicarii, canonici, parochi, presbyteri, cunctique ecclesiasticae militiae adscripti, sive saeculares, sive regulares, qui civicum juramentum pure, et simpliciter, prout a conventu nationali praescriptum fuit, emiserunt, errorum omnium venenatum fontem, et originem, catholicaeque Gallicanae ecclesiae moeroris praecipuam causam, nisi intra quadraginta dies, ab hac die numerandos, hujusmodi juramentum retractaverint, a cujuscumque ordinis exercitio sint suspensi, et irregularitati obnoxii, si ordines exercuerint.

Damnatio electionum sacrilege peractarum.

§. 21. Insuper peculiariter declaramus, electiones praedictorum Expilly, Marolles, Saurine, Massieu, Lindet, Laurent, Heraudin, et Gobel in episcopos Corisopitensem, Suessionensem, Aquensem, Bellovacensem, Ebroicensem, Molinensem, Castri Ruti, et Parisiensem illegitimas, sacrilegas, et prorsus nullas fuisse, et esse, prout eas rescindimus, delemus, abrogamus una cum assertorum episcopatuum Molinensis, Castri Ruti, et aliorum nova erectione.

Consecrationes illicitae, et sacrilegae declarantur.

§. 22. Declaramus item ac decernimus, nefarias eorumdem consecrationes fuisse, et esse omnino illicitas, illegitimas, sacrilegas, ac factas contra sacrorum canonum sanctiones; ac proinde eosdem temere, nulloque jure electos omni ecclesiastica, et spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere, atque illicite consecratos ab omni exercitio episcopalis ordinis esse suspensos.

Suspensi declarantur episcopi consecrantes, et adsistentes.

§. 23. Pariter declaramus, etiam suspensos esse ab omni exercitio episcopalis ordinis Carolum episcopum Augustodunensem, Joannem Baptistam episcopum Babylonis, et Joannem Josephum episcopum Liddae sacrilegos consecratores, seu adsistentes; et suspensos pariter esse ab exercitio sacerdotalis, seu cujuscumque alterius ordinis eos omnes, qui in execrandis hujusmodi consecrationibus opem, operam, consensum, et consilium praestiterunt.

Electis sacrilege prohibetur ne ullam jurisdictionem exercere praesumant.

§. 24. Mandamus propterea, districteque interdicimus memorato Expilly, aliisque perperam electis, et illicite consecratis sub eadem suspensionis poena, ne audeant episcopalem jurisdictionem, aliamve ullam pro animarum regimine auctoritatem, quam nunquam sunt consequuti, sibi arrogare, vel pro suscipiendis ordinibus dimissorias literas dare, pastores,

vicarios, missionarios, deservitores, functionarios, ministros, aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam, et sacramentorum administrationem, quovis etiam necessitatis praetextu constituere, deputare; ac confirmare, nec non alia agere, decernere, et constituere, sive seorsim, sive conjunctim in modum conciliabuli in rebus ad ecclesiasticam jurisdictionem pertinentibus; declarantes, ac palam edicentes, tam literas dimissoriales, et deputationes, seu confirmationes, si quae datae factaeque sint, aut in posterum dari fierique contingat, quam alia acta omnia, quae temerario ausu fierent, cum omnibus inde secutis, irrita prorsus esse ac nullius roboris, et momenti.

Item prohibetur ne sacramenta, aut ordines conferant.

§. 25. Æque mandamus, et sub simili suspensionis poena inhibemus tam consecratis, quam consecratoribus praedictis, ne audeant illicite sacramentum confirmationis, aut ordinis conferre, aut quocumque modo ordinem episcopalem, a quo suspensi sunt, exercere; ac proinde qui ab ipsis fuerint ecclesiasticis ordinibus initiati, noverint suspensionis vinculo se obstrictos, et si susceptos ordines exercuerint, irregularitati etiam fore obnoxios.

Aliae electiones etiam futurae improbantur si factae fuerint ad tramites novae constitutionis.

§. 26. Ad praecavenda autem majora mala tenore, et auctoritate paribus decernimus, et declaramus, alias omnes electiones ad Galliarum ecclesias cathedrales, et parochiales cum vacuas, tum multo magis plenas, cum veteris, tum fortius novae, et illegitimae erectionis ad formam memoratae constitutionis cleri a municipalium districtuum electoribus usquemodo peractas, quas volumus pro expressis haberi, et quotquot peragentur, irritas, illegitimas, sacrilegas, et prorsus nullas fuisse, esse, et fore, easque per praesentes, et nunc pro tunc rescindimus, delemus, abrogamus: declarantes idcirco, eosdem perperam, nulloque jure electos, aliosque simili modo eligendos ad ecclesias tam cathedrales, quam parochiales omni ecclesiastica, et spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere, atque episcopos illicite hactenus consecratos, quos pariter pro nominatis haberi volumus, et imposterum consecrandos ab omni exercitio episcopalis ordinis, et parochos nulliter institutos, et instituendos a sacerdotali ministerio esse, et fore suspensos; adeoque districte interdicimus, tam electis, et forsan eligendis in episcopos, ne a quocumque sive metropolitano, sive episcopo ordinem, seu consecrationem episcopalem suscipere audeant, quam ipsis pseudo-episcopis, eorumque sacrilegis consecratoribus, et aliis omnibus archiepiscopis, et episcopis, ne eosdem frustra electos, et eligendos consecrare quovis sub praetextu, et colore praesumant; praecipientes insuper dictis electis, et eligendis, sive in parochos, ne ullo modo se pro archiepiscopis, sive episcopis, sive parochis, seu vicariis gerant, aut cujusvis cathedralis, sive parochialis ecclesiae titulo se nominent, et ne jurisdictionem ullam, proque animarum regimine auctoritate, facultatemque sibi arrogent sub poena suspensionis, et nullitatis, a qua quidem suspensionis poena nemo ex hactenus nominatis poterit umquam liberari, nisi per Nos ipsos, aut per eos, quos apostolica Sedes delegarit.

Hortatur omnes, ut invasores, auctores, fautoresque editae constitutionis ad ovile regrediantur

§. 27. Qua majori uti Nobis licuit benignitate, declaravimus huc usque canonicas poenas inflictas, ut mala hactenus perpetrata emendentur, atque imposterum ne latius dimanent, impediatur. Nos in Domino confidimus futurum, ut consecrantes, ut tam cathedralium, quam parochialium ecclesiarum invasores, ut auctores, fautoresque omnes editae constitutionis suum agnoscant errorem, ac poenitentia ducti ad ovile regrediantur, unde non sine machinatione, et insidiis avulsi sunt. Eos itaque Nos paternis verbis compellantes hortamur etiam atque etiam, et obsecramus in Domino, ut a ministerio se abdicent, ut a perditionis via, in quam se dederunt praecipites, pedem referant, et ut nunquam committant, per homines philosophia saeculi hujus imbutos ea in vulgus diffundi doctrinarum monstra, quae Christi institutioni, traditionique patrum, et Ecclesiae regulis adversantur. Quandoquidem si fiet umquam, ut Noster hic mitis agendi modus, et Nostrae paternae monitiones, quod Deus avertat, in irritum sint recasurae, sciant Nostrae mentis non esse, illos a gravioribus iis poenis liberare, quibus per canones subjiciuntur; sibique certo persuadeant se per Nos anathemati subjectum iri, Nosque illos anathemate perculsos Ecclesiae universae denunciaturos, tanquam schismaticos, a communione ecclesiae, Nostraque segregatos. Maxime enim conveniens est » ut quisque in insipientiae suae luto jacere » delegerit, statuta permaneant, et cum eis habeat sortem, quorum est secutus errorem; » ita nos edocente M. Leone praedecessore No-

» stro in epistola ad Julianum episcopum Coen» sem.

Monita ad episcopos fideles, et probos.

§. 28. Vos nunc alloquimur, venerabiles fratres, qui, paucis exceptis, vestrorum erga gregem officiorum munera probe agnovistis, eaque, humanis rationibus sepositis, palam professi estis, ibique curas, ac labores majores impendi oportere existimastis, ubi majora pericula ingruebant; vobisque aptamus elogium, quo laudatus Leo magnus cumulavit episcopos ex Ægypto Catholicos apud Constantinopolim constitutos: » Licet laboribus dilectionis ve» strae quos pro observantia catholicae fidei » suscepistis, toto corde compatiar, et ea, quae » vobis ab haereticis illata sunt, non aliter ac» cipiam, quam si ipse pertulerim, intelligo » tamen magis esse gaudii, quam moeroris, » quod, confortante vos Domino Jesu Christo, » in evangelica apostolicaque doctrina insupe» rabiles perstitistis. Et cum vos inimici fidei » christianae ab ecclesiarum sede divellerent, » maluistis peregrinationis injuriam pati, quam » ulla impietatis ipsorum contagione violari. » Equidem vos intuentes, non possumus consolatione non affici, vosque, ut in proposito perstetis, non vehementer hortari. Ad memoriam itaque vestram revocemus spiritualis illius conjugii nexum, quo ecclesiis vestris adstricti estis, quodque nonnisi morte, aut apostolica Nostra potest auctoritate juxta canonicam formam dissolvi; iis ergo adhaerescite, neque illas umquam derelinquite luporum rapacium arbitrio, adversus quorum insidias vos jam sancto ardore aestuantes, et vocem extulistis, et legitimae auctoritatis munia obire non dubitastis.

Similia ad capitula canonicorum.

§. 29. Ad vos deinde sermonem convertimus, dilecti filii, spectabilium capitulorum canonici, qui vestris archiepiscopis, et episcopis ita, ut decet, subjecti, quique tanquam plura membra cum capite colligata unum ecclesiasticorum corpus efficitis, quod a civili nequit potestate solvi, aut everti. Vos itidem, qui tanta cum laude estis egregia vestrorum praesulum exempla secuti, a recta, in qua inceditis, via nunquam deflectite; nec umquam item committite, ut quisquam mentitis exuviis episcoporum, aut vicariorum indutus regimen vestrarum ecclesiarum arripiat. Illae enim, si suo pastore viduatae remaneant, ad vos unice pertinebunt, quidquid contra vos frustra novae quaedam molitiones effecerint. Una ergo animorum, et consiliorum conjunctione omnem a vobis invasionem, et schisma, quam longissime potestis, arcete.

Paria ad parochos, et pastores inferiores.

§. 30. Vos etiam affamur, dilecti filii, parochi, et pastores secundi ordinis, qui et plurimi numero, et virtute constantes vestro munere estis perfuncti illorum ex vestris collegis omnino dissimiles, qui aut infirmitate devicti, aut ambitionis aestu correpti se manciparunt errori, quique per Nos moniti, mature, ut speramus, ad officia convolabunt: fortes incoepto operi insistite, ac mementote, quam a vestris legitimis episcopis institutionem accepistis, eam nonnisi ab iisdem adimi vobis posse, itaut licet per civilem potestatem e gradu vestro dejecti, et expulsi, semper futuri sitis pastores legitimi, vestro munere adstricti, quantum in vobis erit, ad fures arcendos, qui in vestrum locum subingredi enituntur non alio consilio, nisi ut animas perdant vestrae curae concreditas, et de quarum salute eritis rationem reddituri.

Item ad sacerdotes, et cleri ministros.

§. 31. Vos item alloquimur, dilecti filii, sacerdotes, aliique Gallicani cleri ministri, qui in sortem Domini vocati debetis vestris legitimis pastoribus adhaerere, et esse in fide, ac doctrina constantes, quibus nihil esse debet antiquius, quam ut sacrilegos invasores vitetis, ac reprobetis.

Nec non ad omnes catholicos regni Galliarum.

§. 32. Vos tandem in Domino obtestamur, dilecti filii catholici, qui in regno Galliarum estis universi, vobisque religionem, ac fidem patrum vestrorum commemorantes intimo cordis affectu suademus, ne ab illa recedatis, quippe quae una est, ac vera religio, quae et vitam aeternam largitur, et civiles etiam societates sospitat, atque fortunat. Cavete diligenter, ne aures praebeatis insidiosis vocibus philosophiae saeculi hujus, quae mortem parant; et invasores omnes, sive archiepiscopi, sive episcopi, sive parochi appellentur, ita devitate, ut nihil cum illis sit vobis commune, praesertim in divinis; auscultantes assidue legitimorum voces pastorum, qui vivunt adhuc, quique vobis canonice praeficientur impostorum; uno denique verbo Nobis adhaerete: nemo enim in Ecclesia Christi potest esse, nisi capiti ipsius visibili uniatur, et in cathedra Petri solidetur. Utque omnes vehementius ad sua munera obeunda excitentur, Nos a patre coelesti spiritum consilii, veritatis, et constantiae in vos implorantes, in paternae dilectionis pignus vobis, dilecti filii Nostri, venerabiles fra-

Digitized by Google

tres, ac dilecti filii, apostolicam benedictionem peramenter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia aprilis MDCCXCI, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die 23. aprilis 1791. Anno XVII.

DCCCXXXIX.

Reprobatur defectio populorum Avenionis, et comitatus Venaisini a ditione ecclesiastica, et opportunae emittuntur protestationes.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Avenionensi, et episcopis Carpentoractensi, Cabilonensi, et Vasionensi, ac dilectis filiis capitulis, clero, et populo civitatis Avenionensis, et Venaisini comitatus Nostrae ditionis.

Venerabiles fratres, ac dilecti filii Salutem, et apostolicam benedictionem.

Improbantur facinora patrata.

§. 1. Adeo nota, ac pervulgata sunt apud nationes ea, quae patrata fuerunt, facinora in Nostra cum Avenionensi, tum comitatus Venaisini ditione adversus sanctuarii leges, et contra jura principatus, ut longa atque enucleata commemoratione non egeant. Graviter sane per utrumque populum in Nos peccatum est; sed populi Avenionensis defectio longe est comitatus populi defectione deterior. Avenionenses enim nihili aestimantes, se paucorum hominum improbitatem secutos, qui propter Nostram clementiam suorum criminum poenas effugerant, quasi defectionis vexillum sua manu extulisse, eo audaciae progressi sunt, ut Comitatenses, per vim etiam armatam, secum nefariam societatem inire, suasque sequi partes omnino coegerint, et in eos sive Comitatenses, sive Avenionenses, qui sibi obstiterint, omni minarum, caedium, ac suppliciorum genere animadverterint.

Describuntur eadem facinora.

§. 2. Cujus quidem facinoris, ut caetera taceamus, locupletissimo esse possunt argumento spectabiles cives, ecclesiasticique viri ad mortem rapti, Cabilonensis urbs per vim occupata atque direpta, hostiles in Carpentoractensem civitatem impetus facti, atque alia effraenatae violentiae genera, quae scelestos auctores aeterna ignominiae, infamiaeque labe inquinabunt. Hi enim crudelitatem imitantes Jasonis, inimici legum patriarum, et Dei, veluti sacrae de eo paginae testantur (1), ut cives, et Comitatenses transferrent a patriis, et Dei legibus, non pepercerunt in caede civibus suis, nec cogitarunt prosperitatem adversus cognatos malum esse maximum, arbitrantes hostium, et non civium se trophaea capturos (2): digni propterea, qui, non secus atque de Jasone factum est, declarentur omnibus odiosi, et execrabiles legum, et patriae proditores (3).

Causas rebellionis falsas esse demonstratur.

§. 3. In vulgus spargi coeptum est, hujusce rebellionis causam ex onerum, quibus populus premeretur, magnitudine proficisci. Sed cum cuique pateret, commentitiam omnino esse causam hujusmodi, et calumniae plenam, eo quod Avenionensis, et Comitatensis populus, nullo vectigalium genere pressus, adeo leni, ac temperato regimine utebatur, ut illius felicitati, non sine causa reliquae nationes inviderent, facile tunc perspectum fuit, unicam et veram causam esse effraene libertatis studium: ad hanc vero assequendam dictitatum est, opus omnino esse universam Gallicani conventus constitutionem, tam in politicis, quam in ecclesiasticis, religiosisque rebus amplecti, et ad majorem diuturnioremque felicitatem constabiliendam oportere, ut populi Avenionenses, et Comitatenses ad Gallicam ditionem transirent.

Memorantur beneficia collata.

§. 4. Has inter nefarias improbitates non destitimus equidem utrique populo palam facere, qualis et quanta esset Nostra in ingratos etiam parentis, ac principis benevolentia. Nostrae enim curae fuit non sine plurimo pontificii aerarii dispendio illum ab impendentis caritatis discrimine liberare; eumque paternae monere, ut ab occultis caveret insidiis, quae sibi, religioni, et publicae etiam utilitati sub imagine libertatis parabantur. Si autem ab ipsa temporum varietate, ac humana etiam pravitate aliquod in leges irrepsisset vitium, aut in earum partem inductus fuisset abusus, aperte eidem significavimus, Nos, auditis communitatibus, promptam opem, auxiliumque allaturos, ut omnia ad rectum ordinem per debitam emendationem revocarentur. Utque dubitaret nemo, quin, quantocius liceret, Nostra

(1) Machab. lib. II. cap. V.
(2) Cit. cap. V. vers. 6. et 13.
(3) Vers. 8. et 14.

occurreremus auctoritate, deliberavimus illico istbuc mittere dilectum filium Joannem Celestini, virum multis Avenione bene cognitum, et comitatus Venaisini negotiorum gestorem, ut quam citius fieri posset Avenionem, et Carpentoractum properaret, ibique cum Nostro pro-legato, unaque cum peritioribus, ac prudentioribus civibus ageret de iis capitibus, seu articulis, quos praecipue optari, atque expeti agnosceret, quo communibus votis obsecundare possemus in statuendis iis, quae convenire, opportunaque esse judicarentur; veluti binae Nostrae in forma Brevis literae praeseferunt, alterae XI. kal. majas superioris anni scriptae dilectis filiis nobilibus, et populo civitatis Nostrae Avenionensis, alterae VI. kal. martias ejusdem anni datae venerabili fratri episcopo Carpentoractensi, ac dilectis filiis deputatis a comitiis generalibus ejusdem civitatis.

Patratae defectionis descriptio.

§. 5. At inutiles fuerunt omnino beneficientiae Nostrae, inutiles paternae monitiones, inutilis profectio delegati. Cives enim Avenionenses minus rite in conventum coacti illorum decretorum praesidio, quae a Nostro pro-legato extorserant, quaeque a Nobis inania atque irrita declarata jam fuerant, Avenionenses, inquimus, in conventum coacti suscipere illum renuerunt, et minitati etiam sunt, se eumdem tanquam perturbatorem publicum habituros, si pedem in civitatem, aut in territorium intulisset; consiliumque praeterea inierunt exauctorandi dilectum filium Philippum Casoni pro-legatum, aliosque ministros Nostros, quos inter non defuit, qui insidiis etiam petitus coactus fuit se fugae committere; et ad extremum deliberationem coeperunt sese subjiciendi ditioni, et imperio carissimi in Christo filii Nostri Galliarum regis christianissimi, missis hanc ipsam ob causam suis ad eumdem regem, et Gallicanum conventum deputatis. Hinc per municipalitatem eidem pro-legato, ut Avenione discederet, indictum est; qui reapse discessit die 12. junii anni 1790., emissis antea opportunis protestationibus, tum voce coram iisdem municipalibus officialibus, qui sibi discessum indixerant, tum scripto coram testibus; cum tabellionum nemo fuerit Avenione repertus, qui illas in acta referret: quod quidem in causa fuit, cur idem pro-legatus Carpentoractum profectus mox easdem renovarit die 16, et 21. mensis ejusdem protestationes coram tabellione Oliveiro, cancellario rectoriae, easque in acta secretariae referri jusserit, ne facti hujusce memoria umquam interiret. Sub idem tempus fuit per Avenionensem conventum de constitutione universa Gallicani conventus amplectenda cogitatum in politicis aeque atque in ecclesiasticis rebus, et ad eam exequendam mox tali, ac tanto cum furore undique ventum est, ut simile quippiam ne in Gallicanis quidem comitiis conspectum fuerit.

Crimina noviter patrata

§. 6. Ex quo factum est, ut parte ex una legitimo, et antiquo principatui miser anarchiae status fuerit suffectus, atque parte ex altera canonibus subrogatae fuerint saeculi leges, sacram hierarchiam, Ecclesiae auctoritatem, et catholicam ipsam religionem evertentes. Etenim expoliatae sunt bonis ecclesiae; argentea supellex direpta; sacra vasa scelestis manibus contrectata, ac Massiliam delata, pecuniaeque ex illis conflatae; monasteriorum claustra perrupta; sacrae virgines male habitae, et ad petenda alia monasteria, aut ad patrios lares remeandos adactae. Praeterea publico programmate die 30. novembris elapsi anni edictum est tum venerabili fratri archiepiscopo Avenionensi, qui Villamnovam locum suae dioecesis secesserat, tum omnibus parochis, ecclesiasticisque viris universis, ut brevi temporis spatio Avenione sisterent sese, ibique civici jurisjurandi religione se adstringerent, jurisjurandi scilicet, ex quo praecipua malorum omnium causa profluxit; si secus fieret, reputarentur omnes e suo gradu dejecti, eorumque ecclesiae ita haberentur, ac si suo pastore carerent. Quod quidem programma in mentem Nobis revocat scelestum illud edictum adversus bonos legitimosque pastores ab imperatore Constante editum Arianorum consilio, atque opera, quod scriptores omnes merito horrore sunt prosecuti. Hoc enim quoque edictum cum eamdem fere sponsionem ab ecclesiasticis viris postularet, easdem etiam praeseferebat minas hisce verbis conceptas, *aut subscribite, aut ab ecclesiis recedite* (1).

Idem ut supra.

§. 7. Minis, quae in edicto continebantur, factum respondit profano scelere, et immani

(1) Athanasius epist. ad omnes ubique solitariam vitam agentes. Oper omn. edit. Colon. 1686. tom. 1. pag. 829. lit. C.

sacrilegio undique plenum. Die enim 26. mensis februarii hujus anni accessit ad cathedralem ecclesiam officialis municipalis, cui nomen Dupratius, armis instructus, et gladium dextera praeferens ingentique comitatus militum manu. Is ecclesiae canonicos e choro egredientes in aulam capitularem cogi jussos nomine municipalitatis adigere ausus est ad vicarium capitularem eligendum eo sub praetextu, ut juxta Gallicani conventus decreta, per Avenionenses suscepta, haberi archiepiscopus deberet tanquam civiliter mortuus, ejusque ecclesia tanquam suo viduata pastore, eo quod ipse Avenione stato tempore non stitisset se, neque civicum jusjurandum detulisset.

Iniqua electio vicarii capitularis memoratur.

§. 8. Negarunt canonici, se ea exequi jussa posse, quae cunctis Ecclesiae regulis adversarentur. At officialis minatus est tamdiu prohibiturum se illos, ne inde pedem efferrent, quamdiu ad vicarii electionem non venissent. Acciri tunc notarium canonici postularunt, qui de vi sibi illata testimonium ferret. Sed petitione illorum rejecta, officialis eisdem chartam exhibuit, in qua octo virorum nomina erant excripta, quos inter vicarium omnino eligi oportebat, eodemque tempore advocari, atque intromitti jussit Poncetium notarium, et Escuyerium municipalitatis secretarium, qui electioni interessent. Frustra denuo obniti contra perrexerunt canonici; sed iis ad suffragium ferendum coactis ita res se denique habuit, ut nemo rite electus dici posset. Ex decem enim canonicis, qui in capitulo aderant, Malierius canonicus cathedralis quatuor dumtaxat habuit suffragia, duo de Praetis alter cathedralis canonicus, totidemque Messangeanius canonicus collegiatae s. Ginesii, et caeteri quinque nullum omnino. Voluit tamen Dupratius, ut electio hujusmodi Malierii, ad quam non major capituli pars, ut ex jure opus est, sed quatuor dumtaxat suffragantes accesserant, pro canonica haberetur; voluitque insuper, ut canonici, licet inviti et incassum reluctantes, suo illam nomine subsignarent; ac gravibus propositis poenis vetuit tam praesentibus, quam absentibus notariis civitatis, ne quascumque canonicorum protestationes in suis actis excriberent.

Magis iniqua capituli suppressio.

§. 9. Ubi officialis extorsit a canonicis commentitiam hanc electionem, quam municipalitatis vota, et consilia postulabant, meminisse se simulavit, minime per eosdem canonicos delatum civicum jusjurandum fuisse. Eo itaque adigendos illos curavit. At cum hujusmodi jurisjurandi vinculo adstringere se canonici denegarent, veluti ipse jam futurum praeviderat, extemplo nomine municipalitatis declaravit, extinctum esse capitulum, nec posse deinceps canonicos ullo munere in ecclesia defungi, aut aliquo modo in unum corpus coalescere, et congregari.

Increpatur canonici Malierii consilium acceptandi officium vicarii capitularis, vivo adhuc archiepiscopo.

§. 10. Erat Benedictus Franciscus Malierius adeo provectus aetate, ut ab aetate parum abesset Eleazari, senis in historia sancta per celebris (1), poteratque vel ipse gloriosum exemplum juventuti, et universae genti relinquere, quod ea sibi sumeret ad imitandum, pro gravissimis, et sanctissimis legibus (2). At longe ille se praebuit Eleazaro dissimilem, qui secum animo reputans, aetatis, et senectutis suae eminentiam dignam, et ingenitae nobilitatis canitiem, gloriosissimamque mortem magis, quam odibilem vitam complectens destinavit non admittere illicita propter modicum corruptibilis vitae tempus (3). Quandoquidem Malierius non modo coram militibus in aula capitulari adstantibus non recusavit vicarii capitularis officium, quod, vivo adhuc archiepiscopo suo, sanctiores divinae, et ecclesiae leges cuidam deferri posse vetabant; sed in sua etiam libertate relictus publicas municipalitati gratias egit, et die 6. martii post missam celebratam per Mouvansium oratorii presbyterum insigni municipali super vestes sacerdotales indutum, non dubitavit in cathedrali solemniori ritu collatum sibi munus inire, et possessionem capere cum militibus; non recusavit ea ultro libenterque elogia excipere; quae ad se, tamquam ad seditionis columnam deferebantur, tum a Richartio civitatis praefecto, tum a Vinayo substituto procuratoris ejusdem civitatis; et ad extremum moratus non est haec omnia novo etiam scelere cumulare. Etenim coram omnibus se denuo civici sacramenti vinculo adstrinxit, erga nationem, erga leges, et erga regem Galliarum, iisque usus verbis, quibus ne impudentissimi quidem usi erant in Galliis, promisit se praecipue civilem cleri constitutionem servaturum, quidquid sibi ex adverso

(1) Cit. lib. II. Machab. cap. VI.
(2) Vers. 28. et 31.
(3) Vers. 19. 20. 23. et 23.

objiceretur obstaculi, et quidquid sui mussitarent sive inimici, qui reformationem limis intuebantur oculis, sive amici, a quibus se videbat derelinqui.

Idem ut supra.

§. 11. Id ut factis magis magisque comprobaret, eadem die scriptum quoddam circumferri jussit ad parochos, in quo et de sede vacante verba faciebat, et quadragesimalis praecepti vinculum laxare audebat. Die vero IX. ejusdem mensis per aliud simile scriptum eos omnes ab exercitio muneris interdixit, qui quoquo modo seminariis praeessent, eo quod jusjurandum deferre detrectassent; duo etiam subinde seminaria e medio sustulit; et temeritate denique tanta, quanta credi vix aut ne vix quidem posset, literis datis die V. ejusdem mensis Nos reddidit de sua electione certiores, Nos ipsos rogans, ut electionem saltem suam minime improbaremus. Quae cum ita sint, dubitabit nemo, quin ille, maculam atque execrationem suae senectuti conquisierit (1).

Protestationes emissae a civitate Carpentoractensi.

§. 12. Ista ratione per civitatem Avenionensem Nobiscum actum est. Ad Carpentoractensem autem civitatem quod attinet, aliasque comitatu communitates, non dubiam profecto illae in Nobis spem excitarant fore, ut primo quoque tempore ad officia sua reverterentur. Illae enim in conventum repraesentativum coactae non susceperunt modo pro-legatum per Avenionenses expulsum, et Joannem Celestini Roma missum, sed etiam die XXVII. maji superioris anni palam declararunt, se Gallicanam constitutionem amplexuras in iis solum, quae suis rebus, loco, ac tempori essent accomodata, quaeque cum obsequio Nobis debito componi possent, sub cujus imperio et ditione semper sese permansuras affirmabant. At postmodum seu vi devictae, seu blanditiis illectae, seu insidiis circumventae Avenionensium rebellium, satis aperte ostenderunt, se dicis causa dumtaxat summum pontificem venerari, et ejus ministros colere; dum respse illarum consilia non alio spectabant, nisi ut pontifex, ejusque ministri constitutionem Gallicanam universam sive ecclesiasticas, sive politicas res spectantem probarent, sancirent, exequerentur.

Deliberationes captae a conventu Comitatensi.

§. 13. Ne inutili sermone prosequamur omnes deliberationes a conventu Comitatensi captas, sat erit commemorare septemdecim illos articulos, ubi jura hominis eo prorsus modo suscipiebantur, quo fuerant in decretis conventus Gallicani explicata et proposita, illa scilicet jura religioni, et societati adversantia; et ita suscipiebantur, ut novae constitutionis essent veluti basis ac fundamentum. Item sat erit commemorare alios undeviginti articulos, qui erant prima novae constitutionis elementa ex ipso constitutionis Gallicanae fonte petita atque hausta. Quemadmodum autem fieri minime poterat, ut Nos deliberationes sanciremus hujusmodi, utque Nostri ministri, quicumque ii demum essent, illas exequerentur, ita factum est, ut conventus repraesentativus illico patefecerit vesanum illum rebellionis ardorem, quo jamdiu conflagrabat, quique ad id usque tempus delituerat.

Idem ut supra.

§. 14. Odio itaque percitus in pro-legatum Nostrum, eo quod nec suis petitionibus indulserat, nec civicum sacramentum detulerat, eumdem quacumque exuit jurisdictione, et tanquam ministrum Nostrum haberi amplius non posse declaravit. Nec dissimili ratione cum dilecto filio Christophoro Pieracchi Carpentoracti rectore, cumque aliis ministris pontificiis est actum. Subinde in locum pro-legati novum tribunal institutum, tresque conservatores status nominati, et duo deputati ad Nos missi, mandato quodam instructi arrogantiae, et injuriarum pleno, ac apertam defectionem praeseferente: quod in causa fuit, cur deputatis hujusmodi omnem ad Nos aditum occluderemus. Exauctoratis ita Nostris ministris, debuit Joannes Celestini Romam re infecta reverti, aliique pontificii ministri exinde recedentes petierunt primo Aubignanum, locum Carpentoracto proximum, mox Buchetum prope terminos Venaisini comitatus, subinde crescente tumultu Montemlimartium in Delphinatu, et denique Camberiacum, ubi die V. martii hujusmet anni opportunas protestationes renovarunt, easque in actis cancellariae episcopalis inserendas curarunt.

Idem ut supra.

§. 15. Quis umquam credidisset, hunc Nostrorum ministrorum discessum, non alia ex causa profectum, nisi quod illi se omni jurisdictione exui, suamque ipsorum vitam periclitari viderent, veluti eorum saepius iteratae protestationes declarant, hunc, inquimus, discessum ansam praebiturum fuisse consilio municipali Carpentoractensi, nonnullisque aliis

(1) Vers. 23.

Digitized by Google

communitatibus dictitandi, et vulgo obloquendi, esse populos a suo principe derelictos, solutisque propterea a jurejurando fidelitatis licere, si vellent, se regi christianissimo dedere, quemadmodum revera faciendum sibi esse decreverunt? Populus sane Avenionensis, et Comitatensis sese Nostrae ditioni subduxit, violare ausus humanas leges, atque divinas. Sed Nos nunquam de hisce populis deserendis cogitavimus, iisque proinde Nostram opem, auxiliumque conferemus imposterum, veluti antea praestitimus, modo ad Nos revertantur. Hanc ipsam ob causam iis, qui a Nobis defecissent, ultro veniam obtulimus, nullis limitibus circumscriptam. At hic singularis Nostrae clementiae actus tam Avenione, quam Carpentoracti adeo effraeni audacia exceptus est, adeoque indignae deliberationes utrobique captae, ut satius ducamus ea silentio, ac tenebris tegere, quam in lucem emittere.

Allocutio ut boni in proposito persistant, atque improbi in viam reducantur.

§. 16. Sed non idcirco Noster amor defervuit. Non ignoramus equidem, ven. fratres, inter vos esse neminem, qui hactenus patrata facinora summo non prosequatur horrore, et non eo suas curas convertat, ut quo melius possit suo pastoris munere defungatur. Scimus item vos inter, dilecti filii, canonici, parochi, aliique Avenionis, et Comitatus ecclesiastici viri, plurimos existere virtute praestantes, et religionis ardore succensos, promptos proinde, paratosque quibusvis tolerandis aerumnis ad Dei, Ecclesiae, et patriae causam tuendam. Scimus denique, ex vestro, dilecti filii, nobili et civico coetu plurimos esse egregio in Ecclesiam studio, et optimo in Nos animo cum Avenione, tum multo magis in comitatu, ubi integrae communitates bene multae intactam, atque intemeratam servant religionem atque fidelitatem. Hinc a divina sapientia edocti eorum ducimus habendam esse rationem, qui probi et justi sunt, ut improbos cum mansuetudine toleremus. Et quamvis tanta crimina intuentes maximo animi afficiamur dolore, volumus tamen utrosque paterne alloqui, ut boni in proposito persistent, utque improbi in viam reducantur, et suas poenitentia ducti culpas ejurent. Eo vel magis, quia per id temporis haec scribimus, quo sanctius nihil est, quodque fert secum dies reconciliationis ac pacis. Minime itaque horrescimus propter adversos casus, qui tam isthic, quam in Galliarum regno evenerunt, perinde ac si Deus Nos dereliquisset. Sed illud mente revolvimus ac reputamus, ea, quae propter Nostra, et populorum peccata acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis Nostri (1), certoque futurum confidimus, ut Deus optimus maximus, coram quo saepius procumbentes Nobis, populisque Nostrae curae concreditis veniam flagitavimus, reconcilietur servis suis; quippe nunquam quidem a Nobis misericordiam suam amovet, sed corripiens in adversis populum suum non derelinquit (2), et qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni domini reconciliatione exaltabitur (3).

Poenae contra eos qui exequerunt civilem constitutionem cleri.

§. 17. Audite, ven. fratres, ac dilecti filii, Nostras paternas voces, quas consilium sequentes ven. fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium ad vos convertimus veluti pastor universalis, et princeps vester pro rerum ecclesiasticarum, ac politicarum diversitate. Ad ecclesiasticum regimen quod attinet, cum illis, qui jurejurando amplexi et executi sunt, vel umquam amplecterentur, et exequerentur isthic civilem cleri constitutionem, eadem mansuetudine agemus, qua cum iis usi sumus, qui idem praestiterunt in Galliis, ubi ortum habuit eadem constitutio partim haeretica, partim schismatica, et in universum longe a regulis, et disciplina ecclesiastica abhorrens; itaut proinde propositum Nobis sit, nihil agere aliud, nisi easdem declarare, ac extendere canonicas poenas, quas Nostrae literae praeseferunt, die XIII. hujusce mensis datae dilectis filiis Nostris S. R. E. cardinalibus, et venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, clero, et populo regni Galliarum: quarum complura exempla ideo ad vos mittimus, ven. fratres, ut his juncta literis ad manus deferenda curetis capitulorum, cleri, ac populorum istius Nostrae ditionis.

Damnatio actorum factorum defectionis tempore.

§. 18. Apostolica hinc Nostra auctoritate declaramus irritos, illegitimos, et sacrilegos actus omnes, quocumque demum nomine tam Avenione, tum Carpentoracti, tum alibi facti sint ad amplectendam, exequendamque tam tacite, quam expresse civilem cleri constitutio-

(1) Machab. cit. cap. VI. vers. 12.
(2) Loc. cit. vers. 16.
(3) Cap. V. vers. 20.

nem universam, sive ejus tantummodo partem, hosque actus omnes, quos pro expressis haberi volumus, damnamus, rescindimus, atque abolemus.

Abolitio edicti diei 8. octobris 1790.

§. 19. Super omnia rescindimus, atque abolemus edictum diei 8. octobris MDCCXC., quo consilium municipale Avenionis non minus temere, quam impie ausus est cogere ven. fratrem archiepiscopum illius civitatis, canonicos, parochos, aliosque ministros ecclesiasticos ad se civico jurejurando obstringendos, catholico quovis homine prorsus indigno, edita declaratione, ut sedes archiepiscopalis, ut parochiae, utque alia officia omnia pro vacantibus haberentur, nisi sacramentum hujusmodi deferretur: edictum propterea irritum, atque sacrilegum, suapte natura idoneum schismati invehendo.

Damnatio electionis vicarii capitularis.

§. 20. Aeque damnamus, atque abolemus electionem Malierii in vicarium capitularem, eam declarantes impiam, violentam, irritam, atque sacrilegam, utpote quae incognita prorsus est in Ecclesia Dei, cum vivo adhuc pastori legitimo adimi regimen suarum ovium nequeat, nisi ex causis canonicis, ab ipsa Ecclesia, aut ab hac sancta Sede; et utpote quae necessariis suffragiis destituitur, et omni caret libertate, itaut non canonica et ecclesiastica electio considerari debeat, sed actus militaris, atque hostilis. Suffragia enim vis militaris extorsit; vi militari factum est, ut commentitia isthaec electio ederetur in vulgus, justis posthabitis canonicorum protestationibus, quae profanum actum antecesserunt, et consecutae sunt; vi denique militari accepta referri debet electi ipsa possessio. Huc itaque convenire possunt, quae a synodo Alexandrina in epistola ad episcopos Ecclesiae Catholicae scripta sunt, cum s. Athanasius e sua sede fuit dejectus in conciliabulo Tyri, » Cui comes praesedit, ubi » comes verba faciebat, caeteri praesentes in » silentio erant, vel potius comiti obsequium » suum accomodabant, ubi quod communiter » episcopis placuit, ab illo impediebatur, ille » imperio utebatur, nos a militibus duceba» mur ». Optime synodus affirmavit dejectionem hujusmodi habendam esse tanquam e negocium imperaterium, non synodale (1). » Æque conveniunt, quae a s. Julio dicta sunt, ubi in locum ejusdem Athanasii suffecerunt episcopi Ariani Georgium depeculatorem, eumque militari manu stipatum Alexandriam miserunt. Egregie s. pontifex scribebat, Georgium in ecclesiam ingressum fuisse » non cum » presbyteris, et diaconis civitatis, sed cum » militibus . . . . . . dilecti credite, tanquam » Deo praesente cum veritate loquimur, non » est istud pie factum, non ex jure, non ec» clesiastice (2). »

Declaratio nullitatis omnium actuum factorum a pseudo vicario.

§. 21. Declarata electionis nullitas nullitatem secumfert omnium actuum per Malierium in introitu gestorum sine jurisdictione contra rectores seminarii, contra probos pastores, contra religiosos presbyteros, non alia de causa suis officiis exutos, nisi quia jusjurandum edere renuerunt de constitutione prorsus acatholica servanda. Apposite ad rem nostram denuo s. Julius exclamat: » Quae feruntur a » Georgio acta in introitu ejus, ostendunt qua» lis fuerit ordo in ejus ordinatione; presby» teri . . . indigne habiti . . . . ., sacra my» steria direpta, ut vi cogerent nonnullos ad » constitutionem Georgii approbandam. Haec, » et istiusmodi ostendunt, quinam sint cano» num praevaricatores. Nam . . . nec cum » praevaricatione legis coegisset eos sibi ob» temperare, qui ei legitime obaudiebant (3). »

Suspensio vicarii ab ordine sacerdotali.

§. 22. Quamvis profecto multa et gravia sint crimina per Malierium patrata, nihilominus volentes eidem spatium ac facultatem relinquere colligendi se, suasque culpas publica atque opportuna satisfactione purgandi, Nosmet ipsos modo cohibemus a gravioribus canonicis poenis, eique infligentes poenam omnium mitissimam, ipsum declaramus ab ordine sacerdotali suspensum, et irregularitati etiam obnoxium, si praedictum ordinem audeat exercere.

Prohibitio ne officii munera exercere praesumat.

§. 23. Praecipimus insuper praedicto Malierio sub eadem suspensionis poena, ne audeat deinceps aut se vicarium capitularem vocare, aut ulla munia obire, quae quoquo modo ad hanc pertineant dignitatem, ad quam non rite, et non canonice accessit. Praecipue vero interdictum eidem volumus, ne per ipsum dimissoriae literae dentur ad ordines suscipien-

(1) S. Athanas. apolog. 2. pro fuga sua Op. omn. pit. tom. I. pag. 728. lit. D. et p. 730. lit. c.

(2) Epist. Danio etc. caeterisque eorum, qui ex Antiochia scripserunt. loc. cit. pag. 748. lit. e. et p. 749. lit. a. b.

(3) Cit. pag. 749. lit. b.

dos, et ne parochi, vicarii, rectores seminariorum, functionarii, aliique ministri ecclesiastici cujusvis generis, licet a populo electi, quovis modo instituantur; declarantes irritas, atque inanes institutiones, ac deputationes omnes, quae hactenus factae fuissent cum omnibus inde secutis, aliosque actus quoslibet, quos facere auderet imposterum.

Suspensio ab ordinis exercitio sacerdotis Mouvansii.

§. 24. Subjicimus quoque eidem poenae suspensionis ab exercitio ordinis praedictum Mouvansium, oratorii presbyterum, qui et missam celebravit, dum pseudo vicarius Malierius possessionem iniret, et per summam temeritatem vestibus sacerdotalibus, quibus erat indutus, signum municipalitatis adjunxit.

Monitum ad canonicos, ecclesiasticos, et cives Avenionenses universos.

§. 25. Ad vos autem conversi dilecti filii, canonici, ecclesiastici, et cives Avenionenses universi, vobis in Domino praecipimus, ne aut praedictum vicarium capitularem, aut alios ministros quoscumque ullo modo suscipiatis, qui per anfractus, et cuniculos in parochias, et in alia ecclesiastica munera subingredi molirentur: e contra vero vobis praecipimus, ut archiepiscopo primum, deindeque vestris legitimis parochis ita, ut decet, pareatis; hi enim semper vestri pastores erunt, tametsi inviti secedere cogerentur; et tametsi horribili sacrilegio alius eligeretur, ac consecraretur archiepiscopus, aliique parochi instituerentur. Quod quidem sacrilegii genus satis per Nos declaratum, ac vindicatum est Nostris literis ad episcopos Galliarum datis, et vobiscum communicatis. Erit itaque onus archiepiscopi suas oves regere, et proborum parochorum spiritualia subsidia suo populo suppeditare, quo meliori poterunt modo. Mementote, sine canonico Ecclesiae judicio non posse vos, per speciem violentiae etiam et necessitatis, ab eo obedientiae vinculo subduci, aut solvi, quo erga archiepiscopum, vestrosque parochos devincti tenemini, veluti die XXV. mensiis februarii per celebrem Sorbonae universitatem in conventum extraordinarium collectam agnitum, et declaratum est.

Excusatio episcopi, aliorumque functionariorum ab accusationibus.

§. 26. Atque hoc loco opportunum ducimus tum archiepiscopum vestrum, tum alios functionarios ab accusationibus vindicare, quibus in edicto consilii municipalis injuste onerantur, perinde ac si iidem nonnisi contra canonum praescripta Avenione abesse non possent. Tunc enim juxta canones abesse sine culpa non potest neque archiepiscopus, neque alii ministri, qui sui officii munere ecclesiae coguntur adesse, quando justis, et rationabilibus cessantibus causis, se confert archiepiscopus extra dioecesim, ibique ultra tempus permissum commoratur; aliique ecclesiastici ministri ab ecclesiae, cui addicti sunt, servitio secedunt. At id si accidat, edicti auctores ignorare minime debent, per canones ipsos permissum haud esse laicis sententiam in ecclesiasticos dicere, et in illos extrema privationis poena animadvertere: sed liberum tunc jus, et arbitrium ecclesiae relinqui eosdem, per quosdam veluti gradus, variis poenis afficiendi, aut illos privando beneficiorum redditibus, aut eosdem mulctando spiritualibus poenis, aut eos denique ipsis beneficiis privando: ita ut si de metropolitano absente ageretur » Episcopus » antiquior residens sub poena interdicti ingressus ecclesiae eo ipso incurrenda, infra » tres menses per literas, seu nuncium Romano pontifici denunciare teneatur, qui in ipsos » absentes, prout cujusque major, aut minor » contumacia exegerit, suae supremae Sedis » auctoritate animadvertere, et ecclesiis ipsis » de pastoribus utilioribus providere poterit, » sicut in Domino noverit salubriter expedire, » ut totidem verbis in concilio Tridentino sancitum est (1).

Idem ut supra.

§. 27. Jam vero notae cuique sunt maximae illae turbae, istic excitatae, quae sicuti nobiles cives, ita et ecclesiasticos viros adegerunt, ut patriam, domiciliumque relinquerent ad pejerandi occasionem evadendam, aut ad se illis periculis liberandos, quae alii probi viri miserrime subierunt; quae sane pericula ne ab eorum quidem bonis abesse potuerunt; veluti de archiepiscopali domo, deque aliis archiepiscopi bonis factum est. Eodem accedit, quod archiepiscopus nunquam extulit pedem e sua dioecesi: Villanova enim, ubi ipse commoratus, est et commoratur adhuc, intra fines continetur dioecesis ejusdem; ita ut hanc ipsam ob causam dici nequaquam posset, eum a Tridentina sanctione discessisse, utpote quae metropolitanos jubet in ecclesia archiepiscopali, vel in dioecesi residere (2). Ceterum Nobis, ad

(1) Sess. 6. de reform. cap. 1. et 2. et sess. 23. cap. 1. de ref.

(2) Cit. sess. 23. cap. 1. de ref.

quos spectat hisce de rebus judicium, certo constat, nihil ardentius optare archiepiscopum, quam isthuc regredi, et ad vos jam reversurum fuisse, posthabito etiam suae vitae discrimine, nisi metueret, ne sui sacrificium capitis potius quam utilitati ovibus suis esset infelicissimis hisce temporibus damno, ac detrimento.

Monitum ad clerum, et populum Avenionensem

§. 28. Quae clero, et populo Avenionensi diximus de obedientia archiepiscopo, et pastoribus debita, ea vobis quoque dicimus, dilecti filii, canonici, ecclesiastici, ac populi aliarum ecclesiarum Comitatus. Arcete vos ab iis, qui in alienas ecclesias invaserint, aut invadere adhuc molirentur, illos devitate, illos cum horrore conspicite: vestros autem legitimos episcopos, et parochos diligite, eos colite obsequio, illos audite.

Idem ut supra.

§. 29. Omnes autem Avenionenses, et Comitatenses simul una animorum, et voluntate consensione, ubi de rebus religiosis agitur, oculos semper convertite ad leges divinas, ad ecclesiasticas leges, et ad leges hujus apostolicae Sedis. Ecclesia enim, et apostolica Sedes spiritus Dei agitur. Id si praestabitis, veluti pietati vestrae confisi equidem speramus futurum, ira Dei in misericordiam convertetur, deque iis triumphum agetis, qui adversus religionem praeliantur, quisque ea de vobis confiteri cogentur, quae Judaeorum inimici de Machabaeis jam praedicabant, Judaeos scilicet, Deum protectorem habere, et ab ipsum invulnerabiles esse, eo quod sequerentur leges ab eo constitutas (1).

Idem ut supra.

§. 30. A regimine ecclesiastico ad civile regimen nunc transgredientes, non possumus equidem eamdem vobiscum rationem inire, quam cum Gallis inivimus. Ad Gallos enim quod pertinet data opera sermonem habere noluimus de nova lege circa res civiles a comitiis generalibus profecta, et a rege sancita, ad quem ista pertinebant; e contra autem tacere haud possumus cum vobis, qui multis jam a saeculis sub apostolicae Sedis, summorumque pontificum ditione degentes, sine suprema auctoritate Nostra temporalis regiminis formam immutare non potestis omnino; ita enim postulant aeque humanae leges, atque divinae.

Rescissio actuum factorum in quolibet parte Comitatus a novis magistratibus.

§. 31. Hinc Nostra utentes suprema ac legitima potestate, qua uti princeps fungimur, rescindimus omnes et singulos actus, tam Avenione, quam Carpentoracti, et in alia qualibet Comitatus parte factos adversus jura Nostri principatus, et reprobamus in primis, atque abolemus tamquam irritas, et violentia, ac seditione plenas deliberationes isthic captas de vobis e nostra ditione subducendis, ac Gallicae ditioni tradendis; deliberationes, inquimus, quas carissimus in Christo filius Noster rex christianissimus una cum inclyta natione sua non modo probare nequit, sed ne in disceptationem quidem vocare, absque eo quod sanctiora gentium jura laedantur, veluti ipsi regi iteratis expostulationibus patefecimus.

Improbantur atque omnes deliberationes seditiosae.

§. 32. Improbamus item, atque rescindimus deliberationes, aeque absurdas, ac seditiosas vivendi isthic ad instar reipublicae; reprobamus et rescindimus illas, etiam deliberationes, quibus per summam insaniam suscipiuntur exterae civiles leges tam conditae, quam adhuc condendae, et quibus novae, periculosae, incertaeque leges anteferuntur constitutioni antiquae, domesticae et legitimae, sub qua vos vestrique majores tot jam saeculis tranquille, pacateque vixerunt.

Idem ut supra.

§. 33. Et aliis innovationibus omissis, sine Nostra consensione factis in maxima rerum, et animorum commotione, et in ipso seditionis aestu, quae pro irritis haberi debebunt, perinde, ac si hoc loco singillatim per Nos commemorarentur, abolemus praesertim indignissimos violentiae actus, per quos Nostri pro-legatus, rector, aliique ministri exauctorati primum sunt, et deinde, novis suffectis officialibus, ac tribunalibus, ad discedendum coacti. Utque dubitari nequeat umquam, quin intactam integramque servemus antiquam Nostram possessionem, et quin Nostra omnia vetera, ac legitima jura sarta tecta tueamur, hic conceptis verbis, et solemniori, quo fieri potest, ritu confirmamus non protestationes modo, quarum supra meminimus, per pro-legatum Nostrum saepius instauratas, quas hic haberi volumus, ac si de verbo ad verbum essent excriptae, sed reclamationes etiam, quas exemplum secuti Nostrorum praedecessorum, et morem aliorum principum imitantes deferendas curavimus ad regem Galliarum, et ad alias catholicas aulas eo consilio, ac mente, ut ad diuturniorem pervicaciam superandam ea quoque, si opus fue-

(1) Machab. cit. lib. II. cap. VIII. vers. 36.

rit, in usum vocaremus fortiora remedia, quae in Nostra sunt potestate.

Conclusio. §. 34. His praehabitis, vos paterne monemus, atque hortamur, venerabiles fratres, ac dilecti filii, qui fideles perstitistis, ut eos, qui tot tantisque nominibus defecerunt, nedum opere, sed etiam sermone excitetis ad seditionem, qua misere implexi sunt, deserendam, et ad redeundum ad Nos, qui ita animo comparati sumus, ut illos iterum amplecti, ac sinu excipere non recusemus. Meminerint, esse Dei praecepto constitutum, quod sacrae paginae, tam saepe inculcant, ut subditi pareant principi suo, utque patrias leges exequantur, quae ab illo prodierunt. Caveant diligenter a studio rerum novarum, quae quamvis specie sua utiles videantur, sunt semper cum periculo summo conjunctae. Si quid in patrias leges irrepsit abusum, jam declaravimus alias, modoque iterum declaramus, promptos Nos esse iis eradicandis, et e medio tollendis, vestrisque votis, quantum in Nobis erit, auscultandis. Desinant factiones, et simultates inter cives, res ad suum ordinem revertantur, restituatur animis charitas, justitia, pax; felices enim undique eritis, si servatis Dei, Ecclesiae, ac principis vestri legibus, pace perfruemini; quandoquidem Deus pacis, ac dilectionis erit vobiscum, veluti fidelibus promisit apostolus Paulus (1). Nos interim in illius pacis pignus, quam omnibus a Domino exoptamus, vobis, venerabiles fratres, vobisque, dilecti filii, Nostram apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum die vigesima tertia aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die 4. maji 1791. Anno XVII.

DCCCXL.

Instantibus aliquibus episcopis Galliarum tribuuntur eisdem nonnullae facultates, attentis praesentibus Gallicanae ecclesiae calamitatibus.

Venerabilibus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum.

Pius pp. VI.

Venerabiles fratres
Salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis. §. 1. Quo luctu, quove moerore ob maximam christianae religionis eversionem, quae in hisce alias florentissimis regnis flagitiosorum hominum malitia brevi confecta est, afficiamur, pluries vobis, et literis, et indubiis argumentis significavimus. Quapropter quantum in Nobis fuit, Dei adjuvante gratia, torrenti iniquitatis obsistere adhuc conati sumus, et quoniam, sicut nuper accepimus, eo usque processum est, ut neque cultus divinus, neque religionis Nostrae mysteria, ac ceremoniae palam, ac servatis Ecclesiae legibus peragi possint, hinc utile, atque catholicae religioni proficuum futurum fore arbitrati sumus apostolici ministerii humilitati Nostrae ex alto concrediti partes hisce quoque desuper interponere, ac vos in tanta rerum perturbatione, in qua ecclesiasticae disciplinae capita minime servari possint, ab iis in parte aliqua solvere, ut pro tempore, ac re consulere, quidve optimum adhibere valeatis.

Concessionis tenor. §. 2. Nos itaque vestrum votis annuere volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus multorum ex ordine vestro, qui apostolicae huic Petri cathedrae firmiter adhaerent, atque Ecclesiae jura strenue tuentur, nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; fraternitatibus vestris, de quorum fide, ac religionis zelo plurimum confidimus, durantibus praesentibus regnorum Galliae calamitatibus, ac ad Nostrum, et apostolicae Sedis beneplacitum, quatenus urgeat necessitas, et Ecclesiae utilitas id postulet juxta prudentiam vobis a Deo datam olea sacra cum presbyteris, quos potueritis habere, ac etiam extra diem coenae Domini, prout a sacris canonibus praescribitur, conficiendi; clericos ad quatuor minores ordines, quatenus illos nondum susceperint, quatuor feriatis, vel non feriatis, seu unica, et subinde ad sacros subdiaconatus, diaconatus,

(1) Epist. II. ad Corinth. cap. 13. vers. 11.

Digitized by Google

et presbyteratus ordines tribus dominicis, seu aliis festivis diebus non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio vestrum arbitrio definiendo interpolatis etiam extra tempora ad id jure statuto, et interstitiis, a sacro concilio Tridentino designatis minime servatis, anni curriculo non expectato, etiamsi in unoquoque ex dictis sacris ordinibus antequam ad alium promoveantur, minime se exercuerint, promovendi, illaque conferendi, nec non simplices sacerdotes, ut paramenta sacra, tabernacula pro custodia sanctissimi Eucharistiae sacramenti, et alia utensilia ad sacrosanctum missae sacrificium necessaria, benedicere, calices, et patenas chrysmate a vobis, vel ab alio quocumque catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicae habente benedicto, consecrare, atque ecclesias pollutas aqua ab episcopo benedicta, et in casu necessitatis etiam aqua ab episcopo non benedicta reconciliare libere, ac licite possint, et valeant, subdelegandi plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, synodalibus, et provincialibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Terracinae sub annulo piscatoris die quarta maji millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die 12. maji 1791. Anno XVII.

DCCCXLI.

Indulgetur monialibus monasterii b. Joannis de Alcaron oppidi Matriti Toletanae dioecesis, ut in earum ecclesia infra octavam sanctissimi Corporis Christi, exceptis duplicibus primae, et secundae classis, missa propria sanctissimi sacramenti possit celebrari.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur decretum latum a sacra congregatione Rituum.

§. 1. Emanavit nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum decretum tenoris sequentis, videlicet.

TOLETANA

Tenor ipsius decreti.

§. 2. Sacra Rituum congregatio ad humillimas preces monialium ordinis beatae Mariae virginis de Mercede excalceatarum monasterii nuncupati b. Joannis de Alcaron civitatis Matritensis dioecesis Toletanae, referente me infrascripto secretario, benigne indulsit, ut sacerdotes omnes tam saeculares, quam regulares ad sacrificandum convenientes infra octavam sanctissimi Corporis Christi in ecclesiam earumdem monialium celebrare possint missam propriam sanctissimi sacramenti, exceptis duplicibus primae, et secundae classis. Die nona aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo primo.

Loco ✠ Signi

J. card. Archintus praefectus

D. Coppola S. R. C. secretarius.

Confirmatio ipsius decreti.

§. 2. Cum autem sicut dilectae in Christo filiae abbatissa, seu priorissa, et moniales praedicti monasterii Nobis subinde exponi fecerunt, ipsae decretum hujusmodi quo firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent. Nos dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: praeinsertum decretum hujusmodi auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque exponentibus, ac pro tempore existentibus praedicti monasterii monialibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et apostolicae Sedis nuncios,

Digitized by Google

sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti monasterii, illiusque ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia maji millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCXLII.

Dat. die 13. maji 1791. Anno XVII.

Instante episcopo Plocensi committitur nuncio Poloniae, ut approbet et confirmet nonnullas donationes ab eodem episcopo Plocensi certis parochialibus ecclesiis factas.

Venerabili fratri Ferdinando Mariae archiepiscopo Carthaginensi ad carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Augustum Poloniae regem illustrem Nostro, et apostolicae Sedis nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum porrectarum ab episcopo Plocensi.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit venerabilis etiam frater Christophorus episcopus Plocensis, quod ipse probe noscens parochiales ecclesias Sziscensem videlicet Szwolicensem, et Przewdoviensem suae Plocensis dioecesis, et ad sui liberam collationem, ut asserit, spectantes, redditibus parum instructas, variis imo oneribus obnoxias existere, atque ob parochianorum numerum satis frequentem, alio presbytero, qui eorum parocho pro tempore existenti opem praestet, indigere, opportunum propterea duxit parochialibus primo, et secundo dictae quasdam decimas, quas vocant, manipulares ad mensam suam episcopalem spectantes, tertio dictae autem videlicet Przwodoviensi, cui etiam onus manutenendi organarium incumbit, quosdam desertos agros ad dictam mensam pariter spectantes, in perpetuum donare et applicare, dilectorum tamen filiorum capituli, et canonicorum dictae ecclesiae Plocensis, ac hujus apostolicae Sedis consensu, et respective beneplacito accedente, ac sub certis pactis et conditionibus prout in actis donationum, et incorporationum hujusmodi coram capitulo generali dictae ecclesiae editis, et a praeside ejusdem capituli subscriptis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Christophorus episcopus, quo donationes, et incorporationes hujusmodi firmius subsistant, et serventur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, ac, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor mandati nuntio apostolico.

§. 2. Nos igitur dictum Christophorum episcopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: fraternitati tuae de cujus fide, prudentia, integritate, et religionis zelo, plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de utilitate donationum, et incorporationum hujusmodi, illas sub iisdem legibus, et conditionibus, quibus ab eodem Christophoro episcopo factae fuerunt, auctoritate Nostra apostolica approbes, atque confirmes, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicias,

omnesque, et singulos juris, ac facti defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, suppleas, et sanes.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et apostolicae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non cathedralis, ac parochialium ecclesiarum praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia maji millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCXLIII.

Dat. die 21. maji 1791. Anno XVII.

Ecclesia parochialis terrae de Castro Novo de Grafiniana Lucanae dioecesis erigitur in abbatiam prioralem infulatam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. Dum insignis terrae, et communitatis de Castro novo de Grafiniana Lucanae dioecesis dilecto filio nobili viro Herculi Rinaldo duci Mutinensi subjecta consistentis dignitatem, ac singularis fidei constantiam, et devotionis affectum, quo dilecti filii publici ejusdem terrae, et communitatis rappresentantes erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, pensamus, dignum arbitramur, illorum petitionibus, quae ad parochialis, seu archipresbyteralis ecclesiae ejusdem terrae splendorem augendum, ipsiusque parochum, seu archipresbyterum novis honoribus honestandum pertinere dignoscuntur, congruum dare suffragium, prout in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt memorati publici rappresentantes, quod terra praedicta non solum est caput provinciae ultra viginti mille incolis populosa, sed etiam in ea residet nobilis gubernator cum praesidio: quodque parochialis, seu archipresbyteralis ecclesia beato Petro apostolo dicata satis ampla est structurae, atque egregiae, et bene instructae formae, cui inservit numerosus clerus, ac illius parochus, seu archipresbyter jamdiu vicarii foranei venerabilis fratris archiepiscopi Lucani munere fungitur; quo itaque hujus parochialis, seu archipresbyteralis ecclesiae dignitas augeatur, illi honorem abbatiae prioralis infulatae, illiusque pro tempore existentibus abbatibus infulatis nuncupandis pro tempore existentibus usum pontificalium per Nos concedi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, auctoritate apostolica tenore praesentium parochialem, seu archipresbyteralem ecclesiam prae-

dictam in abbatiam prioralem infulatam perpetuo erigimus, instituimus, et deputamus, eique abbatiae prioralis infulatae titulum, ac denominationem cum omnibus honoribus, juribus, praerogativis, ac decorationibus, quae caeteris abbatiis prioralibus infulatis competere dignoscuntur, nec non illius parocho, seu archipresbytero, caeterisque suis successoribus pro tempore existentibus, ut abbates infulati, in omnibus, et singulis, ac quibuscumque scripturis, sessionibus, processionibus, congregationibus, conventibus, pompis, conciliis, caeterisque actibus publicis, et privatis cuilibet denominari, reputari, et censeri possint, et debeant, ita tamen, ut ex honore hujusmodi nulla quoad jurisdictionem archiepiscopo Lucano innovatio inducatur, auctoritate, et tenore praedictis concedimus; eisdemque abbatibus infulatis, ut in ista sua ecclesia tantum, et absente archiepiscopo Lucano, pontificalia deferre, ac in pontificalibus celebrare libere ac licite possint auctoritate pariter, et tenore praedictis indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas praesentes emanarint sufficienter adductae verificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quantumvis justa legitima, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, ac totalis laesionis nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam, quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra uti, seu se juvare posse; sed ipsas praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictae dioecesis, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta maji millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCXLIV.

Dat. die 24. maji 1791. Anno XVII.

Facultas regi catholico eligendi priores monasterii sancti Laurentii de l' Escurial nuncupati.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Pastoralis officii humilitati Nostrae divinitus injuncti sollicitudo Nos admonet, ut omni cura, et studio ad ea intendamus, per quae Christifidelium sub suavi religionis jugo manci-

paturum, uberemque bonorum operum fructus Deo adjuvante proferre jugiter satagentium quieti, et tranquillitati consulitur, eaque removentur, quae religiosorum ipsorum propositum turbare possunt, ut nulla re praepediti, sublatisque animorum dissidiis, et aemulationibus juxta regularia suorum ordinum instituta in pacis amoenitate gratum Altissimo impendant famulatum, felicioribusque in dies proficiant incrementis.

Expositio precum.

§. 2. Et sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum Nobis nuper fuit, quod alias clarae memoriae Philippus II., dum vixit, Hispaniarum rex catholicus in actu fundationis, ac dotationis monasterii sancti Laurentii in Excuriali ordinis monachorum sancti Hieronymi Toletanae dioecesis in recognitionem ejusdem fundationis, ac dotationis sibi a regibus catholicis successoribus suis quaedam jura, quoad electionem prioris ejusdem monasterii attinet, reservavit, quae etiam auctoritate apostolica confirmari obtinuit; postmodum vero cum tunc praescripta methodus eligendi priores dicti monasterii minus idonea, ac tempori minus accommodata visa sit, immo exinde etiam pax, et tranquillitas monachorum interdum fuerit perturbata, clarae memoriae Carolus III. dum vixit pariter Hispaniarum rex catholicus parens suus, quo deinceps omnes removerentur inordinationes, quae in electione dicti prioris fieri possent, et paci, ac tranquillitati eorumdem monachorum simul consuleretur, quaedam capitula per Nos constitui obtinuit, quibus rem omnem confici confidebat, prout in Nostris hisce desuper in simili forma Brevis die undecima julii anni MDCCLXXXI. expeditis literis uberius continetur. Cum autem, sicut, eadem expositio subjungebat, res secus, ac sperabatur, cesserit, quod non solum omnia partium studia, atque inordinationes extincta non sunt quinimmo exinde plures quoque emanarunt perturbationes, et mala, quamobrem memoratus Carolus rex catholicus non solum tamquam ejusdem monasterii fundator, et patronus, sed etiam cum reservatione facultatum removendi monachos praefatos ab antedicto monasterio quotiescumque pro ejus libitu voluerit. Hinc ut relatis incommodis aliquod efficax remedium adhibeatur Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur eumdem Carolum regem catholicum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dictarumque Nostrarum in forma Brevis, ut praefertur, expeditarum literarum tenorem etiam veriorem pro plene, sufficienter inserto, et expresso habentes, ac praevia earumdem literarum revocatione, electionem priorum dicti monasterii deinceps, et perpetuis futuris temporibus eidem Carolo regi catholico, eiusque successoribus tamquam patronis, et fundatoribus ejusdem monasterii auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, ita ut ipsi per se, sine capitulo, ac sine praestatione, aliisque a dictis Nostris literis praescriptis, quem ipsis ob sui scientiam, prudentiam, ac morum suavitatem, et integritatem magis idoneum videbitur in priorem dicti monasterii semel, vel iterum, et quoties utilitas dicti monasterii id exigat eligere, constituere, et confirmare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore praefatis decernimus, atque declaramus.

Poenae contra inobedientes.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis, omnibus, et singulis monachis, aliisque personis quibuscumque dicti monasterii, in eoque pro tempore degentibus, ut priori, sic ut praefertur, electo pareant, et obediant, eique ab omnibus parere, et obedire procurent, et studeant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis confratribus nunc, et pro tempore existentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus memoratis Nostris in simili forma Brevis expeditis literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et monasterii praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel qua-

vis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima prima maji millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCXLV.

Dat. die 1. junii 1791. Anno XVII.

Indulgetur magistratui Assisiensi, ut in functionibus uti valeat fascibus vulgo mazza noncupat.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Paterna, quam de Nostris, et apostolicae Sedis in temporalibus subditis gerimus, cura, et sollicitudo Nos urget, ut eorum votis quantum cum domino possumus, benigne annuamus, illosque specialibus gratiis, et favoribus prosequamur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque antiqua Assisii civitas, quae inter caeteras ditionis Nostrae ecclesiasticae civitates, tum populi frequentia, tum praesertim singulari fidei constantia, ac eximia in Romanos pontifices praedecessores Nostros, et in hanc sanctam Sedem observantia semper floruit, et adhuc florere dignoscitur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos, qui civitatem praedictam, illiusque universitatem, et homines praemissorum meritorum intuitu propensiori quodam benevolentiae Nostrae complectimur affectu, dilectos etiam filios magistratum hujusmodi aliquo apostolicae beneficentiae Nostrae munere donare, et amplioris honoris praerogativa decorare cupientes, ipsiusque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut deinceps perpetuis futuris temporibus magistratui hujusmodi fasces vulgo mazza ad instar aliorum magistratuum ditionis Nostrae ecclesiasticae praeferri libere, ac licite possit auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus; illumque desuper a quoquam impediri, et molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, aliarum civitatum, ac terrarum ditionis Nostrae ecclesiasticae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, eorumque reformationibus, et novis additionibus, ac stylis, usibus, legibusque etiam imperialibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCXLVI.

Dat. die 10. junii 1791. Anno XVII.

Committitur nuntio Poloniae instante capitulo metropolitanae ecclesiae Gnesnensis, ut approbet incorporationem cujusdam advocatiae eidem capitulo factae.

Venerabili fratri Ferdinando Mariae archiepiscopo Carthaginensi ad carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Augustum Poloniae regem illustrem Nostro, et apostolicae Sedis nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum metropolitanae ecclesiae Gnesnensis,

Digitized by Google

quod alias bonae memoriae Antonius Casymirus, dum vixit archiepiscopus Gnesnensis, cum ex visitatione pastorali ei innotuerit, non solum in eadem metropolitana ecclesia, quae inter caeteras regni Poloniae ecclesias prima est, nullam existere peculiarem dotationem, aut fundationem ad solvenda stipendia musicis servitio ejusdem ecclesiae addictis: verum etiam bona mensae capitularis ob tumultus, qui miserrime anteactis temporibus regnum Poloniae dilacerarunt, in eum deteriorem statum fuisse adducta, ut impar omnino esset eadem mensa capitularis huic oneri facere satis, hinc e re sua arbitratus est, fore, dignitati, ac splendiori suae metropolitanae ecclesiae consulere, quamobrem advocatiam Bozacinam, nuncupatam cum molendinis, aedificiis, agris, pratis, omnibusque attinentiis, et pertinentiis suis; et prout eadem advocatia in suis limitibus circumscribebatur, eidem capitulo sub onere solvendi salaria musicis praedictis, et sub beneplacito apostolicae Sedis, concessit, et assignavit, et incorporavit, prout in privilegio, seu instrumento ejusdem concessionis, et incorporationis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, venerabilis frater Michael modernus archiepiscopus Gnesnensis ratam, gratamque habeat concessionem, et dispositionem hujusmodi; memorati vero exponentes, quo concessio, assignatio, et incorporatio firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacri concilii Tridentini interpretum consilio fraternitati tuae, de cujus fide, prudentia, integritate, et religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de utilitate concessionis, et incorporationis hujusmodi illam sub iisdem conditionibus, et legibus, quibus a memorato Antonio Casymiro facta fuit, auctoritate Nostra apostolica approbes, atque confirmes, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicias, omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, suppleas, et sanes.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et apostolicae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis, nec non metropolitanae ecclesiae praedictae, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Digitized by Google

Dat. die 11. junii 1791. Anno XVII.

DCCCXLVII.

Confirmatio privilegii regi Sardiniae concessi nominandi personas idoneas ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac dignitates abbatiales in universo ejus temporali dominio.

Pius Papa VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memoratur originaria concessio facta a Nicolao V.

§. 1. Alias felicis recordationis Nicolaus pp. V. praedecessor Noster tunc in humanis agentem Ludovicum, dum vixit, Sabaudiae ducem ob eximia ejus in sedem apostolicam merita specialis favore benevolentiae prosequi volens, ut omnem ei tolleret suspicionis causam, ne ex promotione quorumvis ad quarumcumque ecclesiarum, vel monasteriorum infra districtum sui temporalis dominii existentium regimina, seu provisionibus quibuslibet, de quibusvis dignitatibus dispositioni apostolicae reservatis ibidem consistentibus quibuscumque personis per ipsum Nicolaum praedecessorem faciendis statui suo succederet dispendium, aut alia quaevis adversitas intestina, praefatum Ludovicum ducem per quasdam suas literas certum reddidit, eique promisit, quod ipso, et temporali ejus dominio in integritate obedientiae dictae Sedis apostolicae persistentibus, ad quarumcumque metropolitanarum, vel aliarum cathedralium ecclesiarum regimina, aut dignitates abbatiales, nec non ad prioratus Talluetiarum, Ripalliae, et Hovalitii, ac praepositura montis Jovis, quae in confinibus hujusmodi dominii consistunt, neminem praefecisset, seu illis de quorumcumque personis non providisset, nisi habitis prius per eum intentione, et consensu ipsius Ludovici ducis de personis idoneis ad regimina, seu dignitates abbatiales, prioratus, et praepositurem hujusmodi promovendis, vel de quorum personis tales provisiones fuissent faciendae, et alias prout in praedictis Nicolai praedecessoris literis desuper anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo quarto idus januarii sub plumbo expeditis plenius continetur.

Quomodo concessio ampliata fuerit a plurimis successoribus pontificibus exponitur.

§. 2. Ac postmodum rec. mem. Leo X., Clemens VII., Julius III., Gregorius XIII., et Clemens VIII. summi pontifices etiam praedecessores Nostri supradictas Nicolai praedecessoris literas sub certis modo, et forma tunc expressis confirmarunt, approbarunt, et innovarunt. Deinde vero piae memoriae Innocentius pp. XII. praedecessor itidem Noster dubium, quod exortum fuerat, an memorati Nicolai praedecessoris indultum, ejusque literae praefatae, ubi de districtu temporalis dominii dicti Ludovici ducis mentionem faciunt, etiam citramontanas ipsi Ludovico tunc subjectas ditiones comprehenderent, dirimere cupiens, supradicti Nicolai praedecessoris indultum, ejusque literas hujusmodi etiam citramontanas eidem Ludovico duci tunc subjectas ditiones comprehendere declaravit, et alias prout in ipsius Innocentii in simili forma Brevis die 3. julii 1700. uberius continetur.

Dubia suborta super intelligentia indulti explicavit Benedictus XIII factis nonnullis reservationibus.

§. 3. Cum autem subinde nonnulla dubia super intelligentia, et interpretatione dicti indulti excitata fuerint, recentis memoriae Benedictus pp. XIII. praedecessor itidem Noster dubia illa secundum justitiae, et aequitatis regulas e medio tollere, et quamcumque aliorum dubiorum ejusmodi occasionem submovere, ac ea, quae a Sede praefata ad sublimium principum orthodoxae fidei defensorum, magnisque in Ecclesia Dei meritis fulgentium favorem emanasse noscuntur, nedum illaesa conservare, sed uberiori etiam, pleniorique interpretatione adjuvare cupiens, praedicti Nicolai indultum, ac Innocentii declarationem, aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum praedictorum literas confirmavit, approbavit, et innovavit, earumque vigore Victorio Amadeo tunc in humanis agenti Sardiniae regi illustri, et Sabaudiae duci, illiusque successoribus jus nominandi sibi, ac summo pontifici pro tempore existenti personas idoneas ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac dignitates abbatiales in temporali dominio, quod idem Victorius Amadeus rex tunc possidebat, consistentes in perpetuum competere, et ad illos spectare, et pertinere decrevit, et declaravit, excipiens tantum ab illa dispositione, seu declaratione cathedrales ecclesias Casalensem, Aquensem, et Alexandrinam provinciae Mediolanensis, in quarum provisionibus praxim, et stylum in eis observari solitum, in posterum etiam servari, et retineri voluit, et mandavit, et alias prout in ipsius Benedicti in simili forma Brevis expeditis literis die 29. maji millesimo septingentesimo vigesimo septimo plenius continetur.

Reservationes sustulit ipse pontifex Bened. XIII.

§. 4. Quia tamen Victorius Amadeus rex jus etiam nominandi ad ecclesias cathedrales, sicut praemittitur, exceptas sibi competere vigore dictarum apostolicarum literarum Nicolai, et Innocentii praedecessorum contendebat, idem Benedictus XIII. eadem ipsamet die Victorio Amadeo regi declaravit, se pronis auribus excepturum ea rationum momenta, quae pro se facere ipse contenderet, eisque, si justitiae niterentur, se ultro obsecundaturum.

Benedictus XIV. novas protulit declarationes.

§. 5. Exorto postmodum dubio, an in praedictis Benedicti XIII. literis dignitates abbatiales in provinciis Casalensi, Aquensi, et Alexandrina, Lumellina, et Vallesiccida tunc temporis a Victorio Amadeo rege jam possessis consistentes comprehenderentur, felicis recordationis Benedictus XIV. praedecessor itidem Noster die quinta januarii anni millesimi septingentesimi quadragesimi primi dignitates abbatiales praefatas memoratis Benedicti praedecessoris literis comprehendi declaravit, firma tamen semper remanente exceptione, quoad ecclesias cathedrales Casalensem, Aquensem; et Alexandrinam praedictas, reservataque itidem facultate Carolo Emmanueli regi tunc in humanis agenti ea proponendi, quibus jus etiam nominandi ad ecclesias cathedrales, sicut praefertur, exceptas, idem Carolus Emmanuel rex sibi competere contendebat, ut illa ad justitiae lances possent expendi, et si valida essent apostolicae Sedis judicio comprobari.

Tenor novissimae concessionis.

§. 6. Cum itaque carissimus in Christo filius Noster Victorius Amadeus Sardiniae rex illustris, ac modernus Sabaudiae dux novissime proposuerit, sibi vigore indultorum a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, ut praefertur, concessorum pertinere jus nominandi praedictum ad ecclesias cathedrales, uti praemittitur, exceptas, nec non ad alias cathedrales ecclesias, ac dignitates abbatiales in temporali dominio, quod de praesenti possidet, consistentes; qua de re nunc etiam dubitabatur. Nos praedecessorum Nostrorum vestigiis inhaerendo, de nonnullorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio dubium hujusmodi e medio tollere, ac ea, quae ab eisdem Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris ob singularem sublimium principum in hanc sanctam apostolicam Sedem, fidem, constantiam, et devotionis integritatem illis fuere concessa, non solum secundum justitiae, aequitatisque regulas illaesa conservare, verum etiam benigniori, latiorique interpretatione, quantum cum Domino possumus, adjuvare cupientes, praedicti Nicolai indultum, ac tam ejusdem, quam aliorum Romanorum pontificum praedecessorum literas praefatas, quarum tenores praesentibus pro pleno et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, approbamus, et innovamus; illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjungimus, earumque vigore charissimo in Christo filio Nostro Victorio Amadeo Sardiniae regi illustri, ac moderno Sabaudiae duci, illiusque successoribus, ipsis, et temporali dominio praedicto in integritate obedientiae ejusdem Sedis, sicut praemittitur, persistentibus, jus nominandi Nobis, ac Romano pontifici pro tempore existenti personas idoneas ad cathedrales ecclesias Casalensem, Aquensem, et Alexandrinam praefatas, nec non ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac dignitates abbatiales in praedicto temporali dominio, quod idem Victorius Amadeus rex de praesenti possidet, consistentes, atque prioratus, et praeposituram praefatas in perpetuum competere, et ad illos spectare et pertinere eadem auctoritate tenore praesentium decernimus et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus quibusvis generalibus vel specialibus ecclesiarum reservationibus, seu affectionibus apostolicis, per quoscumque Romanos pontifices praedecessores Nostros, et sedem praedictam quomodolibet factis, seu pro tempore faciendis, nec non cancellariae apostolicae regulis editis, et edendis, ac quibusvis aliis apostolicis, et in universalibus, provincialibusque conciliis editis, gene-

ralibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, etiam quasvis clausulas, et reservationes in se continentibus per eosdem praedecessores, ac Nos, et Sedem eamdem ecclesiis praedictis, illarumque capitulis et personis quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio facienda, aut aliqua exquisita forma ad id servanda foret, illorum omnium tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, et ad plenum derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die 21. junii 1791. Anno XVII.

DCCCXLVIII.

Ut ab utroque clero civitatis, et dioecesis Mexicanae officium, et missa s. Agnetis de Monte Politiano recitari possit conceditur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus archiepiscopus Mexicanus Nobis nuper exponi fecit, magna in suis civitate, et dioecesi Mexicana erga sanctam Agnetem de Monte Politiano vigeat devotio, cupiatque propterea, ut quotannis die vigesima aprilis illius officium cum missa de communi virginum, cum oratione, et lectionibus secundi nocturni jam approbatum sub ritu duplici minori ab utroque clero civitatis, et dioecesis praedictarum possit recitari. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, nec non audito dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris praepositorum secretario: ut in posterum a clero saeculari, et regulari civitatis, et dioecesis Mexicanae quotannis die vigesima aprilis officium cum missa de communi virginum cum oratione, et lectionibus secundi nocturni adprobatum in honorem dictae sanctae Agnetis de monte Politiano ritu duplici minori celebrari, et respective recitari possit, ac valeat, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die 28. junii 1791. Anno XVII.

DCCCIL.

Indulgetur canonicis cathedralis ecclesiae Feretranae, ut mozzetta cum rocchetto uti possint.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quanta cum utilitate ad venerationem, majestatemque divinarum rerum in Christifidelium animis ingerendam inducant ipsa sacrorum indumentorum, vestiumque ornamenta, ex usu compertum habens sacrosancta mater Ecclesia instituit, ut non solum ministri in diversos ordines distributi, praecipuis unicuique ordini, et ministerio congruentibus vesti-

Digitized by Google

bus uterentur, verum etiam, ut clerici certis vestibus induti canonicas horas persolverent. Quamobrem in majorem divinae gloriae cultum, et in sacrorum ministrorum reverentiam cessurum fore confidimus, si insignia, quae aliarum ecclesiarum canonicis concessa sunt, ecclesiarum magis conspicuarum, et praesertim ecclesiarum cathedralium canonicis grato, libentique animo, quoties a Nobis petitur, elargimur.

Expositio precum porrectarum ab episcopo, et capitulo.

§. 2. Cum itaque pro parte venerabilis fratris Josephi Mariae episcopi Feretrani, ac dilectorum filiorum capituli, et canonicorum suae cathedralis ecclesiae Nobis expositum fuerit, quod ipsi non secus ac alii canonici collegiatae ecclesiae sanctae Agathae ejusdem civitatis Feretranae, immo ipsi quoque mantionarii, seu beneficiati ejusdem cathedralis ecclesiae sola adhuc almutia usi sunt: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor indulti.

§. 3. Nos igitur memoratum Josephum Mariam episcopum, nec non dictum capitulum, seu canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulas eorumdem canonicorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore existentibus canonicis cathedralis ecclesiae hujusmodi ut loco superpelliceï, a almutiae, quae hactenus deferre tantum consueverunt, rocchettum, et mozzettam sericam violacei coloris subsutam cum nodulis, et fissuris coccinei coloris, tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, ac indulgemus; ac canonicos praedictos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari respective nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCL.

Dat. die 8. julii 1791. Anno XVII.

Supplicante definitorio ordinis fratrum eremitarum s. Augustini excalceatorum nuncupatorum congregationis Portugalliae confirmantur statuta quibus nonnullae conceduntur praerogativae iis, qui se bene gesserunt in administranda eadem congregatione, quique sedulam navarunt operam studiis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Ad uberes fructus, quos dilecti filii fratres eremitae ordinis sancti Augustini congregationis Portugalliae excalceati nuncupati quotidie in Ecclesia Dei proferre satagunt, attente respicientes, dignum, quin potius debitum reputamus ea omnia, quae ad promovendam, evitandamque regularis disciplinae custodiam apta esse dignoscuntur, apostolicae Nostrae auctoritatis providentia firmare, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii definitorium ordinis, et congregationis praedictorum, quod cum ex usu compertum sit paulisper tum sollicitudinem in administranda congregatione praedicta, tum in studiis sedulitatem facile defuturas esse, nisi quaedam praerogativae concedantur iis, qui in ejusdem congregationis administratione bene se gesserunt, vel sedulam navans operam ecclesiasticis studiis, prout concessum reperitur alumnis ordinis praedictae congregationis Hispanae, hinc definitorium praedictum quaedam concinnavit statuta, quibus nonnullae praerogativae alumnis ejusdem congregationis asseruntur, qui praescriptis muneribus functi sunt, quorum tenor est, qui sequitur.

Per li reverendissimi ex-vicarj generali.

Tenor statutorum.

§. 3. Avendosi considerazione alla fatica che hanno avuto nel governo della congregazione, e che per la legge non hanno veruna cosa che gli possa servire di premio per una si laboriosa fatica; il presente definitorio d'unanime consenso ha stimato bene di concedere li privilegj sequenti.

Praerogativae concessae reverendissimis ex-vicariis generalibus.

§. 4. I. Che debbano precedere a tutti li religiosi della congregazione a riserva de' padri generali attuali, e del priore locale della casa ove esisteranno.

II. Che saranno solamente sottoposti all'obbedienza del reverendissimo vicario generale attuale.

III. Che potranno eleggere per loro residenza quel convento della congregazione, che meglio gli parerà.

IV. Che i reverendissimi vicarj generali attuali saranno obbligati a dargli un fratello laico per compagno, e quello precisamente, che da essi gli sarà proposto, e nel caso non vi fossero i laici, saranno obbligati a sostituire altri con comodo, e mantenimento per servirli, cioè un fratello donato, o altro familiare.

V. Che restino esenti dai digiuni dell'ordine, e dal core, eccettuati bensì li vesperi, matutino, e messe cantate delle solennità maggiori.

VI. Che goderanno del voto in capitolo generale, dove averanno il luogo secondo le loro antichità sotto il definitorio generale.

VII. Che nella loro morte averanno li medesimi suffragj, che sono concessi alli vicarj generali attuali. E questa stessa grazia si stenderà ai reverendissimi padri immediati, come pure il titolo di reverendissimi, precedenza, e presidenza già concessi alli medesimi nel definitorio del capitolo generale 17 luglio 1789.

Per li padri ex-generali, cioè procuratori generali, definitori, visitatori segretarj della congregazione, e socj.

Si è stimato bene, che oltre i privilegj già stabiliti, e confermati dai sommi pontefici Clemente decimo secondo, e Pio sesto precedano a tutti i religiosi, che non saranno stati generali ad eccezione dei giubilati, che hanno voto in capitolo. E che non saranno obbligati di andare all'altare a fare da' ministri se non che col reverendissimo vicario generale: e saranno parimenti esenti dal coro, ad eccezione de' vesperi, matutino, messe, ed altre ore cantate.

Per li predicatori.

Similes pro concionatoribus.

§. 5. I. È stato stabilito, che dell'ordine de' predicatori de' più antichi nella professione, avendo questi fatto il corso de' studj regolari, e conseguito le loro patenti, si eleggano tre di questi, cioè uno della provincia dell' Estremadura, l'altro d'una delle provincie Beira, Minho, e Trasosmontes, e terzo della provincia de Alemtejo, i quali avendo esercitato le funzioni del loro ministero pel decorso di anni quindici predicando in ciascun di questi sei sermoni nelli paesi più notabili del regno con applauso, lode ed accettazione dei popoli, avendo inoltre soddisfatto alli sermoni tra noi chiamati della Tavola nelle feste di maggior solennità, quali si computeranno nel numero delli sei all'anno. E costando di averlo così adempito mediante gli attestati de' superiori, e de' parochi delle respettive chiese; questi tali goderanno il titolo di predicatori generali, averanno voto nel capitolo generale, dove staranno nell'ultimo luogo, e precederanno agli altri predicatori.

II. Che a quelli predicatori, che dopo di ottenere la loro giubilazione non avranno luogo d'usare del voto, glie ne sia concesso il titolo de' predicatori maggiori.

Per li lettori giubilati,
e per li dottori.

Similes pro lectoribus, aliisque doctoribus jubilatis.

§. 6. Avendo questo definitorio avuta tutta l'attenzione alla decadenza che vi è stata nei studj della medesima congregazione, e considerando insieme i motivi, che possono concorrere per il suo ristabilimento, ha determinato, che dalla santa Sede apostolica s'impetrassero anche alcune grazie, che potessero servire e d'incentivo, e di premio alli nostri religiosi, ad effetto di promoverli, ed attraerli agli esercizi letterari; punto in cui molto s'interessa il bene comune della religione.

Lettori giubilati.

I. Si è determinato, che di tutto l'ordine dei maestri, quali attualmente ritrovansi giu-

Digitized by Google

bilati, si eleggano sei de' più antichi nella professione, due di ciascuna provincia, cioè due delli più antichi di Lisbona, ed Estremadura: due delli più antichi delle provincie Minho, Beira, e Trasosmontes: e due delli più antichi della provincia de Alemtejo, i quali averanno voto nel capitolo generale, precedenza a quelli che non saranno generali, e superiori locali nelle proprie case, oltre gli altri privilegj già concessi a tutti i giubilati, quali restano nel suo vigore non solo per essi, ma anche per gli altri lettori giubilati, che ancora non godono de' voti, come pure goderanno l' istessa esenzione del coro concessa a' padri ex-definitori, eccettuati li vesperi, matutino, messe, ed altre ore cantate.

II. Che non essendovi giubilati di alcuna delle dette provincie, resterà vacante il voto fino ad esservene qualcheduno.

Ed in quanto ai lettori attuali resteranno questi godendo per legge le stesse grazie, e privilegj, che godono per costume.

Per li dottori.

Si è determinato, che qualunque religioso della nostra congregazione graduato nell' università di Coimbra arrivando ad esser lettore della medesima università goda tutti i privilegj, che godono gli ex-vicarj generali, che governarono la nostra congregazione.

E finalmente furono dichiarati giubilati tutti i dottori della Nostra congregazione, e si accetta nuovamente il Breve del santissimo padre Benedetto decimo quarto nella stessa formalità che esso lo dichiara: con che però in avvenire non potranno aver voto in capitolo senza che abbiano anni venti d' abito, e sei anni di lettura; e presidenza a sei conclusioni.

Confirmatio apostolica.

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo statuta hujusmodi firmius subsistant, et serventur exactius memorati exponentes apostolici muniminis praesidio roborari summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati praeinserta statuta cum omnibus, et singulis in eis contentis, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona julii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Digitized by Google

Dat. die 24. julii 1791. Anno XVII.

DCCCLI.

Concessio privilegiorum pro hominibus pastillariis status ecclesiastici, regni Neapolitani et Januensibus comprehensis in universitate urbis, cum aequali distributione.

Aurelius Roverella praelatus domesticus, utriusque signaturae referendarius, prothonotarius apostolicus, sanctissimi Domini Nostri papae auditor, ac judex commissarius specialiter electus, ac deputatus.

Auditor sanctissimi refert chirographum recepisse pro ejus executione.

§. 1. Cum sanctissimus Dominus Noster Pius divina providentia pp. VI. precibus hominum pastillariorum status ecclesiastici, regni Neapolitani, et Januensium in universitate pastillariorum urbis comprehensorum benigne annuens, chirographum propria manu Sanctitatis suae die 24. currentis mensis julii subsignatum Nobis pro executione in eo contentorum direxerit, tenoris sequentis videlicet:

Monsig. Aurelio Roverella nostro uditore.

Tenor chirographi, et ratio concessionum.

§. 2. Ci hanno fatto rappresentare li maccaronari, e fabbricatori di paste Nostri statisti Napolitani, e Genovesi, che piacque a Clemente XIV. di sa. mem. Nostro predecessore con suo chirografo segnato li 10. settembre 1772. d' incorporarli all' università de' vermicellari già composta di soli Novaresi, e Grigioni della Valtellina, in sequela di che hanno dovuto, e devono gli oratori contribuire a tutti li pesi, de' quali è gravata la università medesima, ciò non ostante non hanno potuto mai godere le due principali cariche, cioè il camerlengato della università, ed il guardianato della chiesa, ed inoltre non è mai da loro principalmente dipenduta, come dai vermicellari Novaresi, e Grigioni l' amministrazione della università medesima, la quale esclusione ridonda in grave danno degli oratori, giacchè restano privi non solamente delle esenzioni, ed emolumenti, che seco porta la carica di camarlengo della università, ma ancora dell' annua dote, che lucrasi col guardianato di chiesa, e di due di esse in ogni cinque anni alla occasione del camerlengato della chiesa medesima, come altresì pregiudica alla istessa università, giacchè essendo l' amministrazione tra detti vermicellari ristretta, non si curano di riformare la esorbitanza di diversi capitoli delli statuti, li quali, concedendo troppo illimitate facoltà agli officiali, inducono in esso un dispotismo sugl' interessi della istessa università. Ci hanno fatto rappresentare ancora di non meritare dalli vermicellari un aggravio sì enorme, subitochè gli oratori medesimi in numero di ventitre corrispondono ed alla università, ed alla gabella del macinato ogn' anno molto di più di loro, che sono in numero di cinquantanove; imperocchè pagandosi da ognuno, ed alla università, ed alla gabella del macinato un' annua determinata somma sopra di ciascun rubbio di grano spianato, gli oratori in specie nell' anno scorso da settembre 1788. a tutto agosto 1789. avendo spianato rubbia 8140., su di esse hanno proporzionatamente pagato le tasse, e le gabelle, e li vermicellari non avendo spianate, che sole rubbia 5434. su di queste unicamente hanno fatta la loro contribuzione. Nè gli oratori si lagnano della maggiore contribuzione de' pesi, che rifondono alla università, ma bensì, che dovendo in questa in loro influire una maggior considerazione nella distribuzione degli onori, gli porti l' aggravio della esclusione, e questa rechi a loro stessi gravame, e turbolenze negl' individui, e pregiudizi alla università, quali sconcerti essi oratori, atteso il ristretto loro numero, sono costretti di sopportare senza potervi porgere rimedio. Ci hanno quindi soggiunto, che li sconcerti, cui soggiacciono gli oratori, si sono anche sofferti dal ceto de' melangolari già uniti al ceto dei fruttaroli, tutti sotto il titolo di università de' fruttaroli similmente aggregati nella chiesa della madonna santissima dell' Orto; ma la s. m. di Benedetto XIII. altro Nostro predecessore diede a tutto riparo col suo chirografo dei 14. luglio 1728. nel quale moderando la esorbitanza di diversi capitoli dello statuto rapporto al guardiano della chiesa, ordinò, che per due anni consecutivi si godesse dal ceto dei fruttaroli in numero di circa trecento, ed il terzo anno dal ceto de' melangolari, sebbene in numero di circa cinquanta, senza pregiudizio del turno del camerlengato. Giustificando pertanto gli oratori tutti questi fatti, sono ricorsi a Noi, umilmente supplicandoci a volerci degnare di prendere a di loro favore un adequato provedimento, che induca la uguaglianza degli onori negl' individui, un regolato sistema nell' amministrazione della università, e la quiete in tutti, che l' ineguaglianza, e li disordini tutto giorno allontanano.

Judicium editum a cardinali Salviati protectore universitatis

§. 3. Qual supplica essendo stata da Noi rimessa al reverendissimo cardinal Salviati come protettore di detta università, perchè ci avesse informati sulla rappresentanza fattaci, e manifestato insieme il proprio sentimento, uditi coloro, che vi avessero interesse; egli poi ci ha riferito, essere verissimo, che nella università de' vermicellari, quantunque gl' individui siano di nazioni diverse, Novaresi cioè, della Valtellina, Siciliani, Genovesi, e statisti, tuttavolta le principali cariche, cioè quelle di camerlengo della università, e di guardiano di chiesa per lo spazio di venti anni, o sia dal tempo, che la s. m. di Clemente XIV. unì col precitato suo chirografo alla medesima università tutti li fabbricatori di paste, non sono state occupate, se non se da quelli di nazione Novarese o della Valtellina, onde dall' esercizio di queste cariche sono stati sempre esclusi quelli delle altre nazioni, li quali non meno, che gli altri, sottoposti alle gravezze della università, pure hanno dovuto perdere quelli emolumenti, che l' esercizio di dette cariche gli avrebbe conferito; rimarcandoci al proposito, che la carica del guardianato di chiesa dà all' eletto ogni anno una dote di scudi venticinque, ed allorquando secondo il turno ogni quinquennio tocca il camerlengato della chiesa medesima, gli aggiunge altra dote di scudi venticinque, ed un altra di scudi tredici; l' altra poi del camerlengato della università conferisce diversi emolumenti, e specialmente quello di lucrare scudi sei nel decorso dell' anno, e di essere esenti dalla tassa delli due viaggi in ciaschedun mese; ci ha fatto però riflettere, che se li nazionali Novaresi, e della Valtellina sono stati sempre in carica ad esclusione degli altri nazionali, ciò è noto rapporto all' officio di guardiano, perchè le due persone chiamate *Tredici*, che hanno la nomina di detto officio, e devono proporre la mattina della domenica in Albis di ciascun anno tre soggetti alla congregazione di tutti li *Tredici* per restarne eletto uno con maggioranza di voti, sono stati per lo più Novaresi, e Grigioni, e perciò avendo data la nomina a tre loro patriotti, per necessità n' è dovuto restare eletto uno di loro; riguardo poi all' altro officio di camerlengato della università è stata la detta esclusione prodotta dalla disposizione dello statuto al capitolo terzo, che lascia libera la elezione a quattro deputati, li quali per lo più sono stati, Novaresi, e della Valtellina, e perciò hanno similmente eletti i di loro patriotti; onde non si può in conto alcuno tacciare di mancanza alcuna la condotta fino ad ora tenuta in simili elezioni; e se li Novaresi, e Grigioni hanno potuto prevalere alle altre nazioni, questo è derivato dall' essere quelli più antichi, e di maggior numero fra tutti gli altri nazionali individui della medesima università. Ciò non ostante crede anche il detto reverendissimo cardinale protettore, che si debba prendere qualche temperamento per il tratto successivo, e che meriti emenda lo statuto anticamente fatto, quando tra gl' individui della università erano di soli Grigioni, e Novaresi, affinchè le primarie cariche di essa vengano alternativamente godute dagli altri nazionali, che sono stati aggregati alla medesima università, e non rimanessero privative, come sono state fino ad ora di quelli.

Descriptio redditum universitatis

§. 4. Passando poi a ragionarci delle rendite dell' università, ci ha riferito, che queste consistono nella tassa annuale di uno scudo per bottega, che appartiene all' ospedale, e nella sopratassa, quale ogni anno nel mese di settembre s' impone a proporzione del bisogno di bajocchi 2. e mezzo 4. 6. 7. sopra ciascun rubbio di grano spianato nel decorso dell' anno da ogni bottega; confermandoci nello stesso tempo, che le botteghe dei nazionali, Grigioni, e Novaresi sono in numero di cinquantanove, e quelle dei statisti, regnicoli, ed altri non sono in tutto, che numero ventitrè; ed affinchè ancora nel tratto successivo le dette rendite apparissero spese con maggior soddisfazione, e sicurezza degl' individui, quantunque esso reverendissimo cardinal protettore ci assicuri, che in ciascun anno sono stati fatti gli opportuni sindacati sopra il rendimento de' conti de' consoli, e questi letti nelle piene adunanze, sono stati poi lasciati nel pubblico officio del notaro, e segretario dell' università a pubblica vista di ognuno, che avesse voluto censurarli; crede ciò non ostante, che meriti pure emenda il capitolo 7. dello statuto riguardante il detto rendimento de' conti da farsi dai consoli alli soli quattro deputati, e qualche moderazione l' imposizione della sopratassa sopra lo spiano del grano.

Reformationes propositae ab eodem cardinali protectore.

§. 5. Dopo tutto ciò propone egli li seguenti stabilimenti; Primo cioè, che dalli quattro deputati, li quali fanno la elezione di quelli, che si devono imbussolare per consoli, camer-

Digitized by

lenghi, e consoli, e che servano nell' anno per ajuto in certo modo del console camerlengo, e ricevono dal medesimo li conti, tre fossero Novaresi, o Grigioni, ed uno del ceto dei ricorrenti, cioè o statista, o Napolitano, o di qualunque altra nazione fuori de' Grigioni o Novaresi. Secondo, che nella istessa forma si procedesse all' elezione del console camerlengo, cioè due anni consecutivi esser dovesse o Novarese, o Grigione, e nel terzo anno o statista, o Napoletano come sopra. Terzo, che questo metodo venisse pur stabilito in quanto all' elezione del guardianato di chiesa, cioè, che in due anni consecutivi si proponessero li tre soggetti di nazione Novarese, o Grigiona, e nel terzo anno li tre soggetti statisti, Napoletani, o di altra qualunque nazione eccettuata la Grigiona, o Novarese come sopra. Quarto, che il rendimento de' conti dei consoli, dopo essere stato approvato dalli quattro deputati, venisse esibito al reverendissimo cardinal protettore pro tempore, e che senza l' approvazione di questo non si possa imporre alcuna sopratassa. Quinto finalmente, che non si potesse assumere o proseguire dalla università alcuna lite senza l' approvazione del cardinal protettore pro tempore, cui fosse sempre riservato l' arbitrio di far pagare il procuratore, e notaro della università piuttosto ad anno, che a conto; conchiudendo, che con tale provvedimento potrebbe anche esser tolta di mezzo qualunque ombra di sospetto sopra l' amministrazione a tutti gl' individui della medesima università. E Noi intesa avendo la prenarrata informazione, e voto, e ponderate tutte le circostanze, che concorrono nel caso, di cui si tratta, dopo aver anche sentiti in iscritto tutti gl' interessati, quindi volendo prendere gli opportuni provvedimenti per quiete comune degl' individui, che oggi compongono la detta università, anche per usare verso de' ricorrenti gli atti della Nostra paterna clemenza, siamo benignamente condiscesi ad accordar loro la richiesta grazia, come in appresso.

Declaratur alternativam quolibet triennio esse servandam in electione officialium universitatis, cum ordine turnali.

§. 6. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato l' intero tenore delli statuti, e leggi, che si trovano prescritte per il regolamento di detta università de' vermicellari, e di qualunque pontificio breve, chirografo, o costituzione confermatoria anche in forma specifica delli medesimi, così ancora delle riforme, decreti, e risoluzioni, che si fossero mai successivamente formate dalla medesima università; e finalmente del preaccennato chirografo della s. m. di Clemente XIV. segnato li 10. settembre 1772. in forza di cui li maccaronari, e fabbricatori di paste statisti, Napoletani, e Genovesi vennero all' università medesima incorporati, e del successivo editto coerentemente pubblicato dal reverendissimo cardinal camerlengo sotto li 6. novembre dello stesso anno 1772. e di tutte le leggi, e condizioni, che sono state ivi prescritte, ed ordinate, ed ogni altra cosa quantosivoglia necessaria ad esprimersi. Di Nostra certa scienza, colla pienezza della Nostra suprema potestà vi ordiniamo, che in nome Nostro dichiariate, conforme Noi dichiariamo essere Nostra volontà, che tutti quanti sono gl' individui, che oggi compongono la detta università de' vermicellari debbano essere considerati al possesso delle cariche solite distribuirsi nella università medesima, ed a quest' oggetto si debba stabilire da qui in appresso, rispetto alle due cariche di camerlengo dell' università, e guardiano di chiesa un ordinato turno triennale da incominciarsi nel futuro anno 1792.; cosicchè in detto anno 1792. debba essere dai deputati nominato, ed eletto camerlengo uno del ceto dei ricorrenti maccaronari, e fabbricatori di paste statisti, Genovesi, e nazionali di regno delle due Sicilie, e negli altri due successivi anni 1793. e 1794. uno del ceto de' vermicellari Novarese, o Grigione; come pure nel detto anno 1792. dovrà essere eletto per guardiano di chiesa uno del ceto medesimo dei ricorrenti, e perciò del loro ceto dovranno essere ancora i due elettori chiamati — *li due tredici* —, e dovranno questi similmente proporre, ed imbussolare tre uomini maccaronari, e fabbricatori di paste, o statisti, o Genovesi, o regnicoli, come sopra, perchè sopra uno di loro cada appunto la elezione del guardiano; nei due anni poi consecutivi tanto gli elettori, che il guardiano debbano essere del ceto de' suddetti vermicellari Novaresi, o Grigioni, e con questo metodo, ed alternativa si debba sempre inalterabilmente procedere in avvenire di triennio in triennio; senza pregiudizio però della conferma di quel guardiano, che ogni quinquennio suole eleggersi camerlengo di chiesa, e come tale continuare per l' anno susseguente, anche nell' officio di guardiano, nel qual caso

egli di qualunque nazione sia dovrà restare nell' officio di guardiano anche per l' anno seguente, benchè fosse terminato l' anno del turno della sua nazione. Riguardo poi alli quattro officiali, che sogliono eleggersi ogni anno in detta università sotto nome di deputati, vogliamo, ed espressamente comandiamo, che debba similmente ogni anno essere fra i medesimi deputati eletto, e compreso indispensabilmente uno degli oratori, cioè un maccaronaro, e fabbricatore di paste statista, Genovese, o regnicolo, e gli altri tre del ceto de' vermicellari Novaresi, o Grigioni.

Declaratur novas taxas, et novas leges non esse inducendas absque licentia cardinalis protectoris.

§. 7. Finalmente ad oggetto di provvedere al buon' ordine delle cose, che riguardano lo stato economico di detta università, ed alla retta amministrazione de' beni, e rendite della medesima, vogliamo, ed assolutamente comandiamo, che non si possa da qui innanzi imporre veruna tassa straordinaria, che chiamano sopratassa, nè si possa fare veruna straordinaria spesa, nè assumere dall' università alcuna lite, se non previa la intelligenza, consenso, ed approvazione del prefato reverendissimo cardinal suo protettore, dalla di cui approvazione vogliamo ancora, che dipenda qualunque rendimento de' conti, che si dovrà respettivamente fare dagli officiali della università ne' suoi debiti tempi, e non altrimenti. E così vogliamo, e comandiamo, senza che a questa Nostra suprema ordinazione possano fare il minimo ostacolo i statuti, decreti, risoluzioni, o le leggi della medesima università, nè qualunque pontificio Breve, chirografo, o costituzione confermatoria delle medesime, anche in forma specifica, nella parte, o parti, che soltanto fossero contrarie al Nostro presente indulto, nè qualsivoglia altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario. La esecuzione poi delle premesse cose la commetterete in nome Nostro, conforme Noi la commettiamo allo stesso reverendissimo cardinal protettore di detta università de' vermicellari con tutte le facoltà necessarie, ed opportune. In adempimento pertanto del presente Nostro chirografo, ne pronunciarete qualunque decreto, concederete in nome Nostro le opportune facoltà, e farete tutt' altro, che per la totale esecuzione, perpetua fermezza, o sussistenza di questa Nostra grazia stimerete essere in qualsivoglia modo spediente, e necessario essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 8. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, quantunque non esibito, nè registrato in camera, e ne' suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di orrezzione, sorrezzione, nè di alcun' altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri qualunque pretesti possa essere impugnato, moderato, o revocato, e che così e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, o tribunale, benchè collegiale, congregazioni anche de' reverendissimi cardinali, camerlengo di Santa Chiesa, tesoriere, ruota, camera, e qualunque altro: togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, o definire, ed interpretare in contrario: dichiarando Noi sin d' adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi fossero stati particolarmente intesi, o citati tutti gl' individui, che compongono la detta università de' vermicellari, ed altre qualsisiano persone, ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, ecclesiastiche e luoghi pii, che vi avessero, o pretendessero avervi alcun interesso, o che per comprenderle facesse bisogno di speciale, ed individua menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non ostante li statuti di detta università de' vermicellari, e qualunque pontificio Breve, chirografo, o costituzione confermatoria anche in forma specifica delli medesimi; così ancora le riforme, decreti, e risoluzioni, che si fossero mai successivamente formate dalla medesima università nella parte, e parti, che soltanto fossero contrarie al presente Nostro indulto; come pure non ostante la Bolla di Pio IV. di sa. me. Nostro predecessoro *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, ed altre qualsivogliano costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e sop-

plendo Noi colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, o difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa sola volta, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico al Quirinale questo dì 24. luglio 1791.

Pius PP. VI.

Executio chirographi.

§. 10. Volentes itaque injuncta nobis ab eodem sanctissimo Domino Nostro papa debitae executioni demandare: utendo facultatibus nobis in ipso chirographo tributis, praefati sanctissimi Domini Nostri papae voluntatem esse declaramus, ut ad communicanda inter omnes munera universitatis, ab hinc statuatur ordo turnarius triennalis in electione officialis, quem vocant — *Camerlengo dell' università* — itemque alterius nuncupati — *Guardiano di chiesa* — a proxime futuro anno 1792. incipiendo, ita ut eodem anno 1792. unus ex oratoribus pastillariis status ecclesiastici, regni Neapolitani, et Januensibus eligatur — *Camerlengo*; — in successivo autem biennio unus ex rheticis, sive ut ajunt — *Grigioni*, *e Novaresi*, — idemque servetur in munere — *di guardiano*, — adjecta etiam hac respectiva qualitate in electoribus; eaque methodo semper in posterum servata de triennio in triennium; sine tamen praejudicio confirmationis illius officialis nuncupati — *guardiano*, — qui solet in quinquennio eligi — *camerlengo di chiesa* — atque uti talis in successivo anno continuare in munere — *di guardiano* — quo casu is, cujusvis sit nationis, remanere debebit in officio — *di guardiano* — etiam pro successivo anno, licet annus turnalis respectivae suae nationi praescriptus expiraverit. Quod vero pertinet ad quatuor officiales quotannis eligendos sub nomine — *Deputati*, — pari Sanctitatis suae nomine mandamus, ut quotannis unus ex oratorum numero eligatur, reliqui tres ex rheticis, aut *Grigioni*, *e Novaresi*. Denique ad consulendum rectae administrationi bonorum, ac redituum universitatis, volumus, eodem quo supra nomine, ac mandamus, ut in posterum nulla extraordinaria imponatur taxa; nulla fiat expensa extraordinaria, nulla instituatur lis, nisi accedente approbatione eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis protectoris universitatis, cujus pariter approbationem intercedendam esse mandamus in quacumque redditione rationum ab officialibus universitatis explenda, juxta votum laudati eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis protectoris, cui praemissorum quoque executionem dictae Sanctitatis suae nomine committimus cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis; cum praeservationibus, eximitionibus, et aliis in supradicto chirographo fusius expressis, et juxta in omnibus, et per omnia illius formam, seriem, et tenorem: non obstantibus statutis, decretis, resolutionibus, et legibus dictae universitatis pastillariorum urbis, et quovis pontificio Breve, chirographo, aut constitutione earumdem legum, et statutorum confirmatoria, in parte, et partibus tantum huic indulto contrariis; aliis constitutionibus apostolicis, legibus, statutis, caeterisque, quibus idem sanctissimus dominus Noster papa in suo praeinserto chirographo amplissime, atque expresse derogavit; In quorum fidem etc. Datum Romae ex palatio apostolico Quirinali, et ex aedibus Nostris hac die 27. julii 1791.

A. Roverella auditor

Loco ✠ sigilli.

Averardus Guerrini caus. curiae camerae apostolicae, ac illustrissimi, et reverendissimi domini auditoris sanctissimi domini Nostri papae Pii VI. notarius.

Loco ✠ sigilli.

Confirmatio executionis decretae a cardinali protectore.

§. 11. Antonius Maria in baptismate Gregorius tituli sanctae Mariae in Vialata Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis prior diaconorum dux Salviati signaturae gratiae praefectus, ven. ecclesiae, et archiconfraternitatis beatissimae Mariae virginis de Horto, nec non universitatum aggregatarum apud sanctam Sedem protector, et visitator apostolicus etc. etc. etc.

Cum sanctissimus dominus Noster Pius pp. VI. in suprarelato pontificio chirographo die 24. proxime praeteriti mensis julii obsignato executionem provisionum quarumcumque in eodem contentorum, atque a Sanctitate sua praescriptorum, tam super comparticipatione officiorum quam super administratione redituum universitatis pastillariorum nobis beni-

gne commiserit; idcirco utentes facultatibus in ipso chirographo nobis tributis, omnia, et singula in eodem contenta, et expressa juxta in omnibus; et per omnia illorum formam, seriem, atque tenorem tam a memorata universitate, ejusque hominibus status ecclesiastici, regni Neapolitani, Januensibus, seu rheticis, et Novariensibus, vel cujuscumque demum ditionis sint, quam a caeteris quibuscumque, et quomodolibet interesse habentibus fideliter, et qua par est veneratione exequi volumus, et stricte mandamus, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum ex aedibus nostris hac die 10. augusti 1791.

Gregorius cardinalis dux Salviati visitator apostolicus.

Loco ✠ sigilli.

Declarationes editae ab eodem cardinali protectore pro bono regimine universitatis

§. 12. Antonio Maria al s. Fonte Gregorio del titolo di s. Maria in Via lata della Santa Romana Chiesa primo diacono cardinal duca Salviati prefetto della segnatura di grazia, e della venerabile chiesa, ed archiconfraternita della Madonna dell' Orto, ed università aggregate protettore, e visitatore apostolico ec. ec. ec.

Essendosi degnata la Santità di Nostro Signore pp. Pio VI. felicemente regnante nel chirografo segnato li 24. del prossimo passato mese di luglio a favore del ceto de' maccaronari, e fabbricatori di paste, statisti, Napolitani, e Genovesi incorporati nell' università de' vermicellari con altro chirografo della ss. me. di Clemente XIV. delli 10. settembre dell' anno 1772. di ordinare, che le cariche sì dell' università, che della chiesa siano comuni tra detti due ceti, ed essendosi degnata la stessa Santità sua nel suddetto chirografo di ordinare altresì, che dall' università non si faccia alcuna estraordinaria spesa, non si assuma alcuna lite, non s' imponga alcuna tassa straordinaria senza la nostra preventiva approvazione; ed avendo noi già con altro nostro decreto a piè di detto chirografo segnato, ordinata l' esecuzione di tutto ciò, e quanto nel medesimo si contiene;

Quindi per la totale esecuzione del detto pontificio chirografo, e nostro decreto esecutoriale ordiniamo, e vogliamo, che siano essi pubblicati nella prima adunanza da tenersi per quest' effetto dalla suddetta università de' vermicellari, e maccaronari, e perciò comunichiamo a monsignor illustrissimo, e reverendissimo Castiglioni per l' effetto medesimo tutte le necessarie, ed opportune facoltà di ordinare la convocazione dell' adunanza dell' università medesima, e sovraespressa pubblicazione.

Siccome poi nella prima domenica del prossimo mese di settembre cade secondo il consueto la fissazione, ed imposizione della tassa per supplire alle spese, che per il corrente anno deve fare l' università medesima; perciò in esecuzione di detto chirografo, e decreto ordiniamo agli officiali di detta università de' vermicellari, e maccaronari di concludentemente giustificare al suddetto monsignor illustrissimo, e reverendissimo Castiglioni lo stato, o sia le spese da farsi dalla nominata università, acciocchè il medesimo possa colla Nostra autorità, e intelligenza, ed in nostro nome determinare la precisa quantità della tassa da imporsi per quest' anno corrente come sopra.

E finalmente in ulteriore esecuzione delli mentovati chirografo, e decreto proibiamo agli officiali medesimi fare qualunque spesa straordinaria, ed assumere qualunque lite senza espressa licenza, e permesso nostro, o di detto prelato, al quale per il totale adempimento di tutto questo, e per i casi sovraespressi comunichiamo le facoltà necessarie, ed opportune; non ostante qualunque legge, uso, e consuetudine in contrario. Dato dalla nostra attual residenza questo dì 11. agosto 1791.

Antonio Maria Gregorio cardinal duca Salviati visitatore apostolico.

Loco ✠ sigilli.

DCCCLII.

Dat. die 29. julii 1791. Anno XVII.

Ut ab utroque clero civitatis, et dioecesis Abulensis quotannis die v. februarii officium, et missa de beato Petro Baptista martyre recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus episcopus Abulensis Nobis nuper exponi fecit, Expositio precum.

ipse ad augendam in suis clero, et populo devotionem erga beatum Petrum Baptistam unum ex xxiii. martyribus Japponensibus fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia excalceatorum nuncupatorum officium cum missa ritu duplici minori alias clero sancti Stephani dictae dioecesis altiori ritu auctoritate apostolica concessum, a clero saeculari, et regulari suae civitatis, et dioecesis hujusmodi quotannis die quinta februarii recitari posse summopere cupiat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati: attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris: ut in posterum ab utroque clero civitatis, et dioecesis Abulensis quotannis die quinta februarii officium cum missa in honorem beati Petri praedicti ritu duplici minori recitari libere, et licite possit, ac valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non utriusque cleri praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie; ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima nona julii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLIII.

Dat. die 10. aug. 1791. Anno XVII.

Instante procuratore generali fratrum ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo excalceatorum provinciae s. Alberti Indiarum confirmatur renunciatio ab eadem provincia facta, nec non abrogatio aliquarum legum in constitutionibus ordinis pro dicta provincia latarum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ignatius a sancto Joanne Baptista ordinis fratrum beatae Mariae de Monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum congregationis Hispanae expresse professus, ac procurator generalis provinciae sancti Alberti in Indiis ordinis, et congregationis praedictorum, quod inter caetera, quae a novis constitutionibus eorumdem ordinis, et congregationis auctoritate apostolica per Nostras in simili forma Brevis die xiv. martii millesimo septingentesimo octogesimo sexto expeditas literas confirmatis pro eadem provincia sancti Alberti disponuntur, illud in capite decimo octavo illarum tertiae partis expresse statuitur, ut deinceps provincia hujusmodi jus, et facultatem habeat eligendi unum definitorem generalem, et cum ex antiquis constitutionibus illi unum dumtaxat ferendi suffragium in singulis capitulis generalibus pro tempore habendis jus esset, postmodum duo suffragia in capitulis hujusmodi ei tribuuntur. Cavetur praeterea, ut si provincialis provinciae praedictae morte praeveniatur, aut aliqua ex causa ab officio deponatur, itaut pro electione novi provincialis capitulum extraordinarium sit congregandum, tunc ad capitulum provinciale extraordinarium hujusmodi, quo expensis, et itineris molestiis parcatur, nisi vicarius provincialis, quatuor definitores, et priores conventuum, qui domo capitulari triginta tantum leucarum spatio distant, sint convocandi: tandem decernitur, ut ad admittendas officiorum provincialis, definitoris, aliorumque

hujusmodi abdicationes, seu renunciationes quatuor ex quinque suffragiis, ex quibus constat definitorium, convenire debeant.

Ratio concessionis

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, provincia sancti Alberti praefata considerans, quod usus sibi concessae facultatis, ac juris eligendi unum definitorem generalem, nec non ferendi duo suffragia in singulis capitulis generalibus, gravis potius, quam utilis sibi futurus foret, quod sumptibus ad tam longa carpenda itinera Hispaniam versus necessariis ob turbatam suorum conventuum rem familiarem satisfacere impar omnino esset, ac absentia probatiorum suorum alumnorum exitiora ipsi foret, praesertim cum ex usu compertum sit, Indos, quoties in Europam deveniunt, vel mori, vel saltem ita valetudinarios fieri, ut in patriam reversis, onera suae regularis professionis subire amplius non valeant: considerans praeterea, quod si altera earumdem constitutionum dispositio, ut scilicet in capitulis provincialibus extraordinariis vicarius dumtaxat provincialis, quatuor definitores actuales, ac priores conventuum, qui ultra triginta leucas a domo capitulari non distant, jus suffragii haberent, vigeret, partium studiis, proindeque innumeris perturbationibus ac incommodis causa praeberetur: considerans demum quod singularis nimis, sibique gravis esset tertia earumdem constitutionum lex, ut nempe pro admittendis officiorum provincialis definitorum, aliorumque superiorum abdicationibus, seu renunciationibus quatuor ex quinque suffragantibus consentire debeant, cum ab iisdem constitutionibus definitorium hujus provinciae caeteris definitoriis aequiparetur, in quibus, prout jamdiu in eadem provincia sancti Alberti in more erat, tria ad hoc tantum sufficiant suffragia. Hinc in capitulo generalis ordinis, et congregationis praedictorum in mense septembris anni transacti 1790. habito, ac in illius sessione undecima diei sextae octobris eadem provincia sancti Alberti per suum legitimum procuratorem non solum plene juribus, ac facultatibus sibi, ut praefertur, concessis a dictis constitutionibus ferendi scilicet duo suffragia in singulis capitulis generalibus, atque eligendi sibi definitorem generalem renunciavit; verum etiam ab eodem capitulo generali valde contendit, ut alias duas dispositiones abrogaret, utpote quae eidem provinciae minime utiles. Quamobrem capitulum generale hujusmodi postquam omnia adducta rationum momenta maturo examine perpendit, expostulata provinciae praedictae justa, atque aequa esse cognoverit, renunciationes praefatas admisit, probavitque atque insuper decrevit, ut procurator generalis dictae provinciae, qui in Hispaniis continenter commoraretur, nullo jure deinceps suffragii in capitulis generalibus, prout ei ab antiquis constitutionibus elargiebatur, potiri posset, utque de hisce omnibus a Nobis, et ab hac sancta apostolica Sede esset petenda confirmatio: pro postulata vero praefatarum legum abrogatione quibus vel numerus vocalium in capitulis provincialibus extraordinariis cohibetur, vel quatuor ex quinque definitorii suffragiis ad admittendas officiorum abdicationes, seu renunciationes omnino necessaria esse sancitur, ut a Nobis pariter, et ab hac sancta Sede esset impetranda, scite constituit: Nobis propterea memoratus Ignatius procurator generalis praedictus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur cum de utilitate ac justitia expostulatorum provinciae sancti Alberti praedictae, quae dicto capitulo generali praevio maturo examine gesta sunt, dubitari non sinant, illius bono, quantum in Nobis est, consulere, suisque votis annuere volentes, ac omnes, et singulares illorum, quorum interest, personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, acceptationem, et admissionem abdicationis, seu renunciationis tum juris ferendi in singulis capitulis generalibus duo suffragia tum facultatis eligendi sibi definitorem generalem a legitimo procuratore ejusdem provinciae sancti Alberti factae, ac in convocato capitulo generali hujusmodi solemniter admissae, nec non ea, quae in illius correspectivitatem ab eodem capitulo generali subinde decreta sunt, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eisdem quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Declaratio specialis.

§. 4. Praeterea attento ejusdem capituli generalis consensu, et voto, quo partium studiis in eadem provincia occasio tollatur, ac provinciae praedictae definitorium caeterarum provinciarum ordinis, et congregationis praedictorum definitoriis magis magisque aequiparetur, aliisque justis, ac rationabilibus de causis, praevia eorumdem constitutionum abrogatione, cassatione, et irritatione in ea parte tantum, quae infra constituendis adversatur, ut deinceps etiam in provincialibus capitulis extraordinariis juxta rerum vices, et praesertim pro electione novi provincialis, quippe qua alter vel defunctus sit, vel ab officio depositus habendis, omnes omnino priores conventuum dictae provinciae non secus ac in capitulis provincialibus ordinariis sint convocandi, utque pro admittendis officiorum abdicationibus, seu renunciationibus ad instar aliarum provinciarum ordinis, et congregationis hujusmodi definitorium, et prout apud eamdem provinciam jampridem in more positum erat, tria sufficiant ex quinque suffragia auctoritate apostolica harum serie sancimus, atque mandamus, statuimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus memoratis Nostris XIV. martii MDCCLXXXVI. in simili forma Brevis expeditis literis novarum constitutionum ordinis, et congregationis praedictorum confirmatoriis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima augusti millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno XVII.

DCCCLIV.

Dat. die 14. septembris 1791. Anno XVII.

Translatio sedis episcopalis Gradiscanae una cum illius capitulo de ecclesia sanctorum Petri, et Pauli civitatis Gradiscae ad ecclesiam sancti Hilarii civitatis Goritiae in posterum Goritiensem, seu Gradiscanam nuncupandam.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Recti, prudentisque consilii ratio postulat, ut quae a Nobis jampridem pro assequendo faciliori alicubi episcopalis officii exercitio provide constituta, et ordinata fuerunt, si mutatis rerum, temporumque circumstantiis executioni tradi non posse compertum sit, in pristinum, et opportuniorem statum restituantur, prout Nos ipsi in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum porrectarum ab imperatore Romanorum.

§. 2. Nuper quidem Nobis nomine charissimi in Christo filii Nostri Leopoldi secundi in imperatorem electi, ac Romanorum, Bohemiae, et Hungariae regis apostolici dilectus filius Noster Franciscus tituli sanctae Crucis in Jerusalem Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Herzan de Harras nuncupatus apud Nos, et Sedem apostolicam minister plenipotentiarius exponendi in mandatis habuit, quod et si ad populorum amplissimas sibi subjectas ditiones incolentium spirituale regimen aptius procurandum, gravioremque animarum pastoribus curam aliqua in parte allevandam, Nos ipsi juxta tunc oblatas Nobis preces, praevia aliarum dioecesum episcopalium dismembratione, oppidum Gradiscae in civitatem, novumque illic ex integro episcopatum, Labacensi archiepiscopo suffraganeum, illiusque parochialem ecclesiam ad honorem sanctorum Petri, et Pauli jamdudum dicatam in cathedralem, sedemque episcopalem, ac pariter dignitates et canonicatus, capitulum futurae cathedralis ecclesiae componentes ereximus, et instituimus, aliaque plura ad novi episcopatus constitutionem, illiusque decorem disponere non omisimus, specialem illi assignando dioecesim, quam episcopus facilius, et saepius perlustrare valeret; quae quidem omnia in Nostris apostolicis literis sub datum Romae apud san-

ctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae 1788. tertiodecimo kalendas septembris pontificatus Nostri anno quartodecimo cumulate statuta, ed ordinata noscuntur.

Nihilominus subinde innotuit in nova Gradiscana civitate illam sub titulo sanctorum Petri, et Pauli in cathedralem erectam ecclesiam, quae in usum sedis episcopalis cum choro pro capitulo aptanda foret satis amplam non esse, neque in eadem civitate aedem pro decenti, et commoda episcopi juxta praemissas Nostras literas assidua habitatione inveniri posse.

Ratio concessionis.

§. 3. Cumque, sicut eadem expositio addebat, praeter alia dioecesi Gradiscanae assignata loca, illorumque parochiales ecclesias illa in parte districtus olim metropolitanae, et archiepiscopalis jam suppressae ecclesiae Goritiensis sub titulo sancti Hilarii in eadem civitate Goritiae enumerata fuerit, atque in illius dioecesi comprehensa, et assignata, quae e converso ampla est, et elegantis structurae, sacrarumque supellectilium copia instructa, ac primaevum servat decorem; Goritiensis vero civitas illius comitatus caput nobiles et decentes pro episcopo, singulasque de capitulo aedes complectitur. Ideo pro parte ipsius Leopoldi in imperatorem electi, et regis ab eodem Francisco cardinale Nobis fuit humiliter supplicatum, ut cathedralitatem, quam vocant, ecclesiae sanctorum Petri, et Pauli civitatis Goritiae transferre dignaremur, ad quod tam venerabilis fratris Nostri Francisci Philippi ab Inzaghi episcopi Gradiscani, quam dilectorum filiorum dignitatum, et capituli, ac canonicorum Gradiscanorum, nec non dilecti filii rectoris ecclesiae sancti Hilarii civitatis Goritiae expressus jam praestitus est assensus.

Declaratio circa jura sedis Gradiscanae.

§. 4. Nos igitur, praemissis, aliisque rationabilibus causis animum Nostrum moventibus, maturo consideratis, atque perpensis, et ipsius Leopoldi in imperatorem electi, et regis piis, providisque votis, ac precibus, quam libenter obsecundare volentes sedem episcopalem Gradiscanam, universumque illius capitulum, dignitates nimirum, et canonicos, ac clerum servitio cathedralis ecclesiae adscriptum, nec non curiam ecclesiasticam ordinariam, ac jus, exercitium ecclesiastici fori pro tempore existenti episcopo Gradiscano competens, pariterque omnia judicialia acta; ac insuper una cum omnibus mensarum episcopalis Gradiscanae, ac respective capitularis redditibus, fructibus, ac proventibus, insignibus, juribus, jurisdictionibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus juxta enunciatas Nostras literas episcopatus Gradiscanus, illiusque capitulum frui, et gaudere debeant.

Ecclesia s. Hilarii civitatis Goritiensis restituitur ad titulum parochialem.

§. 5. Ad Goritiensem civitatem, atque ad ecclesiam sancti Hilarii, cujus collativus titulus per haec extinctus manet, sed parochialis, ut antea esse debet, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine praesentium Nostrarum literarum vigore in perpetuum transferimus, et loco prioris ecclesiae sanctorum Petri, et Pauli Gradiscae plenarie subrogamus, et commutamus.

Exemptio episcopi, et capituli a residentia Gradiscana.

§. 6. Praeterea episcopum Gradiscanum, illius capitulum, dignitates, et canonicatus a quavis in civitate Gradiscae residentia penitus eximentes, Goritiensem civitatem pro assidua episcopali residentia constituimus; ecclesiamque sancti Hilarii omnibus juribus, honoribus, insigniis, et praerogativis, quibus usque modo cathedralis ecclesia sanctorum Petri, et Pauli Gradiscae de jure, aut ex indulto, vel privilegio gaudet, et gaudere poterit, pariformiter uti, frui, potiri et gaudere debere jubemus, et volumus. Hac statuta translatione, quae episcopalis, et ecclesiastici ordinis praesefert decorem, et divini cultus augumentum expresse declarandum duximus integrum dioecesis ambitum episcopo Gradiscano pro tempore existenti ex ipsis Nostris literis designatum illi ut antea ordinario jure subesse debere.

Immutatio nominis ecclesiae cathedralis.

§. 7. Verum ecclesiam cathedralem, quae usque modo Gradiscana tantum denominata fuit, deinceps Goritiensem, seu Gradiscanam fore nuncupandam, atque nuncupationem hujusmodi ab episcopo pro tempore existente in omnibus actis, publicisque monumentis adhibendam, et servandam esse decernimus.

Ecclesia ss. Petri, et Pauli de rectoribus providetur.

§. 8. Caeterum in ecclesia cathedrali sanctorum Petri, et Pauli Gradiscae per presbyterum curatum animarum cura, ut prius exerceatur, sacrisque sufficienter provisa illa sit ministris, qui verbum Dei populo annuntient, et sacramenta ministrent; adeo ut ex translatione hujusmodi nullam Christifideles civitatem illam incolentes spirituale detrimentum sentiant, et patiantur.

Idipsum decernitur pro ecclesia s. Hilarii.

§. 9. Itidem ad hoc, ut extincto ecclesiae sancti Hilarii titulo collativo, et amoto illius

rectore animarum cura eidem ecclesiae alias assignata minime destituatur, sed illis amplius consultum sit, eidem episcopo committimus, ut ipse pro sui zelo, et prudentia idoneos, probosque seligat presbyteros, qui tanto muneri assidue incumbant. E contra vero quia rector sancti Hilarii ob tituli collativi illius ecclesiae extinctionem, cui assensum, ut praefertur, praebuit, suis proventibus, et emolumentis ab ea hactenus perceptis destitutus esset ad illius indemnitati occurrendum volumus, quod eidem moderno rectori annua pensio, quae proventibus, et emolumentis praedictis aequivaleat, ejus vita naturali durante, ex fundis illi ecclesiae pertinentibus percipienda assignetur, et persolvatur, vel ab ipso Leopoldo in imperatorem electo, et rege suppeditanda sit similis annua summa, donec aliunde de aliquo beneficio ecclesiastico annui non minoris redditus minime fuerit ei facta collatio.

Jus accipiendi possessionem de ecclesia s. Hilarii.

§. 10. Demum per praesentes concedimus, et indulgemus, ut episcopus ipse, et capitulum, ac dignitates, et canonici per se ipsos, aut alium, seu alios eorum respective nomine veram, realem, et corporalem possessionem ecclesiae sancti Hilarii inire et apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, illaque uti et gaudere possint, et valeant, ac debeant, et teneantur, prout in enunciatis Nostris literis quoad ecclesiam sanctorum Petri, et Pauli Gradiscae illis impertitum fuerat.

Adversus executionem literarum omne remedium juris submovetur.

§. 11. Praesentes vero Nostras literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit firmiter, et inviolabiliter observari debere; ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, pia, privilegiata, ac speciali nota digna, etiam ex eo quod causae propter quas praesentes emanaverint adductae, verificatae, et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, vel quopiam alio quantumvis magno, substantiali, et inexcogitato defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis solemnitates, et quaevis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex alio quocumque capite notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris reduci; neque easdem praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excipi; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictaeque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, irritumque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones, et applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque in contrarium praemissorum etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis personis, et ecclesiis concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, illorumque totis tenoribus, ac data specialis mentio fieret; aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat ad praemissorum omnium validissimum effectum specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc etc. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo primo pridie idus septembris, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLV.

Dat. die 12. septembris 1791. Anno XVII.

Redintegratio, seu nova erectio episcopalis ecclesiae Tergestinae.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Ad supremum militantis Ecclesiae regimen licet Nostris viribus impar, nullisque Nostris suffragantibus meritis a summo ecclesiarum omnium pastore Christo Domino misericorditer constituti debitum injuncti muneris sedulo adimplere cupientes, quid universi gregis necessitas, civitatum decor, civium commoditas, praesertim vero animarum salus requirat, quidquid ad majus divini cultus incrementum, et Christifidelium felicitatem, auxilium praebere valeat, solicita mentis consideratione revolventes, dum horum temporum pravitatem ingemiscimus, maximoque animi Nostri moerore nova dogmata non sine ingenti animarum discrimine impune grassari videmus, crescentem in agro Dominico zizaniam, quam inimicus homo superseminavit, eradicare, tantisque occurrere viriliter adnitimur, cum potissimum divina favente gratia votis Nostris pia quoque magnorum principum desideria jungantur, qui catholicae religionis hostes destruere, ac subditorum suorum prosperitati, et animarum saluti prospicere studentes episcopales ecclesias juxta locorum, ac temporum opportunitatem, vel de novo erigi, vel in pristinum statum redintegrari postulent, ut praesulum doctrina, et vigilantia non modo fideles populi in officio contineantur, ac nova capiant incrementa virtutum; verum etiam catholicae fidei propagatio, ac supremi numinis gloria, quantum fieri possit magis, magisque augeatur. Ut igitur spirituali ovium bono, et incolumitati opitulante Domino consulamus, ex pastoralis officii munere eorum piis desideriis annuimus, et petitionibus libenter indulgemus.

Expositio precum porrectarum a rege apostolico pro nova erectione obtinenda. §. 2. Cum itaque sicut nomine, et ex parte charissimi in Christo filii Nostri Leopoldi secundi Romanorum, Bohemiae, et Hungariae regis apostolici in imperatorem electi nuper dilectus filius Noster Franciscus tituli sanctae Crucis in Hierusalem Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Herzan de Harras nuncupatus ejus apud Nos, et Sedem apostolicam minister plenipotentiarius Nobis exposuit, ipse Leopoldus imperator et rex, quem prout catholicum principem decet inter graviora quibus undique premitur saecularia studia, spiritualis quoque subditorum suorum utilitatis, atque salutis procurandae, divinique cultus promovendi, augendique solicitudo magnopere tenet animo expendens, quod civitas Tergestina, quae plurimorum saeculorum spatio ad hanc novissimam usque aetatem episcopali cathedra splenduit, portu, et emporio insignis, ac singulari commercio hisce praesertim temporibus aucta in litorali Austriaco, et in ea posita Istriae parte, quae Carniolae ducatui finitima existit, quaeque mille, et ultra domus, et quindecim mille incolas, seu habitatores, inter quos complures numerantur familiae tam generis nobilitate, quam literis, et armis conspicuae, propriisve redditibus decore viventes complectitur, et in qua pro suarum majori honorificentiae, et praerogativarum cumulo inter caeteras ecclesias, nec non sanctimonialium, et virorum coenobia sancti Justi martyris antiquae structurae, quae antehac cathedralis Tergestinae nuncupatae existit; mox vero de anno scilicet Domini millesimo septingentesimo octuagesimo octavo supplicante tunc clarae memoriae Josepho eo nomine secundo dum viveret eorumdem Romanorum Bohemiae, et Hungariae rege apostolico in imperatorem electo per Nostras literas apostolicas sub datum tertio decimo kalendas septembris pontificatus Nostri anno quartodecimo expeditas perpetuo suppressa, novaeque episcopali ecclesiae Gradiscanae tunc similiter apostolica auctoritate perpetuo erectae supposita, et incorporata remansit, et ad statum mere parochialis ecclesiae redacta reperitur spectatis incommodis inde subortis mereatur quidem numeris omnibus ad pristinum civitatis, et respective ecclesiae episcopalis splendorem restitui; vehementer propterea exoptet ad hoc praesertim, ut ecclesiastica ibi disciplina excitetur, simulque pastorum in exercitio curae animarum operam alleviando spirituali populorum necessitati occurratur, civitatem ipsam Tergestinam una cum suis territorio, et dioecesi ab eadem ecclesia Gradiscana perpetuo, ut infra per Nos, et Sedem apostolicam dismembrari, atque ad primaevam civitatis, et praevia ipsius parochialis ecclesiae sic erectae suppressione, et extinctione, illam pariter ad cathedralis ecclesiae, et respective sedis episcopalis veterem conditionem mediante infrascripta rerum dispositione iterum evehi.

Judicium ad rem latum a nuncio apostolico Viennensi.

§. 3. Nos igitur, quibus de caetero post hujusmodi a praefato Francisco cardinali susceptam instantiam praeclara, atque indubia pietatis dicti Leopoldi imperatoris, et regis argumenta docentem ex processu a dilecto etiam filio Nostro, et ejusdem Sedis apostolicae nuncio in civitate Viennensi Austriae commorante, vigore decreti Nostri sub die decima nona mensis maji currentis anni editi super ipsius expetitae dismembrationis, ac suppressionis, novaeque cathedralis ecclesiae erectionis, tum necessitate, tum etiam utilitate confecto, ac nuperrime ad urbem transmisso plane constitit, quod si praemissa a praedicto Leopoldo imperatore, et rege tam provide excogitata per Nos, ut praefertur, et Sedem apostolicam praedictam exequutioni demandarentur; ac fierent, pluribus revera incommodis obviaretur, et civitate hujusmodi apud exteros omnes ad inclytam sui nominis, et originis famam, auctoritatemque restituta, divini cultus honor, et reverentia novum ibi acciperet incrementum, ac utrique populorum scilicet, et pastorum eorumdem utilitati, et levamini cum orthodoxae religionis profectu peropportune consultum foret. Atque attendentes, quod venerabilis frater Noster episcopus Gradiscanus, nec non dilectus etiam filius modernus ejusdem parochialis ecclesiae rector ad hoc tanti momenti opus rite perficiendum respective accedentes, praemissis omnibus aequo animo consenserunt votis, et petitionibus dicti Leopoldi imperatoris, et regis firma in spe, quod quem Dominus, ut scuto bonae voluntatis suae coronavit in terris, ad majora semper, atque utiliora in Ecclesia sancta, cujus ipse primum est fulcimentum promovenda incendatur, obsecundare, et haerere volentes.

Dismembratio civitatis Tergestinae, et circuli Tergestini a dioecesi Gradiscana, cum descriptione locorum adnexorum.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine ab ecclesia, et dioecesi Gradiscana civitatem Tergestinam supradictam, nec non unum circularem Tergestinum; ac alium etiam circularem Pisinum; ac alium quoque circularem Hrenovicensem; ac alium etiam ruralem Petinensem; ac etiam ruralem Chersanensem; ac alium similiter ruralem Lonzanensem; ac alium itidem ruralem Delinensem, nec non reliquum pariter ruralem Teschanensem respective nuncupatos decanatus. Ac sub ea, et eis respective comprehensas primodictam sancti Justi martyris, ut infra supprimendam, aliasque inferius sigillatim exprimendas parochiales ecclesias, et ab earum qualibet paroecia dependentes, seu ad illas respective spectantes curatias, vulgo nuncupatas, nec non cappellanias, et ad utrasque itidem respective pertinentes filiales ecclesias, ac unum congregationis Mechitaristicae nuncupatae nationis Armenae; ac alium sancti Cypriani monialium ordinis sancti Benedicti; ac alium fratrum ordinis sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Tergesti, ac reliquum conventus ordinis ejusdem sancti Francisci fratrum minorum nuncupatorum strictioris observantiae Pisini in Istria, et alia quaecumque, et quovis nomine nuncupata saecularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, si quae sint, attenta formali cessione de illa, et illis a praefato episcopo Gradiscano, nec non dilectis pariter filiis modernis capitulo, et canonicis ipsius Ecclesiae Gradiscanae, ut accepimus, sponte et libere facta, apostolica auctoritate praedicta perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus.

Revocatio tituli ecclesiae parochialis s. Justi.

§. 5. Dictamque parochialem ecclesiam sancti Justi sic noviter, ut praefertur, erectam, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam parochialis ecclesiae collativae, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, ac de caetero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illa quovis modo etiam praevio concursu disponi amplius nequeat; et si illam deinceps ullo umquam tempore conferri, vel impetrari, seu alias, ut praefertur, de illa quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliaeque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factae, nullae, et invalidae, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant expresso ad hoc ejusdem moderni dictae parochialis ecclesiae rectoris accedente consensu praedicto ex nunc eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Indemnitates concessae parocho suppressae parochialis ecclesiae.

§. 6. Et ad hoc ut ipse nuper modernus dictae parochialis ecclesiae, sic per Nos, ut praefertur, suppressae, et extinctae rector de illius per eum etiam, ut praefertur, abdicatis redditibus indemnitatem, accipiat sibi pensionem annuam ab omnibus, et quibuscumque oneribus quocumque nomine nuncupatis nunc impositis, et pro tempore quomodolibet imponen-

dis, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberam, immunem, et exemptam, quae fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem parochialis ecclesiae per Nos, ut praefertur, suppressae, et extinctae aequivaleat, per illius nuper rectorem praefatum, donec ipse vixerit, et ex fundis dictae sic suppressae, et extinctae parochialis ecclesiae jam, ut pariter accepimus, assignatis percipiendam, erigendam, et levandam, ac in suos usus, et utilitatem convertendam, seu sibi a praedicto Leopoldo imperatore, et rege quovis alio modo, donec aliunde de aliquo beneficio ecclesiastico annui quidem redditus non minoris canonice sibi provisum fuerit annuatim suppeditandam dicta apostolica auctoritate reservamus, constituimus, et assignamus.

Restitutio civitatis Tergestinae ad honorem civitatis episcopalis, cum suis privilegiis.

§. 7. Deinde vero civitatem Tergestinam sic dismembratam, divisam, et separatam hujusmodi ad civitatis episcopalis honorem, quo antea decorata extitit eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque restituimus, et plenarie reintegramus, et quatenus opus sit illam in civitatem episcopalem Tergestinam, ut antea nuncupandam cum omnibus suis juribus, honoribus, et praerogativis, quibus aliae civitates pontificali sede insignitae in dominio Austriaco existentes, earumque cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum, nec non in parochialem ecclesiam sancti Justi martyris per Nos, ut praefertur suppressam, et extinctam hujusmodi in cathedralem ecclesiam Tergestinam nuncupandam sub eadem sancti Justi martyris invocatione archiepiscopo Labacensi pro tempore existenti suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam, qui etiam parochialis ut antea existat.

Reintegratio sedis episcopalis.

§. 8. Et in ea sedem, et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Tergestino etiam nuncupando, qui eidem ecclesiae, illiusque civitati Tergestinae praedictae, ac dioecesi, ut infra constituendae praesit, abbates inferiores praelatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat, cum suis capitulo infrascripto, sigillo, arca, mensa episcopali, caeterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, ac personalibus, ac mixtis, quibus caeterae cathedrales ecclesiae in temporalibus praedicto dominio Austriaco subjectae, earumque praesules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, aut privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

Erectio novi capituli in ecclesia cathedrali.

§. 9. Ac in ipsa cathedrali ecclesia Tergestina unam praeposituram, quae post pontificalem hujusmodi major, ac uno canonicatu, et una praebenda pro uno presbytero futuro canonico praeposito nuncupando, qui caput infrascripti capituli existat, iisque gaudeat praeeminentiis, quae sibi de jure competere possunt, ac debent. Ac unum decanatum, qui secunda inibi respective dignitates existant cum alio itidem canonicatu, et alia praebenda eisdem dignitatibus invicem perpetuo respective unitis extituris pro uno canonico decano nuncupando; ac reliquos tres canonicatus, totidemque praebendas, quorum, et quarum uni vicarii in spiritualibus generalis pro tempore futuri episcopi Tergestini munus incumbat pro tribus aliis futuris ejusdem cathedralis ecclesiae Tergestinae mere canonicis illius capitulum, penes quod cura animarum dilectorum quoque filiorum parochianorum dictae parochialis ecclesiae, quae ut antea etiam parochialis existat, ut praefertur, principaliter, et cum infrascriptis vicariis, ut infra exercenda resideat, constituentibus, similiter cum choro, stallo, arca, mensa capitulari, et sigillo communibus, aliisque signis, et insigniis, praerogativis, et gratiis, quibus aliarum ecclesiarum cathedralium illarum partium respective capitula quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut simili privilegio, particulari etiam utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent de praesenti, atque uti, frui, potiri, et gaudere possent, et poterunt in futurum; nec non quatuor perpetuas personalem tamen residentiam requirentes, et infrascriptam animarum curam exercendi onus adnexum habentes vicarias, beneficiatus nuncupandas pro totidem presbyteris futuris pariter ejusdem cathedralis ecclesiae Tergestinae vicariis perpetuis beneficiatis nuncupandis, quibus praeter servitium chori una cum aliis clericis, et presbyteris praebendam non habentibus eidem cathedrali ecclesiae in divinis praestandum opus quoque curam anima-

rum parochianorum hujusmodi una simul cum supradictis canonicis exercendi respective incumbat, ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam, beatissimaeque virginis Mariae, ac praedicti Justi martyris honorem, fideique catholicae exaltationem apostolica auctoritate praefata similiter perpetuo de novo erigimus, et instituimus.

Onus episcopo impositum erigendi praebendas theologalem, et poenitentiariam

§. 10. Volentes quod futurus episcopus Tergestinus in dicta cathedrali ecclesia per Nos de novo sic erecta unam theologalem, ac alteram poenitentiariam respective nuncupandas praebendas ad praescriptum concilii Tridentini instituat, ejusdem futuri episcopi conscientia super hoc onerata remanente.

Constitutio novae dioecesis Tergestinae nuncupandae.

§. 11. Ac insuper ut praefatae episcopali ecclesiae Tergestinae per Nos reintegratae, ac de novo, ut praefertur, erectae dioecesis, nec non clerus, et populus constitui possit supradictam civitatem Tergestinam, nec non unum decanatum circularem Tergestinum nuncupatum, et sub eo respective comprehensas parochiales ecclesias, seu paroecias infrascriptas videlicet — Unam beatae Mariae virginis Tergesti in civitate Veteri, et aliam sancti Antonii Patavini in civitate Nova Theresiana nuncupata, et aliam sancti Bartholomei Obchinensis, ac aliam sancti Joannis Baptistae in Rodigg, et aliam sancti Petri apostoli in Povit, ac reliquam parochiales ecclesias, seu paroecias hujusmodi etiam sancti Petri apostoli in Tomai respective oppidis, seu locis existentes; nec non alium decanatum circularem Pisinum itidem nuncupatum, ac sub eo similiter comprehensas parochiales ecclesias, seu paroecias infrascriptas, scilicet, unam sancti Nicolai Pisini seu Mitterburg, ac aliam sancti Georgii in Pisin Vecchio, ac aliam sancti Petri in Sylvis, ac aliam sancti Michaelis Gimini, ac aliam sanctorum Petri, et Pauli Corridici, ac aliam sanctorum Simonis, et Judae Antignanae, ac aliam beatae Mariae virginis Tervisi; ac aliam sancti Martini in Vermo; ac aliam sancti Michaelis Zumesci; ac aliam sancti Marci Cashierge; ac reliquam parochiales ecclesias, seu paroecias hujusmodi beatae Mariae virginis Gherdoselle respective nuncupatas. Ac alium decanatum circularem Hrenovicensem itidem nuncupatum, et sub eo pariter comprehensas parochiales ecclesias, seu paroecias etiam infrascriptas, nempe unam sancti Martini in Hrenovicz; ac aliam sancti Stephani protomartyris in Allesbergh seu Postoine; ac aliam beatae Mariae virginis Slavine; ac aliam sancti Stephani Cossane; ac reliquam parochiales ecclesias, seu paroecias hujusmodi sancti Bartholomei in Senosete respective oppidis, seu locis existentes etiam respective nuncupatas. Ac alium decanatum ruralem Petinensem similiter nuncupatum, et sub eo quoque comprehensas alias parochiales ecclesias, seu paroecias infrascriptas videlicet; unam beatae Mariae virginis Pedeno, ac aliam sanctissimae Trinitatis in Ceppich; ac aliam sancti Georgii in Berlo; ac aliam sancti Joannis Baptistae in Cherbune; ac aliam sancti Viti Galligano; ac aliam sanctorum Petri, et Pauli Gallogorizo; ac aliam sanctorum Hermagorae, et Fortunati Lindari; ac aliam sancti Michaelis in Novacco; ac aliam beatae Mariae virginis in Cerouglie; ac reliquam parochiales ecclesias, seu paroecias hujusmodi sanctorum Cosmae, et Damiani Chersicle respective nuncupatas terrarum, seu locorum. Ac alium decanatum etiam ruralem Chersanensem nuncupatum, et sub eo itidem comprehensas parochiales ecclesias, seu paroecias infrascriptas scilicet, unam sancti Antonii abbatis Chersani; ac aliam sancti Rochi in Paas; ac aliam sancti Georgii Bogliani; ac aliam sanctorum Petri, et Pauli Uragne; ac aliam sancti Martini in Lupogliau, seu Dolegnavass; ac aliam sanctorum Petri, et Pauli in Lumberg; ac reliquam parochiales ecclesias, seu paroecias praefatas beatae Mariae virginis in sancto Ivannazz respective nuncupatas, etiam respective oppidis, seu locis existentes. Ac alium decanatum quoque ruralem Louzanensem nuncupatum, et sub eo pariter comprehensas alias parochiales ecclesias, seu paroecias infrascriptas videlicet — Unam sancti Georgii Louzane; ac aliam sanctae Helenae Castue; ac aliam sancti Marci in Veprinaz; ac aliam sancti Andreae Moschienizze; ac aliam sancti Georgii in Berzecz; ac aliam sancti Adriani Cosgliaci; ac aliam sancti Silvestri Surguevizz; ac reliquam parochiales ecclesias, seu paroecias hujusmodi sancti Spiritus in Villanova respective nuncupatis oppidis, seu locis etiam respective existentes. Ac alium decanatum similiter ruralem Dolinensem nuncupatum, et sub eo comprehensas parochiales ecclesias, seu paroecias infrascriptas scilicet — Unam sancti Udalrici Dolline, ac aliam sancti Stephani Bresovidz, nec non reliquam paro-

chiales ecclesias, seu paroecias praefatas beatae Mariae virginis in Urem respective nuncupatas, respective quoque terrarum, seu locorum; nec non reliquum decanatum similiter ruralem Therschanensem pariformiter nuncupatum, et sub eo comprehensas reliquas quatuor parochiales ecclesias, seu paroecias infrascriptas, nempe unam beatae Mariae virginis Telshane; ac aliam sancti Petri apostoli in Dornegg, seu Ternove; ac aliam sancti Chrisogoni Hrushirza, ac reliquam parochiales ecclesias, seu paroecias hujusmodi sancti Hieronymi Clane respective nuncupatas; nec non omnes, et singulas curatias ad easdem supradictas paroecias respective spectantes videlicet, unam Sylvule; ac aliam Basovize; ac aliam sanctae Crucis; ac aliam Reppentabor; ac aliam sancti Petri; ac aliam Resderte; ac aliam Barcole; ac aliam Lippizze; ac aliam Seshane; ac aliam Auber; ac aliam Studeno; ac aliam Ubelsko; ac aliam Cattinare; ac aliam Contoressi; ac aliam Divazze; ac aliam Scoppe; ac aliam Nusdorff; ac aliam Sagurie; ac aliam Grozzane; ac aliam Dismagne; ac aliam Mune; ac aliam Podrajo; ac aliam Pregarie; ac aliam Corgnal; ac aliam Vedizze; ac aliam Slivio; ac aliam Bergaud; ac aliam Harie; ac aliam Starede; ac aliam Clanez; ac aliam sancti Lanciani, ac aliam Bothul; ac aliam Kosbak; ac aliam Prem; ac aliam Gollatz; ac aliam Scoplian; ac reliquam curatias superius expressas Sazaretz respective nuncupatas; nec non cappellanias noviter designatas, scilicet in Cernotich, et Suborie, et Brosza, et Feichi, et sanctae Catharinae in Campo Pedenensi, et Sottomare, et Porn, et Gushak, et Cerre, et sancti Mathiae, et Volosca, et Lippa, et Vatouie, et Gradigne, et Milotichi, et Rukavaz, et Zamet respective nuncupatis oppidis, seu locis, omnesque pariter, et singulas filiales ecclesias ad easdem paroecias, ac curatias hujusmodi respective pertinentes; nec non unum congregationis Mechitaristicae nuncupatae nationis Armenae; ac alium sancti Cypriani monialium ordinis sancti Benedicti; ac alium fratrum ordinis sancti Francisci conventualium nuncupatorum respective Tergestin; ac reliquum conventus fratrum ejusdem sancti Francisci minorum nuncupatorum strictioris observantiae Pisini in Istria, et alia quaecumque, et quovis nomine nuncupata saecularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia hujusmodi si quae sint; ut praefertur, cum omnibus juribus, et pertinentiis suis ab ecclesia, et dioecesi Gradiscana hujusmodi per Nos, ut praefertur dismembratam, dismembratas, dismembratos, et dismembrata, et in iisdem civitate, decanatibus, paroeciis, curatiis, ac filialibus ecclesiis, nec non conventibus praefatis respective consistentes utriusque sexus personas, habitatores, et incolas; tam laicos, quam clericos presbyteros beneficiatos, et religiosos quoscumque non tamen exemptos cujuscumque gradus, status, ordinis, et conditionis existant (illos omnes, et singulos ab ordinaria ipsius moderni, cujus etiam ad hoc expressus accedit assensus, et pro tempore existentis episcopi Gradiscani jurisdictione, potestate, et superioritate dicta apostolica auctoritate perpetuo sejungentes, et eximentes) novae ecclesiae episcopali Tergestinae, illiusque futuro praesuli pro suis civitate, territorio, dioecesi ubi ipse residere debebit, nec non clero, et populo pari auctoritate apostolica etiam perpetuo concedimus, et assignamus, ac respective ordinariae dicti pro tempore futuri episcopi Tergestini jurisdictioni, potestati, et superioritati; ita quod liceat personae eidem ecclesiae Tergestinae tam nunc a primaeva illius erectione, et institutione, ut praefertur, factis hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum praeficiendae per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, corporalem, et actualem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in dicta civitate Tergestina, ac in omnibus decanatibus, paroeciis, curatiis, filiabus ecclesiis, ac conventibus, ac in singulis locis, seu oppidis supradictis propria auctoritate libere, et licite apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis episcopi Gradiscani, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita simili apostolica auctoritate itidem perpetuo supponimus, atque subjicimus.

§. 12. Ac praeterea mensae episcopali Tergestinae per Nos, ut praefertur, de novo erectae hujusmodi pro illius dotatione, et ad hoc ut idem pro tempore futurus episcopus Tergestinus statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decenter tenere valeat annuam summam sex millium florenorum Rhenensium

Dotatio mensae episcopalis, et capitularis.

a praedicto Leopoldo imperatore, et rege eidem futuro Tergestino episcopo jam ut pariter accepimus in partibus assignatam, eamque ab omni, et quocumque onere tunc imposito, et pro tempore quomodolibet imponendo, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia prorsus liberam, immunem, et exemptam; ita ut idem Leopoldus imperator, et rex pro eo quod expensas consistorii, illiusque expeditionis respicit liberaliter, ut quoque accepimus, aliunde prospexerit eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo applicamus, et appropriamus; ipsique pro tempore futuro episcopo Tergestino pro sui decenti habitatione aedificium collegii olim ad clericos regulares societatis Jesu nuncupatae apostolica auctoritate suppressae spectans, ac prope dictam parochialem ecclesiam per Nos, ut praefertur suppressam, et extinctam, et in cathedralem ecclesiam hujusmodi de novo etiam, ut praefertur, erectam existens, et ad praedictum habitationis effectum jam ab ipso Leopoldo imperatore, ac rege designatum pari apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, atque attribuimus. Ac ulterius, ut dignitates, ac canonicatus, et praebendae, nec non praefatae vicariae, ejusdem cathedralis ecclesiae Tergestinae per Nos, ut praefertur, de novo erectae et institutae de congrua respective etiam dotatione provideantur, illosque, et illas, pro tempore respective obtinentes onera eis, et eorum cuilibet respective incumbentia supportare valeant. Dictae praepositurae, eique annexo praefato, videlicet unam mille, ac dicto decanatui, eique pariter adnexo canonicatibus aliam octingentorum. Ac uni ex eisdem tribus, cui munus vicarii generalis hujusmodi, ut praefertur incumbet (praebenda simul, et munere praefato comprehensis in omnibus) aliam mille sexcentorum. Ac reliquis duobus respective canonicatibus, ut praefertur erectis praedictis utrique eorum videlicet aliam sexcentorum. Unicuique vero ex quatuor vicariis similiter, ut praefertur, erectis hujusmodi reliquam respective annuas summas biscentum quinquaginta florenorum Rhenensium parium ab eodem Leopoldo imperatore, et rege jam pariter, ut quoque accepimus, constitutas pro illorum, et illarum respective praebenda dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo respective incorporamus, et assignamus, eisdemque futuris capitulo, et canonicis ejusdem cathedralis ecclesiae Tergestinae, ut praefertur erectae pro tempore extituris, ut ipsi pro dictae cathedralis ecclesiae sic erectae, illiusque chori, capituli, illorumque rerum, bonorum, et jurium quorumcumque tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique gubernio, regimine, ac directione, nec non onerum illis respective incumbentium supportatione, ac divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et suffragiorum celebratione; nec non distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, repartitione, ac perceptione; ac poenarum per absentes, et divinis officiis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu; ac singulorum praesentiis, et absentiis notandis.

§. 13. Nec non caeremoniis, ac ritibus in dicta cathedrali ecclesia sic, ut praefertur, erecta, illiusque choro, capitulo, processionibus, ac aliis actibus hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa praemissa quomodolibet necessariis, et opportunis quaecumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini minime adversantia, et per ipsum pro tempore extiturum episcopum Tergestinum prius examinanda, et approbanda edere, atque edita declarare, et interpretari, ac in meliorem formam redigere, et reformare, ac alia de novo etiam ex integro eisdem tamen sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini praefati minime adversantia, ac ut praefertur per eumdem pro tempore futurum episcopum Tergestinum similiter examinanda, et approbanda, et per eos ad quos spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit observanda sub poenis in contrafacientes statuendis etiam edere, et concedere libere, et licite valeant, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem apostolica auctoritate praefata similiter perpetuo concedimus, et impartimur. Concessio juris condendi statuta pro capitulo.

§. 14. Ac demum eidem Leopoldo imperatori, et regi, ejusque in regnis hujusmodi successoribus pro tempore existentibus jus nominandi, seu praesentandi infra tempus a jure praefixum Nobis, et Romano pontifici pro tem- Reservatio juris nominandi episcopum, et canonicos favore regis apostolici.

pore existenti ad dictam ecclesiam Tergestinam hujusmodi, tam hac prima vice ab ejus redintegratione, seu nova illius erectione, et institutione Nobis, ut praefertur, factis pastoris solatio destitutam, quam deinceps quoties eam pro tempore quomodolibet etiam pastoris solatio hujusmodi destitui contigerit, personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem praefatum ad nominationem, seu praesentationem hujusmodi praedictae ecclesiae Tergestinae in episcopum praeficiendam pari prorsus modo quo ad nominationem, seu praesentationem eamdem caeteri episcopi ecclesiarum in dominio Austriaco existentium ab apostolica Sede praefici consueverunt, nec non aliud quoque jus nominandi, seu praesentandi ad praeposituram, et decanatum, eisque respective adnexos, et caeteros canonicatus, et praebendas, nec non vicarias ejusdem cathedralis ecclesiae Tergestinae per Nos, ut praefertur, erectos, et erectas hujusmodi, tam pariter hac prima vice, et a primaeva illorum, et illarum erectione praedicta, quam etiam deinceps quandocumque, et quotiescumque illas, et illas de caetero quibusvis modis, et ex quorumcumque personis etiam Nostris, et Romani pontificis pro tempore existentis praedicti, seu quorumvis ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium etiam tunc viventium familiaribus, et continuis commensalibus, seu Romanae curiae officialibus, aut alias qualitates, reservationem, et affectionem inducentes habentibus, seu per liberas etiam ex causa permutationis respective resignationes de illis in Romana curia praefata, vel extra eam quomodolibet respective factas, et admissas, aut assecutionem aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quavis auctoritate collatorum, seu illos, et illas pro tempore respective obtinentium in aliquo ex mensibus Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti, praefato, ac eidem Sedi apostolicae reservatis decessum, vel quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, privationem, religionis ingressum, et professionis in ea emissionem, matrimonii contractum, aut alias quomodocumque, et qualitercumque vacare contigerit coram ordinario loci personas itidem idoneas, et quo ad vicarias hujusmodi per eumdem loci ordinarium ad curam animarum exercendam approbatas in eisdem praepositura, decanatu, eisque respective adnexis, ac caeteris canonicatibus, et praebendis, nec non vicariis, ut praefertur erectis hujusmodi ad nominationem, seu praesentationem hujusmodi per ipsum loci ordinarium respective instituendas apostolica auctoritate praefata similiter perpetuo reservamus.

Jus regis reservatur etiam pro quacumque futura derogatione, aut immutatione.

§. 15. Ad dictum jus nominandi, seu praesentandi, tam ad praefatam ecclesiam Tergestinam, quam ad dignitates, ac canonicatus, et praebendas, nec non vicarias per Nos, ut praefertur, erectam, et erectos hujusmodi regium existere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, et roboris firmitatem juris nominandi, seu praesentandi regii hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione etiam cum quibusvis efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione etiam per viam constitutionis legis, regulae cancellariae apostolicae, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendi, neque illi ullo umquam tempore, et ex quavis causa derogari posse, neque debere, ac collationes, provisiones, et quasvis alias dispositiones, de dignitatibus, et canonicatibus, et praebendis, ac vicariis per Nos, ut praefertur, erectis hujusmodi absque ipsius Leopoldi imperatoris, et regis, ejusque successorum praedictorum consensu, seu nominatione pro tempore factas, processusque desuper habendos, ac inde sequenda quaecumque nulla, et invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore et esse, ac pro nullis, et infectis haberi, neque jus, aut coloratum titulum possidendi cuiquam per illa tribui posse dicta apostolica auctoritate decernimus.

Quodcumque juris remedium quod facere posset adversus executionem praesentis motus proprii submovetur.

§. 16. Ac insuper praesentem Nostrum motum proprium, easdemque praesentes semper, et perpetuo validum, et efficacem, ac validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, legitima, ac privilegiata etiam ex eo, quod causae propter quas eaedem praesentes emanaverint adductae, verificatae, et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, aut intentionis Nostrae, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, ac inexcogitabili, ac specia-

lem, et inviduam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, aut consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, legitima, pia, privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illum, et illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu pari, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse, neque debere; neque praesentem Nostrum motum proprium hujusmodi, easdemque praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas, quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ac ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi; sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutum repositum, et plenarie reintegratum, ac restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 17. Sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quovis auctoritate fungentes etiam causarum apostolici palatii auditores, ac praedictae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictaeque Sedis apostolicae nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, potestate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere; irritum quoque, decernimus et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 18. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones, et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri, nec non ab ecclesiis membra dividi, ac distingui, et beneficia ecclesiastica unius dioecesis alteri dioecesi uniri prohibentis, ac quibusvis aliis in contrarium praemissorum quomodolibet etiam in synodalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore quomodolibet etiam consistorialiter, aut alias etiam pluries concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores hujusmodi; ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, praesentibus inserti forent eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum omnium, et singulorum validissimum effectum hac vice dumta-

rat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Praeceptum de inscribendis fructibus in libris camerae apostolicae.

§. 19. Volumus autem, quod dicta episcopalis ecclesia Tergestina, de novo, ut praefertur erecta, ad trecentos florenos auri de more taxetur; quodque hujusmodi taxa in libris camerae apostolicae respective describi debeat. Nos autem per easdem praesentes supradictum nuncium in civitate Viennensi Austriae hujusmodi, ut praefertur, commorantem in executorem earumdem praesentium quoad illarum executionem tantum cum plena, et libera quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro hujusmodi executionis effectu subdelegandi facultatem, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus eadem apostolica auctoritate deputamus; eidemque nuncio, seu personae ab eo sic subdelegandae praefatae facultatem pariter, ut ipsi, seu eorum alter integram praemissorum omnium et singulorum observantiam praecipere, nec non super quacumque oppositione in ipsius executionis actu adversus eadem praemissa quomodolibet oritura, servatis tamen quae fuerint de jure servanda etiam definitive pronunciare libere, ac licite valeant, ac respective valeat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus eadem apostolica auctoritate concedimus, et impartimur.

Sanctio poenalis.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae dismembrationis, divisionis, separationis, suppressionis, extinctionis, reservationis, constitutionis, assignationis, restitutionis, reintegrationis, erectionis, institutionis, voluntatis, sejunctionis, exemptionis, concessionis, assignationis, suppressionis, subjectionis, applicationis, appropriationis, posterioris concessionis, attributionis, incorporationis, ulterioris etiam assignationis, facultatis impartitionis, ac posterioris quoque reservationis, decreti, derogationis, voluntatis, deputationis, ac posterioris impartitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pridie idus septembris, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLVI.

Dat. die 16. septembris 1791. Anno XVII.

Committitur nuncio Poloniae, ut approbet quamdam donationem cuidam parochiali ecclesiae dioecesis Plocensis factam.

Venerabili fratri Ferdinando Mariae archiepiscopo Carthaginensi apud carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Augustum Poloniae regem illustrem Nostro, et apostolicae Sedis nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiae Plocensis, quod ipsi considerantes tenuitatem dotis paroeciae de suo jurepatronatus in bonis capitularibus Trzepowo nuncupat. dictae dioecesis sitae; insuper animadvertentes, quod ex proximitate aedificiorum inquilinorum dictae ecclesiae periculum incendii ei immineat, propterea in capitulis generalibus de anno MDCCLXXXIII. et MDCCLXXXIV. respective habitis duo ediderunt decreta, quorum uno, in auctionem dotis ejusdem ecclesiae seminarium certi agri, altero autem nonnullas areas cum hortis in supradictis bonis Trzepowo ad extruenda nova aedificia in loco remotiori pro avertendo dicto periculo ecclesiae praedictae dedit, donavit, et concessit, quod omne postmodum, anno nempe MDCCLXXXVIII. venerabilis etiam frater episcopus Plocensis ratum habuit, et adprobavit, libertatique, et immunitati ecclesiasticae adscripsit, ac alias prout in decretis, ac instrumentis desuper confectis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, capitulum, et canonici praedicti, quo praemissa firmius subsistant, et serventur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportuno providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Digitized

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur capitulum, et canonicos praedictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae de cujus fide, prudentia, integritate, et religionis zelo plurimum in Domino confidimus per praesentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de utilitate donationum hujusmodi, illas sub iisdem legibus, et conditionibus, quibus ab eodem capitulo factae fuerunt, auctoritate Nostra apostolica approbes, atque confirmes, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicias, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint suppleas, et sanes.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et apostolicae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti capituli etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes non intendimus dictum juspatronatus in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLVII.

Dat. die 16. sept. 1791. Anno XVII.

Confirmatur transactio inter episcopum Imolensem, et communitatem Conselicensem super jure decimandi inita.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoties a Nobis petitur, ut circa ea, quae ad sedandas, compescendasque lites, ac controversias, praesertim vero inter pastorem, et dominicum sibi commissum gregem, quibus plerumque christiana charitas turbatur, apposite, ac maturo consilio disposita fuisse noscuntur apostolicam Nostram auctoritatem interponamus, quo inde certius suum sortiantur effectum, omnino Nos decet petentium desideriis congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Noster Gregorius Barnabas Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Chiaramonti nuncupatus ex indulto, ac dispensatione apostolica episcopus Imolensis quod jamdiu inter episcopos Imolenses praedecessores suos ex una, et homines, et communitatem Consilicis ex altera parte de ac super jure universali decimandi in agro Consilicensi episcopis Imolensibus ex jure tum spirituali, tum etiam fundario competenti plures, atque plures exarserunt lites, ac controversiae, immo inter eumdem Gregorium Barnabam cardinalem ex una, et memoratam communitatem ex altera parte nuperrime lis denuo in foro instaurata, et in causarum palatii Nostri apostolici auditorio magno ipsorum litigantium incommodo, ac dispendio exagitata est, et licet memoratus Gre-

gorius Barnabas cardinalis in eodem auditorio ex sex praepositis dubiis quinque obtinuerit, et quoad sextum juxta modum in decisione expressum, nihilominus faciles aures transactionis conditionibus a Consilicensibus oblatis, quibus in aevum omnes lites, ac controversiae dirimebantur, praebuit: quamobrem hinc inde adscitis causarum patronis, tandem inter litigantes fuit stipulata transactio tenoris, qui sequitur.

Tenor transactionis.

§. 3. Al Nome del signore Iddio. Anno di nostra salute mille settecento novantuno, indizione Romana nona, in tempo del pontificato della santità di nostro signore papa Pio sesto pontefice ottimo massimo ec. questo giorno undecimo 11. mese di agosto.

Essendo che la venerabile mensa vescovile d'Imola abbia sempre dedotto a suo favore il gius universale di decimare tutti, e singoli li generi, de'frutti, e prodotti, che di anno in anno si raccolgono nel territorio della terra di Conselice tanto in vigore di titolo spirituale, quanto per ragione di dominio fondiario, che ha sul territorio medesimo, ed avendo all'incontro in diversi tempi preteso la comunità, e possidenti di detto luogo l'esenzione dalla prestazione della decima, ora rapporto ad un genere de'frutti, ora rapporto ad un'altro, dal che ne è derivato, che siansi eccitate molte liti, nell'esame delle quali secondo le rispettive questioni sia sempre stato riconosciuto, e canonizzato a favore della detta venerabile mensa il suddetto universale diritto di decimare conforme rilevasi diffussamente dalla transazione stipolata fra essi, e la venerabile mensa suddetta l'anno mille seicento venticinque per gli atti del Papotti notaro vescovile, e delle decisioni della sagra Rota Romana in varii tempi emanate alle quali transazione, e decisioni rispettivamente si abbia la condegna, e dovuta relazione.

Lites subortae inter mensam, et communitatem.

§. 4. Essendo altresì, che anche in questi ultimi tempi la riferita comunità, e possidenti abbiano promossa la pretensione d'impugnare lo stesso diritto universale della detta venerabile mensa con essersi a di loro istanza fatto presentare nel mese di giugno mille settecento ottantasei al signor promotore fiscale della curia vescovile d'Imola un monitorio avanti monsignore illustrissimo, e reverendissimo A. C. Riganti in cui dichiarandosi obbligati al pagamento della decima del grano, formentoni, uva, melega, lino, orzo, orzola, fava, fieno, robba da valle, e riso, chiedevano di essere mantenuti nell'asserto immemorabile possesso di non pagare la decima degli altri frutti, che chiamarono minori, e similmente nella libertà d'introdurre i loro bestiami ne'pascoli in qualunque tempo, come più diffusamente risultà dall'indicato monitorio, al quale ec. Agitatasi pertanto la causa avanti il nominato prelato palesò questi il suo sentimento in tutto, e per tutto favorevole alla stessa venerabile mensa, coll'essersi altresì tenuto da lui il termine del proservato, ed essere perciò la causa istessa in limine di spedizione. Allora fu, che per parte della comunità, e possidenti di Conselice si ebbe ricorso alla piena segnatura di giustizia, per far avocare la causa dal tribunale del A. C. all'altro della sagra Rota, e sebbene nella prima proposizione fosse rigettata la loro istanza, tutta volta nella seconda proposizione fu la causa rimessa alla detta sagra Rota ex integro, e con la rifazione delle spese giudiziali, ed estragiudiziali. Quindi furono concordati, e rispettivamente proposti sei dubii risguardanti i diversi generi de'frutti, su quali cadeva la controversia, e ne emanarano in gennajo, e febbrajo mille settecento novanta pei cinque dubii in allora proposti ponenti monsignor Resta altrettante favorevoli decisioni alla suddetta mensa, la prima delle quali » Quoad canabem — emanò — contradicente parte, e le altre contumaciali a riserva del sesto dubio risguardante l'erbe de'pascoli, e concepito nei seguenti termini — » An, et quomodo competat mensae jus » percipiendi decimas, ex pascuis in pratis, » aliisque terris destinatis ad producendum » foenum, seu potius competat Consilicensibus » omnimoda libertas pascendi quolibet anni » tempore in propriis agris absque decimae » solutione in casu etc. — il quale avanti lo stesso ponente fu risoluto in marzo dell'anno suddetto » Negative in omnibus ad primam partem: affirmative ad secundum ». In seguito del qual rescritto emanò la decisione, che stabilì competere ai possidenti l'arbitrio » immittendi propria animalia, quae ad fundi instructionem retinentur, eaque depascendi in » agris suis qualibet anni tempestate » e che allora solamente la riferita venerabile mensa avrebbe potuto esigere la decima » si forte » possessores nativo jure abutantur, et suos in » agros ad minuendam decimam alienum pe-

» eos immittant » e come meglio, e più latamente risulta dalla decisione suddetta, a cui ec.

Officia interposita apud episcopum Imolensem pro amicabili concordia.

§. 5. Avendo in tal guisa la comunità, e Possidenti di Conselice soccombito nelle prime cinque decisioni si erano proposti di tentare la revisione delle antiche decisioni favorevoli alla venerabile mensa suddetta, dalle quali pretendevano venirne loro tutto l'ostacolo, e a tal effetto di già ottenuta avevano la commissione diretta al tribunale della piena segnatura; ma consultato il parere de' loro difensori, e meglio riflettendo sì all'enorme dispendio, che all'incertezza dell'esito di una sì lunga lite, ed in vista ancora della opposizione per parte di detta venerabile mensa alla revisione suddetta, si fecero a supplicare l'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale Gregorio Chiaramonti odierno degnissimo vescovo d'Imola, affinchè si degnasse di dare ascolto ad un'amichevole concordia; al che avendo benignamente condisceso l'eminenza sua sotto il dì sei, e nove settembre dell'anno prossimo scaduto mille settecento novanta fu in Conselice adunata la congregazione della comunità, e possidenti suddetti, in cui fu risoluto, che si dovesse sopire totalmente ogni lite, e dare facoltà alli signori governatori di Conselice, conte Giuseppe dal Pero, d. Alessandro Dal Pozzo, dottor Giuseppe Bignardi, e dottor Luigi Zaccari a quest'effetto deputati di venire a quell'accordo, e transazione, che avessero stimata più utile, e più sicura a rimovere ogni futura lite sopra le decime. In seguito di che essendosi tenuti molti discorsi, e fatti diversi progetti finalmente si sono stabiliti li seguenti patti, e condizioni.

Pacta conventa in transactione

§. 6. I. Che debbasi hinc inde rinunziare alla lite, o liti promosse, e vertenti su la prestazione delle decime ed in sequela di tale rinunzia debbasi dalla comunità, e possidenti di Conselice accettare espressamente, e promettere di osservare in ogni futuro tempo in tutto ciò che non resta preservato nella presente concordia, le decisioni emanate sopra le decime controverse non solo avanti monsignor illustrissimo e reverendissimo Resta, ma inoltre le altre precedenti coram Molines, e Corio, e generalmente tutte le altre indicate, e riferite nella decisione delli ventinove gennajo mille settecento novanta avanti il detto monsignor Resta col titolo — *Imolen. decimarum super primo dubio* —, e viceversa debbasi dal lodato eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale vescovo in nome della sua venerabile mensa accettare, e promettere di osservare in ogni futuro tempo la decisione emanata super sexto dubio li quindici marzo mille settecento novanta.

Idem ut supra.

§. 7. II. Che debbano la comunità, possidenti, e coloni di Conselice pagare in perpetuo alla venerabile mensa suddetta la decima *ex omnibus, et singulis fructibus* tanto per la porzione dominicale, che per la rusticale nel modo, e forma però, e secondo il metodo fin ora praticato nello stesso territorio relativamente al grano in pignoni, formentone, fave, uva di qualunque sorta, melaga, orzo, orzola, fagioli di ogni specie, lino, riso, fieno, robba da valle di qualsivoglia sorta, e canapa, e canapazzi, rapporto alla quale si abbia ad esigere la decima in fasci ad uso di macerarla, e così pure in ogni sorta di altri frutti fuori degli espressamente eccettuati come abbasso.

Idem ut supra.

§. 8. III. Che dalla venerabile mensa suddetta si debbano dichiarare esenti perpetuamente la comunità, possidenti e coloni di Conselice dalla prestazione della decima su li generi seguenti — cioè — qualunque sorta di legna grossa, e minuta, miglio, ceci, cicerchia, ortami di qualsivoglia sorta, cocomeri, meloni, seme di canapa, frutta di alberi, foglia di moro, come pure l'erba de' pascoli, in conformità della riferita decisione super sexto dubio, alla quale ec. e finalmente i feti, polli, uova, latte e lana, e simili soliti a pagarsi da' coloni a titolo di regalia.

Idem ut supra.

§. 9. IV. Che la prestazione, e pagamento della decima su tutti, e singoli generi de' frutti come sopra espressi nel capitolo secondo non possa, nè debba giammai impugnarsi, e controvertersi sotto qualunque pretesto, titolo, o causa, anche *d'immemorabile o centenaria*, altrimenti *ipso jure, et ipso facto* possa la ridetta venerabile mensa ritornare al suo diritto di esigere la decima ancora delli frutti come sopra eccettuati, e vicendevolmente non possa mai impugnarsi, e controvertersi dalla stessa venerabile mensa l'esenzione de' frutti eccettuati nel capitolo precedente, altrimenti la comunità, e uomini suddetti di Conselice possano *ipso jure, et ipso facto* ritornare alle loro primiere ragioni perchè così ec.

Idem ut supra.

§. 10. V. Nel caso che dalli possidenti, e coloni suddetti si accrescesse la seminagione de' frutti eccettuati, e che in luogo di essere

Digitized by Google

tenue come è al presente, andasse ad aumentarsi notabilmente tanto rispetto all'intero territorio, che rispetto a ciascun possidente, e colono; dovrà allora da quelli, che in simil guisa abusassero pagarsi la decima anche su li frutti accresciuti tanto per rapporto alli frutti medesimi, che per rapporto alli terreni, de' quali si variasse la coltura in pregiudizio della decima della venerabile mensa suddetta. E per ovviare su tal capitolo ad ogni futura controversia e rilevare la quantità tenue della seminagione del miglio, ceci, e cicerchia come sopra eccettuati, attualmente s'inserisce, ed annetto al presente istromento l'attestato autentico sopra le antiche denuncie delle raccolte passate insieme coll'autentico documento delle assegne, che recentemente si sono date dalli detti possidenti de' riferiti frutti eccettuati, affinchè in perpetuo apparisca, qual sia al presente, e qual sarà in avvenire la seminagione, e coltura de' medesimi eccettuati frutti.

Idem ut supra. §. 11. VI. Se li terreni, che sono al presente a coltura si riducessero in avvenire a macchia, o selve di alberi, e lo stesso accadesse dei terreni vallivi, nelli quali si piantassero parimenti macchie di alberi, debba in tal caso la predetta venerabile mensa esigere la decima della legna su li terreni, che avranno avuta simile variazione. Dovendosi intendere il medesimo rispetto a tutti gli altri frutti eccettuati, per li quali non sarà lecito a possidenti, e coloni suddetti introdurre come sopra alcun abuso in pregiudizio della detta venerabile mensa di decimare anche li frutti eccettuati, la seminagione, e coltivazione dei quali si fosse notabilmente aumentata, contro quelli però, che in simil guisa si fossero abusati.

Idem ut supra. §. 12. VII. Continueranno l'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale vescovo, e li suoi successori nel diritto, e possesso di promulgare gli opportuni editti per costringere al dovuto pagamento della decima su li detti frutti non eccettuate le persone, e gli beni obbligati, come anche per proibire il danneggio delle praterie ne' tempi consueti fino alla loro seganda, salva però sempre alli Conselicesi quella libertà loro accordata nella succitata decisione delli 15. marzo 1790., e per impedire il trasporto de' medesimi frutti dai rispettivi fondi prima del pagamento suddetto da farsi in mano del decimatore, quale dovrà alla presenza de' testimonj interpellarsi ad intervenire, ed accedere alli fondi medesimi nel caso che fosse tardo, o negligente a venire da se stesso: nè sarà lecito ad alcuno il togliere da terreni, e fondi li riferiti frutti se non nel caso di qualche urgente necessità, di colposa tardanza de' decimatori, quale dovrà poscia giustificarsi dalli possidenti, e coloni presso l'eminentissimo vescovo, e suoi successori.

§. 13. VIII. Per le decime della canapa arretrate, e non pagate da' possidenti, e coloni Conselicesi *a die motae litis* fino a tutto l'anno 1790. l'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal vescovo condonerà le medesime ai possidenti poveri abitanti in Conselice, non meno che a tutti i coloni poveri ne' termini, che gli sembreranno confacenti a di lui totale arbitrio, ed a seconda del paterno suo cuore. Idem ut supra.

§. 14. IX. Condonerà altresì l'eminenza sua le decime come sopra arretrate, e non pagate su li frutti eccettuati (a riserva però della canapa) rimettendole generalmente in favore di ciascun possidente, abitante, e colono. Idem ut supra.

§. 15. X. Li possidenti, e coloni non aggraziati dalla lodata eminenza sua saranno tenuti pagare alla venerabile sua mensa le decime arretrate della canapa a norma della descrizione fatta, e respettive note giurate esibite, e da esibirsi relativamente agli anni 1789., 1790., e 1791., acconsentendo li medesimi a tal effetto alla rilassazione, ed esecuzione di qualunque necessario, ed opportuno mandato, ed anche di mano regia, dichiarandoli bensì assoluti dalla decima della canapa per gli anni antecedenti *a die motae litis*, cioè 1786., 1787., e 1788. Idem ut supra.

§. 16. XI. Che siano tenuti li possidenti Conselicesi prendere dentro il termine di tre mesi da decorrere dal presente giorno dalla venerabile mensa vescovile suddetta la rinnovazione delle rispettive investiture già scadute fin dall'anno 1783., qual rinnovazione debba farsi, ed accettarsi colli soliti patti espressi nelle antiche investiture, e secondo la presente transazione. Idem ut supra.

§. 17. XII. Che il lodato eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal vescovo assolva i possidenti suddetti da qualunque rifazione di spese giudiziali fino ad ora non rifatte, e che ognuna delle parti abbia il peso, e cura delle proprie spese rispettive. Idem ut supra.

§. 18. Finalmente resta stabilito, che colla presente concordia nulla s'intenda innovato rapporto a quei luoghi, che secondo le loro Idem ut supra.

investiture fossero esenti dalle decime o in tutto, o in parte.

Acceptatio pactorum.

§. 19. Quali patti, capitoli, e condizioni essendo stati hinc inde accettati, ed approvati, e volendosi perciò su di essi stipolare pubblico, e solenne istromento, affinchè in ogni futuro tempo la presente concordia sempre apparisca.

Instrumentum transactionis.

§. 20. Quindi è, che avanti di noi notari in solido rogati, e testimonj infrascritti presente, e personalmente esistente il prelodato eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale Gregorio Chiaramonti odierno degnissimo vescovo di questa città d'Imola, e spontaneamente ec. agendo tanto per se, che per li suoi successori nel vescovado, e così pure presenti, e personalmente costituiti l'illustrissimo signor abbate Epifanio Dolcini governatore nella detta terra di Conselice, il nobil uomo signor conte Giuseppe Dal Pero Bertini nobile patrizio imolese, e bolognese, signor dottore Luigi Zaccari di Lugo, signor dottore Giuseppe Bignardi di Conselice, e signor don Alessandro Dal Pozzo sacerdote imolese tutti come deputati della comunità, e possidenti nel detto territorio di Conselice a trattare, e stipolare anche per istromento pubblico ogni transazione, e concordia, che sembrasse loro più opportuna a togliere, e far cessare ogni lite da detti possidenti introdotta sul pagamento delle decime conforme risulta dalle congregazioni per la loro deputazione tenute in Conselice dalla medesima comunità, e possidenti il dì 6. e 9. settembre dell'anno 1790., e dal successivo mandato di procura loro dato a transigere, copia pubblica delle quali congregazioni, e procura si obbligano li medesimi di consegnare a noi notari infrascritti ad effetto d'inserirla nel presente istromento, come parte sostanziale di esso. Detti signori deputati pertanto cogniti a noi, e testimonj infrascritti spontaneamente ec. servendosi delle facoltà loro concedute, come sopra, ed agendo per detta comunità, e possidenti suddetti tanto unitamente, che separatamente, ed in solidum, ed in correspettività di quanto si è trattato da essi, e concluso, ratificando, approvando, ed emologando quanto si è di sopra enunciato, ed esposto, intendendo, che la sopradetta narrativa abbia forza, e vigore di dispositiva, perchè così ec., promettono, e si obbligano a nome della detta loro comunità, e possidenti suddetti, dopo che la presente transazione giusta il patto fra ambe le parti convenuto, sarà stata letta, e ratificata nel generale consiglio, e congregazione dei possidenti suddetti, di riportare a tutte spese di essi possidenti entro il termine di tre mesi da decorrere dal giorno di oggi l'approvazione della presente concordia dalla sagra congregazione del Buon Governo, o dall'eminentissimo signor cardinal legato, conforme si crederà necessario, come anche il prefato eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal vescovo promette, e si obbliga di riportare dentro lo stesso termine, ed a sue spese il beneplacito apostolico, spirato il qual termine possa riportarsi la rispettiva approvazione dall'una parte a spese dell'altra, oltre l'essere tenuta la parte colposamente reluttante all'emenda di ogni danno, spesa, ed interesse, e senza pregiudizio di qualsivoglia altra azione, o ragione più competente, de quo etc., ita quod etc., perchè così ec.

Renunciationes hinc inde emissae.

§. 21. In esecuzione poi, ed in adempimento de' sopra stabiliti capitoli tanto la lodata eminenza sua reverendissima, quanto anche li anzidetti signori deputati rinunziano primieramente ad ogni lite, segnatamente alla pendenza in segnatura per la facoltà di rivedere le antiche decisioni, ed accettano le decisioni suddette non meno che le recenti, e la presente transazione nei termini come sopra convenuti, ed in tutti, e singoli capi della medesima, e come l'uno all'altro correspettivi, promettendo hinc inde di averla mai sempre rata, valida, e ferma, e di pienamente osservarla, nè impugnarla giammai sotto qualsivoglia pretesto anche di enorme, ed enormissima lesione, o restituzione in integrum, così per patto ec.

Promissiones circa observantiam pactorum.

§. 22. E per la perpetua, ed inviolabile osservanza di tutte, e singole cose, come sopra hinc inde promesse ec. il prelodato eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal vescovo obbligò se stesso, e suoi successori nel vescovato suddetto, e li beni tutti presenti, e futuri della venerabile sua mensa vescovile, e così pure li mentovati signori deputati obbligarono la detta comunità di Conselice non meno, che li possidenti, e coloni del territorio Conselicese, e loro rispettivi beni, eredi, e successori *etiam uti singuli, et in solidum*, con protesta però, che non s'intendano obbligate le persone, eredi, e beni di quelli signori deputati, che non sono possidenti nel detto territorio di Conselice, e non hanno nella presente transazione al-

con interesse proprio, e non altrimenti ec. e l'una, e l'altra parte nella più ampla forma della reverenda camera apostolica ec. rinunziando ad ogni, o qualunque eccezione, ed ajuto di legge, e segnatamente alla legge *cum ii*, ed alla legge *de iis cod. de transactionibus*, e ad ogni altra ec. cerziorati, come dissero ec., e così toccata la croce *episcopali more*, ed il petto sacerdotale, e le scritture respettivamente a delazione di noi notari infrascritti giurarono *in forma ec. super quibus etc. rog. etc., et exten. etc.*

Hic cadit tenor jurium, de quibus supra etc.

Al nome di Dio.

Questo dì 9. luglio 1790. Santagata.

Jura instrumento alligata. §. 23. Attesto io infrascritto cancelliere di s. Agata, e Conselice di aver ricercato nella cancelleria di Conselice suddetto le denunzie dei legumi raccolti in detto territorio, cioè cece, miglio, cicerchia, e di aver rilevato, che un' anno per l'altro nel territorio suddetto si raccolgono legumi delle suddette tre specie in tutto circa corbe sessanta, e ciò posso asserirlo per averlo rilevato dalle denunzie esistenti nella suddetta mia cancellaria. Tanto depongo come fatto mio proprio per averlo, come dissi rilevato dai libri di dette denunzie, ed in causa di vera scienza.

In fede ec.

Ita est, sicque testor ego Carolus Antonius De Rubeis notarius publicus s. Agatae, et cancellarius criminalis dictae terrae, et Consilicis, de praedictis rogatus fui ec.

Loco ✠ signi.

Al nome del Signore Iddio.

Questo giorno 8. del mese di agosto dell' anno 1791.

Idem ut supra. §. 24. Ristretto del quantitativo del miglio, cece, e cicerchia, il tutto raccolto nel territorio di Conselice negli anni scorsi 1786., 1787., e 1788., da me notaro infrascritto fedelmente estratto dalle assegne date in detti anni dalli possidenti, e coloni Conselicesi, mediante il loro giuramento, agli atti pubblici di Conselice, e del signor Pietro Ferri notaro a tal'effetto deputato in esecuzione de' decreti di monsignor illustrissimo, e reverendissimo A. C. giudice della causa *Imolen. decimarum* tra la venerabile mensa vescovile d'Imola, e la comunità e possidenti del territorio di Conselice, il di cui tenore è il seguente cioè.

1786. Miglio raccolto nel territorio di Conselice in tutto corbe. n.	»	41	qu.	6	»
Cece in tutto corbe	»	8	qu.	15	»
Cicerchia in tutto corbe	»	20	qu.	12	»
1787. Miglio in tutto corbe	»	24	qu.	4	»
Cece in tutto corbe	»	2	qu.	13	2
Cicerchia in tutto corbe	»	6	qu.	3	»
1788. Miglio in tutto corbe	»	»	qu.	12	»
Cece niente	»	»	»	»	»
Cicerchia in tutto corbe	»	»	qu.	8	»

Quae quidem omnia ego notarius infrascriptus propria manu, et caracthere sumpsi, levavi, et transumptavi, tam ex authenticis originalibus supradicti domini Petri Ferri notarii, ut supra deputati, quam ex vacchettis originalibus Antonii Vilani, et Vincentii Preti peritorum ad hunc effectum deputatorum, et in publicam formam recognit. per supradictum dominum Ferri notarium deputatum mihi ad praedictum effectum exhibit., deindeque restitut. etc., praemissaque debita collatione etc. concordare reperii etc. vel etc. quod etc., salva semper etc. In quorum etc.

Ita est ego Petrus Merighi publicus apostolica auctoritate Imolae notarius collegialis in archivio Romano descriptus de praedicta extractione rogatus. In quorum fidem hic me scripsi, subscripsi, et signavi reg. pt. in marg. etc.

L. ✠ S.

Al nome di Dio.

Questo giorno vigesimo del mese di settembre anno di nostra salute 1790., indizione ottava, in tempo del pontificato della Santità di Nostro signore Pio VI. pontefice ottimo massimo ec.

§. 25. Primieramente costituiti in presenza di me notaro, e testimonj infrascritti gl'illustrissimi signori attuali rappresentanti la comunità, e uomini di Conselice, e cioè li signori Giuseppe Gardi, e Giuseppe Telarini Idem ut supra.

Digitized by Google

consolj, ed il signor Giuseppe Stefanini sindaco a me cognito ec. valendosi questi delle facoltà loro attribuite dai signori possidenti nella congregazione dei 6. corrente settembre, e dal pieno consiglio dei 9. pure corrente settembre, il tenore dei quali due atti in due separati fogli autentici mi si consegnò da unire al presente, come parte ec. spontaneamente, ed in ogni ec. nè rivocando ec. ma piuttosto confermando ec. fecero, costituirono, crearono, e solennemente ordinarono veri, certi, ed indubitati procuratori, nuncj, ed attori della comunità, e possidenti tutti del territorio di Conselice gl'illustrissimi signori dottore Epifanio Dolcini attuale governatore, co: Giuseppe Dal Pero, d. Alessandro Dal Pozzo della città d'Imola, dottor Giuseppe Bignardi di Conselice, dottore Luigi Zaccari di Lugo, e dottore Antonio Bassoli di Massa Lombarda assenti ec.; ma come presenti, che accettarono il peso della presente procura, specialmente, ed espressamente a potere in nome della loro comunità di Conselice, e dei possidenti tutti *uti singuli*, *et in solidum etc.* colle debite forme, e rinunzie de' beneficj trattare, e conchiudere qualunque accordo, e qualunque transazione coll' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale Gregorio Chiaramonti vescovo d'Imola, e con chiunque altro per lui, che crederanno più confacente, proficua, e di sicurezza da ogni futura lite intorno alla decima dei generi controversi in sacra Rota di Roma, ed altri ec. §. item a rinunziare alla lite medesima §. item a stipulare qualunque istromento di concordia obbligando per la piena osservanza della stessa non solo la comunità, e successori in essa, ma ancora li possidenti tutti *uti singuli*, *et in solidum* loro eredi, e beni presenti, e venturi in ogni più valida forma della reverenda camera apostolica ec. giurando in anima loro, lecitamente però, ed onestamente, e generalmente a dire, fare, e procurare tutto quanto esigerà l'affare, e sarà necessario, ed opportuno, e che direbbero, farebbero, e procurerebbero circa le premesse cose li signori costituenti se di persona intervenissero, dandoli, conferendoli, ed attribuendoli pieno, vero, libero, ed assoluto speciale, e generale istromento ancorchè fossero cose tali, che se esigessero un più specifico, e volendo ec. promettendo ec. sotto l'ipoteca, ed obbligazione di tutti, e singoli li beni presenti, e venturi della loro comunità, e de' possidenti tutti nel territorio di Conselice, e di loro eredi, super quibus etc.

Tenor resolutionum, de quibus etc. est sequens etc. videlicet.

Nel nome di Dio.

A dì 6. settembre 1790.

§. 26. Nella solita residenza della comunità avanti l'illustrissimo signor governatore Dolcini si convocarono a congresso i signori possidenti interessati nella lite delle decime mediante invito, e cadaun fatto dal donzello, come a me infrascritto notaro ha riferito al quale ec. premesso il suono della campana *de more* ec. intervennero. *Idem ut supra.*

Il signor Giuseppe Gardi.
Il signor Giuseppe Telarini consoli.
Il signor D. Alessandro Dal Pozzo a nome anche della signora Teresa Vacchi, signor conte Dal Pero, e signor D. Antonio Gavarini.
Il signor D. Giuseppe Bignardi.
Il signor marchese Pietro Todeschi.
Il signor Domenico Bernardi incaricato dell'eredità Rustica.
Il signor Francesco Antonio Pignocchi.
Il signor cav. Cosimo Morelli.
Il signor tenente Nino Telarini per suo padre, e signor conte Marescalchi.
Il signor dottor Gio. Matteo Bassoli.
Il signor D. Girolamo Vacchi.
Il signor Giuseppe Stefanini.
Il signor Benedetto Zannotti.
Il signor Ridolfo Vacchi.
Il signor Gio. Francesco Tarlazzi.
Il signor Giuseppe Magni.
Andrea Zuffa priore delle comp. di s. Patrizio.
Domenico Callini.
Andrea Timisani.
Domenico Tirapani.
Paolo Aleotti.
Giuseppe Zappi pel signor D. Giuliano della Valle.
Il signor Filippo Vacchi.
Domenico Antonio Gherbesi, ed io infrascritto notaro segretario.

A quali signori congregati premessa l'invocazione del divino ajuto venne dai signori consoli esposto qualmente avendo incontrato

molte difficoltà presso l'eminentissimo, e reverendissimo nostro signor cardinale vescovo l'annotazioni fatte al progetto d'accomodo circa la lite della decima su generi controversi in sacra Rota, ed altri ec. esibiti nell'ultima congregazione delli tre agosto prossimo scorso, quindi recedendo da tale ultima risoluzione vennero in sentimento di sopire affatto ogni lite pendente, ed avvenire, e ad ultimazione di un tale affare, concedere ai signori deputati nell'ultima congregazione destinati, e cioè li signori governatore, co. Dal Pero, D. Alessandro Dal Pozzo, dottor Bignardi, e dottor Luigi Zaccari ogni opportuna facoltà di convenire concludere, e stipolare collo stesso eminentissimo vescovo quella transazione, che crederanno essi più confacente, proficua, e di sicurezza insieme da ogni futura lite, nonchè d'obbligare per l'osservanza di tale concordia tutti li possidenti, loro successori, eredi, e beni *uti singuli, et in solidum*, e di concedere per quest'effetto a signori pp. rappresentanti la facoltà per ogni necessaria procura. I signori congregati, determinarono, che si ponesse a partito la proposizione, con dichiarazione, che chi l'approvasse, ponesse la palla nel sì, chi la disapprovasse, la ponesse nel no, e fatte dispensare esse palle, e raccolte si trovarono nel sì nel num. di 24., e quattro sole nel no; sicchè per quasi totalità di voti fu approvata. A petizione di alcuni de' signori congregati fu rimesso nel novero de' signori deputati il signor dottor Antonio Bassoli. Et his etc. — Hoc exemplum concordat cum exemplari reformatione, ut sic cunctis ec. fidem perhibeo.

Ego Dominicus Timisanius notarius a secretis; in cujus rei etc.

L. ✠ S.

Nel nome di Dio.

Questo dì 9. settembre 1790.

Idem ut supra. §. 27. Nella solita residenza della comunità, avanti l'illustrissimo signor governatore si convocò il consiglio, mediante invito personalmente fatto a cadauno signor consigliere dal donzello, come a me infrascritto notaro ha riferito, al quale, premesso il suono della campana de more etc. intervennero.

Il signor Giuseppe Gardi.

Il signor Giuseppe Telarini consoli.

Il signor Giuseppe Magni.

Il signor Ridolfo Vacchi.

Il signor dottor Giuseppe Bignardi.

Il signor Benedetto Zanotti.

Il signor Filippo Vacchi, omissis ec.

Fu in secondo luogo detto doversi assolutamente sopire affatto ogni lite pendente, ed avvenire coll'eminentissimo vescovo sulla decima de' generi insoliti a decimarsi, e ad ultimazione di un tale affare concedere a signori deputati, e cioè a sua signoria illustrissima, signori conte Dal Pero, d. Alessandro Dal Pozzo, dottor Giuseppe Bignardi, e dottor Luigi Zaccari ogni opportuna facoltà di convenire, concludere, e stipolare collo stesso eminentissimo vescovo quella transazione, che crederanno essi più confacente, proficua, e di sicurezza insieme da ogni lite futura, non che d'obbligare per l'osservanza di tale concordia la comunità, e successori in essa, e di concedere per questo effetto a signori pubblici rappresentanti, la facoltà per ogni necessaria procura, a condizione peraltro, che la transazione si stipoli a rogiti del notaro dell'eminentissimo vescovo insolido col notaro della comunità. Furono i signori congregati d'unanime sentimento, che si mandasse a partito la proposizione, e a quest'effetto fatte dispensare le palle, e raccorre, fu approvata *per omnes albas etc.* Siccome poi nella congregazione dei possidenti tenutasi li 6. corrente venne rimesso in voce tra i signori deputati a trattare detta transazione il Signor Antonio Bassoli, già levato con la pallottazione per giusti motivi dall'antecedente congregazione, così fu detto, doversi pure essa remissione sottoporre allo scrutinio dei voti ad oggetto solo di non guastare la risoluzione pei signori possidenti, e però fatte dispensare le palle, e raccore, sortì cinque voti favorevoli, e quattro contrarii; dopo di che i signori congregati incaricarono i signori consoli a riportar quest'atto nella procura da farsi ec. Omissis pariter etc. Hoc exemplum concordat cum exemplari reformat. pt. sic cunctis fidem perhibeo.

Ego Dominicus Timisanius notarius a secretis; in cujus rei etc.

Loco ✠ signi.

Actum Consilici sub parochia sancti Martini in aula residentiae publicae ibidem praesentibus Vincentio olim Blasii Preti, et Aloisio quondam Bartholomaei Cruara ambobus de

Conselice praedicto, testibusque notis adhibitis atque una mecum rogatis etc.

Et quia ego Dominicus Timisanius pub. e capite Silicis not. a secretis communis, de praedictis fui rog. hucque exemplum ex actis dicti communis manu mea excripsi; ideo in veritatis testimonium hic me etc. signavique pt. etc.

Loco ✠ signi.

Die 26. septembris 1790. exhibitae fuere infrascriptae literae ven. R. P. D. V. legati Ferrariae, quas ad verbum excripsi manu mea, ut

Foris —

Al mto magco signor il signor governatore di Santagata.

Intus —

Molto magnifico signore.

Approviamo la risoluzione della congregazione de' possidenti dei 6. corrente siccome pure approviamo la prima parte della risoluzione consiliare dei nove corrente. Per l'altra parte poi, che riguarda il comprendere Antonio Bassoli tra i deputati a trattare la transazione, e che si dice rincesso in voce nella congregazione precedente accennata dei sei stante, non costando a noi di tale sentimento della congregazione dovendosi ciò fare in voce, se la stessa congregazione dei possidenti sia di questo sentimento, deve riconoscersi col proporre tale remissione nella medesima, e passarsi il partito per secreto scrutinio, altrimenti dovrà osservarsi quell'esclusiva, che fu fatta dalla medesima congregazione. Tanto significhi a chi spetta. E Dio la prosperi.

Ferrara venti settembre mille settecento novanta.

Al piacer suo P. Vidoni V. L. signor governatore — Santagata.

Et proinde in fide etc. hic me etc. signavique reg.

Idem Dominicus Timisanius notar. a secretis communitatis e capite Silicis.

Loco ✠ signi.

Nel nome d'Iddio.

A dì quattordici agosto mille settecento novantuno.

Idem ut supra. §. 28. Nella solita residenza della comunità avanti l'illustrissimo signore governatore Dolcini si convocò il consiglio, al quale premesso l'invito personale a cadaun signor consigliere fatto dal donzello, come a me infrascritto notaro ha riferito, e premesso il suono della campana de more ec. v'intervennero.

Il signor Giuseppe Telarini.
Il signor Giuseppe Stefanini consoli.
Il signor Giuseppe Gardi sindaco.
Il signor Ridolfo Vacchi.
Il signor tenente Giuseppe Telarini.
Il signor Benedetto Zannotti.
Il signor dottor Giuseppe Bignardi.
Il signor Filippo Vacchi.

A quali signori consiglieri congregati, premessa l'invocazione del divino ajuto fu dai signori consoli esibito l'istromento di transazione sulla lite delle decime insolite stipolate da' signori deputati in nome della comunità, e possidenti, in seguito delle facoltà loro attribuite dal consiglio, e possidenti adunati sotto il dì sei, e nove settembre scorso anno mille settecento novanta coll'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal Chiaramonti vescovo d'Imola a nome della di lui venerabile mensa sotto li undici corrente agosto a rogiti in solido del signor Francesco Antonio Piancastelli notaro, e cancelliere vescovile, e di me infrascritto, del tenore, che io lessi ad alta, ed intelligibile voce di tutti i signori congregati ad oggetto d'averne l'approvazione, e ratifica in forma valida. I signori congregati, udita la proposizione, udito e ben'inteso il tenore dello stipolato istromento di transazione suddetta, loro, come sopra stato da me letto dopo i più maturi, e serj riflessi sulla capitolazione in esso esposta, e spiegata in termini talmente chiari, che di necessità dovrebbesi rimovere ogni futura lite sulle decime, unanimemente di spontanea volontà, e certa scienza l'approvarono, rattificarono, ed emologarono, con promessa di non mai impugnarla, ma anzi d'averla perpetuamente rata, grata, ferma, e valida, in seguito di che diedero ogni ampla facoltà ai signori notari, rogati di detta transazione d'unire il presente atto all'istromento su enunciato. Poste quindi a partito con dichiarazione, che chi approvasse la presente ratifica, e desse facoltà a signori notari di unirla al ridetto istromento di transazione, ponesse la palla nel sì, chi la disapprovasse la ponesse nel nò, e fatte perciò dispensare le

Digitized by Google

pallo, e raccorre, fu approvata per omnes albas.

Omissis etc.

Domenico Timisani notaro segretario.

Nel nome del signore Iddio.

Questo giorno quattordici agosto mille settecento novantuno.

Idem ut supra. §. 29. Nella solita residenza della comunità avanti l'illustrissimo signor governatore Epifanio Dolcini si convocarono a congresso i signori possidenti tutti, interessati già nella lite della decima con invito personalmente fatto a cadauno d'essi dal donzello, e alle case rurali rispettivamente, come a me infrascritto notaro ha riferito, al quale, premesso il suono della campana de more ec. intervennero gl'infrascritti.

Il signor Giuseppe Telarini.
Il signor Giuseppe Stefanini consoli.
Il signor Giuseppe Gardi.
Il signor Ridolfo Vacchi.
Il signor dottor Luigi Zaccari in nome del signor capitano Emaldi.
Il signor arciprete Giuseppe Pignattà.
Il signor Vincenzo Zanelli.
Il signor D. Alessandro Dal Pozzo, come deputato pel signor co. Dal Pero.
Signora Teresa Vacchi, e signor D. Antonio Garavini.
Il signor D. Pier Grisologo Monti rettore del seminario d'Imola.
Il signor dottor Giuseppe Bignardi.
Antonio Verlicchi.
Domenico Callini.
Domenico Antonio Gherbesi per Callini.
Andrea Timisani.
Bernardo Callini.
Signor Gianfrancesco Tarlazzi.
Signor Pasquale Magni.
Il signor Benedetto Zannotti.
Girolamo Resighi.
Paolo Aleotti.
Giuseppe Zappi per D. Giuliano della Valle.
Giovanni Scarpetta.
Signor Domenico Torchi mandatario del signor marchese Pietro Todeschi, ed io infrascritto notario segretario.

A quali signori congregati, premessa l'invocazione del divino ajuto venne esposto dai signori consoli, come dalli signori deputati all'accomodo della lite sulle decime, vertenti in Roma coll'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal vescovo d'Imola per la di lui mensa, si era di già venuto alla stipolazione dell'istromento su questo il dì undici del corrente per rogito delli signori Francescantonio Piancastelli notaro vescovile, e Domenico Timisani segretario di questa comunità, nel quale istromento in sostanza rispetto alle decime per l'avvenire venne convenuto, che i Conselicesi pagassero in perpetuo alla venerabile mensa la decima *ex omnibus, et singulis fructibus*, tanto per la porzione domenicale, che rusticale (nel modo però, e forma, e secondo il metodo finora praticato nel territorio di Conselice) relativamente al grano in pignoni, formentone, fava, uva, di qualunque sorta, melega, orzo, orzola, fagioli di ogni specie, lino, riso, fieno, roba di valle di qualunque sorta, e di tutti gli altri frutti, non eccettuati nell'istesso istromento, e della canapa, e canepazzi, rapporto alla quale abbia ad esigere la decima in fascetti ad uso di macerarla, e viceversa, che rimanessero esenti dalla prestazione della decima li seguenti generi, cioè qualunque sorta di legna grossa, e minuta, miglio, ceci, cicerchia, ortame di qualunque sorta, cocomeri, meloni, frutta d'alberi, foglia di moro, e semente di canapa, come pure su l'erbe de' pascoli, in conformità in tutto, e per tutto di quanto si dichiara nella decisione *super sexto dubio* dei quindici marzo mille settecento novanta avanti monsignor Resta, e finalmente i feti, polli, ova, lana, latte con simile cose solite anche pagarsi da' coloni per titolo di regalie con quel di più, che si vede reciprocamente convenuto, e stabilito nello stesso stipolato istromento tra i signori deputati giusta le facoltà loro compartite, e l'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale vescovo per la di lui mensa, nel quale siccome fu convenuto, che l'istesso istromento avanti d'ottenersi l'approvazione dell'eminentissimo legato, e della sacra congregazione del Buon Governo per parte della comunità, dovesse leggersi nel generale consiglio, e congregazione de' possidenti, ed in tal'atto ratificarsi, così essendosi ratificato dal generale consiglio, in adempimento di ciò è stata radunata la presente congregazione, e da me quindi lettosi ad alta, ed intelligibil voce di parola in parola

lo stesso originale istromento d' accomodo, e questo ben intesosi, e uditosi dai medesimi signori congregati, venne però determinato, che chi intendeva di ratificarlo con facoltà d' inserirlo nello stipolato istromento, dasse il voto bianco, e chi no lo dasse nero, e dispensati, e raccolti i voti, furono trovati ventidue bianchi, e favorevoli, e quattro neri, e contrarii, e sicchè per quasi totalità de' voti fu approvato. Et his etc.

Domenico Timisani notaro segretario.

Reservatio beneplaciti apostolici pro confirmatione transactionis.

§. 30. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, pro parte ejusdem Gregorii Barnabae cardinalis fuerit reservatum beneplacitum apostolicum. Quo praeterea praeinserta transactio firmius subsistat, et servetur exactius, memoratus Gregorius Barnabas cardinalis, ac communitas Consilicensis apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 31. Nos igitur eumdem Gregorium Barnabem cardinalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac illorum singulares personas, quorum interest, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praeinsertam transactionem cum omnibus in ea conventis, et insertis pactis, et conditionibus auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 32. Decernentes easdem praesentes literas, et praeinsertam transactionem semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 33. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dioecesis Imolensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima tertia septembris millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLVIII.

Dat. die 26. septembris 1791. Anno XVII.

Admissio abdicationis cardinalatus factae a Stephano Carolo de Lomenie de Brienne, et creatio novi cardinalis in ejus locum.

Venerabiles fratres.

Reprobatur constitutio civilis cleri Gallicani, et damnantur illi qui eam amplexi sunt

§. 1. Vobis, qui in Nostrae apostolicae sollicitudinis partem vocati estis, venerabiles fratres, plane perspectum exploratumque est, qua Nos mansuetudine, qua charitate usi cum iis simus, qui civilem Gallicani cleri constitutionem aut primum excogitarunt, aut deinceps secuti sunt, inter quos non sine immenso animi Nostri dolore recensetur dilectus filius Noster Stephanus Carolus cardinalis de Lomenie de Brienne. De ipso multa quidem dicta esse, et Nos recordamur, et vos meminisse potestis, tam cum prospera, quam cum adversa fortuna uteretur. Christianissimi regis gratia, praesidioque nixus facile conscendere potuit, evehique ad sublimiores Ecclesiae dignitates. Per regias enim nominationes primum ecclesiam

Digitized by Google

Condominensem in Aquitania obtinuit (1), metropolitanam deinde Tolosae in Occitania (2) consecutus est, ac postremo translatus ad archiepiscopalem ecclesiam Senonensem in provincia Campaniae (3). Quos quidem alios aliis potiores dignitatum gradus cui potissimum referre debuit acceptos, quam sanctae huic Sedi, quae et regias probaret nominationes, et semel, iterum, ac tertio per apostolicas literas canonicam eidem largita erat missionem?

Laudantur bona facta gesta a cardinali de Lomenie, quo tempore episcopi munus fungebatur.

§. 2. Revera quidem ille ad singulas quasque vices explebat partes suas in praestando obedientiae, ac fidelitatis erga Ecclesiam, et apostolicam Sedem sacramento suorumque memor erga Deum officiorum, quae susceptis erant conjuncta dignitatibus, inter praeclariores numerabatur illius regni episcopos, cum plurimo incenderetur studio religionis, ecclesiaeque ab iis defendendae erroribus, quos tum multa cum laude improbabat, nunc vero contra, et fovet, et miserum in modum sectatur, ac profitetur. In comitiis generalibus cleri Gallicani anno 1762. habitis (4) cum sermonem haberet, egregie illud contendit, ut neque verior, neque fortior esse possit in patriam amor, si vel causae, vel effectus inspiciantur, quam cum idem religionis fundamento innititur (5).

Idem ut supra.

§. 3. At multo etiam magis illius effulsit ardor animi, cum in comitiis generalibus anni 1765. (6) docta sane, nervosaque oratione ostenderet, non minus reipublicae, quam Ecclesiae interesse, ut religio patrum pura, et intemerata servetur (7): quam quidem orationem Rhemensis archiepiscopus comitiorum praeses communi nomine dignam esse declaravit, quae eximiis laudibus ornaretur (8).

Idem ut supra.

§. 4. Hinc strenue oppugnandos suscepit errores, qui Galliarum regno imminebant, ac primo invehi coepit in impios libros, per quos religionis fundamenta convelluntur, nec minor Ecclesiae, quam imperiis infertur pernicies (9); adeoque auctor fuit, ut libri hujus generis omnes, atque ii praecipue cum plurima detestatione damnarentur, qui caeteros impietate antecellerent, commemorato in primis opere de contractu sociali (10). Auctor item fuit, ut scripto in vulgus edito edocerentur populi, quot pericula, quot damna ex cogitandi libertate manarent (11), utque confugeretur ad regem, tum religionis, tum sua ipsius causa, quo is adeo effraenatam licentiam compesceret (12).

Idem ut supra.

§. 5. Subinde non minori animi ardore loquutus est adversus parlamentorum, laicorumque tribunalium conatus, obtestatus scilicet, non posse se dissimulare, quae a parlamentis proponebantur; ea multo graviores, atque atrociores aerumnas importatura (13). Addidit praeterea parlamentorum consilia eo spectare, ut omne ecclesiasticorum inter se abrumperetur vinculum, prohibita episcopis quacumque cum Jesu Christi vicario, Ecclesiae capite, et centro unitatis communicatione (14); hortatusque est, ut de ea re graviores ad regem expostulationes deferrentur (15).

Idem ut supra.

§. 6. At prae caeteris censuit pastoralem edendam esse instructionem, quae fundamenta ipsa edoceret, planeque detegeret, quibus Ecclesiae nititur auctoritas, nulli scilicet alii auctoritati obnoxia, cuique fideles omnes subjici, ac parere tenentur (16); declaravitque, agi hic de fidei elementis explicandis, de dogmate super Ecclesiae auctoritate muniendo,

(1) Acta consistorii diei 15. decembris 1760.

(2) Acta consistorii diei 31. martii 1763.

(3) Acta consistorii diei 10. martii 1788.

(4) Cum esset Condomiensis episcopus, hisce comitiis interfuit tanquam provinciae Burdegalensis procurator. Proces verbal de l'assemblée generale extraordinaire du clergé de France de l'année 1762. pag. 8. §. La procuration.

(5) Cit. proces verbal Pag. 16. Le suiet, §. Monseigneur.

(6) Interfuit his comitiis tanquam deputatus Tolosanae provinciae, cujus tunc erat archiepiscopus, et tamquam praeses commissionis super iis, quae ad ecclesiasticam jurisdictionem pertinerent. Proces verbal de l'assemblée generale du clergé de France de l'année 1765. continuée en 1766. pag. 8. §. La Procuration et pag. 28. §. Pour la jurisdiction.

(7) Cit. proces. verbal Seance III. pag. 21. §. Aprés cette cérémonie.

(8) Séance V. pag. 36. §. Monseigneur.

(9) Séance XX. pag. 67. 68. artic. I. §. Nous commencons, et §. Mai sces.

(10) Cit. pag. 68. §. Ce sont.

(11) Pag. 69. §. Si vous.

(12) Pag. 70. cit. §. Si vous.

(13) Cit. proces artic. III. pag. 71, et 72. §. Les atteintes.

(14) Cit. pag. 72. §. Vous n' hesitérez.

(15) Pag. 73. §. Nous avons.

(16) Pag. 74. §. Cette instruction.

Digitized by Google

deque jurisdictionis ecclesiasticae momentis, quae nullo temporum cursu possunt immutari (1). Nec etiam dissimulavit, constitutionem *Unigenitus* tamquam judicium dogmaticum habendam esse (2), atque idcirco per dioeceses omnes vulgari oportere affirmabat encyclicas literas Benedicti XIV. die 16. octobris 1756. datas, facto, officii causa, ejus rei certiore rege: minime enim, dicebat, indigetis regia auctoritate ad evulgandam tamquam regulam sanctae apostolicae Sedis responsionem in re mere spirituali (3).

Idem ut supra. §. 7. Haec quae a Tolosano tum proponebantur, post maturum in comitiis habitum examen, unanimi fuerunt consensione comprobata (4). Proinde archiepiscopus una cum suae commissionis sociis manus operi admovit, perscriptis diligenter commentariis regi exhibendis (5), et uno volumine in tres partes diviso comprehensis comitiorum actis, quae populos Ecclesiae jura edocerent (6).

Idem ut supra. §. 8. Longum nimis, operosumque esset hoc loco praeclaros omnes referre sensus, quibus commentaria, et acta redundant (7). Satis enim est, ut affirmemus, quae antea Lomenius in comitiis protulerat, eadem fuisse, et omnium episcoporum, et ad comitia deputatorum judicio probata, et subscripta (8). Ac tum frustra saecularis magistratus suo fuit decreto conatus acta isthaec supprimere, et ne publicis typis prodirent interdicere. Contra enim statutum a comitiis fuit, ut ad regem confugeretur quo decretum illud rescinderet (9), et Tolosano archiepiscopo mandatum, ut supplicem libellum perscriberet, eoque in comitiis perlecto (10) idem ipse auctor dignus est habitus, qui illum regi exhiberet (11): ac tum ille in exhibendo regi ipsi copioso, et gravi comprobavit sermone (12), in catholico regno libertatem docendi partem esse juris publici (13); causam Dei esse regum causam, et ea, quae Ecclesiae auctoritati perniciem intentant, imperiis itidem excidium denunciare (14). Quocirca minime dubitavit rex decretum parlamenti rescindere (15): comitia vero statuerunt ad archiepiscopi gloriam, ut ejusdem sermo in sua acta relatus esset (16).

Idem ut supra. §. 9. Novo etiam regii consilii conatui archiepiscopus Tolosanus intercessit, quo parochum dioecesis Viennensis ad parochiam quamdam administrandam vocaverat contra sui archiepiscopi voluntatem (17). Obstitit igitur, luculenterque declaravit, ex hisce laicae potestatis conatibus acerbiora mala proficisci, inductis absque missione ministris, et absque jurisdictione pastoribus; proinde parochos intrusos facturos esse actus irritos, et quaecumque ii munera obirent, nonnisi totidem profanationes futuras (18).

Idem ut supra. §. 10. Partem quoque habuit Tolosanus in eo commentario, quod comitiorum nomine exhibitum est regi circa protestantes (19), qui coeperant publicis muneribus fungi adversus leges, ac regis declarationes non sine maximo religionis, et reipublicae detrimento. Per plures enim dioeceses altaria videbantur extolli adversus altaria, et pestilentiae cathedra adversus cathedram veritatis (20). Si lex (commentarii verba ad regem sunt), quae edictum Nannetense rescidit, si tua anni 1724. declaratio viguisset, jam per Gallias Calviniani existerent nulli (21): funestam esse eorum hominum

(1) Cit. pag. 74. §. Cette instruction doit.
(2) Art. V. pag. 75. §. La constitution.
(3) Pag. 77. §. Cette publication.
(4) Séance XXV. pag. 94. La deliberation.
(5) Séance XL. pag. 124, et 125. §. Nous et seqq., et pag. 127, et 128., ubi legitur — Memorie au Roi —.
(6) Séance CIV. pag. 196, et seq. §. Nous cum seqq.
(7) Consuli possunt acta cleri loc. cit. pag. 199. §. Tel est §. L'histoire, pag. 202. §. Une multitude §. C'est, usque ad pag. 210. §. Les droits, et rursus a pag. 212. §. S'il n'est et seqq. usque ad pag. 219. §. C'est.
(8) Pag. 198. §. La materie, et pag. 219. 220. Séance CIX. pag. 234. §. Cette.
(9) Séance CXIX. pag. 310. §. Vous étes, et seq.
(10) Séance CXX. pag. 312. §. Nous, et seq.
(11) Séance CXXIII. pag. 319. §. Monseigneur.
(12) Séance CXXIV. pag. 321., et 322. §. Messeigneurs.
(13) Pag. 324. §. Nous n'avons.
(14) Pag. 326. §. C'est.
(15) Séance CXXXV. pag. 352. Lettere du Roi.
(16) Séance CXXV. pag. 322. et Monseigneur.
(17) Séance CXVII. pag. 298. §. seqq. §. Le sieur Joseh, et seqq.
(18) Pag. 300. §. L'execution.
(19) Séance CLIII. pag. 481., et seq. Memoire au roi etc.
(20) Loc. cit. pag. 482. §. Oui.
(21) Pag. 483. §. Pour remedier.

tolerantiam, qui cum se catholicos dicant, sub tali clypeo latitare se posse, Ecclesiaeque exprobationem vitare existimant (1): per humanitatis, et benevolentiae speciem diffundi ab iis rebellionis, et anarchiae semina (2): ipsos Gallicae nationi insitos mores, et ipsas, quas tolerantiae auctores praetexunt, falsitates, satis aperte arguere, quam longissime ea distet a vero politices, et religionis bono (3): hanc infelicem aetatem irreligiosis abundare hominibus quibus nil prius est, quam sanctum ministerium deprimere, et prorsus evertere (4).

Idem ut supra. §. 11. Probo tandem archiepiscopus Tolosanus agnoscens, irritas esse episcoporum Ultrajectensium electiones, illicitasque, ac sacrilegas consecrationes eorumdem (5), auctor fuit, ut unanimi comitiorum suffragio condemnarentur acta synodi Ultrajectensis jam a sancta Sede damnata, in qua synodo canonici, et parochi se gesserant ut episcopis pares, et instar episcoporum tamquam fidei judices (6). Hanc enim condemnationem ajebat perpetuam testem futuram de Galliarum episcoporum obsequio ac studio erga apostolicam Sedem, deque eorumdem indignatione adversus opus schismaticae ecclesiae, quae ad catholicam Ecclesiam se spectare contendit, absque eo quod ipsius decretis obtemperet, seque cum Petri cathedra communionem putat servare, dum omnia unitatis, et ecclesiasticae hierarchiae vincula dissolvit, ac abrumpit (7).

Idem ut supra. §. 12. Haud dissimiles fuerunt Lomenii sensus in comitiis generalibus clerii anni 1770., ubi denuo contra pravos libros sermonem instituit (8), et ubi rursus oppugnandos suscepit parlamentorum conatus, non modo jus sibi arrogantium concedendae ecclesiasticis facultatis ut illis institutionem canonicam conferrent, quibus fuerat a legitimis pastoribus antea negata (9), sed etiam in causis solemnium votorum immiscere se audentium (10). Nec minus acriter adversus ordinationem invectus est ab episcopo Betlemensi factam in dioecesi Antissiodorensi absque proprii, ac legitimi episcopi venia (11); et cum esset denique aliis collegis adjunctus, novam super incredulitate lucubrationem per Gallias edendam curavit (12).

Idem ut supra. §. 13. Laudabiles demum ipsius sensus fuerunt in comitiis anni 1772., ubi comitiorum ipsorum nomine orationem habuit ad regem, in qua demonstravit, quanta cura esse debeat clero ea bona conservare, ad se ipsum alendum ac sustentandum consecrata, ut possit indigentiae quoque populorum occurrere (13); regemque praemonitum voluit de consilio, quod militia quaedam spectabilis quidem, sed extranea ab ecclesia (14) suscipere umquam attentasset jure quodam suo ista bona occupandi (15). Commemoravit quoque regi in ejus ditione religionis robur, ac nervos imminui, et ex ejusdem debilitate paulatim, ac sensim corruptionem morum, opinionum pravitatem, omniumque imperii vinculorum relaxationem induci (16). His autem praejactis petiit, ut regia auctoritate muniretur religio; religionem enim, ajebat esse firmissimum imperiorum fundamentum, et arctissimum veluti nexum, quo populi obedientes suo principi colligantur (17).

Quomodo ab egregia sentiendi semita divertere coepisset exponitur. §. 14. Ab hac egregia sentiendi semita divertere coepit Lomenius, ubi regia favente aula ad Sedem archiepiscopalem Senonensem translatus honores saeculi adjunxit ad ecclesiae dignitates. Vix enim ipse accitus fuit a rege ad primarii ministri munus obeundum licet a Nobis fuisset admonitus, ut a conatibus heterodoxorum caveret (18), factum tamen est paulo

(1) Cit. pag. 483. §. Mais.
(2) Cit. pag. 483. et 484. §. Votre.
(3) Pag. 484. §. Nous.
(4) Pag. 485. §. Le clergé.
(5) Séance CCXXIII. du 25. juin 1766. pag. 887. §. Ce fuit.
(6) Pag. 860. La troisieme, et seq.
(7) Cit. pag. 860., et 861. §. A peine.
(8) Proces verbal de l'assemblée generale du clergé de France de l'année 1770. séance XL. pag. 112., et seqq. §. Toutes cum seqq.
(9) Cit. proces verbal Séance LXV. pag. 145., et seq. §. Trois cum seqq., et Séance CXX. pag. 225. §. Monseigneur l'archeveque de Toulouse.
(10) Séance CLXVIII. pag. 625. §. Nous.
(11) Séance CLXIII. pag. 593. §. Monseigneur.
(12) Séance CXLVII. pag. 485, et seqq. §. Nous cum seqq.
(13) Proces verbal de l'année 1772. séance V, pag. 54. §. Lorsque.
(14) Scilicet parlamenta.
(15) Loc. cit. pag. 55. §. Mais si.
(16) Cit. pag. 55. §. Il est.
(17) Cit. pag. 55. §. Nous, et seqq.
(18) Literae in forma Brevis die 14. julii 1787.

post, ut Nannetense edictum de heterodoxis tolerandis redintegraretur; edictum plane exitiosum, ac pestilens, ex quo praecipue ea damna manarunt, quae nunc religionem, et regnum dilacerant, ac evertunt, merito propterea per apostolicam Sedem a suo usque initio reprobatum (1), quodque proprio testimonio Lomenius ipse, et universus Galliarum clerus erat detestatus (2). Nos illico expostulationes ea de re Nostras deferendas curavimus per venerabilem fratrem Antonium archiepiscopum Rhodiensem nuncium Nostrum, idemque praestiterunt religiosi per Gallias episcopi (3). Sed et Nostrae, et illorum quaerelae in irritum ceciderunt (4).

Damna ab eo illata religioni, et regno.

§. 15. Praeterea idem Lomenius occulte viam sibi communivit ad alia peragenda, quae postea detecta, et eo, quo ipse spectabat, perducta, immensum religioni, et regno detrimentum intulerunt. Sperabat fortasse consecuturum inde hominum de se plausus: at divino plane consilio plerumque fieri solet, ut vanae, ac fallaces politices humanae spes concidant: praeconiorum enim colligendorum loco incidit ipse in accusationes, obtrectationesque publicas, et in omnium odia, ita ut rex ipse illum ab se fuerit coactus dimittere.

Abdicatio munerum immerito susceptorum.

§. 16. Tunc Lomenius consilium coepit id sua sponte abjiciendi, quod diutius retinere se non posse agnoscebat, adeoque apud regem ipsum suo, quo fungebatur, munere sese abdicavit. Sed nomen suum dedecori, suumque caput periculis objecturum se ratus, nisi illi, quo exutus esset ministerio, alia dignitas sufficeretur, enixis precibus apud regem suorum consiliorum ignarum institit, ut cardinalitiam a Nobis sibi dignitatem impetraret.

Dignitas cardinalatus exquisita in correspectivitatem emissae renunciationis

§. 17. Sagax quidem et callida fuit illius abdicatio, ac aeque provida fuga, qua se ab urbe Lutetia, et a Galliarum regno proripuit, in tuto expectaturus, donec regis opera cardinalatus honorem consequeretur. Difficile profecto dictu est, quo studio rex christianissimus iterum iterumque flagitarit a Nobis cardinalitiam pro illo dignitatem, a qua tribuenda eramus certe animo alieno. Sed repetitis tandem expugnati precibus filii ecclesiae primogeniti, cujus meritorum habendam semper duximus rationem, et ea spe freti, ut archiepiscopus Senonensis Nostra manu ab impendentibus aerumnis ereptus cum esset, tum delati officii munere, tum grati animi causa se ad pristinos suos sensus revocaret, eumdem in consistorio diei 15. decembris 1788. in vestrum collegium cooptavimus. Novus spei Nostrae cumulus accessit, ubi Lomenium in urbe Niciensi certiorem factum de dignitate cardinalitia sibi collata exhibuisse Nobis agnovimus locupletissimas de obedientia, deque studio in Nos suo significationes, affirmantem per literas, se Nobis, et conjunctissimum, et obsequentissimum esse, seque magno, et constanti ardore flagrare religionem, et apostolicam Sedem tuendi, sibique in votis maxime esse, ut opportunitates habere posset, quibus ostenderet, hosce grati animi sui sensus, et germanos esse, et plurima cum observantia conjunctos (5).

Patrata facinora memorantur post susceptum Senonensis ecclesiae gubernium.

§. 18. At a spe Nostra omni, in quam non sine ratione induci videbamur, cito decidimus, simulque egregiae illae declarationes in irritum abierunt. Vix enim cardinalis exul, atque extorris a solo patrio inchoatam, crescentemque vidit Gallicani conventus opera illam rerum conversionem, quam nobiscum ignorabant omnes per eum ipsum ministerii sui tempore designatam et patratam fuisse, nulla mora interposita se contulit ad ecclesiam suam cathedralem Senonensem, ibique mense martio anni 1790. veritus minime est sermonem coram omnibus habere, et novam rerum immutationem plurima laude cumulare eo usque, ut eidem condendae se aliis incitamento fuisse gloriatus sit (6), violatis uno eodemque tempore, atque pessumdatis sacramentis fidelitatis, pluries per eum praestitis Ecclesiae, et apostolicae Sedi, ac etiam regi erga ipsum beneficentissimo (7).

(1) Constit. Clementis VIII. die 20. augusti 1599. quae incip. — Dives in misericordia — in Bullar. Rom. Mainardi num. 202. tom. V. part. II. pag. 283., et seqq., et Spondanus in continuat. annal. card. Baron. ann. 1599. §. 10.

(2) Cit. proces verbal de l'année 1765. séance CLIII. pag. 481. et seqq. in — Memoire au roi concernant les entreprises des religionnaires —, et praesertim §. Pour remedier pag. 483.

(3) Parisiensis nempe, Bellovacensis, aliique.

(4) Literae apostolici nuncii diei 13. octob. 1788.

(5) Literae diei 21. decembris 1788.

(6) Literae nuncii diei 7. februarii 1791.

(7) Gallia christiana tom. XIII. pag. 73., et seq.

Idem ut supra.

§. 19. Haud ita certe locutus est, cum die 25. novembris 1790. tanquam archiepiscopus, et cardinalis alias suas ad Nos daret literas, quibus hoc vinculo Romanae Sedi, successori divi Petri, ac Nobis singillatim devinctissimum se esse, ficte certe ac subdole, profitebatur (1). Praeterito enim per silentium sermone abs se habito post reditum ad suam ecclesiam, non dissimulavit, per civilem cleri constitutionem ad schisma, et ad presbyterianismum aditum patefieri (2).

Idem ut supra.

§. 20. Transgressus subinde est ad graphice describenda haec acerbissima ecclesiae Gallicanae tempora (3), declarans aperte, patrum religionem a regno exulare: si qualis erat (inquiebat ille) apud proavos religio, staret adhuc, atque floreret, sperari posset . . . . At quantum in pejus mutatae rerum vices (4); nec est veritus eorum, qui in Galliis degunt, conditionem, cum illorum conditione comparare, qui apud infideles commorantur (5). Descripsit quoque violentiam altarium ministris illatam (6), non eo quidem animo tantis excidiis obicem opponendi, veluti archiepiscopum, et cardinalem decuisset, sed animo tegendi consilium abs se susceptum de tempori caute serviendo (7): consilium profecto nunquam apud patres receptum, sed antea ab ipso Lomenio, et a Galliarum clero nota praevaricationis inustum (8).

Temeritas adhibita in componendo evangelio cum nova constitutione.

§. 21. Hinc componere se posse ratus evangelium cum nova constitutione, veritatem scilicet cum mendacio, sperni minime oportere affirmabat certam quamdam moderationis, ut ita dicam, oeconomiam, ne major in clerum calamitas derivetur. Quandoquidem conventus hic nationalis ad exitum perduci decreta sua, quaecumque accidant, omnino volet, et nihil, opinor, intentatum relinquet (9); adeoque asserebat indulgentia prorsus utendum, cum deteriora timeri mala, expectarique possent a constitutionis auctoribus, quos interim ipse compellare non dubitavit evangelii perduelles: Audite, VV. FF. ipsius audite maximi momenti declarationem. » Hac nostra tempestate, ac luctuosa ecclesiae Gallicanae conditione, id officium negligi posse non crediderim, quin evangelii perduelles in religionem insultent audacius, quin concutiatur piorum fides, quin catholicum dogma (non periculum quantumcumque est, dolens indigitabo) quin catholicum dogma in schisma fortasse, ac presbyterianismum feratur praeceps (10).

Improbitas in patefaciendo ejus animo ipsi apostolicae Sedi.

§. 22. Improbum hinc patefecit Nobis consilium, illa nempe exequendi capita constitutionis nationalis, quae decernunt novam divisionem, suppressionemque dioecesum, electionemque a populo faciendam parochorum, suffragantibus etiam judaeis, mahometanis, calvinistis, ac cujuscomque proscriptae sectae hominibus in multis dioecesibus numero longe praevalentibus (11): ac interim in ancipiti reliquit, quo se modo gereret super nova seminariorum disciplina, et super iis decretis, quae episcoporum imminuunt potestatem (12). Declaravit tamen se nunquam executurum decreta, quae ad suum spectant cum apostolica hac Sede vinculum; Nos enim ita est ementitis verbis allocutus: Quisquis tandem rerum erit exitus, profecto ita de me sentiat Sanctitas vestra nulla umquam ratione, nullo metu ab eo erga se ipsam fidissimo amore divellendum (13).

Calliditas in agendo non expectato sanctae Sedis oraculo.

§. 23. At novam adjungens machinationem significavit, se non posse Nostram responsionem expectare, sequentibus verbis. Si protrahere fas fuisset, sanctissime pater, quidquid apud Nos actu opus est, usque dum a s. Sede responsum esset, id sane beatissimum duxissem, sed quam isto loco res non se habent. Nam promulgatis de futura cleri conditione Gallicorum comitiorum decretis urgemur acerrime (14).

Monita ad episcopos contra pravas Lomenii doctrinas.

§. 24. Itaque videntes Lomenium responsionem Nostram minime expectaturum, deliberavimus opus non intercipere super singulis

(1) §. Et quidem.
(2) §. Non anteire.
(3) §. Perfunctus.
(4) §. Quid primum.
(5) Cit. §. Non anteire.
(6) §. Quod si, et §. Quid primum.
(7) Standum est igitur, et difficillimo huic tempori caute serviendum §. Quia aget.
(8) Actes de l'assemblée du clergé sur la religion part. II. §. L'abus in proces verbal an. 1765. pag. 206, et 207.
(9) §. Quid si.
(10) Cit. §. Non anteire.
(11) Cit. §. Non anteire, §. Ex iis autem, et §. Silere.
(12) §. Praetermiserim.
(13) Cit. §. Praetermiserim.
(14) §. Quod si.

Digitized by Google

civilis cleri constitutionis articulis, ab episcopis Galliarum expetitum, quod cum fuisset absolutum, etiam cum Lomenio esse commune potuisset. Sed Lomenius nova ad Nos epistola (1) retulit ea, quae inter superiorum literarum intervallum ipse peregerat; nec erubuit fateri, tempori fuisse serviendum, postquam sedulo perpendisset càusas omnium rerum, quas pro lege acerbissimi hujus temporis actu necessarias, atque ineluctabiles esse arbitrabatur (2), contemptoque exemplo omnium fere Galliae episcoporum, atque abjecta doctrina, quam prius intrepide asseruerat in conventibus cleri (3), novum presbyterium in ecclesia cathedrali constituere decrevit, regimen alienarum dioecesium, quae per decreta in suam transfusae erant, sibi arrogavit, et pure ac simpliciter et in tota contextus amplitudine sacramentum dixit a nationali conventu propositum, nec veritus est nonnullas exponere declarationes, videlicet: » Animadvertet vestra » Sanctitas, non pro assensu animi habendum » esse sacramentum hujusmodi, nec pertinere » ad ea decreta, quae summa vi elicita sunt, » eoque meram exposcunt patientiam (4). ». Possunt ne graviora crimina cum in rebus ab eo gestis, tum in ipsis ejusdem declarationibus componi?

Quomodo deliberato animo erraverit exponitur.

§. 25. Erravit ergo deliberato animo Lomenius serviendo tempori, schismatique favendo, quod verbis evitare se velle effingebat. Noverat irritas esse novorum episcopatuum erectiones (5), impias episcoporum a suis sedibus expulsiones ob solam recusationem emittendi civicum jusjurandum (6), sacrilegas novorum episcoporum consecrationes, sibique gloriandum esse videbatur ob rejectam institutionem parochi de Gomecourt, electi episcopi Versaliensis (7). Sed adhuc se dubium incertumque esse declaravit, si acrius urgeretur pro impetranda institutione, non obscure significans se, ne sacram purpuram injuriis objiceret, tandem aliquando cessurum (8); etiamsi fateri coactus fuerit; sententiam suam a multis mollioris animi reputari (9).

Damna dioecesi sua illata exponuntur.

§. 26. Dici vix potest quanta Lomenius hoc exemplo intulerit damna dioecesi suae, ut constat ex literis procuratoris communitatis Senonensis (10), quibus ita certior fit praeses conventus Gallicani. Haud latere te omnino debere puto, dominica die cardinalem episcopum Senonensem sacramentum dixisse a lege perscriptum, et in hac civitate esse omnino neminem, qui novae adversetur constitutioni.

Idem ut supra.

§. 27. Exemplo voces adjunxit mollissimi animi sensus praeferentes: nam adveniente quadragesimali tempore pastoralem vulgavit epistolam (11), qua commentitiam quamdam caritatem praeseferens, excusare conatus est praestitum a se jusjurandum, perinde ac si minime illud suis ipsius sententiis adversaretur, quas in comitiis anni 1765. exposuerat; eoque etiam devenit, ut populus hortaretur ad amplectendam exequendamque constitutionem, quae pro fundamento habebat libertatem cogitandi in rebus etiam religiosis, aliosque continebat perniciosos errores socialis contractus; quos ipse cardinalis ac clerus fuerat execratus (12).

Publica damnatio errorum a cardinali professorum.

§. 28. Tot tantasque pravitatum ejus accessiones cum conspiceremus, planeque existimaremus peccatum publicum esse publice a Nobis corripiendum juxta apostoli praeceptum (13), ut et pastor qui peccavit, et grex qui in errorem inductus est, revocaretur in viam, nulla interjecta mora, non omisimus Nostras praescribere, et evulgare literas (14), quibus Lomenium admonebamus, quantum dedecus, atque injuriam cardinalitiae, et archiepiscopali dignitati importarit emittendo civicum sacramentum, illudque exequendo, neque dissimulavimus flagitiosas ab eo editas de-

(1) 31. januarii 1791.

(2) §. Persequi.

(3) §. Fateor, et actes de l'assemblée etc. part. II. §. L'abus, in proces verbal an. 1765. pag. 207.

(4) §. Perfacile.

(5) Proces verbal de l'année 1765. séance CCXIII. pag. 857. 858. §. Ce fuit, et pag. 861. §. Nous avons.

(6) Cit. epist. §. Dum vero.

(7) §. Itidem.

(8) §. Sed enim.

(9) §. Hanc vero.

(10) 1. februarii 1791.

(11) Die 16. februarii 1791.

(12) Cit. proces verbal de l'année 1765. Séance XX. pag. 68. §. Ce sont, et pag. 69. §. Si vous, et proces verbal de l'année 1770. séance XL. pag. 112, et seqq. §. Toutes cum seqq.

(13) S. Paulus ad Timoth. epist. 1. cap. 5. vers. 20., concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 8.

(14) Diei 23. februarii 1791.

clarationes, aperteque etiam exposuimus illusoriam illam esse, quam asseruerat, necessitatem, ob quam tamen, etsi talis, qualem ipse asserebat, existeret, nullo modo posset solutus esse a vinculis, quibus Deo, Ecclesiaeque obstringitur, imo paratum se omnino exhibere deberet ad quamcumque hujus saeculi aerumnam perferendam.

Idem ut supra.

§. 29. Demum hortari non destitimus, ut civicum sacramentum ejuraret, comminantes canonicas poenas, ad quas manus admovere cogeremur, illum cardinalitia etiam dignitate exuendo, nisi tempestiva satisfactione publicam offensionem reparasset. Eam clausimus epistolam hac paterna obsecratione: » Te majorem in modum iterum atque iterum hortamur, rogamus, ac obtestamur, ut a recta » nusquam deflectens via sacris catholicae ecclesiae regulis constanter insistas, maximeque episcopali pectore, prout debes, contendas, quantum in te est, ut omnis obstruatur novitati, schismati, atque errori aditus, » utque hoc periculosissimo tempore duci te » unice, regique sinas a divino consilii, fortitudinis, fidei, ac patientiae spiritu (1).

Poenae comminatae nisi ad viam salutis reverteretur.

§. 30. Praeterea certiorem tum reddidimus regem eorum, quae a Lomenio in illis erant scripta literis, et adjunximus exemplum Nostrae illius responsionis; quod ea mente faciendum duximus, ut, qui regia commendatione cardinalatus dignitate fuerat decoratus, eumdem sua rex ipse auctoritate ad officium, ac salutis viam reduceret; secus coactos fore Nos ad comminatas poenas devenire (2).

Poenas praeoccupavit Lomenius cardinalatum dimittendo.

§. 31. Sed haec omnia exitu, quem spectabamus, plane caruerunt. Nam Lomenius obfirmato quo erat animo suos non jam detestandi, sed propugnandi errores, suscipere non aliud consilium voluit, quam ipsum ultro cardinalatum dimittendi eo plane modo, quo antea primarii ministri munus abjecerat; cum se ipse nimirum in eum conjecisset statum, ut illo amplius se fungi non posse cognosceret.

Apostata tamen, et refractarius egressus est a sacro collegio.

§. 32. Hinc per epistolam die 26. mensis martii ad Nos ex urbe Senonensi datam, plenam commentis, et simulationibus, clare tamen expresseque dimittit ac renunciat Nobis cardinalitiam dignitatem. Ac eo se redactum fuisse scripsit, ut vel civili potestati deesse deberet, vel cardinalatum deponere; quo ipso, quantum in se est, plurimam non dubitavit conflare invidiam illi jurijurando, quo cardinales S. R. E. obstringuntur (3). At non jam hic agebatur de expositis ab ipso, confictisque dubitationis causis, sed quaenam praeferenda ipsi esset, Dei ne, an hominum auctoritas, religio ne, an apostasia; tanquam e collegio vestro egressus, minus apostata, ac refractarius esset, qui contemptis Dei, et Ecclesiae legibus, sequi non expavescit, ac fovere constitutionis errores. Notum vero est, sacramentum a cardinalibus praestari solitum esse sacramento simillimum, quod ab omnibus praestatur catholici orbis episcopis; quodque adigens jurantem ad fidem sancte religioseque servandam Ecclesiae et apostolicae Sedi, et ad religionem tuendam, eum insimul patriae, et legitimae imperantium auctoritati fideliorem reddit, cum nullum religione sit firmius patriae, et imperiorum columen ac fundamentum (4).

Simulationes ab eo adhibitae in abdicanda dignitate.

§. 33. Simulavit etiam se injuria affectum esse, eo nimirum quod ex canonum instituto de publico errore publice fuisset admonitus (5), et eo quod reprehensus esset ob jusjurandum, non animo, ut ait, sed voce tantummodo praestitum (6), quod tamen jusjurandum iis emissum est ab ipso, tamque claris manifestisque verbis, quae interpretatione nulla indigerent.

Idem ut supra.

§. 34. Simulavit quoque distinctionem inter obedientiam, et approbationem, perinde ac si sacramento promisisset obedientiam, non autem approbationem praestitisset (7). Qua distinctione nil excogitari potest deterius; etenim ubi de religione agitur, in iis, quae probari non possunt, obedire non licet (8); quoniam oportet obedire magis Deo, quam hominibus (9). Nec satis est corde solum credere

(1) §. Ultimo.
(2) Literae diei 10. martii 1791.
(3) §. Quand votre, et §. Placé.
(4) Id cardinalis ipse confessus est in comitiis anni 1762. proces verbal etc. séance III. pag. 16. §. Le sujet, et seqq.
(5) §. J' ai prié, et §. Je devrois.
(6) Cit. §. placé.
(7) Cit. §. placé.
(8) Id cognovit, propugnavitque Lomenius ipse — Actes de l' assemblée etc. — part. II. §. L' abus, §. De droit, et §. Puisque in proces verbal an. 1765. pag. 206. 720. 210. 211., et 216.
(9) Act. apost. cap. V. vers. 29.

Digitized by Google

ad justitiam, sed opus est, ut etiam ore confessio fiat ad salutem (1).

Idem ut supra.

§. 35. Simulavit insuper nihil se in constitutione universa deprehendere, quod fidei adversaretur, quodque cum sua conscientia pugnaret (2), idque ea praesertim de causa effinxit, ut contradictionem evitaret inter jurisdictionis ecclesiasticae principia ab se exposita in pluribus conventibus cleri Gallicani, et decreta constitutionis suo jurejurando recepta (3). Sed qua ratione id simulare potuerit, nemo intelliget, postquam idem Lomenius in literis ad Nos scriptis post ejus defectionem, superius commemoratis, fassus dilucide est ex constitutione schisma, atque presbyterianismum induci, ejusque auctores esse evangelii perduelles. Perlegat ipse Nostras literas missas ad Galliae episcopos (4), et singulos deteget decretorum errores tam in fide, quam in recepta ab universali Ecclesia disciplina.

Idem ut supra.

§. 36. Simulavit denique dilationem Nostrae responsionis ad suas priores literas in causa fuisse, cur ipse et sacramentum praestiterit et plura decreta fuerit executus (5); quando idem Lomenius in suis prioribus literis Nobis significaverat, se responsionem Nostram nequaquam expectaturum.

Quae hactenus a Nobis exposita sunt liquido constant ex tenore epistolae abdicationis Lomenii, quam vobis, VV. FF. modo Noster secretarius Brevium ad principes recitabit.

Recita (6).

Confirmatur abdicationis veritas epistolio ipsius renunciantis

§. 37. Quo vero firmiorem vim sua haberet abdicatio, non omisit Lomenius certiorem facere regem per ejus administrum, quem rogavit, ut epistolam abdicationis ad Nos mitteret (7), prout revera ab eo missa fuit, ita ut ambigi prorsus nequeat de fide hujus epistolae, cujus characterem, ac signum, ut nulla cautio deesset, probandum rite curavimus coram dilecto filio Petro Nigrono protonotario, et consistorii secretario (8). Non omisit etiam Lomenius eamdem abdicationis epistolam per universum regnum typis evulgare, quo omnibus innotesceret, se cardinalitiam abdicasse dignitatem (9), ita ut cujusvis ordinis homines testes sint locupletissimi de ipsius efficaci certaque voluntate cardinalatum dimittendi, prout etiam fidem minime dubiam faciunt episcoporum literae, et acta, quae ubique circumferuntur.

Pervicacia ab eo adhibita in negando quovis poenitentiae indicio.

§. 38. Vix ad Nos pervenit Lomenii epistola de sua cardinalatus abdicatione, potuissemus quidem sine ulla mora illam approbatione Nostra roborare; sed a mansuetudinis semita adhuc non recedere rati sumus, ut ad illum denuo cohortatio Nostra pervenire posset, per quam ad saniores induceretur sensus, in iis scilicet literis, quas paulo post dedimus dilectis filiis Nostris S. R. E. cardinalibus, et vv. fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, clero, et populo Galliarum regni (10). At nunc, jam elapsis mensibus sex, non solum nullum, tanto temporis intervallo, a Lomenio accepimus indicium poenitentiae de cardinalatus abdicatione, sed etiam per arrogantiam, et contemptum comminatae privationis (11) illum in proposito perstare luculenter intelligimus.

Idem ut supra.

§. 39. Itaque cum ambigendi non sit locus de perseverante Lomenii voluntate in cardinalatus dimissione, adeo perspicuis confirmata probationibus, ut omnibus sit clarior, certior-

(1) S. Paulus epist. ad Romanos cap. X. vers. 10.

(2) Cit. §. Place.

(3) Cit. mandement.

(4) Die 10. martii.

(5) Cit. §. Je devrois.

(6) Recitata statim Lomenii epistola fuit, quae hic omittitur, cum jam publici juris facta sit typis Parisiensibus in libro, cui titulus — Observations sur le Bref du pape a mons. le cardinal de Lomenie a Paris chez Froulle imprimeur libraire quai des Augustins 1791. in fine pag. I. et seqq.

(7) Cit. lib. Observations sur le Bref du pape in fine pag. 5.

(8) Instrumento diei 19. septembris 1791. per testes habentes notam manum, et signum Lomenii.

(9) Eodem lib. Observations sur le Bref pag. 3.

(10) Diei 13. aprilis, duodeviginti scilicet post ejus abdicationem dies §. Ad cardinalem de Lomenie.

(11) Id non dissimulat, qui pro Lomenio scripsit cit. lib. Observations sur le Bref du Pape pag. 24. et 25. §. Le pape; et evincunt gallici auctores, dum ea omnia, quae pro Lomenio scripta sunt: plene confutarunt suis lucubrationibus, scilicet — Lettre de l'abbé de Royou a monsieur de Lomenie decardinalisé moitié de gré, moitié de force, mais toujours archevéque de Sens malgré lui, malgré la constitution, et Letre de M. Henri Alexandre Audainel comte d'Antraigues a Etienne-Charles de Lomenie archeveque de Sens — data Aureliani die 10. maji 1791., et typis edita in eadem civitate — Journal ecclesiastique juin 1791. — pag. 194. usque ad pag. 232.

que renunciationibus, quas adhuc ratas habuit haec apostolica Sedes, et probationes vincat a jure requisitas (1), diutius Nobis expectandum non esse censuimus, ut abdicationem hujusmodi in hoc Nostro consistorio admitteremus. Nova non sunt in ecclesiastica historia illorum exempla, qui dignitates suas dimiserunt, ut probrosam et inevitabilem damnationem praevenirent; imo ex sententia sanctorum patrum, conciliorum, et pontificum id in spiritu humilitatis, et cum detestatione erroris erat faciendum, ut nempe juxta monitum divi Chrysostomi (2) quis antevertat sententiam, dimissis honoribus, et omnibus jurisdictionalibus officiis, cruentaeque conscientiae suae modelam afferat, et in humiliori statu salvetur, quam in alio splendenti periclitetur.

Cardinalatu dimisso retinuit archiepiscopatum, et alia proinde crimina patravit.

§. 40. Verum hic etiam considerandum est, quod Lomenius, cardinalatu dimisso, archiepiscopatum retinuit, et in ipsa cardinalatus dimissione errorem non ejuravit; hinc si cum laude recipiuntur renunciationes omnium ecclesiasticarum dignitatum ex spiritu poenitentiae, atque humilis animi impulsu emissae, haec Lomenii renunciatio, quae non omnes complectitur dignitates, quaeque a debita erroris detestatione, et humilitatis spiritu longe recedit, accipiatur oportet loco poenae, privationisque dignitatis cardinalitiae, quam ei jam indixeramus, nec minus salva sit suspensio ab exercitio ordinis, in quam certe incidit, cum monitus ipse (3), ut intra terminum quadraginta dierum civicum sacramentum retractaret, huic minime paruerit pontificio praecepto, salvaeque etiam sint aliae canonicae poenae, quibus vel jam factus est, vel futurus erit obnoxius, si suscepto errori praevaricationis adhaeserit. Antequam vero quidquam statuamus, sententias vestras de more exposcimus.

Quid vobis videtur?

Hinc admissa abdicatione, etiam aliae poenae ecclesiasticae infliguntur.

§. 41. Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostram admittimus cessionem et abdicationem cardinalatus a Carolo Stephano de Lomenie de Brienne in manibus Nostris factam postquam declaraveramus, eum dignitate hujusmodi privatum iri, nisi civicum sacramentum retractasset, una cum omnibus privilegiis, et insignibus ad dignitatem cardinalitiam quovis modo spectantibus, ita ut ipse Carolus Stephanus dimittens deinceps nullo modo sit cardinalis, nec talis nominari possit, neque in ullis actibus ad cardinalatum pertinentibus, et praecipue in electione summi pontificis vocem activam, vel passivam habere, vel in illis se ingerere quoquo modo uti cardinalis valeat. Illum proinde ab hac die imposterum absolvimus a vinculo sacramenti praestiti occasione cardinalatus, salvis poenis, quibus se subjecit secundum canones, et constitutiones apostolicas ex quacumque causa, et praesertim ob transgressiones circa dicti juramenti observantiam hactenus commissas, et salva poena suspensionis ab exercitio ordinis ab eo pariter incursa ob non impletum praeceptum de praefato civico sacramento revocando intra quadraginta dies ad formam Nostrarum literarum diei 13. elapsis mensis aprilis, et salvis aliis omnibus gravioribus poenis canonicis declarandis in casu ulterioris pertinaciae.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

§. 42. Locum collegii vestri, qui admissa nuper renunciatione Caroli Stephani de Lomenie vacat, inhaerendo exemplis Nostrorum praedecessorum Clementis XI. (4), et Benedicti XIV. (5) absque ulla cunctatione implere volumus, ideoque ad majorem omnipotentis Dei gloriam, et S. R. E. praesidium et decus creare intendimus in presbyterum cardinalem egregium virum, quem justis de causis in pectore reservamus arbitrio Nostro quandocumque evulgandum.

Subrogatio novi cardinalis in locum dimissi.

Quid vobis videtur?

Creatio.

§. 43. Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra creamus presbyterum S. R. E. cardinalem arbitrio Nostro quandocumque declarandum, cum derogationibus et clausulis necessariis et opportunis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

(1) Cap. in praesentia 6. de renunciat.

(2) De sacerdotio lib. III. cap. 10. tom. I. oper. edit. paris. Maurin. pag. 388.

(3) Cit. literis diei 13. aprilis §. Videntes itaque.

(4) Acta consistorii diei 7. junii 1706.

(5) Acta consistorii diei 18. decembris 1754.

Digitized by Google

Dat. die 10. sept. 1791. Anno XVII.

DCCCLIX.

Instante serenissimo principe Brasiliae magno priore prioratus de Crato hospitalis s. Joannis Hierosolymitani applicantur bona cujusdam haereditatis seminario in loco Sernache do Bom Gardim intra fines loci prioratus erecto.

Venerabili fratri Antonio Cajetano archiepiscopo Lacedemoniensi, ac in dioecesi Lisbonensi suffraganeo legitime deputato.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Expedit quammaxime animarum Christifidelium saluti, ut qui in sortem Domini sunt vocati, qui caeteris verbo, et exemplo in viam salutis praeire tenentur, a teneris annis ad pietatem, et religionem efformentur, ac ecclesiasticis studiis instituantur, ut hisce instructi disciplinis, dum in Ecclesiae munera assumuntur, nemini dent offensionem, sed exhibeant semetipsos sicut ministros Dei recte tractantes verbum veritatis: quamobrem in ecclesiasticorum seminariorum utilitatem, atque incrementum apostolicae Nostrae providentiae partes, quoad integrum Nobis fuit, collocare nunquam destitimus prout in Domino salubriter expedire arbitrati sumus.

Expositio precum porrectarum a regio principe Brasiliae.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectissimus in Christo filius Noster Joannes, Maria Joseph, regius princeps Brasiliae, ac magnus prior prioratus de Crato hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, quod ipse piae institutioni, ac rectae illorum educationi, qui intra fines dicti prioratus de Crato divino cultui propius se mancipare desiderant, prospicere volens, novum ecclesiasticum seminarium in loco Sernache do Bom Jardim sui prioratus praedicti propriis sumptibus e fundamentis erexit, illiusque regimen, et administrationem dilectis filiis presbyteris saecularibus congregationis Missionis sub jurisdictione tamen sui vicarii generalis commisit; quodque alias quondam Petrus Vaz Caldeira, instituta ex asse haerede cappella Domini Nostri Jesu Christi Calvariae ab ipso in loco, seu oppido da Ameira intra limites ejusdem prioratus erecta, testamento die XXII. maji MDCCXXVIII. resignato expresse cavit, ut, celebrato quotidie sacro in expiationem, ac suffragium animae suae, et ejus uxoris, suppeditatisque praeterea tum oleo pro lampade ejusdem cappellae necessario, tum reis sex mille monetae Portugalliae, seu scutis sex monetae Romanae quotannis titulo eleemosynae, ut concio de passione Domini Nostri Jesu Christi tempore quadragesimae haberetur, quod reliquum erat ex fructibus sui integri patrimonii, detracta illorum duodecima parte pro stipendio administratoris suae haereditatis bujusmodi, in tot dotes valoris reis decem mille ejusdem monetae Portugallensis, seu scutorum decem monetae Romanae pro puellis orphanis in saeculum nubentibus. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat pluribus ab hinc annis fructus, ac redditus dictae haereditatis sequestro positi sint, atque ab eo tempore legatis oneribus minime fuerit satisfactum, hinc ex hisce depositis fructibus, ac redditibus conflata est summa usque ad mensem junii mox praeteriti sex conti ducentorum sexagintamille octingentorum septuaginta sex reis dictae monetae Portugallensis, seu scutorum sex mille, et ducentorum sexaginta, et obuli octoginta septem cum dimidio circiter monetae Romanae, quorum summa duorum conti quatuorcentum triginta unius mille ducentorum reis praedictorum, seu scutorum duorum mille quatuorcentum triginta unius, et obuli viginti circiter monetae Romanae jam in quincuncii foenore posita est: quo itaque ejusdem seminarii fabricae consulatur ac congruis ditetur redditibus memoratus Joannes, Maria, Joseph regius Brasiliae princeps per Nos praevia condonatione, ac remissione piorum legatorum onerum hujusmodi, quae hucusque adimpleta minime fuerunt, ac praevia pariter commutatione testamentariae dispositionis dicti Petri pro eo, quod spectat ad constitutam annuam eleemosynam pro concione de passione Domini nostri Jesu Christi tempore quadragesimae habenda, et ad volitam dotium distributionem, eidem seminario non solum depositam tum sequestrariam, tum foeneratitiam summam praedictam, sed etiam quoscumque alios redditus, ac proventus eidem cappellae pertinentes in perpetuum applicari summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Joannis, Mariae, Josephi principis, et magni prioris votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, omnesque, et singulas personas, quarum favore praesentes Nostrae literae concernunt a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, ac dicti Petri Vaz Caldeira testamentariae dispositionis praedictae tenorem, et alia quaecumque etiam specificam mentionem, et expressionem requirentia praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac specificatis habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae, de cujus prudentia, fide, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, ac mandamus, ut omnia omnino onera ex fructibus dictae haereditatis Petri Vaz Caldeira adimplenda, et quibus usque adhuc minime fuit, ut praefertur, satisfactum auctoritate Nostra apostolica condones, ac remittas, prout tenore praesentium remittimus, ac condonamus: deinde non solum omnem summam praedictam scutorum sex mille, et ducentorum sexaginta, et obul: octoginta septem cum dimidio monetae Romanae, quae ex sequestratis fructibus, ac redditibus dictae haereditatis Petri Vaz Caldeira usque ad mox transactum mensem junii, ut praefertur, conflatam, vel sit interim in foenus data, vel adhuc in depositum sequestrarium remaneat, sed etiam quoscumque alios fructus, ac redditus ad eamdem cappellam Domini Nostri Jesu Christi Calvariae in loco, seu oppido da Ameira, ut praefertur, erectam spectantes dicto seminario ecclesiastico auctoritate apostolica unias, et applices, atque unita, et applicata esse, et fore decernas, ac statuas, prout tenore praesentium unimus, atque applicamus.

Conditio adjecta.

§. 4. Volumus tamen, ut administratores pro tempore existentes dicti seminarii, omnia onera, quibus fructus, ac redditus hujusmodi gravantur, praeter onus solvendi quotannis sex mille reis, seu scuta sex monetae Romanae in eleemosynam pro concione de passione Domini Nostri Jesu Christi, et distributionem dotium deinceps omnino adimplere curent, et studeant. Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad praemissa omnia ad optatum finem perducenda faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi ea omnia, quae constituere pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris, facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas, etiam ex eo, quod administratores dictae cappellae, caeterique quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causae propter quas praesentes emanarunt, adductae, verificatae, aut justificatae ullatenus fuerint, ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo, quod in eisdem praemissis solemnitates, ac quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis, et quovis alio praetextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, et privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, aut impetrato quemquam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, et non aliter in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legates, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a

quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus memorati Petri ultima voluntate quam quoad praemissa commutamus, de jure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis, nec non dictae cappellae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLX.

Dat. die 30. sept. 1791. Anno XVII.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super approbatione electionis sanctorum Emetherii, et Celidonii martyrum in patronos principales civitatis, et dioecesis Sanctanderiensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum porrectarum ab episcopo, et clero Sanctanderiensi.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit venerabilis frater Raphael episcopus Sanctanderiensis, quod ipse, nec non uterque clerus civitatis, et dioecesis suae Sanctanderiensis pro eo, quem erga ss. Emetherium, et Celidonium fratres martyres gerunt devotionis affectu, eosdem in patronos principales civitatis, et dioecesis hujusmodi elegerunt; quo autem solemnius dictorum sanctorum festus dies valeat celebrari, illum a die decima tertia martii, ad diem trigesimam mensis augusti transferre posse summopere cupiunt: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut electionem hujusmodi confirmare, ac alias desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint; hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum, qui tuam, nec non dilecti filii Nostri Joannis Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Archinto nuncupati dictae congregationis praefecti relatione attenderunt consilio: electionem dictorum ss. fratrum martyrum Emetherii, et Celidonii utpote servatis servandis, ac juxta praescriptum in decreto felicis recordationis Urbani pp. VIII. praedecessoris Nostri legitime factam, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, dictorumque sanctorum festivitati sic in patronos principales electorum praerogativas omnes sanctorum protectorum principalium festis competentes tribuimus: praeterea ut devotius, et solemnius dictorum sanctorum festus dies valeat imposterum celebrari, eum a die decima tertia martii, ad diem trigesimam augusti, cum officio, missa, et octava sequenti, auctoritate, et tenore praedictis transferimus, et translatum declaramus.

Clausulae sublatae, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis,

Digitized by Google

et dioecesis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLXI.

Dat. die 5. novembris 1791. Anno XVII.

Confirmatio protestationis emissae a commissario reverendae camerae apostolicae adversus occupationem civitatis Avenionensis, et comitatus Venaisini peractam a conventu nationali regni Galliarum.

Reverendissimo cardinal
Carlo Rezzonico camerlengo.

Jura dominii sanctae Sedis in districtu Avenionensi, et comitatu Venaisini.

§. 1. Ancorchè antichissimo, certo ed incontrastabile sia il dominio della santa Sede apostolica e Nostro sulla città, e distretto di Avignone non meno, che sopra tutta intera la provincia del contado Venesino, e sebbene per garantire gli stessi Nostri diritti, seguita appena la sconsigliata, ed ingratissima insorgenza de' Nostri sudditi cittadini di Avignone contro la sovrana legittima Nostra potestà, si facesse da Noi partecipazione, e reclamo per mezzo del reverendissimo cardinal de Zelada Nostro segretario di stato a tutti i principi cattolici di tal enorme attentato, in seguito di che Noi coi Nostri chirografi segnati li 2. agosto, e 15. novembre 1790. ammettemmo, ed approvammo tanto le proteste fatte da monsignor Casoni Nostro vice-legato in quella città, e provincia, e dall' abbate Pieracchi rettore di Carpentras, quanto le altre due proteste esibiteci a reservazione dei legittimi Nostri diritti da monsignor Giovanni Barberi procurator generale del Fisco, e della Nostra camera apostolica contro l' infame ribellione di quei Nostri sudditi: ciononostante non senza gran sorpresa, ed amarezza dell' animo Nostro abbiamo sentito, essersi pubblicato dall' assemblea nazionale di Francia sotto il dì 14. settembre del corrente anno 1791. un preteso decreto, in cui contro la ragion delle genti, e contro ogni principio di giustizia si dichiarano uniti alla Francia tanto il contado Venesino, che la città, e distretto di Avignone; per lo che monsignor Giacomo Borsari commissario generale della Nostra camera apostolica ha creduto esser parte del suo officio esibirci una solenne protesta preservativa dei diritti della santa Sede apostolica, e Nostri sopra quei stati, acciocchè Noi l' ammettessimo, e ne ordinassimo a perpetua memoria la pubblicazione, e la conservazione del suo originale nell' archivio camerale con altre istanze contenute in detta protesta, che è del tenore seguente.

Tenor protestationis emissae a commissario R. C. A.

§. 2. » Non v' è, Beatissimo Padre, in tutta l' Europa dominio alcuno, che si appoggi » a più validi, e legittimi titoli di quelli, su » quali è fondata la sovranità della santa Sede apostolica nel contado Venesino, e nella » città di Avignone; sovranità garantita dal» l' agnizione di tutta Europa, e dal possesso » non mai interrotto di ben cinque secoli. Pa» rea, che questo solo bastar dovesse ad assi» curarla da qualunque straniero attentato di » usurpazione, neppure nell' ultima rivoluzio» ne di cose accadute ora nel regno di Fran» cia. La così detta assemblea nazionale di » Francia avea fin dal principio protestato, e » fatto bandire presso tutte le corti, che non » era sua massima l' aspirare a nuove conqui» ste, e all' aggressione degli altrui dominj. E » quando la voce dei sediziosi e dei ribelli » portò ad essa la prima volta nel mese di no» vembre 1789. il piano dell' invasione della » città di Avignone, e del contado Venesino, » ella lo rifiutò con uno scherno universale; » ma non si sgomentarono per questo gli au» tori dell' indegno complotto. La ribellione, » e gli assassinj mantennero sempre attenti li » sguardi sopra quelle infelici contrade, e la

» lunga serie dei più atroci delitti formarono
» il soggetto su di cui i ribelli di Avignone, ed
» i loro istigatori di Parigi andarono rinnuo-
» vando il progetto dell' invasione. Nel breve
» giro di circa 18. mesi per ben quattro volte
» sotto simboli, ed aspetti diversi fu discussa
» l' incorporazione di quelle provincie pontifi-
» cie ora impugnando la solidità, e validità
» de' titoli della santa Sede, ora producendo
» la dedizione spontanea di quei sediziosi, ora
» volendole considerare una parte integrante
» della Francia. Per molto tempo prevalse la
» buona causa, e l' equità, e la giustizia trion-
» fò della malignità, e del livore. Nel dì 4.
» maggio 1791. essendosi fatta nell' assemblea
» nazionale la seguente proposta: Avignone,
» ed il contado Venesino sono, o non sono
» parte integrante della Francia? Colla mag-
» gioranza di più di cento voti fu decisa per
» la negativa: ed essendosi poscia nel dì 14.
» maggio detto anno nuovamente in virtù
» de' nuovi raggiri proposta la discussione di
» un tal' affare, fu dalla stessa assemblea na-
» zionale solennemente pronunciato pure a
» gran maggioranza di voti: che l' istanza del-
» la municipalità, e degli abitanti di Avigno-
» ne per la riunione alla Francia non dovesse
» ammettersi; che in conseguenza quella città
» non sarebbe riunita alla Francia; e l' artico-
» lo proposto delle delegazioni, che chiamano
» comitati, per far effettuare una tal riunio-
» ne fu rigettato. Nel tempo, che da questi
» giudici incompetenti si discuteva la ragione
» della santa Sede, e si rendeva pure omaggio
» alla giustizia della sua causa, non tacea la
» voce della Santità vostra a difesa de' legitimi
» dominj di santa Chiesa. Dopo aver tentato
» la Santità vostra nelle maniere più paterne,
» e più dolci di reprimere l' audacia degl' insor-
» genti di Avignone, allorchè il fanatismo, la
» sedizione, le rubberie, e gli assassini costrin-
» sero monsignor Casoni vice-legato ad abban-
» donare quell' infelice città. Interpose questi
» nel giorno istesso della sua espulsione il dì
» 12. giugno 1790. le più forti proteste preser-
» vative dei diritti della santa Sede, ripetute
» poi da lui stesso in Carpentras nel dì 5. lu-
» glio dello stesso anno; reiterò una simile so-
» lenne protesta anche in Roma il procurator
» generale del fisco, e della camera apostolica,
» e sotto il dì 31. luglio detto anno la umiliò al
» trono della Santità vostra, perchè si compia-
» cesse di ammetterla, come di fatti fece con
» suo special chirografo segnato il dì 2. agosto
» detto anno ed esibito originalmente all' ar-
» chivio segreto della stessa camera apostolica.
» Fu allora, che la Santità vostra volle far
» noto a tutte le corti di Europa per mezzo di
» una memoria distribuita a tutti li ministri
» del corpo diplomatico estero, e la perfidia
» degli Avignonesi, e l' animo suo determina-
» to di non dimettere il possesso, ed il domi-
» nio di que' stati, e la giusta fiducia, che
» avea, che ogni sovrano vi prenderà quella
» parte, ed interesse, che corrisponde alla
» gravità della causa comune a tutti i sovrani;
» il qual' atto fu poi seguito da altra protesta
» interposta pure contro i ribelli Avignonesi
» dal procuratore generale del fisco sotto il dì
» 13. novembre 1790., ed ammessa con chiro-
» grafo della Santità vostra segnato il dì 15.
» dello stesso mese, allorchè avendo la Santi-
» tà vostra per un' eccesso di paterna clemen-
» za fatto pubblicare a que' traviati sudditi un
» general perdono, ardirono col disprezzo, e
» coi più vili insulti di rendersene maggior-
» mente immeritevoli. In questo stato di cose
» in cui da una parte il legittimo sovrano ri-
» clamava in faccia all' Europa tutta i legitti-
» mi suoi dominj, e rivendicava i suoi diritti
» contro i ribelli; e dall' altra parte l' assem-
» blea nazionale avea pubblicata la giusta di-
» sapprovazione del progetto dell' invasione;
» parea, che nulla più dovesse sospettarsi, o
» temersi per parte del dispotismo, e della vio-
» lenza. Gli Avignonesi però replicarono i de-
» litti, e gli assassinj, e tanto bastò per far ri-
» sorgere il piano già tante volte rifiutato del-
» l' occupazione. L' assemblea nazionale sotto
» pretesto di stabilire la quiete in quelle pro-
» vincie, ardì con manifesto attentato del so-
» vrano territoriale di spedire in Avignone la
» milizia francese, che in vece di calmare la
» sedizione, moltiplicò, ed aggravò i disordi-
» ni, e propagò la devastazione, e la guerra
» civile anche al contado. Dopo tali atti di
» violenza palliati col nome di mediazione di
» pace, scoppiò in fine la mina architettata
» dai sediziosi, e sotto il dì 14. dello scorso
» mese di settembre comparve un nuovo, ed
» inaspettato decreto dell' assemblea naziona-
» le, in cui ha dichiarato — Che in virtù de' di-
» ritti della Francia sopra i stati riuniti di Avi-
» gnone, e del contado Venesino: ed in con-

by Google

§. 3. Nos igitur ejusdem Caroli regis catholici votis, quantum in Domino possumus obsequendum, et populorum conscientiae consulendum esse judicantes, fraternitatibus, vel discretionibus vestris committimus, ac mandamus, ut in civitatibus, ac dioecesibus vestris hanc omnibus Christifidelibus inibi commorantibus de diebus festis legem, in quam maturo consilio, et expensis omnibus descendimus, auctoritate apostolica denuncietis, ac decernatis. Retineantur nempe, ac celebrentur festivi dies Resurrectionis cum sequenti, et Pentecostes itidem cum sequenti, aliique per annum dies dominici, nec non nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis, et Corporis Christi, tunc quinque dicati beatae Mariae virgini, scilicet, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis; praeterea retineantur festa sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, omnium sanctorum, et unius tantum principalioris patroni; sed si alicubi plures patronos aeque principales haberi contigerit, diligenter inquiratis, necesse est, venerabiles fratres, et dilecti filii, quinam ex dictis principalioribus patronis potiorem cultum, et venerationem in ea vel civitate, vel oppido, vel pago habeat, et in ejus tantum propria die festivitatis praeceptum designetis. In his igitur omnibus diebus festis pro veteri Ecclesiae catholicae instituto Christifideles sacris adesse, ac servilibus operibus abstinere, et jejunium in eorumdem vigiliis, quibus adnexum sit, observare debeant, et teneantur: in reliquis vero festis non solum laboriosas artium exercitationes, et servilia opera permittimus, et indulgemus, sed insuper eosdem Christifideles a quacumque vigiliae, seu jejunii diebus praecedentibus, dummodo aliunde vel ratione quadragesimae, vel ratione quatuor temporum non praecipiatur, et audiendi missam in praedictis festis obligatione absolvimus, et liberamus.

Reservationes speciales.

§. 4. Sed quoniam dum populorum conscientiae consulimus, et eorum, qui in sudore vultus sui panem comedunt, indigentiae providemus, sanctorum venerationem, et salutarem Christifidelium poenitentiam minuere non intendimus, ideo sanctorum, et solemnitatum officia, et missas tam in iis abrogatis festis, quam in eorum vigiliis retineri, et sicut prius in quacumque ecclesia celebrari mandamus. Sacrum vero jejunium, quod in praedictis vigiliis habebatur, ad quartas, et sextas ferias adventus transferendum, ibidemque servandum edicimus, et constituimus. Ut autem non solum clerici, et divites homines saeculares, qui etiam diebus non festivis sacrosancto missae sacrificio et divinis officiis, quod vehementer cupimus adesse possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus ecclesias diebus tantum festis adeunt ss. apostolorum, et martyrum quorum solemnitates superius abrogavimus, memoriam servent, et venerentur, volumus, et praecipimus, ut XXIX. junii ultra praecipua sanctorum Petri, et Pauli solemnitatem, et aliorum apostolorum, et die XXVI. decembris ultra praecipuum s. Stephani festum etiam aliorum sanctorum martyrum memoria celebretur. Quare die XXIX. junii in kalendariis ecclesiasticis ita festum inscribendum erit — ss. Petri, et Pauli etiam commemoratio omnium apostolorum — ac tam in officio, quam in missa addatur — commemoratio de communi apostolorum — Die vero XXVI. decembris ita notetur festum — s. Stephani prothomartyris, et commemoratio omnium sanctorum martyrum — ac tam in officio, quam in missa addenda erit — commemoratio de communi plurimorum martyrum — Haec Nos venerabiles fratres, dilecti filii, non

Digitized by Google

minus spiritualem, quam temporalem populorum vestrae curae concreditorum utilitatem intuentes sanciendа esse judicavimus; in quo plurimum sollicitudini, ac pastorali vigilantiae vestrae confidimus, qui illud profecto sedulitate, studioque vestro efficietis, ne quid a divino cultu detractum videri possit; sed quo minor festorum dierum factus est numerus, eo major sit in populorum animis pietas, fervor, ac devotio: proinde vehementer cupimus, ac in Domino fraternitates, ac discretiones vestras hortamur, ut populos vobis commissos diligenter edocendos curetis, quae ad justam legitimamque dierum festorum celebrationem pertinent, quo ardore, quave humilitate spiritus adstare sanctissimo altaris sacrificio, quo studio, qua frequentia divinis officiis, sacris concionibus, et christianae doctrinae institutionibus interesse debeant, et ne per eosdem dies Christifidelium corda graventur crapula, et ebrietate, ac saecularibus cogitationibus, quam diligentissimam operam dare debebitis, ut prophana quaeque ludrica, et minus religiosa a publicis locis amoveantur, contra vero in conspectu illa sint, abundeque suppetant, quae ad fovendam devotionem, pietatemque plurimum prodesse possint. Quae quidem cuncta perspecta pastorali sedulitate vestrum, Nobis maxime pollicemur.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima dicembris millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLXX.

Dat. die 4. januarii 1792. Anno XVII.

Praescriptiones servandae pro expurgatione fluminis Anienis, ejusque conservatione, ut in eo commode navigatio peragi possit.

Fabrizio Ruffo della santità di Nostro Signore, e sua reverenda camera apostolica tesoriere generale.

R. P. D. thesaurii declaratio super executione danda chirographo.

§. 1. Sull'esempio di molti sommi pontefici predecessori, volendo la santità di Nostro Signore papa Pio sesto, che si restituisca al fiume Aniene detto Teverone la navigazione, che ha avuta in tempo passato, benchè poi trascurata, e si mantenga in avvenire quel fiume praticabile, e comodo per il commercio specialmente de' popoli adjacenti; si è degnata Sua Santità di suo moto proprio significarci le sue sovrane intenzioni, e comunicarci le opportune facoltà con chirografo del tenore seguente.

Monsignor Fabrizio Ruffo
Nostro, e della Nostra camera apostolica
tesoriere generale.

Tenor chirographi.

§. 2. » Dopo aver fatti eseguire molti provvedimenti per dare un florido commercio a » questo Nostro stato ecclesiastico, non crediamo di doverne tralasciare un'altro, che » può essere più acconcio per prosperare ulteriormente il commercio almeno di quei luoghi, che sono adjacenti o vicini all'Aniene, » fiume di celebre ed antico nome, o volgarmente chiamato Teverone, il quale avendo » la sua sorgente dai monti Trebani vicino a » Subiaco, e dopo il tratto di molte miglia facendo presso alla città di Tivoli una gran » caduta, si raccoglie quindi, e continua il » suo corso passando sotto il ponte Lucano, e » finalmente non lungi da Roma sotto i ponti » Numentano e Salaro, poco dopo mette capo » nel Tevere. Imperciocchè la navigazione del » fiume Aniene sembra, che sia per recare un » vantaggio a quei popoli, ed a chiunque voglia per quelle parti trasportare le derrate, » mercanzie, ed altri generi, e specialmente » pietre, carbone, e pozzolana; il che non può » farsi presentemente senza quella grave spesa, che richiede il trasporto a schiena, per » essere quel fiume da molto tempo impraticabile.

Providentiae ad rem coeptae ab aliis pontificibus exponuntur.

§. 3. » Di fatti quanto ciò interessasse il » commercio si riconobbe da più pontefici Nostri predecessori, e particolarmente da Paolo III. di fel. mem. il quale volendo, che » per la pubblica utilità, e comodità si restituisse all'Aniene la navigazione, che aveva

» avuta in tempo di Giulio II., e che poi aveva perduta, con suo motu proprio sotto il di 23. agosto 1539. donò alla fabbrica di san Pietro il medesimo fiume dal ponte Lucano fino all'imboccatura nel Tevere con le sue ripe, alberi, e cave di travertini, o pozzolana, ad oggetto, che si rendesse navigabile quel fiume a spese della medesima fabbrica Vaticana in correspettività del sommo vantaggio, che da tal donazione le si recava, allorchè la grandiosa costruzione già principiata, e poi per varie vicende alquanto ritardata, desiderava il lodato pontefice Paolo III., che si proseguisse con tutto l'impegno, come dichiarò nell'istesso motu proprio, in cui anche comandò ai particolari possessori adjacenti, che per lo spazio di quattro canne lungo l'una, e l'altra ripa dovessero ripulire i terreni entro un termine da prefiggersi dai prefetti, e deputati della suddetta fabbrica di san Pietro, ai quali diede per tal uopo ogni opportuna facoltà.

Idem ut supra.

§. 4. » Quantunque per altro voglia supporsi, che allora il tutto si eseguisse a dovere; egli è certo però, che dopo essersi perfezionato l'edificio della basilica Vaticana, e più non bisognandole quei marmi, che transitavano per l'Aniene, col tratto del tempo la fabbrica incominciò a negligentare la manutenzione dell'alveo, che interessava al bene del pubblico in guisa, che di nuovo si ridusse innavigabile. Quindi il pontefice Gregorio XIII. altro Nostro predecessore di fel. mem. con altro motu proprio segnato il di primo giugno 1578., e registrato in camera il dì 3. ottobre dell'anno medesimo per gli atti del de Marchis segretario di camera, o sia ec. senza aver più ragione della suddetta donazione Paolina, nè della fabbrica di san Pietro, concesse la facoltà di render navigabile quel fiume con alcuni privilegj di privativa ad un certo ingegnere Ferrarese, chiamato Antonio Arduini, che prometteva di farlo praticabile fin da Subiaco, e di dare con altro giro comodo tragitto ai legni, laddove l'acque dell'Aniene cadono precipitosamente presso Tivoli, sicchè potessero giungere al Tevere; ma non si sa, che delle magnifiche promesse di questo ingegnere il pubblico ne godesse alcun effetto, nè quali altre vicende in seguito accadessero.

Idem ut supra.

§. 5. » Egli è certo però, che non essendo stato dai precedenti concessionarj adempito ciò, che era uno de' principali oggetti di tali concessioni, vale a dire di mantenere navigabile l'Aniene per bene del pubblico, la Nostra camera apostolica riprese i suoi dritti, e ne fece nuovo concessioni a favore di altre persone, sebbene per parte della fabbrica di san Pietro venisse poi affacciata qualche pretenzione; onde nella concessione dell'Aniene dato in enfiteusi con diversi patti a Francesco Bottini con chirografo della fel. mem. di Clemente XI. l'anno 1703. fra le altre cose si ordinò, che il canone annuo di scudi quindici si dovesse pagare alla Nostra camera, finchè non si decidesse altrimenti da una congregazione deputata sulle pretenzioni della fabbrica di san Pietro, ed essendo poi decaduto dalla enfiteusi il suddetto Bottini, perchè non aveva adempiti i patti, l'anno 1726. con chirografo di Benedetto XIII. similmente Nostro predecessore di fel. ricordanza, fu data la concessione del fiume Aniene a Giacomo Callegari e suoi figli, e discendenti in infinito, o altra persona da nominarsi da esso con l'istessa legge riguardo al canone, e con alcuni privilegj privativi, ma però con la condizione di rendere navigabile il medesimo fiume, entro il termine di anni dodici.

Idem ut supra.

§. 6. » Avendo il predetto Callegari nominato per enfiteuta il fu cardinal Marini, questi avendo mancato nell'adempimento de' patti incorse similmente la caducità, la quale poi per istromento di concordia celebrato l'anno 1743. gli fu rimessa dalla Nostra camera con prorogargli il tempo di render navigabile il fiume. Ciò per altro non fu mai effettuato nè dal prelodato cardinal Marini, nè dal suo legatario di tale enfiteusi, cioè dal fu cardinal Cosimo Imperiali, il quale dopo aver continuato il pagamento dell'annuo canone alla Nostra camera apostolica per qualche anno, e poi lasciato di pagarlo, finalmente fece istanza, ed ottenne l'anno 1764. dalla Nostra camera, che venisse liberato da tale enfiteusi, come il tutto apparisce dagli atti del Castellani, ora Mariotti segretario della detta Nostra camera.

Revocatio praeteritis concessionibus expurga-

§. 7. » Dalla serie di questi fatti si è riconosciuto, che per quanto sia desiderabile ed utile al pubblico la costante, e sicura navi-

tio fluminis peragenda decernitur sumptibus publici aerarii.

» gazione del fiume Aniene, non si è potuta » mai ottenere con le suddette concessioni, » restate inutili, ineffettuate, risolute, anzi » positivamente o col fatto, o con espressa » istanza rinunziate; e che non rimane altro » mezzo di ottenere l'intento, se non che que- » sta impresa si assuma a spese del pubblico » erario. Pertanto avendo voi (la cui abilità, » attenzione, e zelo abbiamo sperimentato e » lodato in tanti anni, che egregiamente soste- » nete la carica di Nostro tesoriere generale) » per Nostra volontà fatto un'accesso con l'ar- » chitetto camerale, e tutto visitato il fiume » Aniene con le opportune osservazioni, ed » esperimenti, ed avendoci quindi riferito, che » siasi riconosciuto fattibile di ricavare una » comoda navigazione, ed anche il mantener- » gliela con alcuni regolamenti, che si espri- » meranno qui appresso; abbiamo determina- » to di far sollecitamente metter mano all'ope- » ra perchè quei Nostri amatissimi sudditi non » restino più lungamente privi di questo co- » modo per il loro commercio.

Idem ut supra.

§. 8. » Quindi col presente Nostro chiro- » grafo, in cui abbiamo per espresso, e di pa- » rola in parola inserito il tenore del predetto » motu proprio di Paolo III., e concessione » fatta a favore della fabbrica di san Pietro in » Vaticano, l'altro motu proprio di Grego- » rio XIII., a favore del quondam Antonio » Arduini, la deputazione della suddetta con- » gregazione particolare, e qualunque atto, » istanza, decreto, o sentenza, e gli altri prov- » vedimenti, e chirografi pontificj specialmen- » te di Clemente XI., e di Benedetto XIII., » le accettazioni delle devoluzioni fatte a fa- » vore della Nostra camera, e tutti gli altri » ordini, decreti, ricorsi, suppliche, grazie, » riserve di ragioni tanto a favore della pre- » detta fabbrica di san Pietro, quanto a favo- » re di qualunque altra persona, e finalmente » il tenore di ogni altra costituzione, legge, e » statuto, che possa aver relazione al domi- » nio, all'uso, ed alla navigazione del fiume » Aniene e sue ripe, e pertinenze; di Nostro » motu proprio, certa scienza, e pienezza del- » la Nostra apostolica, e suprema potestà, pri- » mieramente dichiariamo risolute, rescisse, » caducate tutte le concessioni del fiume Anie- » ne, delle sue ripe, e pertinenze, e delle cave » di travertini, o altre pietre, e di pozzolana, » e di qualunque diritto, grazia, privilegio » annesso alle concessioni del suddetto fiume, » o accordato per occasione di tali concessioni » fatte dai pontefici sovralodati, o da altri No- » stri predecessori, o in virtù di qualsivoglia » facoltà da qualunque tribunale, comunità, » o altra persona tanto a favore della suddetta » fabbrica di san Pietro, quanto a favore degli » altri concessionarj di sopra mentovati, e di » qualunque chiesa, religione, o comunità, o » altra persona di qualsivoglia grado, condi- » zione, e preeminenza, anche cardinale di » santa Chiesa, e che per comprendersi ricer- » casse espressa menzione; cassando, revocan- » do, ed annullando tutti i suddetti, ed altri » motu proprj, chirografi, brevi, costituzio- » ni, indulti, beneplaciti, e rescritti, ordini, » e decreti, e sebbene ci sia sommamente a » cuore di conservare illesi i dritti, e privilegj » della predetta fabbrica di san Pietro in Va- » ticano, anzi della Nostra particolar devozio- » ne verso questa veneranda basilica, ne ab- » biamo dati molti attestati, e ne lasciamo alla » posterità pubblici monumenti; nondimeno » avendo bastantemente esaminato, e ricono- » sciuto, che la donazione fattale da Paolo III. » quantunque ci sia inserita qualche espres- » sione di concessione graziosa, assoluta, ir- » revocabile, pure ingiunse alla medesima fab- » brica l'obbligo correspettivo di rendere a di » lei spese navigabile l'Aniene, non solamente » per di lei uso, ma ancora per utilità, e co- » modità del pubblico, dal che necessariamen- » te deriva l'obbligo perpetuo indispensabile » di mantenerlo navigabile, al quale obbligo » non avendo adempito per un sì lungo spazio » di tempo, la donazione suddetta deve dirsi » affatto risoluta, anche in vista dei fatti po- » steriori di sopra espressi; e considerando Noi » inoltre, che dopo essersi già terminata la » magnifica costruzione della basilica Vatica- » na, la navigazione dell'Aniene poco ora l'in- » teressa, ed il risparmio, che potrebbe avere » la fabbrica nel trasporto di qualche materia- » le talvolta occorrente per la sua manuten- » zione, o altro utile, che potesse ritrarne, » non compenserebbe la molto maggiore spesa » necessaria per restituire, e conservare co- » stantemente la navigazione a quel fiume; » perciò imponiamo perpetuo silenzio alla lite » suscitata sulla pertinenza de'canoni e rispo- » ste delle suddette enfiteusi, e sopra ogni al- » tra pretenzione della fabbrica Vaticana per

» ragione della suddetta donazione Paolina, e » qualunque emergente, o conseguente, di» chiarando affatto soppressa la congregazione » deputata sopra tal causa, o cause, e toglien» do ad essa, e ad ogni altro tribunale la giu» risdizione, o facoltà di più interloquirvi. E » dichiariamo assolutamente, e pienamente » ricaduti al principato tutti i dritti, che so» pra il fiume, ripe, e cave suddette gli com» petono per principj di ragione pubblica, e » per leggi civili, e richiamiamo alla Nostra » camera apostolica, e le restituiamo di nuovo » per quanto faccia di bisogno, ogni dominio, » possesso, uso, diritto, e facoltà.

Conditiones servandae in opere explendo.

§. 9. » Inoltre vi ordiniamo, che senza ul» teriore dilazione dobbiate dar principio al» l'impresa di restituire la navigazione al fiu» me Aniene a nome, spese, e conto della No» stra camera apostolica con deputare gli ar» chitetti, ingegneri, ed altri artefici, che sti» merete più idonei, e procurerete per quanto » la natura del luogo lo comporti, di rendere » navigabile l'Aniene anche più in su del pon» te Lucano, con fare eseguire quei lavori, che » l'arte potrà ragionevolmente, e prudente» mente suggerire. Vogliamo ancora, confor» me ordinò in simile occasione Paolo III. No» stro predecessore, che tutti i possessori adja» centi al fiume suddetto dall'una, e dall'al» tra ripa, debbano entro un termine discreto » da prefiggersi da voi, per via di pubblica » notificazione ripulire, e togliere l'imbarazzo » di sterpi, e tronchi, o alberi nelle respetti» ve loro possessioni per l'estensione di quat» tro canne dalle ripe, o anche maggiore, ove » secondo i siti occorresse, specialmente per il » libero passaggio, e tiro delle barche. E per» chè non si ingombri di nuovo l'alveo con la » caduta degli alberi siccome è finora succedu» to, e rendersi infruttuoso lo spurgo, che ora » se ne fa, o continui il bisogno di spurgare » detto alveo, nè s'interrompa la navigazione » in alcun tempo: proibiamo in avvenire, che » giammai lungo ambe le ripe dell'Aniene per » la suddetta larghezza, si allevino, o faccia» no crescere piante considerabili, le quali » possano in qualunque modo impedire il li» bero, e comodo uso delle ripe, che spetta al » pubblico, bensì nei cigli delle medesime ri» pe vi siano salci, o simili piante, che possa» no sostenerle, ma si tengano basse, e alme» no ogni dodici anni se ne faccia il taglio sot» to pena della perdita de'respettivi alberi, e » legnami da applicarsi alla Nostra camera, e » di altre pene, che proporzionatamente alle » delinquenze saranno comminate negli editti » da pubblicarsi in questa, e nelle altre occa» sioni; siccome anche vogliamo, che sotto pe» ne proporzionate siano tutti, e singoli pos» sessori padroni usufruttuarj, coloni, conta» dini obbligati a prestare la pazienza ai ne» cessarj, lavori, ed anche ai passaggi, e tra» sporti, che per rendere, e mantenere la na» vigazione dell'Aniene occorresse alla Nostra » camera, e per ordine vostro, e de' vostri suc» cessori di far ora, e coll'andare del tempo » per mezzo de' fondi de' privati, di comunità, » religione o di qualsivoglia persona di qualun» que grado o preeminenza, anche privilegiatis» sima, e di cui occorresse farne special menzio» ne: dando, e comunicando a voi, ed ai vo» stri successori tutte le opportune, e necessa» rie facoltà di pubblicare editti, interporre » decreti, e far tutt'altro, che sarà espediente » per l'adempimento di questa Nostra supre» ma volontà.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 10. » Volendo, e decretando, che que» sto chirografo di Nostro motu proprio am» messo, e registrato in camera vaglia, e deb» ba avere il suo pieno effetto, esecuzione e » vigore, ancorchè non sia stato citato, nè » sentito monsignor commissario della Nostra » camera, nè monsignor economo, o il fiscale, » o la congregazione della fabbrica di san Pie» tro, gli eredi, e successori, o altri che aves» sero causa dai sovraccennati, o altri conces» sionarj, o interessati, non ostanti tutti i pri» vilegi, franchigie, ed esenzioni in qualsivo» glia tempo date dai Nostri predecessori, ed » anche da Noi alle chiese, luoghi pii, sagra » religione Gerosolimitana, ed altre simili re» ligioni, e loro cavalieri, alle congregazioni » monastiche, ed altra qualsivoglia persona pri» vilegiata, e privilegiatissima, anche per via » di contratto, ed a titolo veramente oneroso, » e con le clausule effrenate, ed insolite, le » consuetudini, e gli usi sin ora praticati, » delle quali occorresse farne specifica men» zione, o alcun'altro, che vi avesse, o pre» tendesse avervi diritto, o interesse per qual» sivoglia causa o titolo, nè contro di questo, » che abbiamo stabilito di Nostro motu pro» prio, e non ad istanza di alcuno, si possa » mai opporre vizio di orrezione, o surrezio-

» no, nè altro difetto, e che così, e non altrimenti debba definirsi, e giudicarsi da qualsivoglia giudice ordinario, o delegato, e da voi, dalla camera, rota, Nostro uditore, e da ogni altro tribunale anche composto di reverendissimi cardinali, togliendo ad ognuno la facoltà di giudicare, o interpretare diversamente; e dichiarando nullo, ed invalido tutto ciò, che altrimente si interpretasse, e giudicasse.

Derogatio contrariorum.

§. 11. » Non ostanti i suddetti motu proprii di Paolo III., e Gregorio XIII., e i chirografi di Clemente XI. e Benedetto XIII., la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione Nostra, e de' Nostri predecessori, leggi, canoni, statuti di Tivoli, o di altra comunità, e specialmente le costituzioni, ed altre ordinazioni di Giulio II. Leone X. Paolo III. Clemente VII. Pio IV. Pio V. Alessandro VII. ed altri pontefici Nostri predecessori sopra le facoltà, e diritti della fabbrica di san Pietro, e del suo collegio, congregazione, deputati, e prefetti ancorchè reverendissimi cardinali, decreti, e statuti della medesima fabbrica, ancorchè muniti di autorità apostolica, regiudicate ed altre qualsivogliano ragioni, azioni, o privilegj della detta fabbrica di san Pietro, consuetudini, ordini, rescritti, ai quali tutti ed a qualsivoglia altra cosa, che esiga special menzione, per quanto faccia d'uopo all'oggetto del presente Nostro chirografo, per questa volta soltanto, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 4. gennajo 1792.

Pius PP. VI.

Executio.

§. 12. Dovendosi pertanto in esecuzione degli ordini pontificj sovra espressi immediatamente principiare lo spurgo del fiume suddetto a nome, spese, e conto della reverenda camera apostolica; valendoci noi delle facoltà compartiteci nel chirografo già riferito, e delle ordinarie della nostra carica, ordiniamo a tutte, e singole persone particolari, e comunità, ed altre di qualsivoglia condizione, o preeminenza, e fornite di qualsivoglia privilegio, di cui occorresse farne special menzione, che hanno, possiedono, e ritengono beni adjacenti al suddetto Teverone dal ponte Lucano fino all'imboccatura di quel fiume nel Tevere, che omninamente prima della fine del prossimo futuro mese di aprile debbano a loro cura, e spese avere esattamente ripulito nelle respettive loro possessioni tutto il terreno lungo, ed accosto l'una, e l'altra ripa per la larghezza almeno di quattro canne romane, e di maniera che per tutto questo tratto e larghezza presso ambedue le ripe dell'Aniene vi sia il libero e comodo passaggio, anche pel tiro delle barche; volendo, che nel termine così prefisso sia affatto tolto ogni imbarazzo di tronchi, sterpi, o alberi, o altra cosa, che recasse anche picciolo impedimento, o incomodo. E perchè si conservi sempre sopra l'una e l'altra ripa l'agevolezza e libertà del passo, e del tiro suddetto, ed anche perchè non tornino a ricadere, o ad insinuarsi entro il medesimo fiume nuovi imbarazzi, proibiamo, che in qualunque tempo avvenire pel medesimo tratto, ed estensione di sopra espressa, non sia lecito ad alcuna persona, anche privilegiatissima piantare, o far piantare, e molto meno far crescere alberi o piante, anche di poca grandezza, o di situarvi, o lasciarvi qualunque altra sorta d'impedimento. Se però dall'uso costante, e dall'atto pratico si riconoscerà, che non tutta l'estensione delle suddette quattro canne dal ciglio dell'alveo verso la campagna serva al passo, o tiro suddetto, sarà lecito ai rispettivi possessori di valersi del terreno in quelle parti, ove non sarà stabilita, e battuta la strada, e far crescere alberi in tali siti non praticati anche entro lo spazio medesimo delle quattro canne, purchè non accada di doversi variare la strada per il tiro suddetto (nel qual caso quella parte, che sarà eletta dovrà mantenersi libera assolutamente, come di sopra), e perchè ogni dodici anni almeno, ed in ogni altra occasione, che da noi o da' nostri successori verrà ordinato, si faccia il taglio di tutte le piante per tutto lo spazio suddetto, affinchè quelle col tempo ingrossandosi, o dilatandosi, non vengano ad ingombrare la strada battuta. Si permette altresì ai respettivi possessori, che sotto i cigli delle ripe, e nell'interno delle sponde vi possano fare allevare piante di salci, o altre simili, che non pregiudichino, o piuttosto giovino al mantenimento delle ripe medesime, purchè però siano in tali siti, che non venga impaccio, o incomodo alla navigazione ed al tiro delle barche; e perciò vogliamo, che le piante ancora

Digitized by Google

dell'accennata qualità, le quali si permettono in tali siti delle sponde, si tengano sempre basse in modo, che rimanga libero il passaggio delle corde del tiro suddetto, e parimente se ne faccia il taglio ogni dodici anni almeno, e ad ogni altr'ordine nostro, e de' nostri successori, ad oggetto, che crescendo soverchiamente, ed implicandosi i tronchi nell'alveo non rendano infruttuose le cure, e spese impiegatevi, e difficultino la navigazione.

Poenae adversus inobedientes inflictae.

§. 13. Dichiarando, che per ogni contravenzione delle cose suddette, gli attuali possessori, o detentori de' respettivi fondi incorreranno la pena di scudi tre per ogni albero, tronco, o altro imbarazzo considerabile, che vi si trovasse contro gli ordini suddetti, oltre la perdita dei medesimi alberi, e legnami, e materiali da applicarsi alla reverenda camera apostolica; dalla quale pena non potranno essere scusati col pretesto, che tal contravenzione sia accaduta per fatto de' contadini, o di altro loro subalterno. Ci riserbiamo altresì di ordinare opportunamente, e secondo le occorrenze, o con altra nostra pubblica notificazione, o per mezzo dell'architetto camerale soprastante a questa impresa qualora si giudicasse necessaria al suddetto passo, e tiro in qualche sito una estensione di larghezza maggiore delle sovra espresse quattro canne, come anche se si riconoscerà potersi effettuare di proseguire la navigazione più in su del ponte Lucano, ci riserbiamo di dare altri ordini opportuni rapporto ai possessori adjacenti in quelle parti ove si dovesse proseguire l'impresa. E finalmente inerendo al sovralodato pontificio chirografo, ordiniamo, che tutti, e singoli possessori, padroni, usufruttuarj, coloni contadini, e chiunque altro si trovasse nei fondi adjacenti, o vicini al Teverone, siano sempre tenuti ed obbligati a prestare la pazienza ai necessarj lavori, ed anche ai passaggi, e trasporti, che per rendere, e mantenere la navigazione dell'Aniene occorresse alla reverenda camera, e per ordine nostro, e de' nostri successori di fare ora, o coll'andar del tempo per mezzo del fondo de' privati, di comunità, religione, o di qualsivoglia persona di qualunque grado, o preeminenza, anche privilegiatissima, e di cui occorresse far special menzione sotto pena di scudi cinquanta d'applicarsi similmente alla reverenda camera apostolica rispetto alle persone facoltose, e della carcerazione di tre mesi rispetto alle persone povere in caso di semplice ostacolo, che si facesse: ed aggiungendosi altra qualità di delinquenza in tali occasioni, oltre la pena suddetta incorreranno le pene respettivamente prescritte dal diritto comune, dalle costituzioni, e dai bandi generali: e perchè per altra parte è giustizia provvedere alla loro indennità, e quiete, perciò noi in virtù delle facoltà, che abbiamo tanto per la nostra carica di tesoriere generale, quanto per la sopraintendenza, e giurisdizione con ampia facoltà concessaci da Nostro Signore sopra la presente impresa, e le persone ad esse addette, ordiniamo espressamente a tutti quelli, che sono, o saranno destinati, o in altro modo commissionati per parte della reverenda camera apostolica a tali lavori, o trasporti, che nelli fondi dei particolari debbano contenersi con tutta la moderazione, e discretezza, non oltrepassando le commissioni avute, e quanto esige la necessità dell'opera altrimenti oltre la rifazione de' danni, che si provassero indebitamente cagionati ad alcuno, saranno, dimessi dal servizio della reverenda camera apostolica, e sottoposti ad altre pene proporzionate alle delinquenze.

Sanctio poenalis.

§. 14. Avverta pertanto ognuno di obbedire a quanto abbiamo prescritto per eseguire la volontà del Nostro Santo Padre, la quale è diretta a prosperare ulteriormente il commercio di questo stato. Dato dalla nostra residenza questo dì 17. gennajo 1792.

DCCCLXXI.

Dat. die 2. jan. 1792. Anno XVII.

Confirmatio unionis magni prioratus de Crato ordinis Hierosolymitani favore regii patrimonii, et domus de Infantato regnorum Portugalliae, et Algarbiorum.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoniam ecclesiasticum, et spirituale Christifidelium populorum regimen, ut illi in Christianae religionis praeceptis informentur, sacrorumque canonum contineantur disciplina, per regiones fuit distributum. Hac provida dispositione, in cunctis orbis partibus illud personis sublimis dignitatis, et ampliori auctori-

tate ab apostolica Romana Sede donatis, jugiter fuit demandatum. Exploratum id praecipue noscitur in florentissimis Portugalliae, et Algarbiorum regnis, tam citra, quam ultra mare, ubi, benedicente Domino summa animi Nostri exultatione, aucto etiam episcoporum numero, fideles omnes, depulso quovis errore, fidei puritatem hauriunt, et divino cultui incumbentes, christianae quoque charitatis opera assidue exercere pergunt.

Ratio concessionis. §. 2. Id autem per eadem regna communiter vigens, apostolicam Nostram excitat sollicitudinem, ut in singulari quoque, et conspicuo jamdudum designato regimine, persona, ordine, quam fieri potest, decorata auctoritate Nostra constituatur: quod charissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae pietas, ac religio a Nobis enixis votis expostulavit.

Memorantur aliae ad rem expeditae apostolicae literae ad diem 14. novem. 1789. §. 3. Quamvis enim Nos, eadem Maria Francisca regina supplicante, per Nostras apostolicas literas in forma Brevis, sub annulo piscatoris die XXIV. novembris MDCCLXXXIX. pontificatus Nostri anno XV., prioratum magnum nuncupatum ordinis hospitalis s. Joannis Hierosolymitani de Crato denominatum, ad quem, ut accepimus, ab anno MDCXCV. ad hanc usque diem, reges Portugalliae pro tempore existentes unum ex infantibus regiae suae familiae nominare consueverunt, ac novissime ipsa Maria Francisca regina dilectissimum filium Nostrum Joannem principem Brasiliae ejus natum nominavit; certis ex causis, et in ejusdem magni prioratus decorem, illius omnimodam administrationem patrimonio, ac domui de infantato nuncupatae, apostolica Nostra auctoritate, in perpetuum univerimus, et incorporaverimus, ac unitum et incorporatum esse, et fore statuerimus, atque declaraverimus: itaut idem Joannes princeps Brasiliae, et infans magnum prioratum hujusmodi obtineat usque dum domum, et statum de infantato administraverit; sicque deinceps, qui domum, et statum de infantato administrabit, sit pariter magnus prior absque ulla nova concessione: atque distincte ordinem domui aeque, ac magno prioratui futuris in casibus deinceps succedendi exposuerimus, et praescripserimus; quapropter semper et quandocumque ille, qui ad domum de infantato pervenerit, vel illius administrationem pro tempore obtinebit, fructus quoque, redditus, et proventus dicti magni prioratus percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem, vel alias juxta praescriptas conditiones convertere: omnibusque eidem prioratui adnexis, juribus, pertinentiis, praeeminentiis, et indultis, quibus priores magni prioratus praefati gaudent, ac potiuntur, quin ad ea, quae circa aetatem, professionis emissionem, aliaque requisita fratribus militibus, ac praeceptoribus, seu commendatariis ordinis praefati ab apostolica Sede sunt praescripta, teneatur, et absque obligatione caelibem vitam ducendi gaudere, et potiri: impertita etiam ei facultate una cum administratione hujusmodi, praeceptorias, seu commendas, ac dignitates aliarum militiarum, seu ordinum equestrium assequendi, et retinendi: impositis tamen, et reservatis favore magni magistri primodicti ordinis, ejusque communi aerario consuetis responsionibus, et solutionibus, libere et licite possit, et valeat, ac etiam respective debeat, et teneatur, prout illi concessimus, et indulsimus, atque in eisdem literis plenius continetur.

§. 4. In illis tamen de ejusdem magni prioratus statu, jurisdictione, scilicet locis, ecclesiis, piisque locis, clero, personisque illi subjectis, juribusque magno priori competentibus, nulla habita fuit ratio, neque illa ad Nos delata fuere: etenim, sicut modo accepimus, fuit ille anno Domini MCCCXLVI. tunc existente Hierosolymitani ordinis magno magistro Elione de Villanova in loco de Crato erectus, et abinde citra perampla fuit ei, quae est in provinciis de Estremadura, et Beira, ac partim in illa de Alentejo attributa ditio, itaut ad leucas quinquaginta sex per circuitum sit extensa, eique limitrophae sunt Colimbriensis, Egitaniensis, Castri-Albi, Elvensis, et Portugallensis ecclesiarum dioeceses. In ipsa quidem ditione quatuor supra decem numerantur populo refertae terrae, Crato videlicet, Tolluzza, Gaffette, Amieira, Gavião, Belver, Cardigos, Envendos, Carvoeiro, Proenza nova, Certaa, Oleiros, Alvaro, Predogao pequeno denominatae, quae in trigintatribus circiter paroeciis sunt distributae, ac quatuor inibi sunt regularium coenobia, clerus autem saecularis per easdem terras divinis inserviens, potius, abundat, atque animarum numerum ditionem ipsam inhabitantium, ad quadraginta circiter mille ascendere enunciatur. Praeter autem supra denominatas paroecias, pariter alias ad illum spe- Plurima in illis literis neglecta fuisse, de quibus ratio haberi debuisset, exponitur.

clare compertum est, nimirum in dioecesi Portugallensi unam sancti Joannis Baptistae de Castro de Vide, et aliam sanctae Mariae, et aliam sancti Jacobi in loco de Marvao, et aliam sancti Martini, ac aliam etiam sancti Jacobi civitatis Portalegrensis, ac reliquam sanctae Clarae de Alcaravella Castri Albi dioecesis.

Idem ut supra.

§. 5. Universa vero haec ditio, tamquam primodicti ordinis magno priori omnimode subjecta, ab omni cujusvis episcopi jurisdictione exempta prorsus, et immunis, atque particulare, et separatum territorium semper in illis partibus, ut pariter accepimus, habita fuit: et ecclesiastica ac spiritualis ordinaria, et fere episcopalis jurisdictio ab uno presbytero, e seculari clero, provisore et vicario generali denominato a magno priore delecto exerceri solet: ipse enim in clerum et populum judicat in causis ecclesiasticis. Item ad excipiendas sacramentales confessiones presbyteros, et concionatores verbi Dei approbat: itemque literas dimissoriales pro collatione etiam sacrorum ordinum impertitur: ac demum omnia gerit, quae ordini episcopali non sunt reservata.

Idem ut supra.

§. 6. Quae, cum ita sint, quemadmodum praemissa jam a Nobis peracta magni prioratus dispositio illius in temporalibus futurum statum prae se fert; ita congruum nimis, et opportunum fore in Domino censemus, ut, nomine ipsius Mariae Franciscae reginae, cum scientia, et consensu ejusdem Joannis regii principis, nova Nobis exposita vota, ac preces benigno animo excipiamus, et ecclesiasticae quoque, et spirituali jurisdictioni consulamus.

Praedictae apostolicae literae confirmantur.

§. 7. Nos igitur, jamdiu perspectum habentes ipsam Mariam Franciscam reginam, paternas, avitasque virtutes haereditario velut jure sibi delatas, unacum ecclesiastici decoris zelo, et erga Nos, apostolicamque Sedem obedientia, adeo fovere, et aemulari, ut modo, sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans expandit alas suas; ita proprias dotes in regiam ejus sobolem transferre, et adjicere, operam dare non desinit; illius votis, et supplicationibus, aequo gratoque animo indulgentes, ac etiam motu Nostro proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine, praemissas Nostras literas, earumque integrum tenorem praesentibus pro expressis habentes, suprema authoritate Nostra harum serie specialiter, et expresse confirmamus, et approbamus, et secundum illarum dispositionem de praesenti, et in futurum illas exequi mandamus.

Mandatur ut serventur acta et exequantur sententiae latae usque ad praesens in vim antiquae jurisdictionis provisoris, vel vicarii generalis.

§. 8. Antequam vero infrascripta a Nobis statuantur: ut quaslibet sequutas in exercitio ecclesiasticae, et spiritualis jurisdictionis dicti magni prioratus inordinationes, ac forte nullitates submotae sint, nec de caetero erui possint, itaut in integro statu jurisdictio, hactenus magno illi prioratui opportune attributa censeatur; omnes ideo, et singulos actus, etiam juridicos, et publicos, usque modo a pro tempore existente illius provisore, seu vicario generali gestos, decreta interposita, sententiasque pronuntiatas, et publicatas, quibus omnibus jurisdictionis defectus minime opponi queat; praesentium etiam Nostrarum literarum vi, et auctoritate, praemissa specialiter et plenarie revalidamus, ac in validum statum restituimus, reponimus, et reintegramus.

Universa ditio prioratus a finitimis dioecesibus dividitur.

§. 9. Porro magnum prioratum de Crato, ut praefertur, nuncupatum, saepedicti ordinis hospitalis s. Joannis Hierosolymitani, illiusque integrum territorium supradictum quinquagintasex leucarum circiter per circuitum cum enunciatis terris, necnon ecclesiis, etiam parochialibus, ac coenobiis inibi sitis; pariterque clerum omnem, personas, et populum, terras ipsas, et loca quaevis incolentes, ab omni, et quacumque ecclesiastica, et spirituali finitimorum episcoporum superioritate, et jurisdictione penitus, et omnino, authoritate Nostra praemissa, ad infrascriptum tamen effectum, perpetuo dividimus, distinguimus, et separamus: proptereaque integrum ipsius prioratus territorium sit ad omnes juris effectus vere, perpetuis futuris temporibus, nullius dioecesis, ac prorsus separatum, Nobisque, et successoribus Nostris, Sedique apostolicae immediate subjectum, atque in illo ecclesiasticam, et spiritualem jurisdictionem, uti mox statuemus, et non alias, nec ab alio exerceri posse decernimus. Ad quorum plenarium effectum omnem, quatenus opus sit, venerabilium fratrum Nostrorum Colimbriensis, Egitaniensis, Castri Albi, Elvensis, et Portalegrensis episcoporum consensum authoritate Nostra supplemus.

Nonnullae ecclesiae parochiales conceduntur episcopis Portalegrensi, et Castri Albi.

§. 10. Quod autem integro magni prioratus immediato territorio decernendum censuimus; non ita, in fidelium commodum, et spiritualem profectum, quo ad alias parochiales ecclesias, quamvis eidem prioratui subjectas, extra

tamen illud territorium, et in alienis dioecesibus existentes statuendum arbitramur: quare, annuente ipso regio principe, et hodierno magno priore, illas nimirum sancti Joannis Baptistae Castri de Vide, et aliam sanctae Mariae, et aliam sancti Jacobi de Marvao, et aliam sancti Martini in dioecesi Portalegrensi, ac alteram etiam sancti Jacobi civitatis Portalegrensis, ac demum aliam, parochiales ecclesias sanctae Clarae de Alcaravella in Castri Albi dioecesi, illarumque rectores, et populum, quoad regimen ecclesiasticum, et spirituale tantum, venerabilibus fratribus Nostris Portalegrensi, et Castri Albi episcopis, eorumque successoribus etiam perpetuo respective, prout antea, subjectas, et subjectos esse, et fore, volumus, et mandamus.

Ecclesiasticum regimen territorii magni prioratus tribuitur principi rectori pro tempore domus de infantato.

§. 11. Jam vero ad ecclesiasticum, et spirituale regimen territorii magno prioratui, ut praefertur, competentis, animum Nostrum convertentes; per praesentes statuimus, declaramus, et decernimus, ut omnem in universo territorio, juxta praemissa, separato jurisdictionem ordinariam in utroque foro, ecclesiasticam nimirum, et spiritualem supra loca, ecclesias, et clerum, ac personas ille habiturus sit, qui a regio principe, et domus de infantato administratore pro tempore existente in provisorem et vicarium generalem nominatus fuerit.

Providetur, ut nominatio vicarii generalis fiat de eo, qui ad episcopalia munera idoneus dignoscatur.

§. 12. Quia tamen ad peramplі territorii totius ditionis regimen, et tot fidelium necessitatibus occurrendum, quodque magis est, pro institutione cleri, et illius ordinatione, utque debito cum profectu omnia, et singula loca, ecclesiasque, pastorali visitatione, etiam confirmationis sacramentum ministrando, perlustrari queant; satis minime videretur, ut futurus provisor, et vicarius generalis simplicis presbyteri charactere esset munitus; ideo in hac quoque parte, precibus Mariae Franciscae reginae, et Joannis regii principis ejus nati, annuendum censemus: firmam enim in Domino fiduciam habemus, eumdem regium principem, ejusque successores, regiis omnibus, et christiano principe dignis virtutibus, ita praeditos fore, ut, divino invocato spiritu, scient, et volent, inter Dei ministros eos seligere, qui ad episcopalia munera digniores comperti fuerint.

Declaratur vicarium generalem praesentari posse in archiepiscopum Hadrianopolitanum in partibus infidelium.

§. 13. Quare Nos, pariformiter per praesentes concedimus, et indulgemus regio principi, ejusque domus de infantato regiis successoribus, ut, cum ipsi aliquem in magni prioratus provisorem, et vicarium generalem deputabunt, et deputaturi erunt, una simul ille in archiepiscopum Hadrianopolitanum in partibus infidelium Nobis, et successoribus Nostris, Sedique apostolicae nominare possint, et valeant, ac etiam debeant, et teneantur, ad effectum, ut ad eamdem ecclesiam apostolica auctoritate rite promoveatur, et subinde consecrationis munus juxta ritum pontificalis Romani, infra praescriptum tempus sit suscepturus.

Idem ut supra.

§. 14. Archiepiscopali insuper dignitati adeo adnexam fore intendimus qualitatem, et munus provisoris, et vicarii generalis, ut in literis apostolicis illius promotionis ad eamdem ecclesiam Hadrianopolitanam, concessionis ordinariae jurisdictionis, etiam ad effectum recipiendi commissiones executionum literarum apostolicarum, tam gratiam, quam justitiam concernentium in integra ditione, ac territorio magni prioratus de Crato ipsi archiepiscopo tribuendae, expressa mentio fieri, illaque confirmari debeat.

Idem ut supra.

§. 15. Eveniente vero archiepiscopi et provisoris, vicariique generalis obitu, aut alias illius munere cessante; ne deficiat, qui ordinariam in ea ditione valeat jurisdictionem exercere; ipsi regio principi et infanti, ejusque domus de Infantato regiis successoribus facultatem tribuimus, et impertimur, ut unum presbyterum fide dignum, et doctrina praeditum deputare queat, qui usquedum novus provisor, et vicarius generalis, ut praefertur, nominandus literas apostolicas promotionis ad archiepiscopatum Hadrianopolitanum acceperit, tempore intermedio durante, omnem ordinariam in illa ditione jurisdictionem; citra tamen ea, quae episcopalem ordinem, et characterem requirunt, exercere possit, et debeat, prout illa a pro tempore existente archiepiscopo provisore, et vicario generali exercebitur.

Consulitur decori, et substentationi provisoris generalis.

§. 16. Demum, cum in sublimi archiepiscopali dignitate futurus provisor, vicariusque generalis ad debitum teneatur servandum decus, ecclesiasticumque splendorem; ideo ad congruae illius sustentationi consulendum, illi, ejusque successoribus, pro tempore existentibus, super omnibus, et singulis dicti magni prioratus fructibus, redditibusque, annuam assignationem, sive provisionem decem centum mille realium monetae illarum partium, quae

mille, et tercentum scuta monetae romanae, ut pariter accepimus, constituunt, quae quidem summa ab iis, qui eadem, unacum dignitate archiepiscopali munera obtinebunt, ejusdem Joannis principis ex sua munificentia, jam praestito ad id consensu, annuatim erit percipienda, ipsarum etiam tenore praesentium, apostolica Nostra suprema auctoritate reservamus, constituimus, et assignamus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 17. Praesentes autem literas, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes, ad hoc vocati, citati, et auditi non fuerint; aut ex quibusvis aliis causis, occasionibus, vel praetextibus, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu, notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus posse: easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, et specialibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, aut alias quandocumque, et quibusvis de causis, etiam pro tempore factis, minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas, et perpetuo validas, firmas, et efficaces, esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo, et inviolabiliter observari: illisque quorum favorem praesentes Nostrae literae quomodolibet concernunt, perpetuis futuris temporibus, plenissime suffragari debere: sicque in praemissis ab omnibus censeri: et ita per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate, et potestate fulgentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictaeque Sedis apostolicae nuncios; sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere; ac si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 18. Quocirca venerabili fratri Carolo Bellisomi archiepiscopo Tyanensi in civitate Lisbonensi Nostro, et apostolicae Sedis nuntio, ejusque successoribus per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, per se vel alium seu alios, praesentes literas, et in eis contenta quaecumque, ubi, et quando opus fuerit, ac quoties fuerint requisiti solemniter publicantes, et in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant, authoritate Nostra, easdem praesentes, et in eis contenta quaecumque ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: non permittentes quempiam super praemissis per quoscumque quomodolibet indebite molestari: contradictores quoslibet, siqui forent, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel praeeminentiae fuerint; per sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, vel facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis, servatis processibus, sententias, censuras, et poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, etiam de jure quaesito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, et quibusvis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, dictique magni prioratus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis primodicto ordini, ejusque magno magistro, et militibus, vel quibusvis aliis personis, per quoscumque Romanos pontifices praedecessores Nostros, et dictam Sedem, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam iteratis, et multiplicatis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita, et praescripta forma ad hoc servanda esset; tenores hujusmodi, ac si de

verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, praesentibus inserti forent; etiam praesentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et perpetuae firmitatis, ac plenariae executionis praemissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse derogamus.

Fides habenda transumptis.

§. 20. Ad hoc autem, ut eaedem praesentes Nostrae literae, quoties opus fuerit, innotescant; volumus, et statuimus, quod ipsarum transumptis etiam impressis, manu notarii publici subscriptis, et sigillo ipsius Caroli archiepiscopi, et illius successorum munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae eisdem praesentibus originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 21. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae confirmationis, approbationis, revalidationis, reintegrationis, divisionis, distinctionis, separationis, consensuum suppletionis, concessionis, indulti, reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, mandati, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, sexto idus januarii pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLXXII.

Dat. die 10. januarii 1792. Anno XVII.

Instantibus monachis ordinis Cisterciensis congregationis beatae Mariae de Trappe monasterii de Valle Sancta Lausanensis dioecesis tribuuntur nonnullae facultates nuncio apostolico eorum commodum respicientes.

Venerabili fratri Josepho archiepiscopo Berytensi Nostro, et apostolicae Sedis in dominio Helvetiorum, et Rethorum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Quae duobus circiter ab hinc annis in regnis Galliarum ad catholicae religionis statum plane evertendum ex pessimorum hominum malitia patrata sunt: qua sollicitudine, ac studio, quantum in Nobis fuit, torrenti iniquitatis, Dei adjuvante gratia, obsistere conati sumus; quibusve modis paterno ecclesiasticos omnes amplexi sumus, qui falsa dogmata recipere detrectantes a suis sedibus depulsi, ac bonis spoliati ad Nos confugerunt, te minime latere possunt: quocirca te intelligere speramus, Nobis quammaxime cordi esse, iis praesertim Christifidelibus consulere, qui Deo propius in religione mancipati a patria exulare maluerunt, quam propositum, quod voverunt, deserere, ac fore tuto confidimus, ut non secus ac soles, in iis omnibus illorum commodum, ac utilitatem concernentibus, quae illis concessuri, tibique commissuri sumus, omni sedulitate, ac diligentia versaberis.

Tenor precum porrectarum a fratribus ordinis Cisterciensis.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum fratris Augustini, aliorumque suorum consociorum monachorum ordinis Cisterciensis congregationis beatae Mariae de Trappe nuncupat. expresse professorum Nobis humiliter expositum fuit, quod cum ipsi et plures, easque gravissimas novitates, quibus regulares omnes in hisce maximis regni Galliarum temporibus conflictantur, se fortunis spoliatos, ac perculsos esse sentirent, atque eis in vocatione, qua vocati sunt, ambulare minime fas esse intelligerent, nisi patria profugissent, ubinam sedem stabilem, ac domicilium certum figere quaerebant, cum venerabilis frater Raymundus archiepiscopus Bisuntinus illorum statum commiserans a dilectis filiis magistratu pagi Friburgensis aedificia alias ad monasterium monachorum ordinis Carthusiensis de Valle Sancta Lausanensis dioecesis auctoritate apostolica suppressum spectantia, quorum usus eidem magistratui fuerat tunc attributus, annuente quoque venerabili fratre Bernardo Emmanuele episcopo Lausanensi eis impetravit: quapropter in die pervigilio ascensionis Domini Nostri Jesu Christi mox praeteriti anni millesimi septingentesimi nonagesimi primi de licentia suorum superiorum abbatum, scilicet monasteriorum Cistercii, et Clarae Vallis dicti ordinis Cisterciensis ad viginti circiter monasterium praefatum omnibus plaudentibus sunt ingressi. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, et ea die non solum professum institutum exponentes praedicti, prout adjuncta ferebant, moribus exequi studuerint, ve-

rum etiam ad quatuordecim circiter tam brevi tempore jam tirocinium posuerint, quo hoc magnum inceptum prosperum futurum sit, illi per Nos fovere, ac monasterium hujusmodi in novam abbatiam sui ordinis, et congregationis erigi posse, aliaque sibi concedi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur tum pietatem, ac commiserationem memorati Bernardi Emmanuelis episcopi, qui hosce monachos libenter intra suam dioecesim recepit, tum religionis, atque austeritatis studium, quo memorati exponentes flagrarunt, in Domino quam maxime commendantes, ipsisque monachis gratiam specialem facere volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae, de cujus prudentia, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus per praesentes committimus, et mandamus, ut omnia, et singula, quae a dictis monachis huc usque circa illorum translationem in aedificia sibi, ut praefertur, concessa gesta sunt, nec non eorumdem aedificiorum donationem ipsis a magistratu Friburgensi factam, quatenus opus sit, auctoritate Nostra apostolica confirmes, atque approbes: deinde vero quo enixius diem, et noctem, aut in divino cultu, aut in proximi aedificatione, aut in suorum sanctificatione sint, quatenus sui proventus necessaria ad frugi, ac severam eorum vitam exhibendam suppeditent, eisdem monachis aedificia praedicta in monasterium, seu abbatiam sui ordinis Cisterciensis, et congregationis beatae Mariae de Trappe erigendi, nec non novitios excipiendi, eosque cimento a suis statutis, et constitutionibus praescripto tirocinii curriculo juxta vires dicti erigendi monasterii, et ad formam concilii Tridentini, et apostolicarum constitutionum ad regularem professionem per monachos ordinis, et congregationis praedictorum emitti consuetam admittendi plenam, et amplam facultatem auctoritate praedicta concedas. Quod si deinceps numerus monachorum hujusmodi adeo excreverit, ut eis facile sit per turnum, atque alternatim sine ulla interruptione sacrae psalmodiae insistere, tunc eis fas esse novas Nobis porrigere preces ad hoc sistema firmandum, stabiliendumque, dicta auctoritate declares. Nos enim tibi omnem, et quacumque necessariam, et opportunam ad praemissa facultatem harum serie de apostolicae potestatis plenitudine tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis nec non ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima januarii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Digitized by Google

Dat. die 10. febr. 1791. Anno XVII.

DCCCLXXIII.

Confirmantur literae apostolicae Benedicti pp. XIII. ad favorem tertiariorum s. Francisci.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii minister, confratres, prior, et massarii tertiariorum duorum ordinum sancti Francisci scilicet, et beatae Mariae de Monte Carmelo loci, seu villae sancti Salvatoris de Campos dos Soyatacares fluminis Januarii dioecesis, quod alias felicis recordationis Benedictus pp. XIII. per suas in simili forma Brevis die xxx. augusti MDCCXXII. expeditas literas exemptionem a quavis jurisdictione, et superioritate ordinariorum, quam per alias suas diei XIII. decembris MDCCXXV. sub plumbo datas tertiariis ordinis sancti Francisci concesserat, ad tertiarios ordinis praedicti beatae Mariae virginis de Monte Carmelo extendit, et ampliavit, tenoris sequentis:

Benedictus PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor literarum apostolicarum latarum a Benedicto pontifice.

§. 2. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus procurator generalis ordinis fratrum beatae Mariae de Monte Carmelo quod cum ille longa experientia comprobaverit nonnullas molestias, ac vexationes utriusque sexus ejusdem ordinis tertiariis illatas ab illis locorum ordinariis, qui ejusmodi tertiarios ad eorum subjectionem, seu superioritatem adigere volunt, exoriri, idque iisdem tertiariis animi perturbationem, spiritusque dispersionem, atque supradicti ordinis superioribus non modicam sollicitudinem afferre, dictus procurator generalis, quo similibus inordinationibus occurratur, literas Nostras sub plumbo desuper ad perpetuam rei memoriam anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo quinto, quarto idus decembris, pontificatus Nostri anno secundo, expeditas, per quas, inter alia, tertiarii ordinis sancti Francisci jurisdictione, et superioritate ordinariorum eximantur, ad tertiarios primodicti ordinis per Nos summopere extendi, et ampliari desiderat. Nobis propterea praefatus procurator generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum procuratorem generalem specialibus favoribus, et prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati literas Nostras praefatas per quas tertiarii secundo dicti ordinis omnimodae jurisdictioni, et regimini eorum ministri generalis subjiciuntur, ad tertiarios utriusque sexus primodicti ordinis auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo extendimus, et ampliamus; ita ut illi priori generali pro tempore existenti hujus ordinis curae, et superioritati subjecti omnino sint, non obstantibus praemissis, ac constitutionibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, primodicti ordinis etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo septingentesimo vicesimo septimo, pontificatus Nostri anno quarto.

P. card. Oliverius

Locum ✠ Sigillo

Flagitatur confirmatio praedicta.

§. 3. Quamobrem exponentes praefati vigore apostolicorum indultorum hujusmodi jam-

rum literarum, et omnium privilegiorum de quibus extat quasi possessio. dudum sunt in pacifica quasi possessione libere exercendi omnes omnino sacras functiones juxta propria statuta in oratoria, seu cappellas ab eis intra hospitia, seu conventus fratrum ordinum hujusmodi aedificatas, quin parochi pro tempore existentes, vel episcopi Fluminis Januarii eos hisce desuper umquam molestare, aut perturbare praesumpserint. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet novissimis temporibus aliqua hisce desuper orta sit dubitatio, ipsi nihilominus in sua quasi possessione exemptionis hujusmodi adhuc permaneant ad antevertendas tamen omnes perturbationes, ac scandala, quae in posterum forsan moveri possent, atque insuper praeinsertae Benedictinae apostolicae literae firmius subsistant, et serventur exactius, memorati exponentes non solum easdem praeinsertas literas cum in omnibus in eis contentis, sed etiam omnia, et singula privilegia, et gratias spirituales, indulgentias, et remissiones peccatorum alias a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris quomodolibet tertiariis utriusque sexus ordinum fratrum sancti Francisci, et beatae Mariae virginis de Monte Carmelo respective concessa per Nos confirmari summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praeinsertas Benedictinas literas, ac omnia, et singula in eis contenta, nec non quaecumque alia privilegia, ac gratias spirituales, indulgentias, et remissiones peccatorum alias, ut praefertur, a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris tertiariis utriusque ordinis praedicti, quae tamen nunc obtinent, concessa auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis exponentibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non tertiariorum praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima februarii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLXXIV.

Dat. die 11. febr. 1792 Anno XVII.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui die 7. julii visitaverint ecclesias ordinis minorum s. Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis. §. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac s. communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum ordinis minorum s. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum ubicumque existentibus die septima

mensis julii a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad septennium tantum valituris.

Conditiones adnexae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint. Atque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, vel manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo procuratoris dicti ordinis constituti munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die XI. februarii MDCCXCII. pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die 11. feb. 1792. Anno XVII.

DCCCLXXV.

Concessio indulgentiae plenariae favore missionum fratrum minorum ordinis s. Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Universis christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Coelestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sua in Deum, et proximos charitate, et christianae religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus, quo in genere cum ordinis fratrum minorum s. Francisci Capuccinorum nuncupatorum religiosos habeamus, eosque in primis, quos dilecti filii eorumdem fratrum superiores ob hanc causam hoc ipso, et sequentibus annis in diversas christianae reipublicae provincias mittere constituerunt.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos tane eorumdem religiosorum pietatem, ac operam, eorumque ad quos illi mittendi erunt, religionem, et devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes, supplicationibus dilecti filii moderni ministri generalis ejusdem ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piamque superiorum praedictorum deliberationem, quantum cum Domino possumus promovere volentes de omnipotentis Dei misericordia, ac bb. Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi: omnibus, et singulis religiosis dicti ordinis ad missiones in quibusvis locis de ordinariorum licentia respective exercendas in futurum mittendis, ubi tamen non erunt missionarii congregationis de Propaganda Fide, et alii utriusque sexus christifidelibus ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram, et apostolicam benedictionem per praesentes impertimur, nec non eisdem vere poenitentibus, et confessis, ac s. communione refectis; qui missionibus praedictis pro tempore habendis pie, ac devote interfuerint, ac pro S. R. E. exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, haeresum extirpatione prout unicuique suggeret devotio pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino auctoritate apostolica tenore praesentium una vice dumtaxat pro unaquaque missione de ordinariorum locorum respective facienda concedimus, et elargimur. Hortantes venerabiles fratres patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, et alios ecclesiarum Dei praelatos, et rectores, ac verbi Dei praedicatores, ut in suis quibuscumque ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, praesentes literas, ac omnia in eis contenta publicent, ac publicari faciant, ac omnem eisdem religiosis favorem, et auxilia in praemissis praestent.

Conditiones adnexae, et fides habenda transumptis.

§. 3. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, vel personae in ecclesiastica dignitate constitutae sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die XI. februarii MDCCXCII. pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Digitized by Google

Dat. die 10. nov. 1777. Anno III.

Sequens Bulla utpote quae in tabulario Brevium minime existens postea alibi reperta fuerit modo hic ponitur.

Erectio collegiatae in ecclesia ss. Petri, et Pauli terrae montis Leonis dioecesis Civitatis Plebis, cum concessione privilegiorum.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Venerabili fratri episcopo Civitatis Plebis salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Sacri apostolatus ministerio meritis licet imparibus divina dispositione praesidentes, etiamsi longe lateque in toto terrarum orbe apostolicae Nostrae servitutis officia sedulo praestare debemus, praecipuam tamen de ecclesiis singulis, ubi immensam aeterni pastoris benignitatem, ea qua decet religione et pietate, extolli debere speramus, curam habere Nos convenit. Propterea que ecclesias ipsas praesertim in locis Nostrae et Sedis apostolicae ditioni subjectis, personasque illarum servitio destinandas, ut ex ipsis sacrarum laudum cantica ad divini nominis gloriam honorificentius, ferventiusque proveniant, dignioribus nominibus et titulis decorare non praetermittimus, ac pia quoque et salubria christifidelium vota, quae ad earumdem ecclesiarum splendorem, divinique cultus amplitudinem augendam, etiam per bonorum unionis, et applicationis ministerium ordinata esse dignoscuntur suscipere, aliaque desuper opportuna exequi procuramus quae in Domino arbitramur salubriter expedire.

Enumeratio beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura animarum existentium in oppido sanctae Sedi reservatorum.

§. 2. Dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura apud Sedem apostolicam tunc vacantia, ed in antea vacatura collationi et dispositioni Nostrae reservavimus, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Cum itaque postmodum parochialis ecclesia, prioratus nuncupata, sanctorum Petri et Pauli apostolorum terrae montis Leonis Civitatis Plebis dioecesis per Caesaris Cherubini presbyteri nuper ipsius parochialis ecclesiae rectoris, prioris nuncupati, et unum ad vel sub sancti Antonii de Padua nuncupati in ecclesia ejusdem s. Antonii dictae terrae, quod, sicut accepimus, de jurepatronatus laicorum familiae, videlicet illorum de Cenci per Francisci Paoletti, ac aliud ad vel sub sanctae Catharinae in dicta parochiali ecclesia, quod, sicut etiam accepimus, de jurepatronatus laicorum, videlicet pro tempore existentium communitatis et hominum dictae terrae per Angeli Berardi, ac aliud ad vel sub sanctissimi Crucifixi in ecclesia ejusdem sanctissimi Crucifixi extra moenia dictae terrae, quod, sicut pariter accepimus, de jurepatronatus laicorum activi scilicet pro tempore existentium confratrum confraternitatis, de Morte nuncupatae, forsan in eadem parochiali, seu alia dictae terrae ecclesia canonice erectae, et passivi familiarum illorum de Tenti, et Calvigi per Hieronymi Tenti presbyterorum, ac reliquum perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica ad vel sub Annunciationis Beatae Mariae Virginis respective altaria, seu respective invocationibus in eadem parochiali ecclesia, quod sicut similiter accepimus, de jure patronatus laicorum, nempe pro tempore existentium confratrum confraternitatis ejusdem Annunciationis Beatae Mariae Virginis etiam forsan in eadem parochiali, seu alia dictae terrae ecclesia pariter canonice erectae ex fundatione, vel dotatione respective existunt per Bernardini etiam Tenti clerici ex dicta terra, ut asseritur, oriundorum nuper in dictis respective ecclesiis respective perpetuorum beneficiatorum dilectorum filiorum respective liberas resignationes de illa, et illis, quam videlicet dictus Caesar a triennio et ultra illi personaliter deserviendo, et quae Franciscus, et Angelus, ac Hieronymus, et Bernardinus praefati ab uno et ultra tunc respective obtinebant in manibus Nostris ad infrascriptum tamen effectum sponte factas, et per Nos admissas, et quoad parochialem ecclesiam praefatam apud sedem eamdem vacaverint, et vacent ad praesens, nullusque de parochiali ecclesia praefata praeter Nos hac vice disponere potuerit, sive possit reservatione, et decreto obsistentibus supradictis.

Clerus, communitas, confraternitates, et homines loci ad praestantiam oppidi augendam erectionem collegiatae parochiali ecclesia exquirunt.

§. 3. Et sicut exhibita Nobis nuper pro parte Caesaris, et Francisci, ac Angeli, et Hieronymi, ac Bernardini presbyterorum, nec non dilectorum etiam filiorum modernorum cleri communitatis, et hominum dictae terrae petitio continebat in terra illa, quae una ex civitioribus terris Civitatis Plebis dioecesis, et popu-

lo satis referta, ac sufficienti ecclesiasticorum numero ditata dignoscitur inter alias quinque saecularium virorum ecclesias, ac tres forsan utriusque sexus christifidelium confraternitates in praefata parochiali, aut aliis privatis ecclesiis canonice erectas, et unum hospitale pro pauperibus infirmis excipiendis fundatum: dicta parochialis ecclesia pulchrae structurae, et non mediocris magnitudinis existens erecta, constituta reperiatur. Ipsique Caesar, et Franciscus, ac Angelus, et Hieronymus, ac Bernardinus, nec non clerus ac communitas illustrioris primodictae terrae pro majori illius, ac divini cultus decore parochialem ecclesiam in saecularem, et insignem collegiatam, quae etiam parochialis, ut antea, existat, ecclesiam cum infrascriptis dignitate et canonicatibus, ac praebendis per Nos apostolica auctoritate, ut infra, erigi, et institui exoptent, proindeque Caesar praefatus dictam parochialem ecclesiam et Franciscus et Angelus, ac Hieronymus et Bernardinus praefati dicta quatuor beneficia, ut praefertur, resignaverint.

Enumerantur bona, quae in dotatione ecclesiae, consentientibus patronis conferri possent.

§. 1. Si igitur sicut eadem petitio subjungebat dicta parochialis ecclesia, nec non dicta quatuor beneficia resignata ex nunc, ac ex nunc pro tunc et e contra postquam tamen unum scilicet ad vel sub ejusdem sanctissimi Crucifixi in praefata parochiali ecclesia, quod de praefato jurepatronatus laicorum eorumdem pro tempore existentium confratrum praefatae confraternitatis de Morte etiam ex fundatione, vel dotatione existit, et quod Josephus Bartocci: ac aliud pariter ad vel sub praefati sanctissimi Crucifixi in dicta ecclesia ejusdem sanctissimi Crucifixi extra praefata moenia primodictae terrae ad quod, dum illud pro tempore vacat, nominatio seu praesentatio personae idoneae in eo ad nominationem seu praesentationem hujusmodi per ordinarium loci, aut alias instituendae ad pro tempore existentes rectorem dictae parochialis ecclesiae, ac unum sanctorum Angeli et Honufrii, et alterum Nativitatis praefatae Beatae Mariae Virginis in eadem parochiali ecclesia existentia perpetua simplicia, dictamque residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica pro tempore respective obtinentes, cessantibus tamen reservationibus, et affectionibus apostolicis, spectat et pertinet; et quod Paulus Cecchetti, et quae etiam, sicut quoque accepimus, de jurepatronatus laicorum, videlicet pro tempore existentium communitatis, et hominum primodictae terrae etiam ex fundatione et dotatione existunt aliud ad vel sub praefatae s. Catharinae in eadem parochiali ecclesia quod Antonius Novelli, ac aliud ad vel sub Beatae Mariae Virginis della Torre nuncupatae in ecclesia ejusdem Beatae Mariae Virginis della Torre primodictae terrae quod Theodorus Brizi clerici, seu presbyteri dilecti quoque filii, ac aliud ad vel sub eorumdem sanctorum Angeli et Honufrii in praefata parochiali ecclesia, quod dictus Caesar ex dispensatione apostolica, ac aliud ad vel sub nativitatis praefatae Beatae Mariae Virginis in eadem parochiali ecclesia, quod, sicut pariter accepimus, de jure patronatus laicorum et clericorum mixtim etiam ex fundatione vel dotatione existit, et ad quod dum illud pro tempore vacat, praesentatio personae idoneae in eo ad praesentationem per ordinarium loci, aut alias instituendae ad eosdem pro tempore existentes communitatem et homines primodictae terrae pro duabus ex tribus partibus, pro tertia vero parte juris patronatus hujusmodi ad pro tempore existentem dictae parochialis ecclesiae rectorem spectat et pertinet, et quod Franciscus Calvigj, nec non quae liberae collationis existunt aliud ad vel sub s. Laurentii in ecclesia rurali ejusdem s. Laurentii in discricto primodictae terrae sita, quod Franciscus Manzotti, ac aliud ad vel sub s. Blasii in ecclesia praefati s. Blasii primodictae terrae quod Eufemius Levi clerici, seu presbyteri dilecti similiter filii, et reliquum perpetua, simplicia, et similem residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica ad vel sub s. Antonini respective altaris, seu respective invocationibus in ecclesia ejusdem s. Antonini in districto terrae di Monte Gabbione intra fines dioecesis Urbevetanae pro tempore tamen existenti episcopo Civitatis Plebis subjecta existente, quod dilectus quoque filius Raymundus Rubini clericus, seu presbyter, qui ut etiam asseritur, venerabilis fratris Nostri Hieronymi episcopi Praenestini Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Spinola nuncupati familiaris, et continuus commensalis existit, ad praesens respective obtinent per ipsorum respective obitum, ut infra, vacaverint, illorumque respective tituli collativi dicta apostolica auctoritate, et ut infra supprimerentur, et extinguerentur, ipsaque parochialis ecclesia in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochia-

lis ut antea existat, ecclesiam sub invocatione eorumdem sanctorum Petri et Pauli apostolorum, et in ea unus prioratus, qui inibi dignitas principalis et unica existat, et cui cura animarum dilectorum etiam filiorum parochianorum dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam, ut infra erigendae immineat, ac novem canonicatus, totidemque praebendae perpetuo ut infra erigerentur et instituerentur. Et quo dicti prioratus, nec non canonicatuum et praebendarum ut infra erigendi, ac erigendorum, et erigendarum hujusmodi respective dote, illumque, ac illos, et illas pro tempore respective obtinentium congrua substentatione, ac infrascriptorum, et aliorum ei et eis pro tempore respective incumbentium onerum supportatione omnia et singula ex nunc dictae parochialis ecclesiae resignatae, ac quatuor priorum beneficiorum resignatorum, ac ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum novem posteriora beneficia hujusmodi obtenta, ut praefertur, vacaverint etiam omnia et singula dictorum novem posteriorum beneficiorum obtentorum, nec non infrascriptorum legatorum piorum respective bona pariter perpetuo, ut infra, applicarentur, et appropriarentur, aliaque infrascripta per Nos fierent et concederentur, ex hoc profecto divinus cultus in dicta parochiali ecclesia in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam ut infra erigenda, majus susciperet incrementum, ac piis praefati Caesaris, et Francisci primodicti, ac Angeli, et Hieronymi, ac Bernardini, nec non cleri, ac communitatis, et hominum praefatorum votis opportune consuleretur. Quare pro parte dicti Caesaris, et Francisci primodicti, ac Angeli, et Hieronymi, ac Bernardini praefatorum, quorum quilibet duo vel tria perpetua simplicia, et similem residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica in aliis quam praefata parochiali in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam ut infra erigenda, ecclesiis sita, quorum insimul, seu quorum cujuslibet fructus, redditus, et proventus viginti quatuor ducatorum auri de camera valorem annuum non excedunt, forsan obtinent, nec non cleri ac communitatis et hominum praefatorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus piis eorum desideriis hujusmodi in praemissis benigne annuere de benignitate apostolica dignaremur.

Episcopo committitur, ut auctoritate apostolica ecclesiam parochialem in collegiatam erigat assignatis bonis, provenientibus a totidem beneficiis ecclesiasticis extinctis.

§. 5. Nos igitur qui ecclesiasticorum virorum preces ad divini nominis gloriam tendentes libenter admittimus, illasque optatum finem quantum cum Domino possumus, expedire consequi ex animo concupiscimus, praefatum Caesarem et Franciscum primodictum, et Angelum, ac Hieronymum, et Bernardinum, nec non clerum, ac communitatem, et homines praefatos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eosque et eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, et non tamen quoad communitatem et homines praefatos suspensionis, et quoad omnes praefatos interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint ad id evocandi, parochialem ecclesiam praefatam, cujus etiam una cum incertis sexaginta ducatorum auri de camera hujusmodi, et primodictum cujus viginti quinque, et secundo dictum cujus centum, et tertio dictum cujus octodecim, et quartodictum beneficia resignata praefata, cujus viginti, ac quintodictum cujus quatuordecim, et sextodictum cujus etiam viginti quinque, et septimo et octavodictum, quorum insimul quadraginta quinque, et nonodictum cujus etiam quadraginta quinque, et decimodictum cujus quadraginta, ac undecimodictum, et duodecimodictum, quorum etiam insimul quadraginta duorum, et tertiodecimodictum beneficia obtenta hujusmodi, cujus et illis forsan annexorum triginta quinque scutorum monetae romanae respective fructus, redditus et proventus secundum communem aestimationem valorem annuum, ut pariter asseritur, non excedunt, sive praemisso, sive alio quoad dictam parochialem ecclesiam, quo vero ad quatuor priora beneficia resignata hujusmodi, sive ut praefertur, sive alias quovis modo, aut ex aliorum quorumcumque personis, sive per similes vel alias liberas dicti Caesaris, et primodicti Francisci, ac Angeli, et Hieronymi, ac Bernardini praefatorum, vel quorumvis aliorum resignationes de illa et illis in Romana curia, vel extra eam

quoad parochialem ecclesiam praefatam, quo vero ad quatuor priora beneficia resignata hujusmodi extra eamdem curiam etiam coram Nobis et testibus sponte factas, aut quoad parochialem ecclesiam propter constitutionem piae memoriae Joannis papae XXII. praedecessoris Nostri, quae incipit *Execrabilis*, vel tam quoad illam quam quatuor priora beneficia resignata praefata assecutionem alterius beneficii ecclesiastici quavis quoad parochialem ecclesiam praefatam, quo vero ad quatuor priora beneficia resignata hujusmodi ordinaria auctoritate collati, non tamen per obitum vacent, etiamsi tamen tempore vacaverint, quod ejus et eorum collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem praefatam legitime devoluta, dictaque parochialis ecclesia, ac praefata quatuor priora beneficia resignata hujusmodi dispositioni apostolicae specialiter, vel alias, et quoad parochialem ecclesiam praefatam generaliter reservata existant, et super ea et eis inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus, pro expresso pendeat indecisa, et quoad parochialem ecclesiam praefatam, dummodo ejus dispositio ad Nos hac vice pertineat, quo vero ad quatuor priora beneficia resignata hujusmodi dummodo tempore datae praesentium non sit in eis alicui specialiter jus quaesitum, et quoad parochialem ecclesiam, et quatuor priora beneficia resignatam, et resignata hujusmodi ex nunc, quo vero ad novem posteriora beneficia obtenta hujusmodi ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum eadem novem posteriora beneficia obtenta per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem Josephi, et Pauli, ac Antonii, et Theodori, ac Caesaris praefatorum, et secundodicti Francisci, ac tertiodicti Francisci, ac dictorum Euphemii et Raymundi, aut alias quovis modo etiam apud Sedem apostolicam praefatam ex quocumque decreto vacationis, seu cessionis cujuscumque juris apostolica auctoritate in provisionibus de aliis beneficiis ecclesiasticis Josepho, et Paulo, ac Antonio, et Theodoro, ac Caesari praefatis, et secundo dicto Francisco, ac tertiodicto Francisco, ac dictis Euphemio et Raymundo eadem apostolica auctoritate faciendis apponendo, seu tunc apposito vacare contigerit, illius et illorum respective titulum collativum, denominationem, naturam, et essentiam parochialis ecclesiae collativae, et beneficiorum collativorum ita, quod ex nunc eadem parochialis ecclesia et singula beneficia hujusmodi collativa esse desinant, et de caetero uti talis et talia in titulum collativum quavis auctoritate conferri et impetrari, vel alias de dicta parochiali ecclesia, et singulis beneficiis praefatis, et illorum quolibet, et quoad parochialem ecclesiam praefatam etiam praevio concursu disponi nullatenus umquam possit; et si dictam parochialem ecclesiam et singula beneficia praefata, et eorum quodlibet deinceps conferri, aut impetrari, vel alias de illa et illis et eorum quolibet quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes et quaevis aliae dispositiones de illa et illis et eorum quolibet sic faciendae nullae et invalidae, nulliusque roboris vel momenti existant, nullique suffragentur, nec coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant de dilectorum quoque filiorum modernorum quatuor priorum resignatorum, ac quinque ex novem posterioribus beneficiis obtentis praefatis, videlicet ex eis primo, tertio, quarto, quinto, et sexto dictorum beneficiorum obtentorum hujusmodi patronorum respective consensu auctoritate Nostra perpetuo supprimas et extinguas, illisque sic suppressis et extinctis parochialem ecclesiam praefatam in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat ecclesiam sub invocatione, denominatione et titulo eorumdem sanctorum Petri et Pauli apostolorum cum capitulo, stallo, choro, mensa capitulari, arca, bursa, et sigillo communibus omnibus, et singulis aliis collegialibus signis et insigniis, praerogativis, libertatibus, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praeeminentiis, antelationibus, concessionibus, et gratiis saecularibus, et insignibus aliis collegiatis, quae etiam parochiales existunt, ecclesiis de jure, usu, stylo, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet, non tamen ex indulto, seu privilegio particulari concessis et competentibus, nec titulo oneroso acquisitis, et in ea unum prioratum, qui inibi dignitas principalis et unica, Sedisque apostolicae dispositioni semper reservata existat pro uno presbytero, atque doctore, aut in theologia magistro, vel licentiato futuro priore, qui dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam infra erigendae, illiusque capituli caput

existat, et in choro, processionibus, aliisque actibus, et functionibus capitularibus tam publicis, quam privatis ejusdem parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam, ut infra erigendae praesit, ac praeeminentiam, et praecedentiam, primumque et digniorem locum, nec non vocem et votum in eodem capitulo habeat, cuique universa et omnimoda animarum eorumdem parochianorum, quae pro tempore existenti dictae parochialis ecclesiae rectori ante illius suppressionem et extinctionem hujusmodi imminebat, cura, illiusque liberum exercitium in eadem parochiali ecclesia in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam ut infra, erigenda plene, omnimode, et privative quoad omnes alios immineat, nec non novem canonicatus, totidemque praebendas, ex quibus videlicet quintum et quintam beatae Mariae virginis della Torre nuncupatae, et sanctae Catharinae, quorum viginti quinque ducatorum auri de camera hujusmodi et juliorum duodecim monetae praefatae cum dimidio alterius julii similis, ac sextum et sextam sanctorum Angeli et Honufrii, quorum trigintaduorum ducatorum auri similium, ac septimum et septimam Nativitatis beatae Mariae virginis, quorum viginti octo ducatorum auri parium, et juliorum decem praefatae monetae, ac octavum et octavam sanctorum Laurentii et Blasii, quorum viginti quatuor ducatorum auri similium, ac nonum canonicatus, et nonam sancti Antonii respective nuncupandas praebendas hujusmodi, quorum et illis forsan respective annexorum viginti ducatorum auri parium respective fructus, redditus, et proventus secundum communem aestimationem praefatum valorem annuum, ut similiter asseritur, constituunt, et quoad octavo et nono dictos canonicatus, ac octavo et nono dictas praebendas erigendos, et erigendas reservationibus et affectionibus apostolicis semper subjectos, et subjectas existere debentes pro totidem clericis seu presbyteris futuris dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam ut infra erigendae canonicis qui una cum praefato priore capitulum dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam ut infra erigendae constituant, ipsique omnes apud illam personaliter residere, et in ea singulis dominicis, et aliis de praecepto Ecclesiae festivis diebus tantum horas canonicas tam diurnas, quam nocturnas, ac conventualem, seu majorem, aut alias missas, caeteraque divina officia collegialiter, ac cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitare, decantare, et psallere, divinisque officiis tam diurnis quam nocturnis interesse, ac alias dictae parochiali ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam, ut infra erigendae in divinis laudabiliter deservire debeant, et teneantur, dicta auctoritate Nostra etiam perpetuo erigas et instituas.

Constituitur dos mensae capitularis.

§. 6. Illisque sic erectis et institutis pro dicti prioratus, ac novem canonicatuum, totidemque praebendarum per te, ut praefertur, erigendi, ac erigendarum hujusmodi respective dote, illumque, ac illos, et illas pro tempore respective obtinentium congrua substentatione, ac praefatorum, atque infrascriptorum eis pro tempore incumbentium onerum supportatione dicto prioratui per te, ut praefertur, erigendo, licet omnia et singula dictae parochialis ecclesiae per te, ut praefertur, supprimendae et extinguendae bona, et jura, et primitias stolae nuncupata etiam ratione exercitii curae animarum hujusmodi lucrifieri et percipi solita, ac undecumque et quomodocumque obvenientia, non tamen ea, quae ad dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae sacristiam spectant et pertinent, ac primodicto et primodictae etiam omnia et singula primodicti beneficii, ac alias unius a quodam tunc in humanis agente Ludovica Pacini ad altare sanctissimi Rosarii in dicta parochiali ecclesia in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis, ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigenda situm dum viveret fundati annui redditus octo scutorum dictae monetae de consensu dilecti quoque filii Josephi Cenci moderni unici illius patroni, ac alterius etiam annui redditus quinque scutorum ejusdem monetae cum onere quinque missarum in ecclesia pro tempore existentium confratrum confraternitatis praefati sancti Antonii de Padua nuncupati quolibet anno celebrandarum, legatorum piorum insimul cum primodicti be-

neficii fructibus, redditibus et proventibus praefatis summam triginta octo scutorum dictae monetae annuatim constituentium, adimpleto tamen onerum hujusmodi primodicto beneficio, ac dictis duobus legatis piis, ut praefertur, incumbentium penes primumdictum canonicatum, et primodictam praebendam per te, ut praefertur, erigendum et erigendam pro tempore obtinentem remanente, ac secundodicto et secundodictae etiam omnia et singula secundodicti beneficii; ac tertiodicto et tertiodictae similiter omnia et singula tertiodicti beneficii, et alia legati pii etiam ad praefatum altare sanctissimi Rosarii in dicta parochiali ecclesia in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erecta a quodam etiam tunc in humanis agente Constantino Nato quondam Petri pariter dum viveret fundati etiam annui redditus quinque scutorum dictae monetae circiter de consensu dicti Caesaris uti dictae parochialis ecclesiae per te, ut praefertur, supprimendae et extinguendae rectoris et moderni ejusdem legati pii patroni, et cum onere viginti missarum quolibet anno celebrandarum, alia nonnullorum aliorum legatorum piorum in praefata ecclesia sanctissimi Crucifixi a quodam Sebastiano Franchi et Sebastiano della Coscienza, ac Angelo Lutrech, etiam dum respective viverent fundatorum pariter annui redditus in totum sex scutorum ejusdem monetae, ac ex nunc prout ex tunc, alia pariter praefati beneficii sanctissimi Crucifixi in dicta parochiali ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigenda insimul cum illius fructibus, redditibus, et proventibus praefatis summam quadraginta trium circiter scutorum dictae monetae etiam annuatim constituentium; ac quartodicto et quartodictae pariter omnia et singula quartodicti beneficii ac ex nunc prout ex tunc dicti beneficii, praefati sanctissimi Crucifixi extra praefata moenia primodictae terrae insimul ad summam quadragintaquinque scutorum monetae hujusmodi circiter annuatim ascendunt oneribus quartodicto beneficio sanctissimi Crucifixi extra dicta moenia primodictae terrae etiam incumbentibus illorumque adimplemento penes quartodictum canonicatum et quartodictam, praebendam per te, ut praefertur, erigendum et erigendam etiam pro tempore obtinentem redditibus, cui praefata confraternitas Annunciationis beatae Mariae virginis loco subministrationis sacrarum supellectilium et adimplementi praefatorum onerum quartodicto beneficio, ut praefertur incumbentium juxta conventionem factam, summam quinque scutorum monetae praefatae quotannis contribuere tenetur; et quintodicto ac quintodictae itidem omnia et singula praefatae sanctae Catharinae, et praefatae beatae Mariae virginis della Torre nuncupatae etiam ex nunc pro tunc, ac sextodicto et sextodictae itidem omnia et singula praefati sanctorum Angeli et Honufrii pariter ex nunc pro tunc, et septimodicto ac septimodictae praebendae similiter omnia et singula praefati Nativitatis beatae Mariae virginis etiam ex nunc pro tunc, ac octavodicto, et octavodictae pariter ex nunc pro tunc omnia et singula praefati sancti Laurentii et praefati sancti Blasii, ac nono seu ultimodictis canonicatibus, ac nono seu ultimo dictis praebendis per te, ut praefertur, erigendis etiam omnia et singula praefati sancti Antonini respective beneficiorum hujusmodi similiter ex nunc pro tunc, et cum primum illa respective, ut praefertur, vacaverint, respective bona, res, proprietates actiones, et jura undecumque, quomodocumque, et qualitercumque provenientia, et ad dictam parochialem ecclesiam, ac singula beneficia praefata per te, ut praefertur, supprimendam et extinguendam, ac supprimenda et extinguenda respective spectantia et pertinentia.

§. 7. Ita quod liceat futuris priori, et novem canonicis dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae, priori videlicet, et omnium et singulorum dictae parochialis ecclesiae per te ut praefertur supprimendae et extinguendae, et primodicto etiam omnium et singulorum primodicti, et aliorum primo et secundodictorum legatorum piorum, et secundodicto etiam pariter omnium et singulorum secundodicti, ac tertiodicto similiter omnium et singulorum tertiodicti, ac etiam aliorum tertiodicti, ac praefatorum nonnullorum reliquorum legatorum piorum, ac quartodicto pariter omnium et singulorum quartodicti et praefati sanctissimi Crucifixi extra dicta moenia primodictae terrae, et quintodicto etiam omnium et singulorum praefati sanctae Catharinae, et praefati beatae Mariae virginis, et sextodicto

Priori, et canonicis conceditur facultas capiendi possessionem bonorum, et utendi fructibus loco quotidianae distributionis, pro qua certae leges praefiniuntur.

itidem omnium et singulorum praefati sanctorum Angeli et Honufrii, et septimodicto similiter omnium et singulorum praefati Nativitatis beatae Mariae virginis, ac octavodicto pariter omnium et singulorum praefati sancti Laurentii, et dicti sancti Blasii, et nono seu ultimo dicto canonicis etiam omnium et singulorum praefati sancti Antonini beneficiorum per te, ut praefertur, supprimendorum et extinguendorum respective bonorum, rerum, proprietatum, actionum, et jurium quorumcumque, et quoad priorem praefatum etiam illorum ratione exercitii curae animarum hujusmodi lucrifieri, et percipi solitorum, et ad rectorem dictae parochialis ecclesiae ante illius suppressionem et extinctionem per te, ut praefertur, faciendas hujusmodi quomodolibet spectantium et pertinentium, quae omnia et singula ad futuri et pro tempore existentis prioris dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam, per te ut praefertur erigendae, favorem et commodum libere, plene, integre, et privative quoad omnes alios cedant, et cedere debeant respective veram, realem, et corporalem possessionem vel per se, vel per alium, seu alios eorum, ac prioratus et singulorum canonicatuum, et singularum praebendarum per te ut praefertur, erigendi; ac erigendorum et erigendarum hujusmodi respective nominatarum propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam pacifice retinere, illorumque respective fructus, redditus, et proventus, rationes et emolumenta quaecumque, cum hoc tamen quod pars aliqua praefatorum, et illorum quantitatis in usum distributionum quotidianarum arbitrio tui, et pro tempore existentis episcopi Civitatis Plebis destinari, et sic destinata in usum distributionum quotidianarum hujusmodi inter praefatos priorem, et novem canonicos dictae parochialis ecclesiae in saecularem, et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat ecclesiam per te ut infra erigendae pro tempore existentes, et horis canonicis, aliisque divinis officiis praefatis in ea, ut praefertur, celebrandis personaliter interessentes juxta eorum, et cujuslibet eorum interessentiam dividenda semper stare debeat, ita quod distributionum quotidianarum non interessentium portiones, infirmitatis, aut alio legitimo impedimento cessante, praesentibus et interessentibus accrescant, et ipso jure auctae censeantur. Et quotiescumque praefatus prior in exercitio curae animarum hujusmodi, et sacramentorum ecclesiasticorum administratione occupatus fuerit, pro praesente et interessente habeatur, similesque distributiones pro rata ei debita lucrari possit et valeat respective percipere, exigere, levare, locare, dislocare, arrendare, administrare, ac in eorum et cujuslibet eorum respective usum et utilitatem convertere, dioecesani loci vel alterius licentia desuper minime requisita.

§. 8. Nec non quod super septem prioribus canonicatibus et praebendis per te, ut praefertur, erigendis, idem juspatronatus tam utile quam honorificum, et quomodolibet privilegiatum, quod super quatuor prioribus resignatis, et quinque ex dictis novem posterioribus beneficiis obtentis, et per te, ut praefertur, supprimendis et extinguendis quovis titulo ad primodictum videlicet ad illos de familia de Cenci, et ad secundodictum ad eosdem pro tempore existentes communitatem et homines primodictae terrae, et ad tertiodictum ad praefatos pro tempore existentes confratres confraternitatis de Morte, et ad quartodictum priora beneficia hujusmodi ad eosdem pro tempore existentes confratres confraternitatis ejusdem Annunciationis beatae Mariae virginis, et ad quinque ex dictis novem posterioribus beneficiis praefatis ad unum ex illis videlicet ad praefatos pro tempore existentes confratres dictae confraternitatis de Morte, et ad alia tria ex eis ad praefatos pro tempore existentes communitatem et homines primodictae terrae, et ad reliquum et quinque praefatis ex posterioribus novem beneficiis hujusmodi ad communitatem et homines primodictae terrae, et rectorem dictae parochialis ecclesiae per te, ut praefertur supprimendae et extinguendae respective spectabat, et pertinebat praefatis de dicta familia Cenci, et confratribus dictae confraternitatis de Morte, ac communitati et hominibus primodictae terrae, et priori dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae semper, et perpetuo prout antea in eisdem statu et terminis, in quibus jurapatronatus hujusmodi ante suppressionem et extinctionem per te ut praefertur, faciendas praefatas reperiebantur, respective salva et illaesa remaneant; et attento quod quartodicti canonicatus et praebenda per te, ut prae-

Disponitur de jure patronatus prioratus, canonicatuum, et praebendarum.

fertur, erigendi, et quartodicti beneficii quod de jurepatronatus laicorum scilicet dictorum pro tempore existentium confratrum praefatae confraternitatis ejusdem Annunciationis beatae Mariae virginis ex fundatione vel dotatione, ut praefertur, et ex praefati beneficii sanctissimi Crucifixi in dicta ecclesia ejusdem sanctissimi Crucifixi extra praefata moenia primodictae terrae, et quod dum illud pro tempore vacat, nominatio seu praesentatio personae idoneae in eo ad nominationem, seu praesentationem hujusmodi per ordinarium loci aut alias instituendae ad tunc existentem rectorem dictae parochialis ecclesiae per te, ut praefertur, supprimendae et extinguendae spectabat, et alterum sanctorum Angeli et Honufrii, et alterum nativitatis ejusdem beatae Mariae virginis in eadem parochiali ecclesia per te, ut praefertur, supprimenda, et extinguenda existentia beneficia ecclesiastica respective obtinentes, cessantibus tamen praefatis reservationibus, et affectionibus apostolicis spectat et pertinet respective fructibus, redditibus, et proventibus praefatis dotantur, cum hoc etiam quod in futuris vacationibus quartodictorum canonicatus, et praebendae per te, ut praefertur, erigendorum ad illos pro tempore vacantes, postquam tamen vacatio dicti beneficii sanctissimi Crucifixi in praefata ecclesia ejusdem sanctissimi Crucifixi extra dicta moenia primodictae terrae, ut praefertur, existente secuta fuerit, ut praefertur, ex tunc nominatio, seu praesentatio ejusdem personae idoneae in eis ad nominationem, seu praesentationem hujusmodi per ordinarium loci, aut alias instituendae pro una videlicet ad patronos ecclesiasticos, nempe pro tempore existentem priorem dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae, et ad praefata duo scilicet unum dictorum sanctorum Angeli et Honufrii, et alterum praefatae nativitatis beatae Mariae virginis beneficia ecclesiastica hujusmodi pro tempore respective obtinentes, cessantibus tamen eisdem reservationibus, et affectionibus apostolicis; pro altera vero vicibus ad pro tempore existentes officiales praefatae confraternitatis sanctissimae Annunciationis ejusdem beatae Mariae virginis praesentationis turno inter eos diviso alternatim spectare et pertinere, et alternativa hujusmodi ab iisdem patronis ecclesiasticis incipere respective debeat, ac etiam cum hoc, quod ad praefatos priores septem canonicatus, et praebendas per te, ut praefertur, erigendos et erigendas illorum respective vacationibus in turno laicorum tantum extra Romanam curiam pro tempore occurrentibus ad illos praesentatio per pro tempore existentes illorum respective patronos laicos inter personas laicorum, seu presbyterorum ex primodicta terra oriundorum praelative quoad omnes alios fieri debeat: canonicatus vero, et praebendae octavo, et nonodicti reservationibus et affectionibus apostolicis subjecti, et liberae collationis Sedis apostolicae praefatae semper, ac etiam a primaevis illorum erectione et institutione hujusmodi vacantes reservati existant.

§. 9. Primodictus vero Franciscus, ac Angelus, et Hieronymus, et Bernardinus praefati de prioribus quatuor canonicatibus et praebendis per te, ut praefertur, erigendis ut infra providendi in choro, stallo, et capitulo dictae parochialis in saecularem, et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae antianitate juxta antiquioritatem possessionis eorum respective quatuor priorum beneficiorum, ut praefertur, resignatorum gaudere debeant eadem auctoritate Nostra sine alicujus praejudicio etiam perpetuo applices et appropries: Nos enim si suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem, applicationem, appropriationem, aliaque praemissa per te vigore praesentium fieri contigerit, ut praefertur, futuris priori, et canonicis dictae parochialis ecclesiae in saecularem, et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae, eorumque in prioratu, ac canonicatibus, et praebendis per te, ut praefertur, erigendis hujusmodi respective successoribus pro majori dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae decore, et in ea divini cultus hujusmodi augmento, ut ipse prior videlicet mozzettam sericam cum caputio violacei coloris pellibus ermellinis fimbriatam, cum asulis et nodulis cremisini coloris super rochettum, quod ad praesens gestat; canonici vero similem violaceam cum caputio ejusdem violacei coloris cum praefatis asulis, et

Ordo antianitatis inter canonicos statuitur, et assignantur signa, et vestes quibus uti teneantur.

modulis praefati cremisini coloris absque dictis pellibus supra cottam, tam in dicta parochiali ecclesia in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigenda, quam extra eam, illiusque filiabus ecclesiis, si quae illi subsint etiam in processionibus, et funeralibus, anniversariis, aliisque quibuscumque actibus, et functionibus publicis, et privatis inter missarum, et horarum canonicarum diurnarum pariter et nocturnarum, ac vesperarum, aliorumque divinorum officiorum hujusmodi celebrationem, ac etiam extra primodictam terram et dioecesim Civitatis Plebis, et ubique locorum etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis etiam in praesentiam ejusdem S. Romanae Ecclesiae cardinalium etiam de latere legatorum, vicelegatorum, et Sedis apostolicae praefatae nunciorum, archiepiscoporum et episcoporum, ac ordinarii etiam proprii, et aliorum quorumcumque deferre et gestare, illisque respective uti libere et licite possint et valeant, et quilibet eorum possit et valeat apostolica auctoritate de speciali gratia etiam in perpetuo concedimus et indulgemus.

Jura, et privilegia capitulo concessa, etiam pro condendis statutis.

§. 10. Ac demum futuris et pro tempore existentibus dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae priori et canonicis, ut ipsi capitulariter congregati pro dictae parochialis ecclesiae in saecularem, et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae, illiusque mensae capitularis, nec non sacristiae, earumque respective rerum, bonorum et jurium tam spiritualium quam temporalium prospero et felici statu, regimine, gubernio, et directione, nec non onerum illis pro tempore respective incumbentium supportatione, divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione, divisione, poenarum per absentes, et divinis officiis hujusmodi suis loco et tempore non interessentes, seu onera et ministeria eis et eorum cuilibet respective incumbentium subire negligentes incurrendarum incursu, servitio chori praestando, singulorum praesentiis, et absentiis notandis, caeremoniis et ritibus in dicta parochiali ecclesia in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigenda, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus hujusmodi servandis, officialibus et ministris dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis, ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae necessariis deputandis et amovendis, ac ministeriis per ipsos subeundis, salariis et stipendiis praestandis, et quibuscumque aliis rebus in praemissis et circa praemissa quomodolibet necessariis et opportunis quaecumque statuta et ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus et constitutionibus apostolicis, ac concilii Tridentini decretis minime adversantia, et per ordinarium loci prius examinanda, et approbanda edere, et edita praevia approbatione ipsius ordinarii declarare, interpretari, et in meliorem formam redigere, et limare, seu alia etiam de novo ex integro eisdem tamen sacris canonibus et constitutionibus apostolicis, decretisque praefatis minime adversantia, et, ut praefertur, per eumdem ordinarium loci examinanda et approbanda, et per eos ad quos spectat et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit observanda sub poenis in contravenientes infligendis similiter edere etiam libere et licite valeant, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate etiam in perpetuo concedimus ex impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Praesentes quoque et in eis contenta quaecumque nullo umquam tempore, et ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, legitima, pia, privilegiata, ac speciali nota digna de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut alio quolibet quantumvis substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specialem mentionem, et expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari aut ad viam et terminos juris reduci, aut adversus illas aliud quodcumque juris, vel facti aut gratiae, seu justitiae remedium impetrari, seu etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine concesso et impetrato quem-

piam uti, seu se juvari posse, neque illas utpote ad majorem Dei gloriam ac divini cultus praefati augumentum hujusmodi emanatas sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas hactenus editas, et quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium, et cujuslibet eorum ad summi apostolatus apicem aut alias sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, in posterum edendas comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum ac validissimum, et eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per pro tempore existentes priorem, ac capitulum, et canonicos dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae quandocumque eligenda concessas esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, et sic ab omnibus censeri, et ita per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac praefatae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictaeque Sedis nuncios praefatos judicari et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Sanctio poenalis.

§. 12. Et nihilominus eidem fraternitati tuae per eadem apostolica scripta mandamus, quatenus prioratum praefatum per te, ut praefertur, erigendum, cujus quinquaginta septem ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum duorum monetae Romanae praefatae cum dimidio alterius julii similis, computatis vero distributionibus quotidianis, aliisque incertis sexaginta ducatorum auri similium dicto Caesari absque novo examine, ac primodictum, et primodictam sancti Antonii, quorum viginti unius ducatorum auri hujusmodi, et juliorum duodecim dictae monetae cum dimidio alterius julii paris primodicto Francisco de dilectorum filiorum modernorum familiae videlicet illorum de Cenci, ac secundo dictum, et secundo dictam sanctae Catharinae quorum quadraginta septem ducatorum auri similium, et juliorum duorum dictae monetae cum dimidio alterius julii paris Angelo de dilectorum etiam filiorum modernorum communitatis et hominum primodictae terrae, ac tertiodictum et tertiodictam sanctissimi Crucifixi, quorum viginti quatuor ducatorum auri parium, et juliorum decem praefatae monetae Hieronymo de dilectorum pariter filiorum modernorum confratrum praefatae confraternitatis de Morte, et quartodictum canonicatus, et quartodictam Annunciationis B. M. V. et sanctissimi Crucifixi respective nuncupandas per te, ut praefertur, erigendos et erigendas praebendas, quorum et illi ac illis forsan respective annexorum viginti ducatorum auri parium, et juliorum decem dictae monetae respective fructus, redditus, et proventus secundum communem aestimationem valorem annuum, ut pariter asseritur, non excedunt a primaeva illius, ac illorum, et illarum respective erectione, et institutione hujusmodi vacantes Bernardino praefatis de dilectorum quoque filiorum modernorum confratrum praefatae confraternitatis ejusdem Annunciationis B. M. Virginis respective consensu cum annexis hujusmodi, et quoad priores quatuor canonicatus et praebendas per te, ut praefertur, erigendos et erigendas, et primodicto Francisco, ac Angelo, et Hieronymo ac Bernardino praefatis etiam per te, ut praefertur, respective conferendos et assignandos plenitudine juris canonici, ac omnibus respective juribus et pertinentiis suis auctoritate Nostra praefata respective conferas et assignes inducens per te, vel alium, seu alios dictum Caesarem recepto prius ab eo Nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae solito juramento juxta formam quam sub Bulla Nostra mittimus introclausam nec non primodictum Franciscum, ac Angelum, et Hieronymum ac Bernardinum praefatos, vel eorum respective procuratores, eorum respective nomine in corporalem possessionem dicti prioratus, ac quatuor priorum canonicatuum, et praebendarum per te, ut praefertur,

erigendi, et erigendorum, ac eis et eorum cuilibet respective per te vigore praesentium, ut praefertur, conferendi et assignandi, ac conferendorum et assignandorum, ac illi et illis respective annexorum, juriumque et pertinentiarum praefatorum, et defendens inductos, amotis quolibet ab eodem prioratu per te, ut praefertur, erigendo, et quibuslibet illicitis detentionibus a dictis quatuor prioribus canonicatibus, et praebendis etiam per te, ut praefertur, erigendis ac faciens Caesarem praefatum ad prioratum hujusmodi per te, ut praefertur, erigendum, ut est moris, admitti, ac primodictum Franciscum, et Angelum ac Hieronymum et Bernardinum, vel pro eis respective procuratores praefatos ad quatuor priores praebendas per te, ut praefertur, erigendas hujusmodi in dicta parochiali ecclesia in saecularem, et insignem collegiatam quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te ut praefertur erigenda in canonicos recipi, et in fratres stallo eis in choro, et loco in capitulo ipsius parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae cum dicti juris plenitudine assignatis, nec non Caesari de prioratus, ac primodicto Francisco, et Angelo, ac Hieronymo, et Bernardino praefatis de quatuor priorum canonicatuum et praebendarum per te, ut praefertur, erigendi, ac erigendorum, ac eis respective per te, ut praefertur, conferendi et assignandi, ac conferendorum et assignandorum, ac respective annexorum eorumdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis integre responderi, contradictores auctoritate Nostra praefata oppositione postposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris et cancellariae apostolicae praefatae regulis de exprimendo annuo valore in beneficiorum ecclesiasticorum suppressione, ac de unionibus et eisdem suppressionibus perpetuis commemoratas partes, et de jure quaesito non tollendo, nec non Lateranensis novissime celebrati suppressiones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, aliisque etiam in eisdem synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis ac irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita, observata, et inserta forent eisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime, nec non opportune et valide ad praemissorum validissimum effectum specialiter et expresse hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, contrariis quibuscumque: aut si aliqui apostolica praefata, vel alia quavis auctoritate in dicta parochiali ecclesia in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigenda in canonicos recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, ac canonicatibus, et praebendis dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae specialis, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictae Sedis, aut legatorum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, et decretum; vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus eumdem Caesarem in prioratus, et primodictum Franciscum, ac Angelum, et Hieronymum, ac Bernardinum praefatos in quatuor priorum canonicatuum, et praebendarum hujusmodi per te, ut praefertur, erigendi, et erigendorum, ac eis respective per te, ut praefertur, conferendi et assignandi, ac conferendorum et assignandorum respective assequutione volumus anteferri; sed nullum per hoc eis quoad assequutionem dignitatum, et canonicatuum, et praebendarum vel beneficiorum aliorum praejudicium generari, seu si pro tempo-

re existenti episcopo civitatis Plebis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint; quodque de dignitatibus, ac canonicatibus, et praebendis dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis, ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, et literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum extant, perquae praesentibus non ex parte, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in dictis literis mentio specialis, Nos eidem Caesari, ut ipse ratione dicti prioratus, si illum ei per te earumdem praesentium vigore conferri et assignari contigerit, ut praefertur gradum magisterii in theologia, vel doctoratus, aut licentiatus jure in decretis suscipere minime teneatur, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, dicta apostolica auctoritate ipsarum tenore praesentium etiam concedimus et indulgemus.

Declarationes speciales.

§. 14. Volumus autem quod si apparuerit super resignatione dictae parochialis ecclesiae, ac primo, et secundo, tertio, et quarto dictorum beneficiorum resignatorum antea per dictum Caesarem, et primodictum Franciscum ac Angelum, et Hieronymum, ac Bernardinum praefatos alios consensus respective praestitos et extensos fuisse praesens gratia nulla sit eo ipso. Volumus etiam quod dictus Caesar antequam dicti prioratus possessionem adipiscatur, fidem catholicam juxta articulos jampridem a Sede apostolica praefata propositos in manibus tuis, seu dilecti pariter filii tui vicarii in spiritualibus gerentis emittere, illamque sic emissam ad dictam Sedem sine mendis cum sui et tui seu vicarii praesenti subscriptione quantocyus transmittere omnino teneatur; alioquin prioratus vacet eo ipso. Volumus quoque quod nihil innovetur quoad cappellanum curatum praefatae parochialis ecclesiae ante illius erectionem hujusmodi in saecularem et insignem collegiatam, quae etiam parochialis ut antea existat, ecclesiam per te, ut praefertur, erigendae. Praeterea et volumus quod assignatio pro distributionibus quotidianis a te ex fructibus dictorum canonicatuum, et praebendarum per te, ut praefertur, erigendorum et erigendarum respective facienda absque praejudicio jurium cancellariae apostolicae praefatae ratione mediae annatae debitorum facta censeatur, ita ut in futuris provisionibus de secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, et septimo dictis canonicatibus, et praebendis dicta apostolica auctoritate faciendis eorum respective valor praefatus solutioni mediae annatae hujusmodi obnoxius remaneat sub poena nullitatis provisionum earumdem, indeque sequutorum quorumcumque. Praeterea etiam volumus quod Josephus et Paulus, ac Antonius, et Theodorus, ac Caesar praefati, et secundo dictus Franciscus, et tertio dictus Franciscus, nec non Euphemius, ac Raymundus praefati dicta novem posteriora beneficia per eos ad praesens, ut praefertur, obtenta, ac etiam, ut praefertur, suppressa hujusmodi in Nostris, vel Romani pontificis pro tempore existentis, seu ordinarii loci manibus etiam ex causa permutationis ad quarumcumque personarum favorem resignare, seu dimittere, ac juri sibi illis vel ad illa quomodolibet competenti cedere, vel cum aliquo desuper concordare nullatenus possint, et quatenus resignent, aut dimittant, seu juri cedant, aut concordent, resignationes, dimissiones, seu cessiones vel concordiae hujusmodi in erectionis, et institutionis praefatarum favorem, et non alias factae sint, et esse censeantur eo ipso, et insuper quoad prioratum praefatum prout est si attentatum hactenus vel in posterum, quo vero ad quatuor priores canonicatus, et praebendas hujusmodi ex nunc irritum decernimus, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Per praesentes autem non intendimus unumquodque juspatronatus hujusmodi in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo septuagesimo septimo decimo secundo kalendas decembris, pontificatus Nostri anno tertio.

ANNO DECIMO OCTAVO

DCCCLXXVI.

Dat. die 1. mar. 1792. Anno XVIII.

Instanti rege Sardiniae dispensantur omnes descendentes per lineam masculinam de regio sanguine, ut etiam non emissa professione regulari per milites militiae ss. Mauritii et Lazari emittenda, praeceptorias dictae militiae obtinere valeant.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Nihil est in tot, et tantis, quibus pro debito officii, et sollicitudinis Nostrae urgemur angustiis hoc tempore christianae reipublicae periculoso, quod Nobis gratius, aut magis jucundum accidere possit, quam apud Nos quaedam esse, quibus sublimibus principibus, et peculiarem Nostrae paternae benevolentiae sensum ostendere, et pro suis in rempublicam christianam benefactis grates rependere possumus: sic enim uno, atque eodem facto, et proemium spectatae virtuti, et speratam exempli imitationem proponimus.

Tenor precum porrectarum, a rege Sardiniae.

§. 2. Nuper siquidem carissimus in Christo filius Noster Victorius Amadeus Sardiniae rex illustris exponi Nobis fecit, quod alias felicis recordationis Gregorius pp. XIII. praedecessor Noster per suas diei XVII. septembris MDLXXII. expeditas literas sub plumbo datas ad preces clarae memoriae Emmanuelis Philiberti, dum vixit, Sabaudiae ducis militiam sub invocatione sancti Mauritii martyris, et sub regula Cistercensi erexit, atque instituit, ac magnum magistrum supremamque ejusdem militiae dignitatem a primaeva ipsius erectione vacantem eidem Emmanueli Philiberto duci, ejusque successoribus omnibus Sabaudiae ducibus, qui duces pariter et magni magistri essent, concessit, et assignavit; ipsisque, ut quot quot sibi viderentur nobiles ad habitum, et regularem professionem admittendi licentiam impertitus est, ita tamen, ut milites, ac ministri militiae hujusmodi cum una dumtaxat virgine, vel conjugati essent, vel matrimonium contrahere possent, ut scilicet castitatem conjugalem, ac obedientiam profiteri tenerentur. Quod idem praescripsit, renovavitque memoratus Gregorius praedecessor, dum per alias suas diei XIII. novembris ejusdem anni MDLXXII. pariter sub plumbo datas dictae militiae sancti Mauritii martyris aliam militiam sancti Lazari Hierosolymitani sub regula sancti Augustini univit, atque incorporavit, ita ut in posterum memoratus Emmanuel Philibertus, caeterique pro tempore existentes Sabaudiae duces militiae sanctorum Mauritii, et Lazari magistri essent, et nuncuparentur, prout in eisdem literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Quae quidem apostolicae literae quamquam militiae hujusmodi naturam, essentiam, et existentiam constituant, ac jura et obligationes tum magni magistri, tum militum, aliorumque eidem militiae adscriptorum decernant, attamen dum de regulari professione emittenda a dictis militibus, ac ministris disponunt, de magnis magistris verba non faciunt.

Digitized by Google

Ratio concessionis

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat memoratus Victorius Amadeus nunc pro suo jure praeceptoriam, seu commendam sanctae Mariae de Lucedio dictae militiae dilectissimo filio Nostro Victorio Emmanueli duci Augustae Praetoriae, conferre, ac certas annuas pensiones super fructibus, redditibus, ac proventibus, ejusdem praeceptoriae, seu commendae dilectissimis filiis Nostris Mauritio Josepho duci Montisferrati, Carolo Felici duci Geunebensis, et Josepho Placido comiti de Moriana omnibus natis suis reservare, constituere, et assignare respective intendat, dubitatum vero sit, num collationi praeceptoriae, seu commendae praedictae, nec non reservationi, constitutioni, et assignationi dictarum pensionum suis natis respective faciendis regularis professio per milites dictae militiae emitti debita ab iisdem regiis principibus esset praemittenda, quod ipsos nisi sub nomine militum, ac ministrorum, de quibus memoratae apostolicae literae loquuntur, comprehendi, ideoque nisi emissa regulari professione praedicta eidem militiae adscriptos censeri posse visum est: e contra vero cum ipsi sint de regio sanguine, ac habeant propterea habitualem vocationem ad magnum magisterium ejusdem militiae, ac sanctorum Mauritii, et Lazari milites nuncupentur, illiusque insignia deferant, hinc congrua exurgant rationum momenta, quae eos ad hanc professionem emittendam minime cogendos esse suadent, memoratus Victorius Amadeus rex, quo pro suis natis praedictis, aliisque per lineam masculinam de regio sanguine descendentibus omnis tollatur ambiguitas, ipsique, ac caeteris magnis magistris dictae militiae pro tempore existentibus liberum, ac licitum sit suis natis, ac de regio sanguine, ut supra, descendentibus praeceptorias, seu commendas dictae militiae conferre, vel annuas pensiones super fructibus, ac redditibus praeceptoriarum, seu commendarum hujusmodi constituere, et assignare, quin ipsi professionem regularem hujusmodi emittere teneantur; eos per Nos hisce desuper dispensari summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur memorati Victorii Amadei votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac singulas illorum personas, quarum favorem hae praesentes Nostrae literae concernunt, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ac memoratas Gregorii praedecessoris literas, illarumque tenores pro expressis habentes, eisque in ea parte, quae praesentibus Nostris literis adversantur, derogando, dictis regiis principibus, caeterisque memorati Victorii Amadei, ac aliis de regio sanguine descendentibus, ut supra, ut deinceps quascumque praeceptorias, seu commendas, ac quaslibet pensiones super fructibus, redditibus, ac proventibus praeceptoriarum, seu commendarum militiae sanctorum Mauritii, et Lazari praedictae reservatas, constitutas, et assignatas, seu reservandas, constituendas et assignandas, licet professionem regularem per milites ejusdem militiae ad formam apostolicarum literarum dicti Gregorii praedecessoris emittendam non emittant, dummodo tamen professionem fidei juxta formam, et modum ab iisdem apostolicis literis praescriptam faciant, consequi, et obtinere, illarumque fructus, redditus, ac proventus quoad vixerint, exigere, ac levare, et in suos usus, et utilitatem convertere libere, ac licite respective possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ac cum eis hisce desuper de speciali dono gratiae dispensamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Digitized by Google

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, memoratis Gregorii praedecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae militiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, vel innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta martii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 6. mar. 1792. Anno XVIII.

DCCCLXXVII.

Supplicante nuncio apostolico Hispaniarum ampliantur facultates pro electione, et nominatione superiorum generalium monachorum ordinis sancti Hieronymi.

Venerabili fratri Hippolyto archiepiscopo Corinthiensi apud carissimum in Christo filium Nostrum Carolum Hispaniarum regem catholicum Nostro, et apostolicae Sedis nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod Nos alias clarae memoriae Caroli III., dum vixit, Hispaniarum regis catholici precibus annuentes, quo tandem tranquillitas, et pax in monasterio de Guadalupe ordinis sancti Hieronymi restitueretur, inter caetera, quae tibi, aliisque pro tempore existentibus in regno Hispaniarum Nostris, et Sedis apostolicae nunciis, ac in eorum defectum moderno, et pro tempore pariter existenti archiepiscopo Toletano per Nostras in simili forma Brevis die decima octava aprilis anno millesimo septingentesimo octuagesimo octavo expeditas literas concessimus; voluimus quoque, ut per quatuor triennia proxima tunc futura monachos eidem regi catholico, suisve successoribus gratos, et acceptos, vel ab eo, aut ab eis designatos, qui muneribus tum prioris, vicarii, et procuratoris majoris dicti monasterii de Guadalupe, tum abbatis, seu praelati generalis, visitatorum, et definitorum generalium dicti ordinis fungerentur in respectivis habituris capitulis auctoritate Nostra apostolica nominare, et eligere posses, vel respective possent, prout in eisdem literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ad celebrationem capituli generalis hujusmodi monachi vocales durantibus dictis quatuor trienniis, nisi frustra conveniant, ac propterea quam maxime eidem ordini utile foret, quo sumptuosis itineribus, quae non sine regularis disciplinae, ac rei domesticae dispendio plerumque carpi solent, parceretur, ut novas hisce desuper tibi concederemus facultates. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eidem ordini quantum cum Domino possumus consulere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae, de cujus prudentia, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus per praesentes committimus, ac mandamus, ut quatenus in Domino eidem ordini proficuum futurum fore arbitraberis, tum abbatem, seu praelatum generalem, tum definitores, et visitatores generales hujusmodi, qui tamen carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico grati, et accepti, vel nominati Tenor concessionis.

sint ad formam earumdem Nostrarum literarum, etiam extra capitulum generale praedictum nominare, et eligere, ac tum novos electos, tum illos, qui officia praedicta defuncti sunt, aliisve probatos monachos dicti ordinis ad deliberandum de ejusdem ordinis negotiis, vel Matriti, vel alibi accire, nec non dilectum filium modernum abbatem generalem Montes cognominatum ad aliud triennium in officium hujusmodi confirmare, aliamve personam ecclesiasticam, quae capitulo generali praedicto pro te praesit, ac electiones praedictas habeat, subdelegare libere, ac licite auctoritate Nostra apostolica possis, et valeas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit, memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasterii praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta martii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCCLXXVIII.

Dat. die 7. mar. 1792. Anno XVIII.

Concessio juris privativi effodiendi terram albam in territorio Civitatis Castellanae favore fratrum Mizelli, et Josephi Valadier.

Fabrizio Ruffo della Santità di Nostro Signore, e sua reverenda camera apostolica tesoriere generale.

R. P. D. thesaurarius refert scorpisse chirographum relaxatum pro concessione gratiae.

§. 1. Persuasa la Santità di Nostro Signore felicemente regnante, che nulla più conferisca alla floridezza di uno stato, ed al bene, e vantaggio delle popolazioni, quanto lo stabilimento di utili manifatture, le quali oltre che tendono direttamente a ridurre dal passivo all' attivo il commercio dello stato istesso, producono l' altro niente meno apprezzabile vantaggio, di rendere operose le braccia inerte de' sudditi, fino dai primi momenti del glorioso suo pontificato si è occupata di un oggetto sì interessante, emanando le più provvide leggi ad un tal fine dirette, e contemporaneamente somministrando egli stesso il maggiore incoraggimento all' industria patria, coll' accordare li benigni sovrani suoi riguardi al benemerito ceto di coloro, li quali per corrispondere ad uno scopo così lodevole sonosi coraggiosamente accinti a qualche vantaggiosa intrapresa. Nè alle benefiche di lui viste sono punto sfuggite le gravi fatiche, e dispendiosi esperimenti assunti dai fratelli Francesco, e Giuseppe Antonino Mizelli, e da Giuseppe Valadier, mediante i quali sono eglino riusciti a formare una perfetta terraglia all' uso inglese col mezzo di una argilla, o sia terra bianca rinvenuta nel territorio di Civita Castellana; nè la loro coraggiosa intrapresa di erigere una fabbrica in grande di detta utile manifattura è rimasta lungo tempo priva de' graziosi effetti della sovrana sua beneficenza; ma anzi per attestare non solo il benigno suo gradimento di simile intrapresa, che per incoraggimento di altre utili manifatture de' suoi amatissimi sudditi, si è degnata la Santità Sua di accordare agli suddetti intraprendenti, tutti i più considerabili riguardi, e privilegj, che diffusamente si leggono nel di lui chirografo esibito negli atti del Sagliani cancelliere, e segretario della reverenda camera apostolica, del tenore seguente, cioè:

Digitized by Google

Monsignor Fabrizio Ruffo
Nostro, e della Nostra camera
tesoriere generale.

Tenor chirographi.

§. 2. » L'incoraggimento dell'industria, e » l'accrescimento, e perfezione delle utili » manifatture, e del commercio sino dai pri» mi giorni del Nostro innalzamento al trono » pontificio hanno formato una delle princi» pali Nostre cure dirette al maggior vantag» gio de' Nostri amatissimi sudditi. In vista di » che ci piacque già di condiscendere alle » suppliche de' fratelli Francesco, e Giusep» pe Antonino Mizelli, l'ultimo de' quali dopo » varj dispendiosi esperimenti con una terra, » o sia argilla bianca già rinvenuta nel terri» torio della Nostra città di Civita Castellana » ottenne una buona porcellana, della quale » Noi ci compiacemmo di vederne alcuni sag» gj da voi presentatici, accordando loro la » privativa escavazione della suddetta argilla » nei territorj della medesima città di Su» tri, Fabbrica, Ponzano, sant'Oreste, come » apparisce dal Nostro rescritto dato li 17. » maggio 1786., e dal successivo istromento » stipolato per gli atti del Nardi segretario, e » cancelliere della Nostra camera apostolica » il dì 12. giugno del detto anno. E siccome » in progresso li medesimi fratelli Mizelli uni» tamente a Giuseppe Valadier avendo rinno» vati gli esperimenti riuscirono a fabbricare » con detta terra, o sia argilla bianca una » perfetta terraglia ad uso di quella d' Inghil» terra; perciò con altro Nostro rescritto del » dì 11. dicembre 1790. in sequela di cui fu » stipolato altro istromento per gli atti del Sa» gliani segretario, e cancelliere della No» stra camera sotto il dì 8. febbrajo 1791. ac» cordammo loro l'imprestanza da farsi dal » Nostro erario apostolico nella somma di scu» di cinque mila per una sol volta però, onde » potessero erigere, e stabilire nella suddet» ta città di Civita Castellana, e precisamen» te vicino al ponte di Treja la fabbrica di tal » manifattura di terraglia all'inglese, e ci » compiacemmo ancora d'incoraggirli, ed » animarli, coi privilegj di potere intitolare » pontificia la fabbrica suddetta, di servirsi » di un marco indicante tal prerogativa, e di » una firma, o sia sigillo per le scritture ana» logo alla medesima fabbrica, e con altri » privilegj, ed esenzioni, che più ampiamen» te si leggono nelli suddetti due Nostri re» scritti, e respettivi istromenti, ai quali su » di ciò intendiamo, che si abbia relazione » per tutto ciò, che non contradice al presen» te chirografo.

Tenor precum porrectarum pro concessione juris privativi.

§. 3. » Avendoci ora li medesimi fratelli » Mizelli, e Giuseppe Valadier supplicato, » che in vista della loro attività, ed industria » a questo oggetto, ed in vista della grave » spesa a cui si sottopongono per la erezione, » e felice stabilimento di tal manifattura mol» to utile a questo Nostro stato ecclesiastico » ci degnassimo di confermare ad essi, e a » loro successori in solidum non solo la pri» vativa escavazione in perpetuo di detta ar» gilla, o sia terra bianca, circoscritta però » e limitata agli accennati cinque territorj in» sieme colle altre grazie, e privilegj da Noi » cogli anzidetti Nostri rescritti, e consecuti» vi istromenti loro concessi; ma di estendere » inoltre la grazia anche alla privativa fabbri» cazione della detta terraglia all'uso inglese » ristretta però al termine di anni venti, ed » al circondario di quindici miglia per ogni » dove intorno a Civita Castellana, dimodochè » non sia mai in perpetuo lecito a verun'altra » persona benchè privilegiata, e privilegia» tissima, e di qualunque dignità, ordine, » religione, congregazione, e preeminenza » compresi li reverendissimi cardinali, le un» dici congregazioni, la religione de' cavalie» ri di Malta, ed altri corpi, e persone di ca» vare, nè far cavare nei suddetti cinque ter» ritorj l'argilla, o sia terra bianca suddetta, » nè di fabbricare con essa, o con altre ter» re, o argille, durante però solamente il » lasso di anni venti, e dentro il prescritto » circondario di quindici miglia, tale terra» glia all'uso inglese.

Ratio concessionis.

§. 4. » E siccome dagli esperimenti da voi » esaminati, ed altresì dal sentimento di mon» signor assessore generale delle finanze, e » del commercio da voi interpellato ci avete » fatto sperare la felice riuscita, e la utilità, » e vantaggio, che dovrà derivare ai Nostri » amatissimi sudditi dallo stabilimento, ed » aumento di detta nuova manifattura di ter» raglia; perciò a questo fine, ed oggetto, e » sull'esempio ancora de' Nostri predecesso» ri, i quali non hanno negato ai benemeriti » intraprendenti di utili manifatture, le priva» tive, e privilegj proporzionati, e confacen-

Google

» ti all'incremento, e perfezione delle medesime, e considerando ora Noi le gravi cure, e spese, alle quali si sottopongono, e dovranno sempre più soggettarsi li supplicanti, ed i loro successori per la erezione, stabilimento, e vantaggiosa prosecuzione di detta manifattura, e volendo mostrare ai medesimi Valadier, e Mizelli la sovrana Nostra soddisfazione, e compiacenza per lo zelo, e premura, con cui si prestano alla suddetta utile intrapresa, ci siamo determinati di conceder loro la grazia che implorano per l'oggetto suddetto, e sotto le infradicende condizioni.

Tenor concessionis.

§. 5. » Quindi col presente Nostro chirografo in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il tenore delle antecedenti suppliche, rescritti, e consecutivi istromenti, ai quali vogliamo, che si abbia relazione in tutto ciò, che non contradice alle presenti disposizioni, ed all' oggetto del presente Nostro chirografo, ed avendo per espressa ogni altra cosa necessaria ad esprimersi, di Nostra certa scienza, e pienezza della Nostra suprema volontà vi ordiniamo, che in nome Nostro, e della Nostra camera confermiate, e se sia duopo concediate di nuovo, siccome Noi concediamo, e confermiamo a favore dei soprannominati fratelli Francesco, e Giuseppe Antonino Mizelli, e Giuseppe Valadier in solidum, e de' loro successori, ed eredi la perpetua facoltà privativa di escavare la suddetta argilla, o sia terra bianca negli accennati territorj di Civita Castellana, di Sutri, di Fabbrica, di s. Oreste, e Ponzano, siccome nella concessione già da Noi fattane: come ancora vi ordiniamo di confermare, ed accordare loro il privilegio d'innalzare lo stemma, e di usare il titolo di fabbrica pontificia, e questa di aversi come intrapresa ammessa sotto la protezione Nostra, e de' Nostri successori, e di potere imprimere nelle manifatture della medesima terraglia un marco per distintivo di tal fabbrica, e di servirsi nelle scritture, e nei contratti relativi a quella di una firma particolare, che a voi sembrerà opportuna, secondo il campione d'approvarsi da voi, e da inserirsi nell'istromento, che si stipolerà in seguito del presente chirografo. Ed inoltre concedere ad essi, ed a loro successori, ed eredi in solidum per il lasso di anni venti prossimi futuri come loro Noi concediamo per il circondario però, od estensione di quindici miglia all'intorno di detta città di Civita Castellana, e non più oltre, la privativa fabbricazione di detta terraglia all'uso inglese. Dimodochè tanto rispetto all'escavazione non possa mai in perpetuo verun'altro scavare, nè far scavare negli accennati cinque territorj la indicata terra, o sia argilla bianca; quanto relativamente alla fabbricazione di detta terraglia limitata ad anni venti, e dentro il circondario di quindici miglia, come sopra non sia ad altri lecito di fabbricare tali terraglie all'uso inglese, transferendo perciò a favore de' suddetti Valadier, e Mizelli, e loro successori, tutti, e singoli i diritti, che su di ciò competono, o competer possono alla Nostra camera apostolica tali quali però ec., ponendo i medesimi Valadier, e Mizelli, e loro ec. riguardo a tale oggetto in luogo, e vece della Nostra camera colle seguenti dichiarazioni, e condizioni cioè

Conditiones adiectae concessioni.

§. 6. » Primo: che tutta l'impresa tanto dell'escavazione, quanto della fabbricazione della terraglia, come sopra debba farsi a sole spese, rischio, e pericolo de' suddetti Valadier, e Mizelli, e loro ec. senza veruna cura, aggravio, dispendio, o interesse della Nostra camera, e senza che possano giammai nè gli suddetti socj, nè i loro successori, ed eredi per qualunque causa, pretesto, o caso fortuito, pensato, ed impensato, solito, insolito, raro rarissimo, pretendere buonifico, ristoro, o compenso di qualsivoglia sorta, giacchè tutte, e singole spese, danni, interesse, come l'utile, ed il lucro dovrà in tutto, e per tutto rimanere a carico sempre, e profitto respettivamente de' suddetti Valadier, e Mizelli, e loro ec. Secondo: ad oggetto, che li medesimi Valadier, e Mizelli, e loro ec. non possano giammai essere in veruna maniera ritardati, nè dai padroni de' fondi in verun modo molestati, o impediti nella libera, e pronta escavazione, e trasporto di detta terra, o sia argilla bianca da effettuarsi al fine suddetto nei sunnominati cinque territorj, vogliamo, e comandiamo, che nel caso di renitenza di essi padroni de' fondi, o di alcuno di loro, che ricusasse di acconsentire allo scavo, e tras-

» porti, come sopra, possano i suddetti Va-
» ladier, e Mizelli, e loro successori far' ef-
» fettuare il medesimo cavo, e trasporto di
» detta argilla, o sia terra bianca, non ostan-
» te il dissenso dei medesimi padroni de' fon-
» di, i quali non debbano, nè possano giam-
» mai nè direttamente, nè indirettamente im-
» pedire l' accennata escavazione, e traspor-
» to. E viceversa siano tenuti, ed obbligati li
» medesimi Valadier, e Mizelli, e loro succes-
» sori, compensare, e risarcire tutti, e singo-
» li danni, ed interessi, che per cagione dello
» scavo, e trasporto suddetto venissero fatti
» ai fondi de' particolari, da liquidarsi a sti-
» ma dei periti, o come sarà giudicato di ra-
» gione. Terzo: ed inoltre vogliamo, che la
» suddetta argilla non possa giammai estrarsi
» dallo stato dagli stessi intraprendenti Vala-
» dier, e Mizelli, senza il vostro permesso, e
» si dovrà avere in vista, che siano abbondan-
» temente provvedute le fabbriche del Nostro
» stato ecclesiastico, che ne avessero di biso-
» gno, ad un prezzo ragionevole da determi-
» narsi da voi, e vostri successori in caso di
» discordia fra i contraenti, avuto riguardo
» ad un' onesto guadagno a favore de' suddet-
» ti Valadier, e Mizelli. Quarto: che la terra-
» glia, la quale si troverà vendibile manifattu-
» rata come sopra, munita del marco, che
» verrà fissato, possa dai socj suddetti, e loro
» successori vendersi contrattarsi, e libera-
» mente trasportarsi sempre, ed in ogni futu-
» ro tempo non meno in Roma, che in tutti e
» singoli altri luoghi del nostro stato, come
» pure possa estrarsi fuori del medesimo stato
» liberamente senza alcuna sorta di pagamen-
» to di qualunque specie, e sotto qualunque
» nome esso sia, conforme nei regolamenti
» generali di finanza è stato prescritto per
» tutte le altre manifatture complete. Quinto:
» che li detti Valadier, e Mizelli, e loro ec.
» debbano sempre godere i privilegj camerali,
» come gli attuali inservienti alla Nostra came-
» ra apostolica senza veruna ulterior dichia-
» razione, ed inoltre tutte le persone addette,
» ed inservienti alla suddetta fabbrica di ter-
» raglia per tutto il tempo, che vi saranno ef-
» fettivamente impiegati debbano godere quei
» privilegj camerali nell' istesso modo, e for-
» ma, che si godono dagli altri inservienti al-
» le fabbriche propriamente camerali. Sesto:
» che qualunque persona ecclesiastica, seco-
» lare, regolare di qualsivoglia ordine, com-
» presi li reverendissimi cardinali, le undici
» congregazioni, la religione, e cavalieri di
» Malta, di san Maurizio, e Lazzaro, ed altro
» qualsivoglia corpo, o persona di qualunque
» grado, stato, preeminenza, e dignità ben-
» chè privilegiata, e privilegiatissima, e che
» per comprenderla fosse duopo il nominarla
» espressamente, avendola come nominata,
» ed espressa, non sia mai lecito di cavare,
» o far cavare in ogni futuro tempo perpetuo
» nei suddetti territorj di Civita Castellana,
» Sutri, Fabbrica, Ponzano, e s. Oreste la
» suddetta terra, o sia argilla bianca inser-
» viente come sopra all' uso di detta manifat-
» tura, e molto meno durante il lasso di anni
» venti, e nel circondario di quindici miglia
» all' intorno di Civita Castellana di fabbrica-
» re la terraglia suddetta all' uso inglese, o
» altra consimile, e molto uniforme alla me-
» desima nè con detta argilla, nè con altre
» terre.

Reservationes speciales.

§. 7. » Salvo però il diritto di qualche altra
» fabbrica, o fabbriche di simil manifattura,
» che dentro il circondario suddetto, si tro-
» vasse già istituita, andante, ed in pieno vi-
» gore lavorante, la quale, o le quali giustifi-
» candosi, che prima della pubblicazione del
» presente Nostro chirografo si trovino fissa-
» te, e stabilite come sopra, potranno conti-
» nuarsi nel libero loro esercizio, non ostan-
» te la presente concessione, purchè però li
» proprietari, interessati di dette supposte
» fabbriche preesistenti, dentro il termine di
» tre mesi dalla pubblicazione dell' editto,
» che in sequela del presente chirografo tra-
» smetterete dove stimerete opportuno, abbia-
» no presso di voi giustificato di trovarsi ante-
» cedentemente stabilite, andanti, lavoranti,
» ed in vigore le loro supposte fabbriche di
» terraglia all' uso inglese, altrimenti s' inten-
» dano eccettuate, ed escluse, e di niun pre-
» giudizio alla concessione della privativa sud-
» detta, ed affinchè non accadano collusioni,
» ed equivoci, dovranno i suddetti Valadier,
» e Mizelli depositare un campione della lo-
» ro manifattura tanto nel pubblico uffizio di
» notajo in Civita Castellana, quanto nell' uf-
» fizio di uno dei cancellieri, e segretarj del-
» la Nostra reverenda camera in Roma: vo-
» lendo, e dichiarando, che s' intenda violata
» la privativa suddetta, non solo quando s' imi-

» tassero le forme, i colori, la vernice della » terraglia, che imprendono a fabbricare li » detti Valadier, e Mizelli, ma eziandio, e » molto più quando si usassero l'istessi, o consimili materiali, che li medesimi impiegano » nelle loro manifatture suddette di terraglia, » quantunque in apparenza non sembrasse la » stessa cosa, ma che si verniciasse, si cuocesse, ed essenzialmente fosse la stessa, o » molto uniforme.

Aliae conditiones, et promissio de renovanda concessione post annos viginti.

§. 8. » Settimo: che nel caso dopo due anni della presente concessione non si trovasse stabilita la lavorazione di detta manifattura di terraglia, ed in gran copia servibile, » vendibile, ed in abitudine continuata di » venderla, e se dopo essersi introdotta, ed » aperta la medesima manifattura si cessasse » per un'anno intero di agire, di cuocere, e » non fosse largamente provvista di ogni sorta di generi usitati in allora, o non se ne » facesse una ragguardevol vendita, s'intendano ipso facto decaduti li suddetti impresarj dalla privativa della fabbricazione suddetta. Ottavo: lusingandoci poi che la fabbricazione della suddetta terraglia sia per » aumentarsi, e perfezionarsi felicemente nella qualità, e non riconoscendosi alcun disordine nella vendita dell'argilla a benefizio » delle fabbriche già stabilite, e molto più » riuscendo, come ci auguriamo, che venga » stabilita una fabbrica di vera porcellana, » non saremo alieni dall'ampliare la predetta » concessione col prolungare del doppio il » tempo della suddetta privativa, e perciò, » scorsi, che saranno anni quattro della presente grazia, potranno i detti Valadier e Mizelli ricorrere, adempite, e verificate le » suddette circostanze. Nono: che colla presente concessione di privativa fabbricazione » della suddetta terraglia non s'intenda in » veruna maniera vietata, nè proibita la introduzione, e lo smercio della terraglia forastiera; e sarà anzi in libertà di chiunque » il commerciarne, commetterla, e venderla » a suo piacere, servate però le regole della » legge vegliante; e sarà parimenti permessa » la vendita di ogni manifattura nostrale nel » circondario comprensivo la concessione, » quantunque fosse analoga, similissima alla » suddetta terraglia, e benchè provenisse dalle legazioni dello stato ecclesiastico. Decimo: che in segno di ricognizione della presente concessione, e dell'alto dominio, o » diritto qualunque, che spetta, e puole spettare alla Nostra camera apostolica sopra tutte le cose pregiabili, che si rinchiudono entro le viscere della terra, com'è l'argilla » suddetta, debbano li suddetti Valadier, e » Mizelli in solidum, e loro ec. pagare ogni » anno il canone di una libbra di cera bianca » lavorata alla medesima Nostra camera nel » giorno della vigilia, o festa dei gloriosi apostoli santi Pietro, e Paolo nella solita camera de'tributi con far preventivamente descrivere nei libri camerali la partita a norma degli usi, e costituzioni.

Mandatum de stipulando instrumento concessionis.

§. 9. » E in questi termini, e colle suddette leggi, condizioni, ed obbligazioni eseguirete la suddetta concessione, stipolerete » pubblico istromento, interporrete decreti, » pubblicherete editti anche penali, e farete » tutt'altro, che sarà confacente, e spediente » all'oggetto delle cose predette, ed alla piena totale esecuzione della presente Nostra » grazia;

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 10. » Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo sebbene non ammesso, nè registrato in camera, e nei suoi » libri a tenore della Bolla di Pio IV. *de registrandis* abbia il suo pieno vigore, osservanza, ed esecuzione colla Nostra semplice sottoscrizione, e che non possa opporglisi mai » di surrezione, orrezione, o di altro vizio, e » difetto della Nostra volontà, ed intenzione, » nonostante che non vi sia stato inteso il commissario della Nostra camera, nè altra persona, comunità, o corpo, che vi avesse, o » pretendesse di avervi diritto, o interesse; » non ostanti le costituzioni di Pio IV., di san » Pio V., e di altri Nostri predecessori *de rebus Ecclesiae non alienandis*, e qualunque altra legge, statuto, uso, stile, e consuetudine, che facessero, o in qualunque modo » sembrassero di fare in contrario, e che così » e non altrimenti debba sempre nelle cose » premesse giudicarsi, e definirsi da voi, e » dal vostro tribunale, da quello della piena » camera, del reverendissimo camerlengo, » della rota, del Nostro uditore, e da qualunque altro tribunale, benchè collegiale, e » composto di reverendissimi cardinali, e di » qualsivoglia giurisdizione, e preeminenza, » come da ogni, e qualunque altro giudice ordinario, delegato, e degno di special men-

» zione, togliendo ad essi qualunque facoltà, » ed arbitrio di giudicare, o interpretare in » contrario. E dichiarando Noi fin d'ora nullo irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente, fosse in qualunque tempo giudicato, definito, o interpretato, o si tentasse di giudicare, definire, » interpretare contro la forma del presente » Nostro chirografo, alle quali cose tutte, ed » ad ogni altra, che far potesse in contrario, » avendone il tenore qui per espresso, e di » parola in parola inserto, e registrato, per » l'oggetto però soltanto del presente Nostro » chirografo per questa sola volta ampiamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 7. marzo 1792.

Pius papa VI.

Executio chirographi.

§. 11. Mentre noi pertanto colla maggior soddisfazione del nostro animo deduciamo a notizia del pubblico questo nuovo tratto della sovrana clemenza di Nostro Signore, in esecuzione della di lui suprema volontà, comandiamo, ed ordiniamo la esatta osservanza di quanto viene prescritto nel presente suddetto chirografo, dichiarando, che i trasgressori contro de' quali si procederà con tutto il rigore anche per inquisizione, *ex officio*, ed in ogn' altro modo più comodo al fisco, oltre alla perdita de' stigli, ordegni, e tutt' altro caduto in commissum sieno irremisibilmente incorsi nella pena di scudi venticinque da distribuirsi per un terzo all' accusatore, che si terrà segreto, per un terzo al tribunale, che procederà, ed esecutori, e per l' altro a favore degli intraprendenti, e ad altre pene anche corporali ad arbitrio. Ed il presente nostro editto affisso, e pubblicato qui in Roma nei luoghi soliti, ed in ogni altro luogo ove farà di bisogno, avrà lo stesso vigore, come se fosse ad ognuno personalmente intimato. Dalla nostra residenza questo dì 21. aprile 1792.

DCCCLXXIX.

Dat. die 18. mar. 1792. Anno XVIII.

Instante universo ordine Carthusiense, et attentis praesentium temporum calamitatibus moderantur, et declarantur constitutiones praedicti ordinis, praesertim in ea parte, quae capituli celebrationem respicit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Paternae charitati, qua regulares ordines per sacrificia, vigilias, et orationes assidue Deo famulantes complectimur, id maxime consentaneum videtur, ut de iis, quae ad eorum institutum sartum tectum servandum provide excogitata esse dignoscuntur, potissimam rationem habeamus.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Nicolai Albergati Gosfry prioris Carthusiae majoris Gratianopolitanae dioecesis totius ordinis Carthusiensis ministri generalis exponi Nobis fecit dilectus itidem filius Ignatius de Majons prior domus Carthusiae beatae Mariae Angelorum nuncupatae de urbe ejusdem ordinis procurator generalis, quod attentis novitatibus per homines philosophia hujus saeculi imbutos in florentissimo Galliarum regno inductis, eum nonnulla ab instituto, et constitutionibus dicti ordinis auctoritate apostolica adprobatis praescripta exequi, et adimpleri, aut difficulter, aut nullo penitus modo possint. Hinc ipse Nicolaus serio cogitans, nullum aptius huic malo eversionem sui ordinis minitanti adhiberi posse remedium, quam certas ex constitutionibus praedictis moderando, reducendo, et declarando in hunc qui sequitur modum videlicet.

Tenor reformationis praefatae constitutionum.

§. 3. Primo, quod generale capitulum in quacumque dicti ordinis Carthusiae, seu domo, vel in Sabaudia, vel alibi extra dictum regnum existente cogi possit, quodque ad illud tam dictus Nicolaus, quam pro tempore existentes ministri generales hujusmodi quatuor tantummodo comitantibus monachis expresse professis de majore Carthusia Gratianopolitanae dioecesis ejus communitatem repraesentantibus, accedere valeant, quibus tamen jus praecedentiae competat super monachos Carthusiae, seu domus in qua capitulum hujusmodi habebitur: Secundo, quod sicuti nisi cum difficultate maxima priores omnes Carthusiarum dicti regni interesse poterunt generali capitulo sic, ut praemittitur, translato; ita illius officialium numerus à felicis recordationis Alexandro pp. IV. praedecessore Nostro per apostolicas suas sub plumbo expeditas literas statutus imminuatur, et fiat idipsum de definitoribus, ita ut dicto Ni-

colão, ejusque pro tempore successoribus ministris generalibus, exceptis, qui primi sunt inter eos juxta dictas constitutiones, quatuor tantum eligantur inter quos alter ex professis de familia dictae majoris Carthusiae semper recenseatur. Tertio, idem quoque statuatur quoad electores definitorum, qui praeter ministrum generalem, quinque ad tramites earumdem constitutionum esse debent, eos nempe ad tres redigendo, dicto generali ministro in hisce non comprehenso, neque electore illo, cujus nominatio ad saepedictam majorem Carthusiam de jure spectat, ita ut qui numero sex in totum esse debent, sint imposterum quinque tantummodo. Quarto, prout etiam circa referendariorum numerum, quod munus dictis constitutionibus sic praescribentibus tres priores sustinere debent, ita ut deinceps unus tantum sufficiat, qui negotiis ordinis de more libratis ea referat definitorio. Quinto, quod sicuti praeter officiales praedictos necessarii sunt etiam alii, cancellarius videlicet cum suis adjutoribus, nonnullique priores, quibus cognoscendi rationes capituli onus incumbit, dictique cancellarii sit sigillum tantummodo custodire, eoque nonnullas chartas munire, ea propter qui post hac fuerit cancellarius etiam dictas capituli rationes, uno priore ei in auxilium adjuncto cognoscere teneatur. Sexto, quod capituli sessionibus etiam monachi commorantes in domo, ubi illud haberi contingeret, valeant interesse, ea tamen conditione, ut propter hoc nullum jus ad similes actus in futurum quomodolibet acquirant, aut illis competat. Septimo, neque per hasce varietates, mutationesque, privilegiis, praerogativis, et juribus dictae majori Carthusiae competentibus praejudicium aliquod illatum intelligatur, quae semper salva, et illaesa sint, et esse censeantur. Octavo, quod officialium diminutiones hujusmodi locum habeant tantummodo ubi ad capitulum non ultra quam triginta priores, generali ministro cum eis comprehenso, convenerint, si plures, tunc officialium electiones fiant ad numerum per constitutiones statutum. Nono, quia autem pro acerbitate temporum accidere potest, quod vix priores duodecim cum ministro generali datum sit capitulo interesse, quo casu ob deficientiam congrui priorum numeri negotia ordinis, ne parvi quidem momenti peragi valerent; ut tunc convocatio capituli omitti, et distrahi possit; cum expressa tamen declaratione, quod propter non sequutam dicti capituli celebrationem nullum prorsus praejudicium juribus praedicti prioris majoris Carthusiae generalis ministri inferatur, sed potestas, et auctoritas gubernandi universum ordinem penes eumdem priorem ministrum generalem integra remaneat, et perduret, perinde, ac si capitulum fuisset celebratum.

§. 4. Nobis propterea idem Nicolaus humiliter supplicari fecit, ut praeinsertas constitutionum moderationes, reductiones, et declarationes approbare, et confirmare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur quibus voluntas est in nihilo deesse, quod optimo dicti ordinis regimini opportunum, vel necessarium esse possit, eumdem Nicolaum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta relatione venerabilis fratris Julii Mariae patriarchae Antiocheni congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum secretarii, et de eorumdem cardinalium consilio, praeinsertas omnes, et singulas constitutionum modificationes, et reductiones, utpote ad calamitatem praesentium temporum accommodatas, auctoritate apostolica tenore praesentium adprobamus, et confirmamus, easque, rebus sic stantibus, et necessitate durante, servari posse, et debere auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus. *Praedictae reformationes apostolica auctoritate confirmantur.*

§. 5. Declarationem autem per quam priori majoris Carthusiae ministro generali pro tempore praedicti ordinis potestas datur, et facultas gubernandi universum ordinem etiam capituli celebratione dilata, aut omissa, non modo confirmamus, verum etiam apostolicae firmitatis robore perpetuo communimus, irritumque, et inane si secus ea super re a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Volumus insuper, ut praesentium literarum lectio in proxime futura dicti capituli sessione habeatur, quo melius Nostrum erga dictum ordinem *Declaratio specialis.*

charitatis, et providentiae studium ejus alumnis innotescat.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictique ordinis, ejusque Carthusiarum, seu domorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de ipsis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua habenda esset mentio, tenores hujusmodi praesentibus pro insertis habentes, motu, scientia, et potestatis plenitudine praedictis, hac vice dumtaxat, et ad praemissorum effectum, illis alias in suo robore permansuris, amplissime derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die decima tertia martii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 13. mar. 1792. Anno XVIII.

DCCCLXXX.

Facultas erigendi in collegio, seu seminario de Pachuca ordinis minorum s. Francisci in Indiis existente commissarium, et praefectum missionum cum plurimis indultis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Pastoralis officii humilitati Nostrae divinitus injuncti sollicitudo Nos admonet, ut omni cura, et studio ad ea jugiter intendamus, per quae Christifidelium sub suavi religionis jugo mancipatorum, uberesque bonorum operum fructus, Dei gratia adjuvante, proferre satagentium, quieti, et tranquillitati consulitur, atque ea removentur quae religiosorum illorum propositum turbare possunt, ut hinc nulla re praepediti, sublatisque animorum dissidiis, et aemulationibus juxta regularia suorum ordinum instituta, ac apostolicae Sedis desideria, in pacis amoenitate gratum Altissimo impendant famulatum.

Expositio precum, in quibus fit mentio de aliis apostolicis literis ad rem expeditis. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Emmanuel Maria Trugillo frater expresse professus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, et commissarius generalis omnium provinciarum, ac collegiorum fratrum ordinis hujusmodi in Indiis carissimo in Christo filio Nostro Karolo Hispaniarum regi catholico subjectis consistentium, quod alias rec. mem. Innocentius pp. XI. praedecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 16. octobris 1688. expeditas literas nonnulla decreta, et statuta a Petro Maria Sormano tunc temporis ejusdem ordinis ministro generali pro meliori regimine, ac directione collegiorum, seu seminariorum in provinciis ejusdem ordinis in Indiis occidentalibus existentium ad propagandam catholicam fidem erectarum apostolica auctoritate confirmavit, et approbavit, et alias prout in ipsius Innocentii praedecessoris literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Postmodum vero cum a felicis recordationis Benedicto pp. XIII. praedecessore itidem Nostro per suas in simili pariter forma Brevis die 3. aprilis 1728. expeditas literas tributa fuerit fratribus dicti ordinis minorum s. Francisci discalceatorum, et recollectorum strictioris observantiae nuncupatorum facultas erigendi novum collegium, seu seminarium missionum de Propaganda Fide hujusmodi in unaquaque ex earum provinciis, hujus facultatis vigore conventus s. Francisci de Pachuca in novo regno Mexicano ad provinciam sancti Didaci nuncupatam, et ad eosdem fratres minores excalceatos spectantem in collegium, seu seminarium missionum erectus fuit, et erectionem hujusmodi felicis recordationis Clemens pp. XII. praedecessor pariter Noster per suas in simili forma Brevis die tertia julii anni 1733. approbavit, et confirmavit, ita tamen, ut conventus, seu collegium de Pachuca hujusmodi juxta formam memoratarum literarum dicti Innocentii praedecessoris administrandum, et gubernandum esset, quibusdam duntaxat exceptis, prout in ejusdem Clementis praedecessoris literis, qua-

by Google

rum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus fusius continetur. Tandem felicis recordationis Clemens pp. XIV. praedecessor itidem Noster, quo precibus a bonae memoriae Emmanuele de la Vega, dum vixit commissario generali familiae ultramontanae dicti ordinis, ac ejusdem exponentis praedecessore sibi humiliter porrectis annueret, piisque clarae memoriae Karoli III. dum pariter vixit Hispaniarum regis catholici votis obsecundaret, collegium, seu seminarium de Pachuca praefatum a dicta provincia sancti Didaci, illiusque superiorum jurisdictione, auctoritate apostolica separavit, ac divisit, voluitque praeterea, ut deinceps, et perpetuis futuris temporibus idem collegium, seu seminarium in omnibus, et per omnia ad instar aliorum collegiorum, seu seminariorum dicti ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia, et juxta formam privilegia, et onera in memoratis Innocentii praedecessoris literis contenta et expressa regendum esset, atque gubernandum, et alias prout in suis hisce desuper in simili forma Brevis die nona julii 1771. expeditis literis, quorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continentur.

Memorantur dissentiones, et discordiae subortae inter collegia, seu seminaria, quibus pontifex occurrere satagit.

§. 3. Atque hinc plures emanarunt discordiae, et dissentiones inter collegium, seu seminarium de Pachuca praedicto ex una, et alia collegia, seu seminaria missionum hujusmodi de Querentaro, Zacateras, Guatimala, et Mexici dicti ordinis ex altera parte, in quibus sedandis, compescendisque memoratus exponens omne nunc ponit studium. Siquidem vix separatione dicti collegii, seu seminarii de Pachuca a provincia s. Didaci confecta, idem collegium, seu seminarium, quod in memoratis Innocentii praedecessoris literis, quo honor, qui ex officio commissariatus proficiscitur aeque omnibus collegiis, seu seminariis dicti ordinis existeret, statuitur, ut primus commissarius ab eo collegio, seu seminario, quod primo fuit erectum, secundus a secundo sic deinceps de caeteris usque ad ultimum deligeretur, hinc officia commissariatus, seu praefecturae earumdem missionum vigore apostolicarum literarum felicis recordationis Clementis pp. XIV. praedecessoris Nostri in simili forma Brevis die vigesima secunda novembris 1769. expeditarum insimul unita pariter cum collegiis, seu seminariis de Queretaro, Zacateras, Guatimala, et Mexici adversata sunt ex eo, quod alternativa ab Innocentio praedecessore praescripta in officiis commissariatus, et praefecturae missionum ad ea duntaxat collegia, seu seminaria extendenda sit, quae regularis sunt observantiae, non autem ad collegia, seu seminaria fratrum dicti ordinis excalceatorum, seu strictioris observantiae.

Ut querelis finis imponatur flagitatur concessio alternativae inter ipsa collegia pro exercitio commissariatus, et praefecturae missionum.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat in re tanti momenti plures habitae sint querelae ad officium memorati exponentis a dictis collegiis, seu seminariis; immo collegium, seu seminarium de Pachuca praedictum novissime in Europam procuratorem miserit, cui in mandatis dedit non solum omnia rationum momenta, quibus suum jus fulcitur, rite exponere, verum etiam a carissimo in Christo filio Nostro Karolo Hispaniarum rege catholico, suoque supremo Indiarum consilio, et ab eodem exponente petere, ut declarassent ipsi eidem collegio, seu seminario jus esse in alternativa commissariatus, et praefecturae missionum cum aliis quatuor memoratis collegiis, seu seminariis, vel saltem ei licitum esset ad evitanda scandala, atque ad felix missionum augumentum, aliisque de causis Nobis supplices dare preces, ut eidem collegio, seu seminario de Pachuca suum proprium commissarium, seu praefectum missionum ea lege concederemus, ut juxta formam toties memoratae Innocentianae constitutionis, et dum guardiani conventuum eliguntur quolibet septennio deputandus esset. Hinc memoratus Emmanuel Maria commissarius generalis attento, quod Innocentiana constitutio praedicta huic petitioni minime adversari videatur, quippe quia in ea postquam alternativa praedicta fuit sancita, illius tamen observatio ministri generalis dicti ordinis pro tempore existentis arbitrio committitur, nisi aliter de assensu majoris partis collegiorum, seu seminariorum hujusmodi missionibus utile, ac proficuum futurum fore videretur, ac quatuor memorata collegia, seu seminaria in hoc facile descendunt, ut scilicet collegio, seu seminario de Pachuca proprius concedatur commissarius, ac praefectus missionum, dummodo tamen alternativa praedicta inter collegia, seu seminaria regularis observantiae dunta-

xat locum teneat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos igitur pia ejusdem Karoli regis catholici desideria hisce desuper excipientes, ipsumque Emmanuelem Mariam commissarium generalem specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem collegio, seu seminario de Pachuca suum proprium commissarium, ac praefectum missionum, a commissario et praefecto missionum aliorum supradictorum quatuor collegiorum, seu seminariorum penitus, ac omnino separatum, et divisum perpetuis futuris temporibus auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus et indulgemus; ea tamen lege, ut septimo quoque anno a missionariis dumtaxat dicti collegii, seu seminarii, ac privative novus commissarius, ac praefectus hujusmodi eligendus sit, quod si durante septennio hujusmodi dictus commissarius, et praefectus viam universae carnis ingrediatur; tunc id servetur, quod circa guardianorum electionem a dicta Innocentiana constitutione praescribitur, excepta tantum convocatione capituli, quae tunc ab existente guardiano erit ineunda. Commissario porro, ac praefecto hujusmodi sic electo, ut omnibus et singulis privilegiis, gratiis, facultatibus, ac praerogativis, quibus commissarii, et praefecti missionum aliorum collegiorum, seu seminariorum regularis observantiae utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et potiri possunt, vel poterunt quomodolibet in futurum, etiamsi privilegia, gratiae, facultates, ac praerogativae hujusmodi eis specialiter, et ad illorum dumtaxat petitionem nulla facta mentione de commissario, et praefecto missionum dicti collegii, seu seminarii de Pachuca praedicti fuissent concessa, uti, frui, et gaudere libere ac licite possit et valeat, auctoritate, et tenore praedictis pariter impertimur.

Confirmatio facultatum praefecto pro tempore existenti jam concessarum.

§. 6. Insuper eidem commissario et praefecto pro tempore existenti viginti septem facultates alias a felicis recordationis Benedicto pp. XIV. praedecessore Nostro dictis quatuor collegiis, seu seminariis sub die decima quinta decembris millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo concessas specialiter tribuimus. Eique, ut durante munere suo hujusmodi sacramentum confirmationis, servata instructione a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis propagandae fidei praepositorum die vigesima prima martii anni millesimi septingentesimi septuagesimi quarti edita, nec non servatis conditionibus, et signanter obtinendi in scriptis a locorum ordinariis veniam, ab eadem congregatione per suum decretum diei octavae julii ejusdem anni millesimi septingentesimi septuagesimi quarti praescriptis administrandi, nec non alium fratrem dicti collegii, seu seminarii, seu missionum nunc vel pro tempore eis concreditarum, vel concredendarum alumnum, qui tamen probatae sit vitae, ac aetatis, ut sacramentum confirmationis hujusmodi juxta decretum dictae congregationis a memorato Clemente XIV. praedecessore sub die decima julii dicti anni millesimi septingentesimi septuagesimi quarti approbatum ministrare posset, subdelegandi, suosque missionarios a praecepto non contrectandi, neque accipiendi pecuniam in defectu sindicorum fidelium, ac sic urgente ac suadente necessitate, vel earumdem missionum utilitate, quemadmodum per decretum dictae congregationis de Propaganda Fide die vigesima septembris millesimo sexcentesimo trigesimo octavo editum praefecto missionum fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum fuit concessum, dispensandi, ita tamen ut etiam guardiani collegii, seu seminarii hujusmodi, tum fratres mendicantes rurales, tum missionarios, qui pro dicti collegii, seu seminarii, ac missionum utilitate iter habent hisce desuper dispensare possint. Tandem commissario, seu praefecto praedicto suos fratres ab onere recitationis divini officii, seu horarum canonicarum eximendi, illudque in alias preces commutandi, a praecepto jejunii, et a carnium abstinentia, nec non a regula excalceatis, ac pedibus incedendi regula hisce desuper illius onerando conscientiam, auctoritate Nostra apostolica liberandi plenam et amplam facultatem auctoritate et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

by Google

Concessio officii, et missae propriae s. Michaelis archangeli.

§. 7. Tandem ad augendam sancti Michaelis archangeli venerationem in terra quemadmodum alias per Nostrum decretum diei sextae aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo septimo collegiis, seu seminariis de Querentano, Zacateras, Guatimala, et Mexici indulsimus, sic eidem collegio, seu seminario de Pacucha, ut festum diem ejusdem sancti Michaelis archangeli veluti patroni principalis missionum sub ritu duplici primae classis cum octava vigesima nona septembris deinceps, et futuris perpetuis temporibus celebrare libere, ac licite possit et valeat auctoritate, et tenore praedictis concedimus et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, ac dictorum seminariorum, seu collegiorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia martii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCCLXXXI.

Dat. die 13. martii 1792. Anno XVIII.

Impositio taxae pro substinendis sumptibus militiae nuncupatae manipolum quinquaginta militum in civitate Caesenatensi.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Franciscus comes Fattiboni, quod Nos alias in simili forma Brevis 30. septembris 1788. expeditas literas, quibus varia rescripta pro erectione manipuli quinquagintorum militum ad excubias, vigiliasque agendas in civitate, ac patria Nostra Caesenatensis a Nobis concessa pro illorum majori firmitate confirmavimus, inter caetera etiam, ut stipendiis manipuli militum hujusmodi, caeterisque necessariis sumptibus consultum esset; voluimus, ut possidentes omnes, etiam ecclesiastici, ac speciali mentione digni, qui secundum vias publicas territoriales comitatus Caesenatensis pro fronte suorum praediorum arbores conserere solent, annuum vectigal, seu taxam duorum quadrantium, seu « quattrini » monetae Romanae pro qualibet mensura vulgo canna, seu pertica Caesenaten. linearis longitudinis viarum publicarum hujusmodi, dummodo tamen eaedem viae publicae non minores essent, una pertica agrimensoria in mensuram viarum territorialium a Dionisio Carrara publico decempedatore Caesenatensi anno 1780. factam persolvere tenerentur, et alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenorem praesentibus pro insertis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, interim deprehensum sit, annuos proventus taxae hujusmodi, vel pro sui tenuitate, vel potius aliis de causis militum stipendiis, caeterisque necessariis sumptibus minime sufficere, unde militare aerarium gravi jam aere alieno implicatum sit. Nobis propterea memoratus Joannes Franciscus, qui manipuli hujusmodi dux est, seu « Comandante » humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, ac, ut in-

fra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum Joannem Franciscum specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito prius dilecto filio magistro Joanne Baptista de Pretis camerae apostolicae clerico, ac armorum status ecclesiastici commissario generali, taxam supradictam, seu annuum vectigal duorum quadrantium ad quatuor quadrantes, seu « quattrini » pro omni canna lineari viarum, quae tantum latae sint decem, novem, vel octo pedes, exceptis caeteris omnibus, quae minoris sint latitudinis, ac servata in reliquis forma in memoratis Nostris literis praescripta auctoritate apostolica tenore praesentium augemus, ac respective imponimus. Ne autem ex possidentium malitia, aut aliter proventus hujus novae taxae imminuatur, ac aliquis modus recursuum multiplicitati praescribatur, volumus, atque harum serie statuimus, ut imposito eisdem possidentibus silentio, deinceps nullae eorum preces, nisi propriis nominibus signatae, legalibus documentis munitae recipiantur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et S. R. E. cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque omnibus, quae in eisdem Nostris literis, non obstare voluimus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia martii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCCLXXXII.

Dat. die 13 mart. 1792. Anno XVIII.

Applicantur favore archipresbyteri, et primicerii collegiatae ecclesiae s. Andreae oppidi Sublacensis ecclesia sancti Martini, illiusque bona ejusdem oppidi.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Caeteris omnibus, quae utpote divini cultus amplificationi, et spirituali animarum regimini consentanea jampridem in Nostra Sublacensi abbatia perficienda decrevimus, alia modo adjicere ducimus opportunum.

Memorantur concessiones factae in amplificationem divini cultus, et pro meliori animarum regimine.

§. 2. Postquam nuper animarum curam insignis collegiatae ecclesiae sancti Andreae apostoli Sublacensis tunc illius praeposito praecipue incumbentem, praevia praepositurae extinctione, geminis dignitatibus ex integro a Nobis etiam tunc erectis, archipresbytero nimirum, et primicerio certis modo, et forma attribuimus, prout in aliis Nostris literis sub datum Romae sexto kalendas mensis septembris proxime praeteriti cumulate peregimus, et sancivimus, satis munus Nostrum explevisse minime videremur nisi dignitatibus iisdem praeter communis capitularis mensae participationem, et emolumenta ex stolae exercitio obvenientia, alios quoque redditus eis adderemus, unaque aerario quoque a Nobis extructae collegiatae ecclesiae magis foret consultum. Etenim jamdiu compertum Nobis est quoddam pervetustum in eodem oppido templum in honorem sancti Martini dicatum, et recentius Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo denominatum, dictaeque collegiatae ecclesiae filiale, informe quidem et madore squallidum esse, ita ut in oppido sacris aedibus non carente, illius demolitionis consilium foret opportunum, eidemque templo nonnulla pertinere bona, et annuos redditus, quorum aliqui inexacti, alii vero neglecti sunt. Praeterea que in eodem oppido unum sancti Michaelis archangeli, quod Petrus Caroni, et in loco

Aphilarum territorii ejusdem abbatiae alterum, perpetua simplicia, nullamque residentiam requirentia, tenuis tamen proventus extare beneficia sub s. Erasmi respective invocationibus, quod Joseph Frosoni presbyteri dilecti filii respective obtinent. Ex hisce propterea nimirum concessione templi sancti Martini, nec non illius bonorum, et reddituum applicatione, pariterque unione dictorum beneficiorum tam futurorum archipresbyteri, et primicerii, substentationi abundantius, quam sacrarii dictae collegiatae ecclesiae custodiae magis consulere deliberabis, ad quae dilectorum etiam filiorum capituli, et canonicorum ipsius collegiatae ecclesiae, et promotoris fiscalis Nostrae abbatialis curiae Nobis oblata vota suffragantur.

Expositio precum porrectarum pro obtinenda ecclesia s. Martini pro explendis functionibus parochialibus.

§. 3. Verum cum pro parte dilecti pariter filii Vincentii Gizzi rectoris parochialis ecclesiae Beatae Mariae Virginis de Valle nuncupatae ejusdem oppidi ad Nos nuper delatum fuerit, illius ecclesiae aedificium proximam minari ruinam, ita quod sacrosanctum missae sacrificium, et ecclesiasticae functiones in ea absque fidelium confluentium metu minime queant celebrari; ipsumque paratum esse ad novam in proximo, sed aptiori, magisque commodo loco parochialis ecclesiae constructionem: propereaque ille Nobis humiliter supplicari fecit, ut quousque nova minime expleta fuerit ecclesia, interim s. Martini templi eo, quo extat modo, usum ad parochiales implendas functiones cum facultate inibi legatis, et oneribus quibusvis satisfaciendis concedere, et impertiri dignaremur. Quibus quidem susceptis precibus, illius templi demolitionem suspendentes, deliberationem nihilominus, quam de augendo nedum geminarum dignitatum, sed quoque sacrarii proventu mente Nostra fovebamus, illa minime seposita, prout Nobis prudenter datum est per praesentes exequi non omittimus.

Tenor concessionis cum suis conditionibus.

§. 4. Nos igitur imminenti parochialis ecclesiae s. Mariae de Valle periculo prae aliis praemissis occurrere volentes, dicto Vincentio, et pro tempore existenti illius rectori interim, et quousque nova parochialis ecclesia constructa, et ad functiones ecclesiasticas expleta non fuerit, usum templi sancti Martini, ad hoc, ut inibi missam celebrare, parochianis suis sacramenta ministrare, verbumque Dei populo annuntiare possit, et valeat per praesentes concedimus, et impertimur, eique facultatem inibi omnibus legatis, et oneribus hactenus impositis, et forsan demandandis satisfaciendi tribuimus per praesentes, perinde ac si legata, et onera in veteri collabente ecclesia ut antea adimpleta fuissent.

Facultas demoliendi ecclesiam s. Martini post reintegrationem ecclesiae parochialis.

§. 5. Nihilominus vero resolutionem ab eisdem capitulo, et canonicis emissam qua sese ex redditibus particularibus sacrarii dictae collegiatae ecclesiae obligarunt durante usu praemisso restaurare, et conservare toties quoties opus esset sancti Martini ecclesiam Nos ratam habentes, validamque efficientes, ecclesiam ipsam sancti Martini, ut praefertur, Beatae Mariae Virginis de monte Carmelo nuncupatam, illiusque aedificium, et solum in omnibus, et per omnia sacrario praefato ita concedimus, et donamus, ut quum nova parochialis ecclesia sanctae Mariae de Valle ex integro expleta fuerit, illiusque rector ab ecclesia sancti Martini recesserit, tunc dilecto filio vicario Nostro in oppido praefato in spiritualibus generali ecclesiam illam sancti Martini, extractis prius ex ea omnibus Christifidelium defunctorum cadaveribus, et ossibus, eisdemque ad coemeterium jam benedictum translatis, ac in illo reconditis, servatis alias juxta Ecclesiae ritum servandis, liceat prophanare, et in communes societatis hominum, non tamen in sordidos usus convertere; capitulo vero, et canonicis praefatis illam demoliendi, et lapides, coementa, ligna, aliaque rudera, et materialia inde provenientia in novas aedificationes, aut alios quoscumque usus erogandi pretio debito recepto; et super situ, seu solo demolito fabricari faciendi licentiam, et facultatem ad effectum tamen, ut ex pretiis inde retrahendis unum tantum constituatur lucrosum investimentum ex cujus fructibus aliquis a capitulo, et canonicis seligi queat presbyter ad illorum nutum amovibilis, qui sacristae munere fungatur, assidue sacrario adsistat, et collegiatae, nec non suppellectilia, candelabra, et argentea vasa, idque totum, quod ad sacrarium, et ecclesiam spectat, custodiat, servet, et tueatur.

Unio bonorum censuum, et redditum ecclesiae sancti Martini, et B. M. V. de monte Carmelo.

§. 6. Porro ejusdem promotoris fiscalis instantiae obsecundare Nos censentes, omnia, et singula bona, census, redditus, et proventus ecclesiae sancti Martini recentius Beatae Mariae Virginis de monte Carmelo nuncupatae, et ad illam quomodolibet spectantia, et

ad quae jus habet, seu deinceps habere poterit, itidemque fructus eorumdem bonorum, et censuum hactenus decursos, et non solutos; nec non primodictum sancti Michaelis archangeli, cujus duorum, et secundo dictum sancti Erasmi beneficia ecclesiastica, cujus tresdecim scutorum monetae Romanae respective fructus, redditus, et proventus secundum communem aestimationem valorem annuum, ut accepimus, non excedunt, praevia illorum titulorum collativorum suppressione, et extinctione ex nunc prout ex tunc, et cum primum illa per cessum, vel decessum dictorum Petri, et Josephi quovis modo etiam per obitum apud Sedem apostolicam vacare contigerit etiamsi actu nunc vacent; illorumque fructus, redditus, et proventus, supportatis tamen omnibus, et singulis illius adnexis oneribus archipresbyteratui, et primiceriatui a Nobis, ut praefertur, erectis, illisque pro tempore obtinentibus in augmentum aequaliter partiendum eorum redditUum, et juxta modum, ut infra, praescribendum ipsarum vigore praesentium apostolica Nostra auctoritate perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus.

Commissio apostolica pro exactione creditorum, et deposito pecuniarum.

§. 7. Propterea eidem vicario Nostro per praesentes committimus, et mandamus, ut ipse qua pollet prudentia, et in rebus gerendis dexteritate in primis bonorum omnium, censuum, ac proventuum ejusdem ecclesiae sancti Martini Beatae Mariae Virginis de monte Carmelo nuncupatae descriptionem, ac censuum, fructuum decursorum, et non solutorum summas calculare faciat, nec non debitores ad solutiones redigere curet. Ei tamen facultatem omnem per praesentes tribuimus, ut cum debitoribus pauperibus debiti partem aliquam remittere, aut alias circa illud transigere possit; summas vero receptas penes locorum piorum arcarium deponi faciat. Id pariter ei injungendum ducimus, ut quoad fructus censuum decursos, et usque modo non solutos, quosque ipse exigere poterit unum itidem totum constituatur investimentum, et si ipsi videbitur ex illius obventuris fructibus etiam multiplicum, illudque duraturum sit quousque duae ex tribus fructuum partibus ad illam ascendent summam, quae oneribus jamdiu bonis ecclesiae s. Martini impositis ferendis respondeat. Reliqua vero tertia pars penes canonicum sacristam deponatur, ipseque illam in cumulum servet, et in multiplicum etiam ponat donec casus deputationis sacerdotis sacristae eveniet, aliaque circa praemissa pro sui arbitrio agere pergat, ut tandem ambae dignitates absque onerum gravamine novis proventibus potiturae sint, nec non sacerdotis sacristae munus in collegiatae ecclesiae servitium, et decus institui queat.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 8. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes, seu habere praetendentes ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, aut causae propter quas praesentes emanarunt satis adductae, et verificatae non fuerint, vel ex alia quavis causa, vel defectu etiam inexcogitato de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu quovis alio defectu notari, impugnari, infringi, et adversus eas quodcumque juris, vel facti remedium, aut aperitionis oris, vel reductionis ad viam, et terminos juris impetrari nunquam posse, sed semper firmas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam palatii Nostri apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus. Quocirca eidem vicario Nostro per apostolica haec scripta mandamus pariter, ut ipsas praesentes, et in eis contenta quaecumque faciat authoritate Nostra ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit inviolabiliter observari, idemque capitulum, et canonicos, nec non praefatos archipresbyterum, et primicerium in veram, realem, et actualem possessionem praefatorum bonorum, censuum, et quae constituenda erunt investimentorum, illorumque fructuum, ac utriusque beneficii, et illorum bonorum, nec non ecclesiae s. Martini modo, et forma praemissis respective inducat auctoritate etiam Nostra, et defendat inductos, non permittens eos, et eorum quoslibet super praemissis a quovis indebite molestari, contradictores quoslibet, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non

tollendo, et de exprimendo vero beneficiorum uniendorum valore, et de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, ac quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, expressa et individua mentio habenda foret, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris ad effectum validatis, et perpetuae praemissorum firmitatis hac vice dumtaxat harum serie specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Reservatio specialis.

§. 10. Volumus autem, quod praefati Petrus, et Josephus beneficia praefata ab eis obtenta in praejudicium effectus unionis, ut praefertur, factae in Nostris, seu successorum Nostrorum manibus ad cujuscumque personae favorem etiam ex permutationis causa resignare nequeant, et quatenus illa ab eis resignari contigerit, resignationes hujusmodi utpote in elusionem praemissae dispositionis non ad cujusvis personae favorem factae censeantur, nec illi suffragentur, sed unio praemissa debitum suum illico sortiatur effectum.

Sanctio poenalis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae concessionis, donationis, unionis, annexionis, incorporationis, facultatem impartitionis, praecepti, mandati, decreti derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, idibus martii, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 19. martii 1792. Anno XVIII.

DCCCLXXXIII.

Concessio facultatum pro archiepiscopis, et episcopis, ac dioecesum administratoribus regni Galliarum.

Dilectis filiis Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, et venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis dioecesum administratoribus regni Galliarum.

Pius PP. VI.

Dilecti filii Nostri
Venerabiles fratres, ac dilecti filii
Salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. In gravissimis, et multiplicibus curis, quas pro commissa Nobis a supremo pastorum principe Jesu Christo omnium ecclesiarum sollicitudine assidue sustinemus, periculosis hisce temporibus, quibus multi nimis ex eorum numero esse videntur, quos praenunciavit apostolus, *qui sanam doctrinam non sustinent, et ad sua desideria coacervantes sibi magistros, a veritate auditum avertunt*, non aliud profecto majus, neque jucundius experimur solatium, quam cum venerabiles fratres episcopos, qui in ejusdem sollicitudinis Nostrae partem vocati sunt, ad exequendum officii sui debitum alacri, strenuoque animo incumbere novimus, ac diligentissime curare, ut gregis ipsis crediti saluti opportuniori, qua fieri potest, ratione consulant. Prooemium.

§. 2. Ejusmodi vero solatio nuper praeter modum affecti sumus, cum literas perlegimus omni officio refertas, quas die decima sexta decembris anni superioris plures fraternitatum vestrarum Parisiis degentes, et quas die octava januarii currentis anni ii earumdem fraternitatum vestrarum, qui Romae commorantur, ad Nos conscripserunt. Ex iis enim cognovimus, postulari a Nobis, ut singulos ejus Galliarum regni antistites, ac dioecesum administratores tempore, quo episcopales sedes vacant, generali indulto amplioribus nonnullis instruamus facultatibus, quo facilius quisque possit gregem sibi creditum pascere, et gubernare. Expositio precum porrectarum.

§. 3. Haud difficile fuit Nobis agnoscere, quam aequa esset hujusmodi petitio, huic nimirum temporum acerbitati conveniens, quam digna sacris praesulibus, qui sui muneris partes, et probe agnoscunt, et pro viribus implere contendunt, quique in praefatarum literarum fine testimonium reddunt obsequii, quod Gallicanae ecclesiae profitentur erga Sedis apostolicae auctoritatem per eas declarationes, quarum duas hic exscribimus. Ratio concessionis.

Prima declaratio est, *Nullam ex facultatibus per Sedem apostolicam concedendis a se, vel a subdelegatis exercendam esse absque praevia declaratione in ipso actus tenore inferenda nimi-*

Digitized by Google

rum — se virtute potestatis ab apostolica Sede delegata procedere, notata ipsa concessionis die —

Altera vero. *Se stricte observaturos decreta, et ordinationes summorum pontificum, conciliorum, consuetudines ecclesiae Romanae erga Gallicanam ecclesiam in concedendis dispensationibus, censuris tollendis, et in aliis quibuscumque actibus indultorum virtute factis.*

Tenor concessionis. §. 4. Itaque de consilio selectae venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregationis coram Nobis habitae die decima nona januarii proxime praeteriti fraternitatibus vestris, vobisque, dilecti filii dioecesum administratores, concedimus per praesentes literas facultates pro tempore, et modo in adnexo indulto reservatis, si quae sint, quibusque fruantur sedes aliquae episcopales super alias.

Monitum speciale. §. 5. Caeteroquin confortamini, venerabiles fratres, in Domino, et in potentia virtutis ejus, atque induti armaturam Dei adversus mundi rectores tenebrarum harum, certate, ut coepistis, tamquam strenui milites Christi. Neque enim magis, quam tribulationis tempore, oportet sacros antistites solidam illam christianam virtutem, et sacerdotalem praeferre constantiam, qua juxta monitum apostoli instructi esse debent, *ut potentes sint exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt arguere*. A Nobis autem cuncta tum pontificiae auctoritatis praesidia, tum paternae benevolentiae testimonia semper expectate, quorum interim pignus vobis, dilecti filii Nostri, venerabiles fratres, ac dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum die decima nona martii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Facultates concessae ab apostolica Sede

Singulis archiepiscopis, et episcopis
ac dioecesum administratoribus.
Regni Galliarum
Communionem et gratiam
Sedis apostolicae habentium.

Facultas absolvendi a censuris S. Sedi reservatis. §. 6. 1. Absolvendi ab omnibus casibus Sedi apostolicae quomodolibet reservatis, ac praesertim absolvendi ab omnibus ecclesiasticis censuris quoscumque laicos, et ecclesiasticos, tam saeculares, quam regulares utriusque sexus, atque eos etiam, qui schismati adhaeserunt, et juramentum civicum emiserunt, in eoque perstiterunt ultra quadraginta dies in apostolicis literis diei decimae tertiae aprilis superioris anni pro incurrenda suspensione a divinis praefinitos, dummodo tamen, seu postquam publice, et palam idem juramentum retractaverint, et fidelium scandalum reparaverint eo meliori modo, quo fieri poterit.

§. 7. 2. Dispensandi promovendos ad ordines tam minores, quam sacros, aut iisdem ordinibus jam initiatos super irregularitatibus quoquo modo incursis, et etiam ab illa, quam incurrerunt violatores suspensionis latae per easdem apostolicas literas diei decimae tertiae aprilis, dummodo isti, antequam dispensentur, juramentum civicum pure, et simpliciter emissum publice, et palam retractent: exceptis tamen irregularitatibus, quae proveniunt ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario, et in his etiam duobus casibus conceditur facultas dispensandi, si praecisa necessitas proborum operariorum ibi fuerit, dummodo tamen quoad homicidium voluntarium ex hujusmodi dispensatione scandalum non oriatur. Facultas dispensandi promovendos ad minores, vel sacros ordines, etiam super irregularitatibus.

§. 8. 3. Dispensandi, et commutandi vota simplicia etiam castitatis ex rationabili causa in alia pia opera, idque erga virorum ac mulierum congregationes, quarum membra his vinculis constringerentur, non tamen votum religionis. Facultas dispensandi, vel commutandi vota simplicia.

§. 9. 4. Dispensandi in matrimoniis contractis, et contrahendis super impedimento publicae honestatis justis ex sponsalibus proveniente. Facultas dispensandi super impedimentis matrimonialibus.

Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjugum machinante, ac restituendi jus petendi debitum amissum.

Dispensandi in impedimentis cognationis spiritualis, praeter quam inter levantem, et levatum.

Dispensandi in tertio, et quarto gradu consanguinitatis, et affinitatis simplici, et mixto, non solum cum pauperibus, sed etiam cum divitibus in matrimoniis tam contractis, quam contrahendis.

Dispensandi etiam in secundo simplici, et mixto, dummodo nullo modo attingat primum gradum tam in contractis, quam in contrahen-

Digitized by Google

dis non solum cum pauperibus, sed etiam cum divitibus.

Omnes vero dispensationes matrimoniales non concedantur, nisi cum clausula — *dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat* — Ipsi autem sive archiepiscopi, sive episcopi, sive dioecesum administratores (gravissime singulorum conscientia onerata) omnes, et singulas dispensationes matrimoniales a se concessas, et concedendas referre teneantur in regestrum authenticum apud ipsos accurate, et occulte servandum, et cum inscriptione nominum dispensandorum.

Facultas dispensandi a defectu aetatis pro suscipiendis ordinibus sacris.

§. 10. 5. Dispensandi a defectu aetatis trium mensium pro sacris ordinibus suscipiendis, salvis tamen indultis dispensandi super defectu aetatis tredecim mensium jam concessis ab apostolica Sede nonnullis episcopis, et dioecesum administratoribus.

Facultas conferendi ordines extra tempora.

§. 11. 6. Conferendi ordines extra tempora in casu utilitatis, vel necessitatis, si de episcopis sermo sit: et dispensandi pro recipiendis ordinibus extra tempora, si de administratoribus dioecesum, sede vacante, agatur.

Facultas dispensandi de beneficiis parochialibus in favorem presbyterorum saecularium, vel regularium cujuscumque instituti in defectu aliorum idoneorum.

§. 12. 7. Disponendi in beneficiis parochialibus, aliisque titulis ecclesiasticis, quibus adnexa est cura animarum, in gratiam presbyterorum saecularium, vel regularium cujuscumque instituti, non habita ratione saecularitatis, vel regularitatis hujusmodi titulorum, in defectu tamen presbyterorum saecularium, quibus praefata beneficia saecularia, vel presbyterorum regularium, quibus beneficia regularia conferantur: item conferendi eadem beneficia, non obstante regula mensium, et usu alternandi pro illis dioecesibus, in quibus praedicta regula mensium, et praefatus usus alternandi observatur.

Facultas concedendi religiosis licentiam transeundi ad aliud institutum.

§. 13. 8. Concedendi facultatem religiosis cujuscumque ordinis, aut congregationis in aliud institutum transeundi, quamvis regula in hoc vigens minus foret austera quam in eo, in quo professionem emiserunt.

Facultas concedendi religiosis, extra monasterium degere coactis, licentiam dimittendi habitum regularem.

§. 14. 9. Concedendi licentiam regularibus exemptis, vel non exemptis cujuscumque ordinis, et instituti, qui extra conventum vivere, et regularem habitum dimittere coacti sunt, induendi vestes saeculares, ecclesiastico tamen viro convenientes, ac permanendi in eo habitu sub obedientia ordinarii, quatenus superiores regulares non adsint, aut nulla uti possint in suos subditos jurisdictione firma tamen remanente solemnium votorum obligatione.

Facultas praesidendi, et disponendi de rebus generatim pertractandis in domibus puellarum directioni regularium subjectarum.

§. 15. 10. Praesidendi electionibus, easdem confirmandi, dandi obedientias, et generatim in domibus puellarum directioni regularium subjectarum omnia obeundi munia superiorum immediatorum, quotiescumque iidem absentes erunt, aut impediti, vel in providendo negligentes officio deerunt, ita ut procedant tamquam Sedis apostolicae delegati, salvo tamen jure, quod juxta canonicas sanctiones in easdem domos, sive personas quocumque ex titulo jam habere noscuntur: pariter iisdem tamquam Sedis apostolicae delegatis datur facultas concedendi immunitatem religiosis utriusque sexus etiam exemptis, tum omnibus collective, tam speciatim singulis, ab ea regularum, ac constitutionum parte observanda, quam in praesenti rerum statu absque gravi incommodo observare nequeunt.

Facultas impertiendi indulgentiam plenariam in articulo mortis.

§. 16. 11. In articulo mortis indulgentiam plenariam impertiendi juxta formulam a Benedicto XIV. praescriptam in sua constitutione data die septima mensis aprilis millesimo septingentesimo quadragesimo septimo.

Facultas renovandi vel prorogandi indulgentias a summis pontificibus concessas.

§. 17. 12. Renovandi, et prorogandi indulgentias a summis pontificibus religiosis domibus, et congregationibus ad tempus concessas, prout postulabit rerum, vel temporum necessitas; item transferendi omnes, et quascumque indulgentias concessas, et assignatas quovis titulo ecclesiis cathedralibus, aut parochialibus, quas invasere pseudo pastores, ad illas ecclesias, in quibus catholici conveniunt divinum officium celebraturi.

Facultas communicandi praedictas concessiones exceptis iis, quae requirunt ordinem episcopalem.

§. 18. 13. Communicando praedictas facultates, non tamen illas, quae requirunt ordinem episcopalem, in totum vel in parte, prout secundum eorum conscientias judicaverint, sacerdotibus idoneis tam pro omnibus locis, quam pro aliquibus suarum dioecesum, et ad tempus ipsis benevisum, prout magis in Domino expedire judicaverint; nec non easdem, quatenus opus fuerit, revocandi, sive etiam moderandi tam circa illarum usum, quam circa loca, et tempus easdem exercendi.

Concessio juris subdelegandi praedictas facultates.

§. 19. 14. Potestatem subdelegandi simplicibus presbyteris facultates non requirentes ordinem episcopalem, quae Galliarum archiepiscopis et episcopis concessae fuerunt per indultum generale diei decimae mensis maji su-

Digitized by Google

perioris anni: archiepiscopis vero Parisiensi, et Lugdunensi, atque antiquioribus episcopis cujusque provinciae regni Galliarum potestatem subdelegandi etiam facultates illas, quae juxta resolutiones diei decimae octavae mensis augusti, speciatim iisdem concessae fuerunt die vigesima sexta septembris proxime praeteriti. Hae autem facultates prorogantur ad tempus hujus indulti.

Conditio specialis.

§. 20. Omnes vero praedictae facultates conceduntur ad annum ab hoc die incipiendum, si tamdiu horum temporum calamitas perduraverit. Conceduntur praeterea ea lege, ut nullo pacto eis liceat iisdem uti extra fines suae dioecesis, neque in locis dominio regis christianissimi non subjectis. Demum conceduntur sub ea conditione, ut archiepiscopi, episcopi, ac dioecesum administratores in exercitio cujuscumque ex commemoratis facultatibus expresse declarent, illas ab ipsis concedi tamquam a Sedis apostolicae delegatis: quae declaratio in ipso actus tenore inserenda erit.

DCCCLXXXIV.

Dat. die 19. martii 1792. Anno XVIII.

Reprobatio constitutionis civilis pro clero Gallicano editae.

Pio PP. VI.

Diletti figli Nostri,
Venerabili fratelli, e diletti figli,
Salute, e benedizione apostolica.

Animi motus patefecit pontifex pro diverso exitu monitionum publicatarum in literis diei 13. aprilis 1791.

§. 1. Queste nuove lettere, che a voi dirigiamo, vi faran testimonianza di quanto gaudio per una parte è ripieno l'animo nostro, e di quanto cordoglio è trafitto per l'altro sul diverso esito delle Nostre monizioni, contenute nelle Nostre lettere del dì 13. aprile dell'anno scaduto, delle quali nè ignorate voi, nè ignora alcun vescovo del mondo cattolico qual fosse il tenore. Perciò che al gaudio si appartiene, voi in primo luogo, diletti figli Nostri cardinali della S. R. C., e venerabili fratelli arcivescovi e vescovi, ne somministrate a Noi una causa abbondantissima. Imperciocchè confortati dalle Nostre paterne voci avete sempre più fatta risplendere l'egregia vostra costanza, sostenendo con animo invitto altri l'esilio fuori delle vostre chiese, e dello stesso regno; altri le ingiurie, e le persecuzioni nelle vostre chiese medesime; altri finalmente lo stesso squallore del carcere, come essere specialmente di voi avvenuto rilevammo dalle vostre lettere, o venerabile fratello vescovo di Senez, degno perciò del maggiore elogio; ed essendo stati inoltre tutti, sì presenti, che assenti (fuori di quattro soli pastori infelicissimi) impegnati a far pubblicare le Nostre lettere, e a persuadere i fedeli delle respettive diocesi di conformarsi alle Nostre monizioni.

Deo gratias agit, ac ab eo spem efflagitat verbis utens s. Leonis.

§. 2. Per la qual cosa Noi con san Leone rendiamo grazie a Dio, e molta fiducia prendiamo di piamente esultare, allorchè vediamo i cattolici fratelli essere talmente vigorosi nello spirito della fede, che i tentativi degli eretici non possano recare su i vostri cuori alcuna debolezza . . . Che però quantunque un grande intervallo di luogo ci divida, siamo tuttavia presenti a voi per l'unità della fede . . ., allorchè ci gloriamo della concordia della vostra credenza: purchè coll'ajuto del Signore perseverante sia la vostra costanza, dicendo l'apostolo: per i meriti di Gesù Cristo è stata a voi concessa la grazia non solo di credere in lui, ma di patire ancora per lui (1). Le vostre pene sono a Noi comuni. Imperciocchè (come dicevano i padri di Sardica nel tempo della persecuzione Ariana) patiamo noi, allorchè patiscono i nostri fratelli, e nostri propri crediamo che sieno i patimenti di essi, e mischiato abbiamo le nostre lacrime colle vostre (2).

Laudes effundit in eos qui fortes in fide permanserunt.

§. 3. Ci avete ancor voi consolato, diletti figli canonici, e parrochi degni di singolare elogio, virtuosi professori delle università, particolarmente della Sorbona, assai benemeriti della religione, specialmente nelle presenti pericolose circostanze, rettori de' seminarj, ed altri ecclesiastici di qualunque genere, sagre vergini, e laici altresì, i quali attenendovi

(1) Lettera a Martino prete nella collezione dei concilj del Labbè ediz. ultima di Antonio Zatta num. LXXIV. tom. 6. col. 95. let. b. c.

(2) Lettera alla chiesa di Alessandria nella cit. collez. del Labbè tom. 3. col. 55. let. a., e presso s. Atanasio Apolog. 2. In Colonia 1686. tom. 1. pag. 759. let. a.

Digitized by Google

alle Nostre esortazioni, vi manteneste costanti nella fede e per tal modo esercitaste i vostri uffizj, che molti di voi sull'esempio de' vostri pastori soffrirono con gran coraggio contumelie, esilj, carceri, ed altre persecuzioni. Non pochi ecclesiastici parimente del vostro secondo ordine, deputati all' assemblea nazionale, uomini degni veramente, e celebri per la loro dottrina, e per la difesa della buona causa, si son gloriati di manifestare colle lor lettere a Noi scritte sei mesi fa i lor sentimenti di sostanza, di subordinazione, e di rispetto verso di Noi: e lo stesso fecero altri ecclesiastici del second'ordine uniti insieme col venerabil fratello Francesco vescovo di Clairmont colle loro lettere scritteci ai 22. del mese di gennajo, ed altri sull' esempio di questi con altre lettere del dì 17. febbrajo di quest' anno; de' quali perciò facciamo qui un' onorevol menzione.

Idem ut supra. §. 4. Maggiore poi è stata la consolazione, che ci avete voi recata, diletti figli ecclesiastici del secondo ordine, i quali, udito appena il Nostro giudizio, e le Nostre esortazioni, imitato avete l'illustre esempio di alcuni antichi vescovi delle Gallie. Imperciocchè siccome quelli dopo d' aver approvata insieme coi vescovi orientali l'erronea formola del concilio di Rimini, conoscendo essere stata sorpresa la loro semplicità, ritrattarono tutto ciò, che per inavvedutezza era stato da essi operato . . . , rigettando sopra tutto quegli apostati sacerdoti, che o per ignoranza, o per malizia di altri erano stati sostuiti in luogo de' lor fratelli, indegnamente mandati in esilio (1); così ancor voi prontamente ritrattato avete quell' empio giuramento, che o per timore, e per ignoranza, o per sorpresa avevate prestato, detestando gli errori, che nel giuramento si contenevano, separandovi dagli intrusi, e restituendovi finalmente ai legittimi pastori, da' quali vi eravate allontanati. Queste ritrattazioni sono state di numero così grande, che ciascun giorno ne ha portate delle nuove, ed han prodotto l'effetto, che quelli, i quali totalmente acciecati amarono meglio di rimaner nell' errore, sono restati gravemente disonorati presso tutti gli ordini, e sono decaduti dalla stima di quelli ancora che indotti li avevano a questa apostasia, come da parecchi vescovi fu a Noi significato.

§. 5. Quindi non fia maraviglia, se il Nostro gaudio sarà per cagion vostra tanto maggiore, e sarà comune a tutta la Chiesa; e per questa ragione stimiamo opportuno di tener con voi quella stessa benigna condotta, che tenne san Leone con alcuni vescovi d' Oriente, i quali aveano avuto parte in cacciar san Flaviano dalla sede di Costantinopoli: imperciocchè così scrisse egli ad Anatolio vescovo Costantinopolitano (2). » Quanto ai fratelli, che . . . » conosciamo esser desiderosi di comunicare » con Noi, giacchè si pentono di non essersi » tenuti costanti contro alla potenza, e al ter» rore, e di avere prestato il consenso all' al» trui scelleratezze; essendo rimasti talmente » sorpresi dalla paura, che con timoroso osse» quio secondarono la condanna d' un cattoli» co, ed innocente vescovo, e l' adozione di » una detestabile malvagità . . . vogliamo, » che questi godano dell' unità della pace, e » della Nostra comunione, quante volte con » intera soddisfazione riprovino il mal fatto, e » amino meglio d' accusarsi, che di difender» si... poichè non può esser soggetta ad alcu» na riprensione la Nostra clemenza, allorchè » accogliamo dopo la dovuta soddisfazione » quelli, de' quali compiangemmo l' errore. Idem ut supra.

§. 6. Non lasciano ancora di consolarci le notizie a Noi recate, che l' intruso di Roven siasi dimesso dalla sede, che avea occupata, e che altri intrusi abbiano presa la fuga. Ma sentendo queste notizie, abbiamo avuto riguardo a quel bene, che deriva dalla lor dimissione e fuga. Imperciocchè codeste dimissioni, e fughe abbastanza dimostrano ai fedeli quell' ignominia, di cui si sono conosciuti ricoperti gl' intrusi, e quei rimorsi di coscienza, dai quali si sono sentiti agitare, mentre sotto la maschera dell' episcopato sopra tutti gli altri Gaudet ex quo intrusi nonnulli episcopi, sedes dimiserint fugamq arrepti.

(1) Così si dichiararono quei vescovi Gallicani nella lettera sinodica a' vescovi d' Oriente, che fu la prima volta pubblicata da Niccolò Fabro nel principio della seconda parte de' frammenti di s. Ilario sopra i sinodi, e viene riferita dal Labbè cit. t. 3. col. 337. e seguenti, e particolarmente col. 337. lett. b.

(2) Lettera LXXX, nella cit. edizione del Labbè tom. 6. col. 109. lett. a. b., per interpretazione della quale può consultarsi la lettera precedente scritta a Pulcheria Augusta luog. cit. col. 106. let. c., e col. 107. let. a.

Digitized by Google

macchinavano e fomentavan lo scisma. Peraltro il Nostro gaudio in tal parte non può esser pieno: imperciocchè non ignoriamo, che l'intruso di Roven nell' atto della sua dimissione in vece di ritrattare il giuramento, e di detestare l'errore mostrò la sua pervicacia; e che gli altri eziandio, che si erano dati alla fuga, diedero segni non equivoci della lor pertinacia, di maniera che si rende necessario, che tanto questi, quanto altri, che imitassero i loro esempj, dieno una piena, e solenne soddisfazione alla Chiesa; poichè diversamente non potranno godere della Nostra comunione, e della Chiesa: dicendo san Leone, che la grazia della comunione Nostra non deve nè duramente negarsi, nè sconsigliatamente accordarsi (1).

Causas doloris explicat, et recenset. §. 7. Fin qui del gaudio. Quanto poi si appartiene al lutto, ci duole altamente, che molti ecclesiastici del second' ordine, e una gran parte di laici, sebbene ammoniti da Noi, abbiano tuttavia perseverato nell' errore. Ma ci duole più gravemente, che sieno rimasti nel medesimo errore il vescovo di Autun, principale istromento dello scisma, l'arcivescovo di Sens, e i vescovi di Viviers, e d' Orleans, come quelli, che essendo pastori legittimi non poteano ignorare nè i doveri del loro ministero, nè la gravezza del torto, che aveano recato a tutto il corpo della chiesa Galljcana, ed erano per tutti i titoli più strettamente obbligati ad obbedire al Nostro precetto. Inoltre si tiravano addosso le colpe dei popoli a loro soggetti, e se ne caricavano, come se fossero loro proprie; imperciocchè se per imputare ai pastori i peccati dei sudditi basta, come prosiegue ad insegnare s. Leone, la sola negligenza; giacchè le colpe degli ordini inferiori non possono con più ragione ad altri attribuirsi, che ai trascurati e negligenti rettori, i quali sovente mentre trascurano di apprestare la necessaria medicina, non fanno altro, che alimentare una tacita peste (2): quanto più saranno degni di condanna questi vescovi infelici, i quali in luogo di applicare il rimedio alle malattie de' traviati, hanno con la loro autorità, e col loro esempio indotti al male anche i buoni ?

§. 8. Ci duole poi all' estremo lo stesso progresso dello scisma, il quale non potrà mai rammentarsi condegnamente. Imperciocchè ove in tempo delle Nostre prime lettere non erano a Noi cogniti, che soli otto vescovi sagrilegamente consagrati, ed intrusi empiamente in altrettante chiese, non passò guari, che giunse a Noi infaustissima notizia, essersi imposte indegnamente le mani sopra di altri in tanto numero, che in breve giro di giorni eransi riempite d' intrusi quasi tutte le chiese di codesto regno. Idem ut supra.

§. 9. Se s. Atanasio nell' invasione della chiesa d' Alessandria soltanto, che da Giorgio era stata occupata in forza d' un editto del principe contro alla disposizione dei canoni della Chiesa, proruppe giustamente in queste parole, » Giammai si è udito nel mondo un » tal eccesso . . . Ora la Chiesa tutta è ricolmata d' ingiuria, e il santuario con contumelia trattato, e quel che è più, la pietà soffre persecuzione dall' empietà . . . . poichè » se un membro patisce, si comunica il patimento agli altri membri eziandio (3); » con quanta maggior ragione Noi nell' istantanea invasione di quasi tutte le chiese d' un fioritissimo regno dovemmo esclamare, non essere una simil cosa avvenuta mai nella chiesa di Dio ? Idem ut supra.

§. 10. E se un antichissimo sinodo Romano consultato dai vescovi di Francia tra gli altri punti sulla precipitosa occupazione, che parecchi vescovi aveano fatta delle porzioni delle diocesi altrui con avervi celebrate ordinazioni irregolari, ed esercitati nullamente altri atti di giurisdizione, in assai grave tuono rispose loro: » Se alcuno certamente entrerà » ad usurpare i confini posseduti da altri, viene giudicato reo di violenza. Per qual ragione si corre ? Perchè si usa tanta fretta al» l' oggetto di conculcare l' ecclesiastiche re» gole ? Si osservano le umane leggi, e si di» sprezzano i precetti di Dio: Si ha timore » della spada presente, e della pena temporale, e si trascura la divina vendetta, armata » dell' eterne fiamme d' Inferno. Vedrete, a » quali cose la presunzione vi trasse: quindi Idem ut supra.

(1) Cit. lettera LXXX. ad Anatolio vescovo di Constantinopoli t. 6. del Labbè col. 409. let. d.

(2) Lettera a Gennaro vescovo di Aquileja presso il Labbè n. XVIII. tom. 6. col. 1318. lett. b.

(3) Lettera cattolica a tutti i vescovi Ortodossi dell' Egitto ec. cit. t. 1. pag. 943. lett. b. c., e pag. 949. lett. b.

» se alcuno osato avrà di celebrare ordinazio- » ni nelle diocesi altrui, e di sostenerle, sappia » essere in pericolo dello stato suo proprio co- » lui, che ardì di occupare una chiesa non sua. » Non si tratta qui d' alcuna cosa del secolo, » mondane non sono cotali promozioni (1). » Se in questa guisa (dicevamo) il detto sinodo riprese quei vescovi, i quali non avevano occupata, che una porzione dell'altrui diocesi, di quanto maggior riprensione saranno degni non solo tutti i pseudo-vescovi, i quali nullamente eletti, e sagrilegamente ordinati hanno senza missione canonica invase le sedi episcopali, anche piene, ed occupate le diocesi intere, ma i quattro pastori legittimi altresì, tre de' quali, conformandosi ai decreti dell'assemblea nazionale, hanno invaso porzione delle altrui diocesi, e porzione hanno abbandonato delle diocesi proprie; l' altro poi, imponendo il primo coll' unione di due vescovi assistenti le mani sopra gl' intrusi, e divenuto padre degli altri pseudo-vescovi, ed è stato causa della totale invasione delle sedi, abbandonando anche la propria, perchè si facesse luogo a un intruso.

Idem ut supra. §. 11. Non può certamente accadere, che si compiano con esito favorevole quelle cose, che hanno avuto un cattivo cominciamento (2). Lunga cosa in vero, e luttuosa sarebbe il voler qui riferir lo stato delle chiese della Francia in ogni parte sconvolto, e quei gravissimi danni, che questi intrusi hanno recato alla religione. Basti riflettere, che hanno sostituito a un sagro, e legittimo governo, un governo profano, e sacrilego. Imperciocchè gloriandosi eglino di chiamarsi col nome di vescovi costituzionali, sembra, che bastantemente conoscano di non esser vescovi cattolici; e perciò tengono essi lontani, ed escludono dai sagri ministerj tutti quelli, che secondo le forme della Chiesa si chiamano, e sono veramente pastori legittimi. Ed intrusi, come essi sono nelle sedi vescovili, introducono nel governo delle parrocchie altri a se simili, che la Chiesa abborrisce e rigetta, e che riconosciuti sono, e approvati dalla costituzione soltanto, corrompendo le sagre ordinazioni, e l'amministrazione de' sagramenti; e per dir tutto con poche parole, soggettando la Chiesa, e la divina di lei autorità all' impero, e surrogando l' errore alla verità, e l'empietà alla pietà secondo la vera analisi della costituzione suddetta.

§. 12. E poichè è stato sempre proprio degli eretici, e degli scismatici il far uso di simulazioni, così ancor questi intrusi cercano simulatamente di sedurre i popoli, mentre coprono tutte le loro azioni col manto della carità, mentre difendono, e lodano le riforme della costituzione, come se fossero adattate alla più antica, e pura disciplina della Chiesa, mentre vantano la più sincera comunione colla Chiesa, e con questa santa apostolica Sede. Questo è lo scopo delle lettere di semplice avviso, che a somiglianza dei primi intrusi hanno anche gli altri a Noi posteriormente inviate; e questo è pure lo scopo dei mandamenti fatti ad oggetto d' ingiungere delle orazioni per la Nostra salute, e conservazione. Idem ut supra.

§. 13. Ma questa maniera di preghiere, e di ufficii si riconosce presa dalle empie scuole degli scismatici, e degli eretici, come da suo originale. Imperciocchè leggiamo, che Fozio scrisse al santo pontefice Niccolò (3), Lutero a Leone X. (4), Pietro Paolo Vergerio giuniore a Giulio III. (5); i quali tutti, mentre fingevano obbedienza, e unione coll'apostolica Sede, e si lagnavano della pravità, onde era imputata la dottrina, insultavano la santa Sede medesima, e disseminavano i loro cattivi errori. Idem ut supra.

§. 14. Per sì fatta maniera anche gli odierni vescovi intrusi hanno di fresco pubblicata un' opera, nella quale han raccolto tutti gli erronei, scismatici, ed eretici sentimenti altre volte confutati, e rigettati, dei quali piene erano varie lettere pastorali, ed altri libercoli scritti con enorme abuso dell' ecclesiastica Idem ut supra.

(1) Can. xv. nella cit. ediz. del Labbè tom III. col. 1138. let. e., e col. 1139. let. a. b. Il Sirmondo fu di avviso, che i canoni, o sia la lettera di questo sinodo appartenga ad Innocenzo I., come si può vedere nella nota 1. aggiunta alla parola Canones.

(2) S. Leone nella lettera a vescovi affricani presso il Labbè n. XII. t. V. col. 1258. let. c.

(3) Queste lettere si leggono presso il Baronio all' anno 859. n. 61., e all' anno 861. num. 34.

(4) Tom. I. dell' opere di Lutero dell' ediz. di Jena 1612. pag. 68. 183. e 388.

(5) Opuscolo italiano senza luogo di edizione, e senza anno.

Digitized by Google

storia, alla qual opera han dato l' insidioso titolo » *Accord de vrais principes de l'eglise, de la morale, et de la raison sur la costitution civile du clergé de France par les evéques des departemens membres de l'assemblée nationale constituans. A Paris* 1791., » aggiungendo in fine dello stesso malvagio libro per maggior inganno del pubblico una mentita lettera, come se quella fosse stata a Noi indirizzata. Ma per istruzione dei buoni, e per rinvigorire la perseveranza di essi non lasceremo Noi di palesare il pestilenziale veleno, che esce per ogni parte dell' opera indegna.

Detegnntur falsa dogmata in eo contenta.

§. 15. Non possiamo frattanto lasciar sotto silenzio la doppia fallacia, che i vescovi intrusi divulgano coraggiosamente per ritirare i popoli dall' obbedienza dovuta alle apostoliche Nostre ammonizioni, l' una delle quali è dell' altra peggiore. Appartiene la prima all' autenticità negata alle Nostre lettere: Ora un tal ritrovato non può essere più adattato, e più conforme a quel fonte, d' onde esso deriva. Imperciocchè con qual buona fede può dubitarsi della verità delle Nostre lettere, le quali sottoscritte di Nostro pugno furono spedite ai metropolitani delle Gallie, e le quali per comando Nostro pubblicate colle stampe Romane furono recate in giro non solo pel regno di Francia, ma per tutte eziandio le parti del cattolico mondo a quel modo istesso, che seguirà delle presenti Nostre lettere ancora? Come dunque dir si può apocrifo un monumento, che è Nostro, che proviene unicamente da Noi, e che divulgato con tanta solennità non lascia alcun luogo a dubbiezza; che finalmente è tale, che ciascuno può agevolmente distinguerlo da quegli altri monumenti falsi, e corrotti, che i refrattarj fecero spargere nel volgo a nome Nostro non senza un ardir sommo, e una manifesta calunnia per conciliare approvazione alla civica costituzione del clero, detestata da Noi con orror sommo fino dal suo cominciamento.

Idem ut supra.

§. 16. L' altra fraudolenta fallacia, e finzione degl' intrusi appartiene al difetto d' una certa forma civile nella publicazione delle Nostre lettere. Imperciocchè sanno essi benissimo, e non può essere ignoto ad alcuno, che non poteva usarsi una forma siffatta nel presente stato delle cose di Francia; di maniera che coloro, che questa forma ricercano, niuna cosa più ardentemente desiderano, se non che lo scisma, e l' intrusione vada impunemente serpendo. Non è ignoto altresì, che questa forma civile non è necessaria, massime allorchè si tratta di causa maggiore, la quale e spetta a Noi, ed è stata portata alla Nostra cognizione per mezzo de' vescovi; verità confessata da tutti i cattolici, e dichiarata da Valentiniano Augusto nella novella, che vien dopo la lettera di s. Leone magno ai vescovi della provincia Viennese (1) con queste chiare parole: » E la sentenza in vero (di s. » Leone) aver dovea vigore nella Francia, » anche senza l' imperiale sanzione. Imperciocchè qual cosa non dovea esser lecita » nelle chiese all' autorità di un tanto pontefice? » E la riconobbe lo stesso clero Gallicano, allorchè si trattò di pubblicare l' enciclica di Benedetto XIV. Nostro predecessore: » Non avete voi alcun bisogno (dicendo) dell' autorità del re per pubblicare come regola » di condotta una risposta della santa apostolica Sede in una materia puramente spirituale (2).

Conclusio.

§. 17. Quanto dicemmo sin qui sullo stato del lagrimevole scisma, al quale servono in una strana maniera gl' intrusi, se si consideri con attenzione, ciascuno agevolmente intenderà, con quanta giustizia possiamo Noi esclamare con s. Atanasio (3), » Non vi siete accorti per anche, che si distrugge il cristianesimo, e che il demonio sotto altra specie » combatte artificiosamente contro la Chiesa?

Inflictio poenarum contra contumaces.

§. 18. In così grave perturbazione della chiesa di Francia, e in tanta enormità, e notorietà di delitto avremmo Noi certamente potuto procedere fin da ora contro i contumaci alla comminata pena della scomunica, dappoichè nel lungo spazio di undici e più mesi decorsi dal giorno della Nostra monizione non hanno essi dato alcun segno di pentimento. Nondimeno vedendo Noi, che la Nostra mo-

(1) Lett. x. p. 2. delle op. di s. Leon. Tirnau, 1767.

(2) Processo verbale dell' assemblea generale del clero di Francia dell' anno 1765. sess. xv. pag. 77. §. Questa publicazione.

(3) Lettera cattolica a tutti i vescovi Ortodossi etc. cit. tom. 1. pag. 870. lett. d., e pag. 871. let. a.

nizione non è stata per molti del tutto infruttuosa, e stimando doversi alquanto aspettare, che anche altri imitassero il loro esempio, e considerando inoltre la tolleranza grande del Signore, il quale soffre con molta pazienza i peccatori, e vuóle non la perdizione loro, ma la lor penitenza; sentito prima il consiglio di una scelta congregazione di venerabili Nostri fratelli cardinali della S. R. C. tenuti avanti di Noi il dì 19. di gennajo di quest' anno, stimiamo di dovere ancora tenere una benigna condotta coi contumaci, per vedere se per avventura rientrino in se medesimi, e si rivolgano a Dio: Imperciocchè non ci siamo ancora spogliati della misericordia di padre verso di loro; e siccome una madre non può dimenticarsi della sua prole in maniera che non si muova a pietà del figlio del suo ventre (1), così non può la S. R. C. dimenticarsi de' suoi figli quantunque disobbedienti, ed ostinati, ma si lascia muovere verso di essi piuttosto dalla pietà, che dall' ira. Per la qual cosa Noi non senza grave pianto, e gemito, temendo la divisione delle Nostre viscere, ci asteniamo per ora dal fulminare la sentenza di scomunica, col differire anche più lungamente la pena, acciocchè possa aver luogo l'emenda; ferma però restando la pena di sospensione già fulminata colle Nostre lettere del dì 13. aprile.

Monitiones canonicae.

§. 19. Laonde stabiliamo di fare questa nuova, e perentoria monizione, da equivalere alla seconda, e alla terza, con cui assegniamo sessanta giorni da correre dal dì della data di queste lettere per la seconda, ed altri sessanta giorni immediati per la terza monizione, ammonendo cioè:

Nomina eorum quibus monitiones porriguntur.

§. 20. I sacrileghi consegratori de' vescovi intrusi, o i loro assistenti Carlo Maurizio vescovo di Autun, Gio. Battista vescovo di Babilonia, e Gio. Giuseppe vescovo di Lidda, i quali, autori essendo del funestissimo scisma, siccome precederono agli altri tutti nell' atrocità del delitto per le prime consegrazioni dei pseudo-vescovi, così è giusto, che vengano prima di tutti ammoniti, e alla dovuta soddisfazione eccitati.

Idem ut supra.

§. 21. II. Tutti i pseudo-vescovi intrusi, i quali senza elezione, ordinazione, e missione legittima occuparono le sedi vescovili tanto antiche, che nuovamente e illegittimamente erette, parecchie delle quali erano dai legittimi pastori governate, quelle poi, che erano vacanti, venivano amministrate per mezzo dei vicarj capitolari secondo le leggi prescritte dal concilio di Trento.

Idem ut supra.

§. 22. III. L' arcivescovo di Sens, il vescovo di Orleans, il vescovo di Viviers, e Pier Francesco Marcello coadjutore dell' arcivescovo di Sens, i tre primi dei quali, sebbene ricevuto abbiano legittimamente il vescovato, hanno nondimeno avuto l' ardimento d' invadere le porzioni delle diocesi altrui, e di abbandonare le porzioni delle diocesi proprie a norma dei decreti dell' assemblea nazionale; tutti poi, come ancora i vescovi consegratori, e assistenti, e tutti i vescovi intrusi non hanno avuto ribrezzo di sottoporre se stessi alla costituzione civile del clero per mezzo del giuramento civico prestato puramente, e semplicemente, che Noi nelle Nostre lettere dei 13 aprile dichiarammo essere l' avvelenato fonte, e la sorgente di tutti gli errori.

Idem ut supra.

§. 23. IV. I parrochi, e gli altri, che con qualunque nome esercitano la cura delle anime in titolo, i quali oltre di essersi imbrattati col giuramento sagrilego, hanno invaso le intere parrocchie anche di nuova ed illegittima erezione, o porzioni delle medesime, essendosi fatti istituir nullamente o dai vescovi intrusi, o dall' arcivescovo di Sens, e dai vescovi di Orleans, e di Viviers, (legittimi in vero, ma legati col civico giuramento) fuori degli antichi confini delle rispettive diocesi, sebbene alcuni di essi avessero prima legittimamente preso il governo delle parrochie.

Idem ut supra.

§. 24. V. Finalmente i vicarj tutti, e gli altri preti in qualunque modo si chiamino, delegati, e approvati all' esercizio della giurisdizione, o al ministero delle funzioni ecclesiastiche dai vescovi intrusi, i quali non possono trasferire in altri un diritto, che essi non hanno.

Monitum speciale.

§. 25. Questi tutti così ammoniti, se a Noi non costerà, che dentro lo spazio stabilito, e di sopra assegnato, abbiano soddisfatto ciascuno pel suo delitto colla dovuta emenda alla Chiesa, allora certamente sebbene ci affliggeremo, e piangeremo, e ci attristeremo, e ci sentiremo lacerate le viscere, come quelli che

(1) Isaia cap. XLIX. vers. 15.

veniamo spogliati delle proprie membra; tuttavia non ci affliggeremo per modo (1), che in una causa tanto grave non procediamo a proporzione dell' enormità dei delitti, della moltitudine dei delinquenti, del pericolo della contagione a norma di quanto esige da Noi la condotta dell' apostolico ministero, e delle provvidenze canoniche, che cioè non fulminiamo contro di loro la sentenza di scomunica, e non comandiamo, ed ordiniamo, che sieno segregati dalla comunione della Chiesa, e non dichiariamo, che si debbano considerare, e schivare come scismatici pertinaci.

Extensio monitionum.

§. 26. Quale ultima canonica monizione piena di paterna esortazione e mansuetudine sebbene ora rivolgiamo Noi ai vescovi consegratori, o assistenti, ai vescovi intrusi, e loro vicari, ai vescovi, che han giurato, ai parrochi similmente intrusi, e ai vicarj, o preti delegati e approvati dai vescovi intrusi, per la ragione, che il lor delitto è certamente molto più grave, e pernicioso, o per la qualità stessa della colpa, o per la dignità ed autorità delle persone, le quali due cose influiscono moltissimo alla corruttela degli altri, sì per l' esempio, sì per l' uso della usurpata giurisdizione, intendiamo nondimeno di ammonire ancora gli altri, che sono autori, e fautori della pubblicata costituzione, e tutti quelli che han giurato, massime ecclesiastici, specialmente parrochi, superiori e rettori di seminarj, professori o presidenti di università, e di collegj, affinchè non pensino di schivare a suo tempo la medesima pena, se contumaci, e ostinati persisteranno nel loro delitto.

Deprecatio.

§. 27. Mentre poi parliamo in questa maniera, e mentre ci rivolgiamo a queste minaccie, chiamiamo Iddio in testimonio, quanto mal volentieri useremmo di queste armi spirituali, se potessimo farne di meno: imperciocchè laddove di buonissimo grado diamo luogo alla piacevolezza, e alla misericordia, non usiamo la severità, se non contro nostra voglia, e astretti dalla necessità; e per questa ragione esortiamo ora di nuovo, e caldamente preghiamo nelle viscere di Gesù Cristo tutti quelli, che in qualunque maniera sono partecipi di questo scisma, e particolarmente i sagri ministri, acciocchè riflettano, quanto indegna, stravolta, e infelice cosa sia, che fedeli, particolarmente ecclesiastici, favoriscano e secondino questo scisma pestilenziale, che formato per iniquo consiglio de' filosofi novatori, i quali costituivano la maggior parte dell' assemblea nazionale, sarebbe rimasto estinto quasi nel suo nascimento, se essi gli avessero fatto fronte. Inorridiscano certamente al meditare da quanto terribile giudizio sieno minacciati, e da quale ardente fiamma siano per esser consunti quelli (2), per la colpa de' quali dura ancora, e ampiamente si estende e si accresce nelle fioritissime provincie della Francia uno scisma, che potrebbe cessare col loro ravvedimento.

Exempla praeclara eorum qui civicum juramentum retractarunt.

§. 28. Mancano forse chiari eccitamenti di questa nazione per ritrattare il giuramento civico? Noto è, che molti francesi illustri per la dottrina si mostrarono docili in detestare gli errori sostenuti. Sin dal principio del secolo V. pubblicò il monaco Leporio la ritrattazione de' suoi errori, che letta fu nel sinodo d' Affrica, e trasmessa ai vescovi Gallicani (3), il prete Lucidio altra ne diresse al sinodo di Arles (4), nè diversamente si diportò Giovanni Gersone, il quale fece la sua ritrattazione mediante la lettura dei libri di s. Bonaventura (5). Dietro a questi vennero Pietro de Marca (6), Francesco Fenelon arcivescovo di Cambray, degno di essere rammentato con somma lode (7), ed altri parecchi scrittori francesi, in vista de' quali chi potrà vergognarsi o ricusare ostinatamente di imitare coloro, che rivolsero i

(1) S. Gioan Crisostomo omil. xi. sul cap. iv. della lettera agli Efes. tom. 4. pag. 87. dell' edizione di Parigi 1734.

(2) S. Paolo nella lettera agli ebrei cap. x. v. 27.

(3) Si legge presso Mar. Mercatore tomo 1. dissert. iii. su i sinodi dell' edizione di Parigi 1673. pag. 224.

(4) Viene riferita dal Sirmondo — nell' istoria Predestinaziana — Cap. vii. tom. iv. della stampa di Parigi 1696. pag. 118.

(5) È riportata dal Desirant nell' opera Consiglio di pietà di non seguire gli erranti tom. 1. dissertazione ii. cap. 1. pag. 186. sino al fine della stampa di Roma 1720.

(6) Vedi lo stesso Desirant luogo cit. cap. xvii. pag. 133. e seg.

(7) Trovasi nel libro Relazione degli atti, e delle deliberazioni sulla costituzione in forma di breve del nostro padre pp. Innocenzo XII. dei 12. marzo 1699. edizione di Parigi del 1700. pag. 59.

proprj errori in gloria e vanto lor singolare? Noi abbiamo una ferma fiducia, che la potenza del Signore non sia per diminuirsi sopra tutti gl'intrusi e scismatici, e che i loro animi traviati ritorneranno sulla strada della salute, e che eccitati essi da tanti esempj de' lor maggiori condanneranno colla ritrattazione dell'empio giuramento le sagrileghe consagrazioni, rinunzieranno ai vescovadi, che hanno occupato, e riconosceranno i legittimi pastori.

Preces ad episcopos, aliosque locorum ordinarios.

§. 29. Voi intanto, ven. fratelli, che al sentire quest' ultima monizione delle nostre lettere ci sembra di vedervi tutti da tremore commossi per la salute del vostro gregge, e ci sembra di udirvi esclamare con Paolo (1), Chi di voi cade infermo, senza che cada infermo ancor io? Chi si scandalizza, senza che ancor io mi senta avvampare? Voi, dicemmo, mentre pubblicherete queste lettere, aggiungete alle Nostre le vostre sollecitudini, porgete a Dio ottimo massimo preghiere le più ardenti, moltiplicate le esortazioni, e gli ammaestramenti vostri, affinchè in cotanta acerbità di tempi, in si gran pericolo d'anime possiate consolidare la costanza di quei fedeli, che si mantengono in piedi, e recare ajuto alla debolezza di quelli, che sono caduti. Ma sopra tutto mettete sotto gli occhi di quei, che son caduti, che nessuna cosa certamente servirà di tanto vantaggio all'eterna loro salute, alla vera lor gloria, all' allegrezza di tutta la Chiesa, e che nessuna cosa finalmente sarà per essere tanto gradita, quanto questo sagrifizio d' obbedienza, del quale Noi presentemente li preghiamo, li scongiuriamo, e li supplichiamo per le viscere del nostro Dio, e per la venuta del Signor Nostro Gesù Cristo. Questo facendo seguiterete ad essere quei, che già siete, buoni ministri di Gesù Cristo pasciuti delle parole della fede, e della buona dottrina, che avete conseguita (2).

Similes ad alios ecclesiasticos inferioris ordinis.

§. 30. Voi pure, diletti figli, canonici di rispettabili capitoli, parrochi, sacerdoti, ed altri ministri del clero Gallicano, fedeli tutti in fine abitanti nel regno delle Gallie, che per la costanza, e per l'amor della religione vi siete sopra gli altri distinti, unite le vostre preghiere alle Nostre, e a quelle dei vostri pastori, e nella cenere, nell' orazione, e nel digiuno esclamate: perdona o Signore, perdona al tuo popolo: poichè Iddio è buono, e misericordioso, e allorchè vedrà sciolti in lagrime il sacerdozio, e il regno, immantinente in aria compassionevole si piegherà alla commiserazione. Quindi tollerate allegramente quegl' infortuni, che vi sono accaduti, e che anche vi accaderanno per avventura sino a tanto che la destra dell' Onnipotente non riduca in pezzi le armi tutte del demonio, al quale per questo si permette di tentare arditamente alcuna cosa, perchè con gloria tanto maggiore dai fedeli di Cristo si vinca ... poichè dove la verità è maestra, non mancano giammai, fratelli carissimi, le divine consolazioni (3).

Prohibitio de communicando in divinis cum intrusis, et refractariis.

§. 31. Sopra tutto vi raccomandiamo caldamente, e v'ingiungiamo, che uniti sempre ai vostri pastori legittimi vi guardiate di non comunicare in alcun modo, massime nelle cose divine, cogl'intrusi, e refrattarj con qualunque nome si chiamino, e che parimente vi guardiate dal predetto scellerato, e insidioso opuscolo *Accord des vrais principes etc.*, dalle pastorali, dalle lettere di avviso, e dagli altri scritti di qualunque specie per mezzo di essi già divulgati, e che forse si divulgheranno all'oggetto, che mentre difendono la civile costituzione del clero, resti confermato lo scisma. E siccome Noi colle prime Nostre lettere riprovammo già, e condannammo questa costituzione, così con queste nuove lettere eziandio riproviamo, rigettiamo, e condanniamo in forza dell' uffizio del sommo apostolato, onde siamo rivestiti, l'opera predetta, le lettere, e tutti gli altri scritti.

Conclusio.

§. 32. Si degni Iddio nella moltitudine delle sue misericordie di benedire le Nostre pastorali cure, affinchè quelli, che fra voi si conservano fedeli, restino confermati, e quelli che sono caduti, si sollevino. Così preghiamo, e scongiuriamo Iddio, e per servirci delle parole dell' apostolo Paolo agli Efesj (4), pieghiamo le nostre ginocchia avanti il padre Signor Nostro Gesù Cristo. . . , affinchè vi conceda di fortificarvi nella virtù secondo le ricchezze della sua gloria per mezzo dello spirito suo nell'uomo interiore, e di fare abitare Ge-

(1) Lettera II. ai Corinti cap. XI. vers. 29.

(2) S. Paolo lettera 1. a Timoteo capit. IV. vers. 6.

(3) S. Leone nelle lettera a Martino prete presso il Labbè n. LXXIV. tom. VI. col. 97. lett. b.

(4) Cap. III. vers. 14. et 15.

sù Cristo per mezzo della fede nei vostri cuori radicati, e fondati nella carità; e in pegno di queste celesti grazie, diamo amorosamente dall'intimo del paterno cuore a voi diletti figli Nostri, ven. fratelli, e diletti figli, l'apostolica benedizione. Dato in Roma presso s. Pietro il dì 19. marzo 1792. nell'anno decimo ottavo del Nostro pontificato.

Dat. die 20. martii 1792. Anno XVIII.

DCCCLXXXV.

Conceduntur nonnulla privilegia missionariis ordinis minorum s. Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Aequitatis et justitiae ratio postulat, ut iis qui in Ecclesia Dei strenue laborarunt praemia non desint, quibus et ipsorum honorificentiae consulatur, et alii ad hujusmodi labores alacriter subeundos excitentur. Ne itaque fratres ordinis minorum s. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, qui sacris missionibus in Georgia, Syria, Palestina, Romania, atque insulis maris Ægei in Indiis orientalibus, et in aliis remotissimis partibus maximo cum labore, periculo, et animarum fructu dant operam, iis frustrentur honoribus, et privilegiis, quae in propria regulari provincia pacatius morantes consecuti facile fuissent.

Tenor concessionis.

§. 2. De venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis propagandae fidei praepositorum, qui relationem dilectorum filiorum moderni ministri generalis, nec non definitoris generalis praedicti ordinis super praemissis attenderunt, consilio, ac motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine modernis, et pro tempore existentibus fratribus ejusdem ordinis, qui ex deputatione dictae congregationis cardinalium nunc, et in posterum perseveranter, ac laudabiliter sacras missiones in dictis partibus per decennium peregerint, et exinde ad proprias provincias reversi fuerint, ut omnibus, et singulis privilegiis, praerogativis, praeeminentiis, praecedentiis, gratiis, et indultis quibus alii dicti ordinis fratres actu lectores tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant in omnibus et per omnia, perinde ac si actuales lectores essent; ita ut inter ipsos fratres missionarios, ac lectores servetur aequalitas, et quoad ordinem praecedentiae sola prioritas, seu antianitas paternitatis attendatur, tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Declaratio specialis.

§. 3. Volumus autem, ut fratres missionarii praedicti privilegia, aliaque indulta praedicta nullo modo assequi possint nisi prius a memorata cardinalium congregatione testimonium referant se missionarii munus per decennium bene gessisse. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrio Nostro, et pro tempore existentis Romani pontificis imponendis poenis omnibus, et singulis dicti ordinis superioribus fratribus, et personis, ut missionarios praedictos hujusmodi gratiae commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere sinant, et faciant.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 4. Non permittentes his desuper a quoquam indebite molestari, ac decernentes easdem praesentes literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque, et non aliter in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, et Sedis apostolicae nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictique ordinis, ejusque provinciarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque te-

noribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die vigesima martii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 20. martii 1792. Anno XVIII.

DCCCLXXXVI.

Instante regina fidelissima tribuuntur patriarchae Lisbonensi nonnullae facultates ad restituendam pacem, et tranquillitatem in congregatione Lusitana sancti Pauli primi eremitae nuncupata.

Dilecto filio Nostro Josepho Francisco Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali de Mendoza nuncupato ex dispensatione, et indulto apostolico patriarchae Lisbonensi.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Sedula Romani pontificis providentia omnium Christifidelium quieti, paci, et tranquillitati consulere studet, et si inter eos, qui divinis obsequiis in religione mancipati sunt, animorum dissidia, et contentiones suboriantur, pro illis penitus extirpandis, elimandisque, apostolicae suae auctoritatis partes interponit, et catholicorum principum id anhelantium votis libenter annuit, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem pro parte charissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae Nobis expositum fuit, quod postquam ordo, seu congregatio monachorum excalceatorum sancti Pauli primi eremitae congregationis Lusitanae a suis primordiis, anno scilicet millesimo septingentesimo quadragesimo quinto nisi simplex esset congregatio presbyterorum saecularium sub regimine, ac jurisdictione patriarchae Lisbonensis pro tempore existentis sub denominatione, et titulo monachorum excalceatorum sancti Pauli primi eremitae Ulyssipponis erecta, annis millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo, et millesimo septingentesimo sexagesimo secundo patriarchae Lisbonenses tunc existentes nonnullas eis praescripserunt servandas regulas, et statuta: postea Dei adjuvante gratia aucto monachorum, seu presbyterorum saecularium hujusmodi numero, cum ipsi in pristina integritate, ac innocentia vitae, disciplinaeque candore persisterent, uberesque bonorum operum in proximos fructus praeferrent, quo magis, magisque illorum status firmaretur, bonae memoriae Ferdinandus, dum vixit, Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis de Silva nuncupatus, ac ex dispensatione apostolica patriarcha Lisbonensis in ordinem redactis legibus, ac statutis, quibus antea usi erant, nonnullis tamen reformatis, aliisque additis ea per suum decretum die XX. martii anni millesimi septingentesimi octuagesimi approbavit, utque statuta, seu constitutiones hujusmodi perpetuis futuris temporibus firmius subsisterent, ac servarentur exactius iis apostolicae firmitatis robur per Nostras in simili forma Brevis diei decimae sextae novembris anni millesimi septingentesimi octuagesimi primi adjici, atque confirmari, atque omnia, et singula privilegia, gratias, et indulta spiritualia, quibus dilecti filii eremitae de Serra d'Essa utuntur, fruuntur, et gaudent, per alias Nostras pariter in simili forma Brevis die decima quinta januarii millesimo septingentesimo octuagesimo secundo expeditas literas sibi communicari monachi praedicti a Nobis obtinuerunt.

§. 3. Post haec cum dubitatum sit, num vota ab iisdem monachis jam emissa, et in posterum emittenda vigore dictorum statutorum, seu constitutionum simplicia essent, vel potius solemnia, quod verba statutorum hujusmodi id non satis aperte innuebant, monachi praefati ad tollendam omnem hisce desuper ambiguitatem vota hujusmodi tum emissa, tum Dubia suborta super interpretatione statutorum reformatorum.

emittenda esse, et fore solemnia, perinde ac si in religione approbata fuissent emissa per alias Nostras in simili itidem forma Brevis die vigesima augusti millesimo septingentesimo octuagesimo secundo expeditas literas declarari; deinde etiam eamdem congregationem in ordinem regularem, suosque monachos in vere religiosos cum communicatione omnium, et singulorum privilegiorum, gratiarum, et indultorum ordinum mendicantium per alias Nostras in simili forma Brevis die tertia februarii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto expeditas literas institui, et erigi, aliaque circa jurisdictionem patriarchae Lisbonensis pro tempore existentis per Nostras in simili forma Brevis die decima septima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto expeditas literas disponi impetrarunt, et alias prout in omnibus memoratis Nostris literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Ratio concessionis.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat nuper antiquus humani generis hostis inter monachos hujusmodi dissentionis zizaniam superseminaverit, ac nonnulli ex dissidentibus sub obtentu quod superiores dictae congregationis, qui jam suam regularem professionem emiserant, dum memoratae literae diei vigesimae augusti millesimo septingentesimo octuagesimo secundo emanarunt, neque postea alia vota nuncupaverunt, sint illegitimi, alii vero quod omnes, aut saltem aliquae ex memoratis Nostris literis de subreptionis, aut obreptionis vitio sint infectae, omnes tamen suas professiones veluti nullas praedicent, ac vota solemnia emisisse negent, eaque propter hodiernus ipsius congregationis status adeo misere sit convulsus, ut nisi aliquod efficax, ac praesens adhibeatur remedium non solum proximis eamdem congregationem inutilem fore, verum etiam, cum res maximae discordia dilabantur, illam penitus concidere necesse sit: Nobis propterea memorata Maria Francisca regina fidelissima humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos igitur piis ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae votis quantum cum Domino possumus annuere, ac felici ejusdem congregationis statui consulere volentes, illorumque singulares personas, quarum favorem hae praesentes Nostrae literae concernunt, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, circumspectioni tuae, de cujus prudentia, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, ac mandamus, ut constito tibi de narratis, omnibus dissidentibus monachis praedictis facultatem vel se transferendi ad aliam religionem ab apostolica Sede approbatam, in eaque regularem solemnem professionem emittendi, licet laxioris sit observantiae, vel saltem postquam de constitutione ad illorum favorem congrui patrimonii sacri juxta saltem synodalem taxam legitime tibi constiterit, et non aliter in saeculo extra dictae congregationis claustra in habitu presbyterorum saecularium, retento tamen interius aliquo sui habitus regularis signo, ac servatis quoad substantialia, et quantum in eo statu commode fieri poterit, regularibus votis per eos in dicta congregatione emissis, quae in suo semper robore permanere debent sub tua, vel alterius cujuscumque ordinarii gratiam, et communionem Sedis apostolicae habentis, in cujus respective dioecesi illos pro tempore morari contigerit, plenaria jurisdictione, et obedientia illis respective in vim obedientiae voti specialiter subjecti sint, perpetuo vivendi, ac permanendi, suisque in ordinibus, ac in altaris ministeriis, dummodo nullum eis obstet canonicum impedimentum cum debita ordinariorum licentia ministrandi auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, ac gratiose, e misericorditer cum eis respective dispenses.

Declaratio specialis.

§. 6. Praeterea ad praecavenda ea dubia, quae forsan in posterum de ac super intentione Nostra in memoratis Nostris literis expressa denuo in ejusdem congregationis praejudicium suscitari possent, tibi pariter tenore praesentium injungimus, ut mentem, ac voluntatem Nostram fuisse per easdem Nostras literas, praesertim vero diei 20. augusti millesimo septingentesimo octuagesimo secundo, et tertia februarii millesimo septingentesimo

octuagesimo quarto, tria substantialia vota paupertatis nempe, castitatis, et obedientiae per monachos congregationis praedictae tum emissa, tum deinceps emittenda solemnia esse, et fore decernere, quin illorum superiores in incundis suis respective officiis ea renovare tenerentur, ac eamdem congregationem in veram, ac approbatam religionem erigere, et instituere auctoritate Nostra apostolica declares; eaque propter easdem Nostras literas, ac omnia, et singula in eis contenta, quatenus opus sit, confirmamus, et approbamus, eisque novum apostolicae firmitatis robur adjicimus, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, ac hisce desuper dictis monachis perpetuum silentium imponimus, ita tamen, ut ex inde monachis praedictis nulla exemptio ab ordinaria jurisdictione nisi prius obtento consensu episcopi loci acquiratur.

Reservatio quoad jus moderandi, vel reformandi statutum.

§. 7. Volumus tandem, quod si aliqua in statutis congregationis praedictae auctoritate Nostra apostolica, ut praefertur, confirmatis dura nimis, ac servatu difficillima occurrant, quaeque in eversionem potius, quam in aedificationem tendant, ea vel reformare, vel in totum etiam tollere, auditis tamen prius ipsius congregationis superioribus, prout in Domino arbitraberis, auctoritate praedicta possis, et valeas. Nos enim tibi praemissa omnia, et quaecumque alia circa supra expressa necessariam, et opportunam faciendi, gerendi, et exequendi, ac etiam aliam personam ecclesiasticam tibi benevisam subdelegandi auctoritate praedicta plenam, et amplam facultatem, et auctoritatem concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ordinis, seu congregationis praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima martii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCCLXXXVII.

Dat. die 7. aprilis 1792. Anno XVIII.

Confirmatio libertatis vendendi carnes ubicumque in urbe in toto anni curriculo.

Carlo per la divina misericordia vescovo di Porto, e s. Rufina cardinal di san Marco della S. R. C. Camerlengo.

Cardinal. camerarius chirographum pontificium pro ejus executione recepisse declarat.

§. 1. I vantaggiosi effetti immediatamente derivati dalla libertà, che la Santità di Nostro Signore Papa Pio VI. col mezzo della nostra notificazione delli 2. gennajo scorso si degnò benignamente accordare a chiunque di macellare, introdurre, e rispettivamente di vendere in questa dominante le carni porcine di ogni specie, e qualità, hanno ora determinato il paterno benefico animo della stessa Santità Sua a confermare col mezzo di stabile legge una tale libertà, come pure quella, che mediante l'altra nostra notificazione delli 5. gen-

najo suddetto si compiacque Sua Beatitudine di concedere in ordine alla mattazione, introduzione, e vendita delle carni di abbacchi, e di capretti, conforme il tutto meglio si rileva da speciale cedola di moto-proprio segnata il dì primo corrente del tenore seguente, cioè:

Pius Papa VI.

Motu Proprio.

Tenor chirographi.

§. 2. » Il desiderio di conciliare l'abbondanza di diversi generi di vittuali più necessarj al sostentamento del popolo colla maggior prosperità dell'agricoltura, e della pastorizia, sole sorgenti di una tale abbondanza, indusse il paterno Nostro animo ad abolire colla cedola di moto proprio delli 19. settembre 1789. l'odioso vincolo della precettazione degli animali neri, degli agnelli, e dell'olio, da cui in tutta l'estensione delle provincie suburbane venivano oppresse le persone applicate a coltivare queste utili industrie, e che per conseguenza tendeva direttamente a privare questa dominante dell'abbondanza delle grascie suddette, per assicurare la quale si credeva erroneamente per lo passato il predetto sistema della precettazione assolutamente necessario: E gli effetti corrisposero pienamente alla Nostra aspettazione, come corrisponderanno sempre ad ogni legge, la quale sia diretta ad animare l'attività de' riproduttori, ed abbia per oggetto il bene generale. Difatti dai registri della dogana del Patrimonio si rilevò, che alla fine dello stesso primo anno della nuova legislazione il quantitativo delle masserie già si ritrovava accresciuto, l'industria degli animali neri si vidde egualmente sul bel principio animata, e di nuovo introdotta nei luoghi, nei quali anticamente fioriva, ma dove per gli funesti aggravj de' precetti era rimasta pressochè del tutto abbandonata, e la medesima felice influenza ebbe la stessa nuova legislazione su la coltivazione degli olivi, come ancora ultimamente abbiamo avuto campo di verificare all'occasione di essere stati ragguagliati del risultato del premio di un paolo per ogni nuova pianta di olivo da Noi promesso in aprile del 1788., » giacchè il numero delle persone, che nelle predette provincie suburbane in seguito dell'incoraggimento suddetto si applicarono ad estendere questa così utile coltivazione è proporzionatamente di gran lunga superiore dopo la pubblicazione della predetta cedola di moto proprio abolitiva della precettazione, di quello, che lo fosse stato prima. Questi vantaggiosi effetti, che seguirono così da vicino la libertà accordata alle contrattazioni dei predetti tre generi d'industria campestre mossero la sovrana Nostra attenzione ad invigilare, che la nuova legislazione venisse ad avere la più esatta osservanza, e non restasse in verun modo alterata da alcuna di quelle arti, le quali contro i nuovi sistemi non mancano mai d'immaginare, e praticare le persone interessate a sostenere i vecchi disordini.

Ratio concessionis.

§. 3. » E perciò avendoci col solito suo zelo il reverendissimo cardinal Borromeo come capo della congregazione deputata sugli affari della grascia rappresentato, qualmente sebbene coll'enunciata Nostra cedola di moto proprio delli 19. settembre 1789. sia stato chiaramente prescritto, che unitamente all'accennato aggravante sistema della precettazione, dovessero cessare altresì tutti gli altri vincoli, ed aggravj famulativi del sistema stesso, siano ciò non ostante continuati nei campi degli animali neri, e soprattutto nei primi della presente stagione li soliti antichi monopolj in pregiudizio de' mercanti, e proprietarj degli stessi animali neri: e considerando Noi, che la libertà accordata ai mercanti, e proprietarj stessi dalla nuova legislazione, e che non avevano nell'antico sistema di sbollettare, e riportare indietro li loro bestiami, quando non si convenisse del prezzo, non poteva sul punto degli animali neri essere ad essi di alcun giovamento contro li monopolj indicati per la particolare circostanza, che non essendovi nelle vicinanze di questa Nostra dominante macchie di ghianda, una volta, che abbiano trasportato i loro majali nel campo, sono costretti per mancanza del necessario alimento a venderli, qualunque sia il prezzo, che riesca loro di ritrovare, ci siamo creduti nella necessità di rimediare coi più efficaci espedienti ai monopolj accennati, li quali tendendo di loro natura

» ad allontanare li mercanti, e proprietarj » suddetti dal trasportare in copia li loro majali alla dominante, come pur troppo si era » già incominciato a verificare nei predetti » primi campi della prossima passata stagione, manifestavano ocularmente il disegno, » che dai monopolisti suddetti, e loro fautori » si avea, di voler ad ogni costo, e col pretesto d' inconvenienti affatto estranei della » nuova legislazione, che si rimettesse in vigore l' enunciato antico pregiudicevole sistema della precettazione. E ad oggetto però, che l' interesse delle riferite provincie » suburbane, e dei benemeriti cultori dell' utile industria dei majali non proseguisse » a restare esposto agli antichi pregiudizi e » potessero pienamente godere della protezione, e del favore loro accordato dall' enunciata nuova providissima legislazione, come pure in vista dell' importantissimo oggetto di assicurare sempre più alla capitale l' abbondanza delle carni delli stessi » majali, per ottenere la quale, come quella » di tutti gli altri generi, secondo i dettami » della scienza economica, convalidati dalla » felice esperienza di tutti i governi meglio » regolati, vedevamo, non esserci certamente mezzo più adattato fuorichè di accrescere al possibile il numero dei venditori, venimmo nella provvida determinazione, anche per aderire alle giuste istanze dei surriferiti mercanti, e proprietarj di majali, di » permettere, come per espresso Nostro comando dichiarò il reverendissimo cardinal » camerlengo con sua notificazione delli 2. » gennajo scorso che dalla data della predetta notificazione a tutto il tempo avvenire » fosse a qualunque persona indistintamente » permesso di macellare in questa dominante, e respettivamente di vendere sì all' ingrosso, che al minuto le carni degli animali » neri tanto fresche, che salate, ed insaccate, poichè in seguito di una tale libertà gli » enunciati possessori de' majali avrebbero » avuta l' opportunità di vendere, o far vendere per proprio conto li loro animali, senza soggiacere ai consueti monopolj degli antichi rivenditori. E anche questa nuova » provvidenza non rimase defraudata di esito » favorevole, ed anzi esso fu più pronto, e » più rapido di quello, che mai si fosse potuto immaginare, come lo ha dimostrato il » numero non indifferente di nuovi spacci di » carne porcina di ogni specie, li quali incominciando dalla settimana stessa della pubblicazione della notificazione suddetta delli 2. gennajo scorso insino alla fine della » predetta scorsa stagione in vantaggio del » pubblico, e con applauso universale si sono aperti in questa nostra dominante, essendo essi arrivati in così ristretto tempo » sino al numero di circa ventisei, e stante » i quali Noi abbiamo avuto la soddisfazione » di vedere in questa parte, che riguarda le » carni porcine pienamente realizzato il surriferito benefico principio, che stabilimmo » per base della nuova legislazione della grascia cioè, di conciliare l' abbondanza del » genere coll' interesse dei riproduttori.

Tenor indulti.

§. 4. Desiderando Noi pertanto di provvedere alla perpetuazione, ed ulterior dilatamento de' predetti nuovi spacci di carne » porcina, dai quali sono derivati tanti vantaggiosi effetti, perciò colla presente Nostra » cedola di moto proprio, in cui abbiamo per » espresso, e di parola in parola inserto il tenore di tutte le costituzioni, moti proprj, » chirografi, leggi, editti confermatorj dell' antico sistema del tribunale della grascia, » come altresì degli statuti delle diverse università rivenditrici di vittuali, ed in fine di » ogni altra cosa quantosivoglia necessaria ad » esprimersi di certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà ad ulterior conferma di quanto è stato da Noi prescritto » col mezzo dell' enunciata notificazione pubblicata dal reverendissimo cardinal camerlengo in data delli 2. gennajo scorso, dichiariamo, che anche in appresso, e per » tutti gli anni avvenire sarà a qualunque persona indistintamente permesso, e senza che » abbia a munirsi di alcuna licenza, di macellare in questa dominante, e respettivamente di vendere in tutto il corso dell' anno » senza eccezione alcuna di luogo, sì all' ingrosso, che al minuto le carni degli animali neri, tanto fresche, che salate, ed insaccate, e parimenti sarà a chiunque indistintamente permesso d' introdurre, e vendere » in ogni tempo, e senza alcuna eccezione di » luogo come sopra, in questa dominante le » carni suddette sì fresche, che salate, ed » insaccate, e bene inteso per altro, che in » ciascuno dei suddetti casi anche li nuovi

Digitized by Google

spacciatori si attengano ai prezzi, che verranno prescritti colle solite tariffe, e che li stessi nuovi spacciatori paghino altresì alle Nostre dogane le consuete stabilite gabelle di contratto, scannatura, e respettivamente d'introduzione, come quella detta dello scortico alla camera Capitolina alla solita ragione di paoli dieci per ogni bottega, e di due paoli al notaro, con che per altro debba la stessa camera Capitolina cessare dal dare le solite antiche licenze, comecchè affatto incompatibili coll'accordata generale libertà, e colla dichiarazione inoltre, che li predetti paoli dodici debbano pagarsi soltanto da que' nuovi spacciatori, li quali terranno aperta la bottega per tutto il corso dell'anno, o per lo meno durante la solita stagione della carne porcina fresca, e non mai da quelli, li quali per la necessità di spacciare da loro stessi li proprj animali, che non avessero trovato a vendere con profitto nel campo aprissero lo spaccio soltanto per qualche tempo della stessa stagione della carne porcina fresca. E parimenti confermando quanto si dispone nell'altra notificazione pubblicata dal lodato reverendissimo cardinal camerlengo sotto li 5. gennajo scorso dichiariamo, che anche in appresso, e per tutti gli anni avvenire sarà a chiunque permesso indistintamente, e respettivamente, sempre però ai prezzi stabiliti vendere in questa stessa Nostra dominante, e senza alcuna eccettuazione di sito, come sopra, anche al minuto in quarti, ed a pezzi gli abbacchi, e capretti senza, che abbia bisogno di alcuna licenza, e senza soggiacere a veruno degli altri pesi ai quali in addietro solevano essere sottoposti li venditori di dette carni di abbacchj, e capretti, e nominatamente a quello di consegnare ai tripparoli, e pelapiedi le teste, e piedi di detti animali, e dal quale obbligo intendiamo, che debbano andare esenti eziandio li nuovi spacciatori di carne porcina rapporto alle teste, ed ai piedi degli animali neri.

Conditiones adiectae.

§. 5. » Per quello però, che concerne gli abbacchj a scanso di equivoco non lasciamo di dichiarare, che la libertà a tutti accordata di potere vendere sì all'ingrosso, che al minuto, ed a pezzi, come sopra detti animali, dovrà militare, ed aver luogo soltanto nel tempo, in cui dalla pubblica autorità si crederà di dovere permettere l'abbacchiatura. E quantunque poi tanto in ordine alle riferite carni di abbacchi, e di capretti, quanto rapporto a quelle degli animali neri abbiamo di sopra chiaramente espresso che la libertà della vendita debba essere del tutto illimitata, e non ristretta da alcuna eccezione di luogo, tuttavia per prevenire, in ordine a queste ultime specie di carni, le vessazioni, che in qualunque tempo potessero contro i nuovi venditori farsi dagli antichi spacciatori, appoggiandosi al Nostro chirografo delli 2. marzo 1776., in forza del quale è stato stabilito, che non potessero aprirsi altre botteghe di detti vittuali se non ad una distanza di ottanta canne, non lasciamo di derogare espressamente in questa parte al predetto Nostro chirografo, e tanto più, che il divisato regolamento circa la distanza delle 80. canne conforme esprimemmo nel proemio del chirografo stesso, era una grazia, che ai pizzicaroli ci piacque di accordare principalmente in compenso, ed in correspettività della coazione, alla quale allora erano sottoposti gli stessi pizzicaroli di ricevere ogni anno, non senza pericolo di qualche discapito per la contrarietà delle stagioni, quella quantità di animali neri, che dal presidente della grascia si credeva necessaria, ed anche l'olio provvisto a conto di camera, e sua annona olearia ai prezzi stabiliti, e da stabilirsi dal medesimo presidente; coazione, la quale rapporto a tutti e due li capi suddetti è affatto cessata colla pubblicazione del nuovo sistema della grascia prescritto colla Nostra cedola di moto proprio delli 19. settembre 1789.

Clausulae salutares derogatoriae, et irritantes.

§. 6. » E siccome è mente, e volontà Nostra espressa, che quanto viene disposto nella presente cedola di moto proprio sia perpetuamente, ed inviolabilmente osservato, così vogliamo, e decretiamo, che il medesimo moto proprio sebbene non ammesso, nè registrato in camera, e ne' suoi libri a tenore della Bolla di Pio pp. IV. Nostro predecessore *de registrandis*, vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, e che non gli si possa mai opporre di sorrezione, orrezione, nè di al-

» cun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi dalla congregazione deputata sugli affari della grascia, e dal reverendissimo cardinal camerlengo, e dal tribunale della Nostra camera, da monsignor presidente della grascia, e da qualunque altro giudice, e tribunale ancorchè collegiale, e composto di reverendissimi cardinali, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà di giudicare, decidere, definire, ed interpretare diversamente, e dichiarando Noi fino d' adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che si facesse in contrario; ancorchè non ci sia stato chiamato, citato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, e qualunque altro, che vi avesse, o potesse avervi interesse, nonostante le costituzioni, chirografi, moti proprj, decreti, e stabilimenti in qualsivoglia modo emanati a favore dell' antico sistema del tribunale della grascia, il citato Nostro chirografo delli 2. marzo 1776. concernente le distanze, li statuti dell' università de' pizzicaroli, de' norcini, caprettari e di altre università ancora, sebbene approvati in forma specifica dai Nostri predecessori, la Bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e quali si siano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' surriferiti Nostri predecessori, leggi, stili, usi, e consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario; alle quali cose tutte, e singole avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà a qualunque vizio, o difetto quantunque sostanziale, e formale, che nelle cose premesse potesse intervenire per questa volta sola, e per gli effetti indicati ampiamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì primo aprile 1792.

Pius pp. VI.

Executio. §. 7. Desiderando noi pertanto, che le benefiche disposizioni di Sua Beatitudine contenute nella surriferita graziosissima cedola di moto proprio si deducano subito a notizia del pubblico, e possa per conseguenza chiunque approfittarsi della generale accordata libertà della vendita dei generi suddivisati tanto col proseguire a ritenere li spacci già aperti, quanto con aprirne dei nuovi, ordiniamo, che il presente nostro editto venga non solo affisso, e pubblicato nei siti soliti di questa dominante, ma eziandio di tutte le altre città, e luoghi principali delle provincie suburbane.

Dato in Roma dal palazzo della nostra solita residenza questo dì 2. aprile 1792.

DCCCLXXXVIII.

Dat. die 9. april. 1792. Anno XVIII.

Translatio festivitatis sancti Stanislai episcopi et martyris pro regno Poloniae, et ducatu Lithuaniae.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, aliisque locorum ordinariis regni Poloniae, et magni ducatus Lithuaniae.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Eximia pietas, et summa in Nos, et hanc sanctam Sedem carissimi in Christo filii Nostri Stanislai Augusti Poloniae regis illustris ac totius inclytae nationis Polonae devotio, quibus freti novissime eidem Stanislao Augusto regi alias Nostras in simili forma Brevis sub die octava junii, et decima septima augusti transacti anni millesimi septingentesimi nonagesimi primi dedimus literas, Nos adducunt, ut illorum votis, quae ad religionis profectum, divinique cultus augumentum pertinent, quantum cum Domino possumus, congruum impertiamur suffragium.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit memoratus Stanislaus Augustus rex, quod ipse, totaque natio Polona ad augendam Christifidelium in sanctum Stanislaum episcopum, et martyrem regni Poloniae, et ducatus Lithuaniae patronum principalem venerationem ipsius festum diem, qui in praesentiarum inibi die octava maji celebratur, quae est dies emortualis ejusdem sancti Stanislai, et in Bulla illius canonizationis felicis recordationis Inno-

centii papae IV. praedecessoris Nostri die decima septima septembris millesimo biscentesimo quinquagesimo tertio, ad festum hujusmodi assignata, licet postmodum felicis recordationis Clemens papa VIII. praedecessor itidem Noster pro celebratione divini officii in ecclesia universali diem septimum ejusdem mensis maji statuerit, ad diem tertium mensis maji pro regno, et ducatu praedictis transferri per Nos summopere desiderant. Nobis propterea memoratus Stanislaus Augustus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Stanislai Augusti regis, totiusque nationis votis annuere, eosque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitatibus vestris celebrationem festivitatis sancti Stanislai episcopi, et martyris praefati una cum indulgentiis, aliisque gratiis, et indultis spiritualibus alias a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris festivitatis hujusmodi celebrationi quomodolibet adnexis ad tertiam diem mensis maji, servatis in reliquis iis omnibus, quae in vigilia, aut die festo hujusmodi prius servari solebant, auctoritate Nostra apostolica transferendi plenam, et amplam facultatem tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Innocentii, et Clementis praedecessorum literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae, apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCCLXXXIX.

Dat. die 5. april. 1792. Anno XVIII.

Bona residualia cujusdam haereditatis applicantur conservatorio do Rego nuncupato Lisbonensis dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Pia loca quaecumque, praesertim vero illa, in quibus mulieribus, quae a saecularibus desideriis adductae in voluptatibus vitam traduxerunt, ad praeteritos errores fletu damnandos asylum aperitur, Nos decet apostolicae providentiae favoribus prosequi, atque ea libenter concedere, per quae locorum eorumdem felici, ac commodo statui consulitur, ubi maxime ad id sublimorum principum preces accedant, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Expositum siquidem pro parte carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae Nobis nuper fuit, quod alias bonae memoriae Cyprianus Ribeiro Guimarens mercator, seu negotiator in civitate Portugallensi in suae ultimae voluntatis, cum quo decessit, elogio sub die vigesimasecunda martii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo exarato inter caetera cavit, ut reliqua sua bona in tres aequales portiones partirentur, quarum una in celebrationem tot missarum in animae suae expiationem, ac suffragium eroganda, altera infirmis pauperibus in publicis nosocomiis existentibus dividenda, ex tertia tandem cappellania in ecclesia tertii ordinis fratrum ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo, seu alibi, ubi scilicet onus missae quotidianae assumeretur esset fundanda. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, defuncto ipso Cypriano ejus sorores in jus venerint, ut sibi haereditatem praedictam vindicarent, ac per sententiam in rem judicatam transactam creditrices patrimonii defuncti fratris in grandi summa scutorum circiter viginti mille constitui obtinuerunt: ideoque aes haereditarium memorati Cypriani testatoris detractis caeteris legatis, quae jam soluta sunt, detractaque summa praedicta minimi esse constet, ac executor testamentarius, quod nunc reliquum, ut dictae haereditatis conservatorio convictricium do Rego nuncupato Lisbonensis dioecesis applicari in perpetuum plurimum desideret. Nobis propterea memorata Maria Francisca regina fidelissima humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune provi-

Digitized by Google

dere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsius Mariae Franciscae reginae fidelissimae votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac omnes, et singulas personas, quarum favorem praesentes Nostrae literae concernunt a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, ac dicti Cypriani dispositionis tenorem, et alia quaecumque etiam specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirentia praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, et specificatis habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, quod nunc residuum est ex dicta haereditate, detractis summis, ut praefertur, detrahendis conservatorio convitricium do Rego nuncupato, civitatis Lisbonensis, auctoritate apostolica tenore praesentium in perpetuum unimus, adnectimus, atque applicamus, ac unitum, adnexum, atque applicatam in perpetuum esse, et fore auctoritate, et tenore praedictis statuimus atque mandamus. Volumus tamen, ut administratores conservatorii hujusmodi unam missam in singulos menses in dicti testatoris animae expiationem, ac suffragium celebrari facere omnino curent, et studeant. Quocirca venerabili fratri patriarchae Lisbonensi per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis memoratam legati residualem portionem conservatorio praedicto sub lege celebrationis unius missae in singulos menses, auctoritate Nostra apostolica in perpetuum uniat, et incorporet, ac in perpetuum unitum, et incorporatum esse, et fore auctoritate praedicta statuet, et mandet.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Declarationes speciales.

§. 5. Non obstantibus memorati Cypriani ultima voluntate, quam quoad praemissa commutamus, de jure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCCXC.

Dat. die 8. april. 1792. Anno XVIII.

Supprimuntur sex conventus monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Cisterciensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quoties in summas regularium ordinum monasteria versantur angustias rei familiaris, aut ob regularem disciplinam prorsus pessumdatam, et labefactatam spes ulla reliqua est, ut vel de sua calamitate aliquando emersura, vel resipitura essent satius praedecessores Nostri Romani pontifices, et praesertim felicis recordationis Innocentius pp. X. sua constitutione, quae incipit *Instaurandae* anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo edita censuerunt ad eorum extinctionem, abolitionemque devenire. Quamobrem cum carissimus in Christo filius Noster Victorius Amadeus Sardiniae rex illustris Nobis nuper demonstraverit, quaedam esse in sua ditione monasteria, quae talibus quibusdam incommodis obnoxia sunt, Nos eorumdem Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum, et signanter memorati Innocentii praedecessoris vestigia sectantes de hisce consulere suscepimus.

Ratio suppressionis ob collapsam regularem disciplinam absque spe reintegrationis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit memoratus Victorius Amadeus, quod inter caetera monasteria in sua ditione consistentia, in quorum apostolicos visitatores tres vi-

Digitized by Google

ros probitate vitae, ac summa in rebus gerendis dexteritate quamplurimum commendabiles deputavimus, ut collapsam in eis regularem disciplinam modis omnibus erigere conarentur, tria etiam numerantur monasteria ordinis Cisterciensis de Rivalta, scilicet, Taurinensis, de Casanova Salutiarum, et de Castronovo de Scrivia Derthonensis respective dioecesum, quodque licet hi apostolici visitatores omnem moverint lapidem, ut malis, quae altas nimis deligerant radices, occurrerent, atque ab eis nonnulla proposita sint remedia, quae huic consilio aptiora, atque opportuniora visa sunt, attamen adeo ab antiquo humani generis hoste erant decepti monasteriorum praefatorum monachi, ac ad prava, et saecularia nimis desideria se abduci sinebant, ut incassi, atque irriti prorsus esse laboris eos velle ad pristinum professae vitae candorem revocare cognoverunt, immo nuper etiam monachi dicti monasterii de Casanova cognoverunt abbatem sibi a memoratis apostolicis visitatoribus deputatum a demandato munere deijcere tentarunt, nisi ipsius Victorii Amadei regis auctoritas intercessisset: ad haec cum tria dumtaxat saepedicta monasteria ordinis Cisterciensis in tota qua late patet ditione eidem Victorio Amadeo regi subjecta existant, neque monasterium pro novitiatu habeant, ac decem ab hinc annis nemo hujus vitae generi se mancipare postulaverit, atque eorumdem monachorum numerus in dies decrescat, hinc non longe abesse necessum est, cum defectis, qui nunc supersunt, monachis, postquam ab eorumdem monasteriorum existentia potius offensio, quam in proximos utilitas profecta erit, tandem supprimenda erunt.

Idem ut supra. §. 3. Praeterea considerans memoratus Victorius Amadeus rex, quod monachi ordinis sancti Benedicti Vallisumbrosae nuncupati tum monasterii sancti Petri, et Benedicti de Muleggio apud civitatem Vercellensem in loco desolato siti, in quo vix quinque, aut sex monachi praeter parochum parochialis ecclesiae sanctae Mariae de Sylvis ab eodem monasterio dependentis commorantur, tum prioratus sancti Bartholomaei prope civitatem Novariensem, in quo vix duo monachi resident, nec aliud eis onus incumbit, quam annuae celebrationis undecim missarum, desidem, atque inanem vitam agere quasi cogantur, cui incommodo nisi difficillime occurri posset, cum in tota sua ditione ordo praedictus neque novitiatum, neque alia praeter duo praedicta habeat monasteria: quodque insuper in monasterio sancti Pontii monachorum ordinis sancti Benedicti Niciensis dioecesis, cum hoc unum modo dicti ordinis monasterium in toto suo regno existat, ac in eo vix quatuor monachi degant, regularis disciplina custodiri nequit, adeo ut nuper etiam inutiles compertae sint ad illam restaurandam curae, ac sollicitudines tum venerabilis fratris Karoli Eugenii episcopi Niciensis, tum dilecti filii moderni abbatis commendatarii ejusdem monasterii, cui peculiaris est mensa a mensa conventuali prorsus divisa, et separata, qui hanc satis operosam provinciam anno millesimo septingentesimo octuagesimo octavo susceperunt, hinc ipse antequam tum monasteria ordinis Cisterciensis, et ordinis sancti Benedicti Vallisumbrosae, tum aliud monasterium sancti Pontii ordinis sancti Benedicti praedicta per se ipsa, et sine ullo reipublicae commodo cadant, ea per Nos supprimi, illorumque bona, et actiones in utiliores causas addici summopere desideret. Nobis propterea memoratus Victorius Amadeus rex humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Suppressionis tenor. §. 4. Nos igitur probe scientes ex regularis disciplinae perturbatione quamplurima Christifidelibus creari incommoda, et scandala ante oculos observantes, eumdemque Victorium Amadeum regem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, omnesque, et singulas personas, quarum favore praesentes Nostrae literae concernunt a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine quinque memorata monasteria de Rivalta nempe Taurinensis, de Casanová Salutiarum, et de Castronovo de Scrivia Derthonensis monachorum ordinis Cisterciensis, sanctorum Petri, et Benedicti loci de Muleggio Vercellensis, monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Vallisumbrosae, et sancti Pontii

monachorum ordinis sancti Benedicti Niciensis respective dioecesum, nec non prioratum sancti Bartholomaei praedictum monachorum ordinis, et congregationis Vallisumbrosae praedictorum Novariensis dioecesis harum serie perpetuo supprimimus, ac extinguimus, ac perpetuo suppressa, et extincta esse, et fore decernimus, et declaramus, illorumque omnem regularitatem et conventualitatem tollimus, et abolemus.

Applicatio bonorum suppressis monasteriis pertinentium.

§. 5. Monasteriorum vero, ac prioratus hujusmodi aedes cum adnexis ecclesiis, eorumque redditus, fructus, et proventus, bonaque omnia mobilia, et immobilia quaecumque, jura, et actiones quomodolibet ad omnia, et singula monasteria, et prioratum praedicta spectantia, et pertinentia, deductis omnibus oneribus, de quibus infra in augumentum congruae parochorum praesertim in montibus existentium cum onere docendi primas literas suis populanis, nec non in augumentum redditutum regiae universitatis studiorum generalium Taurinensis, et commodius scientiarum professoribus, vel ipsius civitatis Taurinensis, vel provinciarum pro suis laboribus rependi possit, ac tandem in subsidium hospitiorum, quae vel erecta sunt, vel ad conferendas artes, prohibendamque ignaviam erunt erigenda, aliasque pias, et utiles causas a prudentia, et arbitrio ejusdem Victorii Amadei regis designandas motu, scientia, et auctoritate praedictis unimus, atque applicamus, et unita, et applicata fore, et esse pariter statuimus, atque declaramus.

Consulitur monachis in suppressis monasteriis jam commorantibus.

§. 6. Omnibus vero monachis in dictis monasteriis, ac prioratu nunc commorantibus, vel sacerdotes sint, vel conversi, seu laici, postquam venerabilibus fratribus Nostris archiepiscopis, et episcopis, de quibus infra de congrua assignata pensione arbitrio memorati Victorii Amadei regis praefigenda, dummodo tamen pro sacerdotibus taxam supperet synodalem, et ex fructibus, redditibus, ac proventibus monasteriorum, ac prioratus hujusmodi persolvenda constiterit, et non aliter facultatem in saeculo extra eorumdem suorum ordinum, seu congregationum claustra in habitu presbyteri saecularis, si fuerint sacerdotes, vel in habitu saeculari, si laici, seu conversi, retento tamen interius aliquo sui habitus regularis signo, ac servatis quoad substantialia, et quantum in eo statu commode fieri potest, regularibus votis per eos in dictis suis ordinibus, seu congregationibus emissis, quae in suo semper robore permanere debent sub ordinarii gratiam, et communionem Sedis apostolicae habentis, in cujus respective dioecesi illos pro tempore morari contigerit, plenaria jurisdictione, et obedientia illis respective in vim obedientiae voti specialiter subjecti ipsi sint, perpetuo vivendi, et permanendi, suisque in ordinibus, ac in altaris ministerio, dummodo nullum eis obstet canonicum impedimentum, ac ad ordines hujusmodi canonice promoti sint, cum debita ordinariorum licentia ministrandi motu, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus, ac cum eis gratiose respective dispensamus.

§. 7. Cum insuper singularis ejusdem Victorii Amadei regis religio Nobis undique perspecta sit, propterea, ut in ecclesiis, monasteriis, ac prioratui praedictis adnexis, quae ad divinum cultum, et praecipue curam animarum duarum ecclesiarum parochialium, quae nunc a monachis ordinis, et congregationis Cisterciensis monasterii de Rivalta, ac ecclesiae parochialis sanctae Mariae de Sylvis, quae a monachis ordinis, et congregationis Vallisumbrosae aut per se, aut per eorum vicarios respective administrantur, quas a suis respectivae ordinariis, intra quorum dioecesim sitae sunt ad formam Tridentini concilii deinceps conferendas reservamus, spectant, atque caetera pia legata, ac fundationes memoratis ecclesiis unita sollicite aeque, ac religiose adimpleantur, suae pietati summopere commendamus, ejusque arbitrio annuam congruam bonorum, aut fructuum quantitatem ecclesiis parochialibus hujusmodi juxta cujuslibet parochiae opportunitatem assignandi, et stabiliendi relinquimus.

Consulitur cultui ecclesiarum.

§. 8. Quocirca dilectis filiis Nostris Carolo Josepho Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali de Martiniana nuncupato ex dispensatione, et indulto apostolico episcopo Vercellensi, et Victorio Mariae Balthassari Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Costa d'Arignano nuncupato ex indulto pariter, et dispensatione apostolica archiepiscopo Taurinensi, nec non venerabilibus fratribus Karolo Eugenio episcopo Niciensi, Karolo Mauritio episcopo Derthonensi, Josepho Joachimo episcopo Salutiarum, et Karolo Aloisio episcopo Novariensi per praesentes com-

Deputatio executorum apostolicorum.

mittimus, ac mandamus, primum, ut singuli singula monasteria, ac prioratum praedicta in sua respective dioecesi consistentia fuisse, esse, et fore suppressa, et extincta auctoritate Nostra apostolica statuant, atque declarent: deinde ut translationem, seu translationes dictorum monachorum ad statum vel presbyteri saecularis, vel saecularem, assignata cuilibet illorum annua vitalitia pensione arbitrio, ac prudentia memorati Victorii Amadei regis praefigenda, reipsa juxta earumdem praesentium formam fieri, et exequi curent, ac studeant: tandem, ut omnia, et singula bona mobilia, et immobilia, ac semoventia, jura, et actiones ad eadem monasteria, et prioratum spectantia, et pertinentia in supra enunciatas causas juxta pariter harum Nostrarum literarum tenorem, et formam auctoritate, et tenore praedictis applicent, et uniant, et unita, ac applicata fuisse, esse, et fore mandent, atque declarent. Nos enim eisdem Karolo Josepho, et Victorio Mariae Balthassari cardinalibus, nec non Karolo Eugenio, Karolo Mauritio, Josepho Joachimo, et Karolo Aloisio episcopis omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad praemissa omnia, et circa ea, quae ad optatum finem ea perducenda pertinent, faciendi, gerendi, ac exequi mandandi, ac etiam aliam personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam, vel suos respective vicarios in spiritualibus generales subdelegandi facultatem motu, scientia, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Omne juris remedium submovetur quod facere posset ad retardandam praesentium literarum executionem

§. 9. Decernentes easdem praesentes literas, ac omnia, et singula in eis contenta etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, citati, et auditi, seu causae, propter quas praesentes emanarint, adductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam, nullatenus justificatae non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata, causa, colore, praetextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, et inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, infringi retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversas illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse: sed ipsas praesentes literas, et in eis contenta quaecumque firma valida, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac quatenus opus sit felicis recordationis Benedicti papae XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinum, et congregationum praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

by Google

Fides habenda transumptis.

§. 12. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCCXCI.

Dat. die 4. aprilis 1792. Anno XVIII.

Monita ad episcopos nonnullarum dioecesum subjectarum regno Galliarum super rejectione constitutionis civilis editae pro clero.

Al venerabile fratello Giovanni vescovo di Aleria.

Pio papa Sesto.

Venerabile fratello, Salute, ed apostolica benedizione.

Memorantur aliae literae ad rem expeditae sub die 19. martii hujus anni.

§. 1. Ove comuni sono gli errori, comuni egualmente esser debbono le monizioni, che la carità dell'apostolica Sede, e della Chiesa fa precedere alle canoniche pene. Con nuove lettere del dì 19. dello scorso mese, dirette ai diletti figli Nostri cardinali della Santa Romana Chiesa, ai venerabili fratelli arcivescovi, e vescovi, ed ai diletti figli capitoli, clero, e popolo del regno di Francia, abbiamo Noi di nuovo ammonito generalmente gli autori, e fautori tutti della civile costituzione del clero di quel regno, e specialmente i vescovi consegranti, e assistenti, i pseudo-vescovi consegrati ed intrusi, e i loro vicarj, i vescovi, che han prestato il civico giuramento, i parrochi intrusi, i vicarj, gli altri preti approvati, e delegati dai vescovi intrusi del medesimo regno, avendo prefisso a quelli, che specialmente si ammoniscono, uno spazio di sessanta giorni per la seconda, e di altri sessanta giorni per la terza monizione.

Revocantur etiam aliae latae sub die 13. aprilis 1791.

§. 2. Soffrendo pertanto Noi di mal grado, che questa civile costituzione del clero di Francia sia stata introdotta in codesta isola eziandio, inviamo a voi, venerabile fratello, e ai vescovi vostri colleghi parecchi esemplari di queste lettere rese già pubbliche colle stampe Romane, come già inviammo a voi, e ai vostri colleghi gli altri esemplari delle prime Nostre lettere monitoriali del dì 13. aprile dell'anno scorso 1791., acciocchè ciascuno di voi, per quanto gli sarà possibile procuri di spargere queste seconde lettere, come sparse le prime, a'capitoli, e parrochi, al clero, e popoli di ciaschedunа diocesi, ed acciocchè unisca alle Nostre ancor le proprie sollecitudini e cure.

Turpis electio pseudo episcopi Guasco damnatur.

§. 3. Non ignoriamo invero, che avutasi la notizia dell'arrivo delle prime Nostre lettere in codesta isola, non si lasciò d'usare costì ogni violenza, ed ingiuria, affinchè andassero a vuoto le Nostre paterne voci. Non ignoriamo altresì, che nel principio del mese di maggio dello stesso anno 1791. si giunse tant' oltre, che sebbene vivi fossero tutti i vescovi dell'isola, si elesse a norma della costituzione predetta in vescovo di tutta l'isola Ignazio Francesco Guasco della città di Bastia, uomo già avanzato molto in età, e assai dissimile dal venerabile fratello vescovo di Mariana, del quale, e di altri vescovi eziandio fu lungamente vicario.

Idem ut supra.

§. 4. Nè ignoriamo, che questo eletto procurò con esecrabile attentato nel fine di giugno di farsi imporre sagrilegamente le mani nella città di Aix in Provenza dal vescovo intruso, calpestando tutte le leggi dell'antica e nuova ecclesiastica disciplina. Nè parimente ignoriamo la lettera pastorale, che egli, ritornato essendo in patria, ed essendosi intruso nel governo spirituale dell'isola, fece divulgare il dì 10. di luglio dello stesso anno; la qual lettera non contiene parola, che non deturpi, e non disonori il sagro carattere, e la quale non corrisponda a quei finti, e simulati sentimenti di zelo, di carità, e di comunione con questa santa Sede, di cui si son serviti tutti gl'intrusi nelle lor pastorali; sentimenti invero abbastanza contradetti dai loro fatti, e abbastanza smascherati da Noi colle prime, e seconde Nostre lettere.

Alias scelera illius reprobantur.

§. 5. A questi temerarj attentati aggiunto ha l'intruso l'elezione de'vicarj, la destinazione di qualche confessore, e predicatore; ha accordato delle dispense matrimoniali, ed ha esercitato altri atti, i quali per mancanza

di giurisdizione erano già stati dichiarati nulli nelle citate Nostre lettere del dì 13. aprile: e niente atterrito egli dall'ammasso di tanti delitti non dubitò di celebrare una sacrilega ordinazione nel passato dicembre, e di amministrare il sagramento della Cresima, quantunque ignorar non potesse, che a norma de'canoni, e in forza delle medesime Nostre lettere rimaneva del tutto sospeso dall'esercizio dell'ordine vescovile.

Laudantur qui errores retractarunt, se ad bonam semitam reverterunt.

§. 6. Ma se tanto miseramente ha peccato l'intruso insieme co'suoi seguaci, e fautori, quello che certamente ci consola, è, che dopo le prime Nostre monizioni sieno seguite delle ritrattazioni, particolarmente nella provincia di Balagna, e che i buoni altresì in grandissimo numero sieno rimasti saldi nella loro costanza, di maniera che molti ecclesiastici dell'uno e l'altro clero, e molti secolari ancora hanno tollerato vittoriosamente ingiurie gravissime, e sofferto hanno eziandio le carceri chi per più giorni, e chi per più mesi.

Agendi ratio nonnullorum episcoporum commendatur.

§. 7. Gloriosa del pari è stata la pruova, che han data della loro costanza i cinque egregi vescovi, de'quali uno resta tuttavia nell'isola, fermo nella detestazione delle novità, e gli altri quattro partirono dalle loro diocesi, e dalla isola istessa costretti dalle violenze, come è accaduto dei venerabili fratelli vescovi di Mariana, e di Nebbio, poichè il primo di questi è stato costretto a partire senz'alcun indugio, e l'altro dopo di essere stato guardato a vista in sua casa da più soldati per lo spazio di diciassette giorni; gli altri poi non per altra cagione partirono, se non perchè temerono maggiori mali, e disavventure per i lor greggi, come di fatto è certo essere accaduto al venerabile fratello vescovo di Ajaccio, e a voi, il quale sul fine del passato anno non lasciaste di protestar contro alla civile costituzione del clero. Tutti i pastori poi, quanti sono o presenti, o assenti, cercano nel miglior modo, che possono, di soccorrere a'loro greggi, di maniera che e i buoni pastori, e i buoni greggi sono degni de'maggiori elogj.

Monita specialia.

§. 8. Serviranno adunque le nuove lettere, che ora vi dirigiamo, agli uni e agli altri di eccitamento, affinchè ciascheduno resti fermo nel suo proponimento, e dimostreranno insieme a tutti quelli, che han traviato, e massime all'intruso, e a'suoi vicarj, e agli altri preti da esso approvati, e delegati l'orrore de'proprj delitti, la nullità degli atti, e la gravità dell'ultima pena, che sarà certamente dichiarata contro di loro, se seguiteranno ad abusare dei paterni tratti della Nostra clemenza.

Ampliatio potestatis pro episcopis.

§. 9. E poichè la condizione degli ecclesiastici, e de'popoli di codesta isola dev'essere del tutto uguale a quella degli ecclesiastici, e de'popoli della Francia, perciò dichiariamo di accordare ai venerabili fratelli della Corsica per le loro rispettive diocesi quelle medesime facoltà, che accordammo già agli arcivescovi, e vescovi del regno della Francia; e per questo stesso motivo uniamo a queste lettere più esemplari delle facoltà, di cui ciascheduno di voi potrà servirsi per provvedere più speditamente al bene spirituale dei popoli in tale e tanta calamità di cose, che Dio Ottimo Massimo presto allontani, come Noi speriamo che farà, affidati nella di lui misericordia; mentre intanto diamo amorevolmente a voi, venerabile fratello, e al gregge alla vostra cura commesso l'apostolica benedizione. Dato in Roma presso san Pietro sotto l'anello piscatorio nel dì 4. aprile 1792. nell'anno decimottavo del Nostro pontificato.

DCCCXCII.

Dat. die 9. apr. 1792. Anno XVIII.

Supplicante regina fidelissima tribuuntur nonnullae facultates super restitutione fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia sub reformatione sancti Petri de Alcantara in civitate Lisbonensi.

Venerabili fratri
Josepho Mariae episcopo titulari Pharaonensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Memorantur quae peracta sunt a rege fidelissimo pro reintegranda regulari disciplina in ordine s. Augustini congregationis Lusitanae.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit pro parte charissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae, quod alias clarae memoriae Joseph primus, dum vixit, Portugalliae pariter, et Algarbiorum rex fidelissimus, quo regularis disciplina inter canonicos regulares ordinis sancti Augustini congregationis Lusita-

nae in suum pristinum candorem restitueretur, monasterium sancti Vincentii de Fora Lisbonensis, et novem alia monasteria ordinis, et congregationis hujusmodi supprimere, ac ad conventum de Mafra, quo alias a clarae memoriae Joanne V. dum pariter vixit, Portugalliae, et Algarbiorum rege fidelissimo fuerat aedificatus, et fratribus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatis sub reformatione sancti Petri de Alcantara concessus divisis in quamplurimos conventus suae illius provinciae fratribus ordinis, et reformationis praedictorum dictos canonicos regulares traducere, ac praevia donatione dicti monasterii sancti Vincentii de Fora, ut prefertur, supprimendi patriarchali ecclesiae Lisbonensi facienda ad monasterium hujusmodi eamdem patriarchalem ecclesiam, quae brevi annorum spatio semel, iterum, ac tertio incendio diruta est transferre desiderans, oblatis hisce desuper supplicibus precibus felicis recordationis Clementi pp. XIV. praedecessori Nostro impetravit, clarae memoriae Joannem Cosmam, dum vixit, Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem de Cunha nuncupatum tunc ex indulto, ac dispensatione apostolica episcopum Elborensem in commissarium, atque exequutorem apostolicum dictae suae voluntatis, illumque a voto a memorato rege Joanne V. in aedificatione dicti conventus de Mafra emisso dispensando, et absolvendo cum amplissimis facultatibus sibi deputari, prout in ipsius Clementis praedecessoris hisce desuper sub die quarta julii MDCCLXX. et octava maji MDCCLXXIII. in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis, et insertis haberi volumus fusius continetur. Et quidem suppressis dictis decem monasteriis, partitisque fratribus ordinis, et reformationis praedictorum, qui conventum de Mafra habitabant in suae provinciae conventus, canonicis regularibus praedictis conventus de Mafra jam in monasterium erectum sui ordinis traditus fuit, patriarchalis ecclesia Lisbonensis ad suppressum monasterium sancti Vincentii de Fora traducta, licet neque tunc, neque postmodum memorata donatio fuerit stipulata, et per decreta memorati cardinalis executoris, et commissarii apostolici, de consilio, ac consensu ipsius Josephi regis fidelissimi sufficienti bonorum ad suppressa monasteria spectantium quantitate monasterio de Mafra assignata, reliqui vero, vel in dotem collegii studiorum in dicto monasterio de Mafra erecti, ac in illius sacrarii ecclesiae, aliorumque aedificiorum illis adjacentium conservationem, vel etiam in palatii pro tribunali sacrae Inquisitionis constructionem erogatis, caetera omnia, quae de voluntate, ac desiderio dicti Josephi regis erant, fuerunt plenissime executa.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat memorata Maria Francisca regina fidelissima pluribus de causis animum suum moventibus, atque ad divinum cultum magis magisque augendum quamplurima ex supra enunciatis dispositionibus pro eo, quod ad monasterium de Mafra, et dictam patriarchalem ecclesiam Lisbonensem spectat, immutari, vel etiam penitus variari desideret: ac memoratos fratres ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum sub reformatione sancti Petri de Alcantara in monasterium de Mafra praedictum reduci; canonicos vero regulares praedictos nunc inibi commorantes, restituto in suum regularem, ac conventualem statum monasterio sancti Vincentii de Fora ad illud, ac ad monasterium de Gryo, vel etiam, quatenus opus sit, et usquedum necessitas urgebit, ad monasterium de Refoyo, vel ad alia ipsis canonicis regularibus commodiora monasteria nunc existentia, assignata monasteriis hujusmodi singulis pro sua rata portione ea quantitate bonorum, quae alias monasterio de Mafra ad canonicorum hujusmodi sustentationem unita fuerunt, erogata vero alia eorundem bonorum parte, quae tunc superfuit, in alios utiles usus pios, retenta etiam fructuum, reddituum, ac proventuum bonorum hujusmodi separata dati, et accepti ratione, traduci, ac etiam numerum canonicorum regularium hujusmodi, suorumque monasteriorum, ipsis congruos redditus tum pro illorum exhibitione, tum pro aedificiorum, aliorumque usuum conservatione assignando praescribi, ac patriarchalem ecclesiam praedictam in suam regiam ecclesiam Nostrae Dominae de Ajuda regio palatio contiguam, aut ad aliam quamcumque ecclesiam vel constructam, vel construendam transferri nunc summopere intendat, haecque pro sua religione, ac pietate, et summa in Nos, et hanc sanctam Sedem devotione congruis modis perfici desideret; Nobis propterea

Preces porrectae a regina fidelissima pro novis concessionibus exequendis.

humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsius reginae fidelissimae votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac omnes singulares illorum personas, quorum favore praesentes Nostrae literae concernunt a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, dictarumque literarum Clementis praedecessoris Nostri tenores etiam veriores pro plene, ac sufficienter insertis, et expressis habentes, fraternitate tuae, de cujus prudentia, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, et mandamus, ut omnia super enunciata, et alia quaecumque, quae tum canonicorum regularium hujusmodi, ac fratrum ordinis, et reformationis praedictorum translationem quomodolibet concernunt de consilio, et consensu ejusdem reginae fidelissimae, vel dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Mariae Josephi regii principis Brasiliae, qui ob infirmitates dictae reginae genitricis suae, quibus in praesentiarum laborari dignoscitur, regnorum praedictorum administrationem interim capessivit, auctoritate Nostra apostolica exequaris, ac peragas; eaque, ac quaecumque alia, quae interim horum intuitu, ac praeparatione facta, auctoritate praedicta confirmes, et approbes. Volumus praeterea, ut erogationem bonorum, ac redditunm alias ad suppressa monasteria ordinis, et congregationis praedictorum quomodolibet spectantium in usus tamen pios de consilio, et consensu ipsius reginae fidelissimae, vel memorati principis Brasiliae faciendam apostolicae firmitatis robur adjicies.

Omnes juris, et facti defectus sanantur.

§. 4. Insuper tibi injungimus, ut omnes, et singulos juris, et facti, vel obreptionis, et subreptionis memoratarum Clementis praedecessoris literarum, si qui hisce desuper, vel etiam in illarum exequutionem quomodolibet intervenerint defectus auctoritate praedicta sanes, et valides, utque etiam ad tollenda omnia dubia, ac antevertendas quascumque controversias, quae de ac super administratione bonorum ad toties dicta suppressa monasteria spectantium, illorumque reddituum erogatione canonicis regularibus praedictis, durante illorum habitatione in monasterio de Mafra tam pro illorum sustentatione, et exhibitione, quam pro conservatione aedificiorum illi adjacentium, aliosque usus praedictos concessis forsan in posterum suscitari poterunt, imposito omnibus iis, ad quos spectat, vel in futurum quomodolibet spectabit silentio, ita ut nemini umquam deinceps usum hujusmodi in jus, ac controversiam revocare liceat, administrationem, ac erogationem hujusmodi quomodolibet a dictis canonicis factam auctoritate praedicta confirmes, et approbes, sicuti pariter dispositionem, et applicationem portionis spoliorum, ac reddituum dictorum monasteriorum, quae suppressa fuere in varios pios usus in vim facultatum memorato cardinali executori, et commissario apostolico attributarum factam, quatenus opus sit, validam, firmam, ac stabilem esse, et fore declares, et mandes, atque etiam alia quaecumque, quae vigore earumdem facultatum ob eodem cardinali commissario apostolico per sua decreta executorialia facta, et gesta sunt, quae praesentibus literis non adversantur, quatenus opus sit, confirmes, et approbes.

Deputatio executoris apostolici.

§. 5. Nos enim tibi plenam, et amplam facultatem, et potestatem circa praemissa, et quae ad spiritualis boni incrementum, Ecclesiaeque utilitatem juxta datam tibi a Domino prudentiam, et zelum ad felicem voluntatis, ac desiderii ejusdem religiosissimae reginae fidelissimae, de ipsius consilio, ac consensu exitum quomodolibet pertinere, ac necessaria, et opportuna esse, et fore judicaveris, etiamsi in praesentibus expressa minime sint, de consilio, et assensu ipsius reginae fidelissimae, vel memorati principis Brasiliae mandandi, faciendi, decernendi, et exequendi auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem praesentes literas, ac omnia, et singula in eis contenta etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, seu causae propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, aut etiam nullatenus justificatae fuerint, aut ex alia quavis quantumvis legitima, pia, juridica, et privilegiata causa,

colore, praetextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari in jus, vel controversiam revocari; ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, seu extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas praesentes literas, et in eis contenta quaecumque firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, et quosvis alios quacumque praeeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis nec non congregationis et ordinis, praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava aprilis, millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCCXCIII.

Dat. die 19. aprilis 1792. Anno XVIII.

Novae literae comminatoriae ad clerum, et populum Avenionis, et comitatus Venaisini, ne pravas recipiant leges, a conventu nationali Gallicano latae.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Avenionensi, et episcopis Carpentoractensi, Caballicensi, et Vasionensi, ac dilectis filiis capitulo, clero, et populo civitatis Avenionensis, et Venaisini comitatus Nostrae ditionis.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres, ac dilecti filii Salutem, et apostolicam benedictionem.

Laudantur qui fideles Deo, et principi permanserunt.

§. 1. Dum Nos iterum hasce vobis apostolicas literas damus uti pastor universalis, ac princeps vester, non aliam sane opportunam magis, magisque tutam arbitramur rationem inire Nos posse, quam si commendatione eos prosequamur, quos fideles Deo, ac principi suo incusat, et damnat praesens nationalis conventus Gallicanus, et contra si rursus eos moneamus, atque ad poenitentiam excitemus, quos Deo, suoque principi rebelles, non sine incredibili gentium omnium admiratione, summis laudibus conventus ipse Gallicanus extollit.

Memorantur utilitates subortae a prioribus literis comminatoriis.

§. 2. Deus, a quo Nostrae, et populorum culpae per tribulationes animadvertuntur, sed nullus umquam deseritur illorum, qui ipsius praecipue causam tuentur, non levi sane Nos consolatione lenivit. Divina enim ope factum est, ut priores Nostrae commonitoriae literae, quas non per vim, aut per aliud saeculi hujus munimen, quo mundi potestates utuntur, sed

in nomine Domini Dei Nostri (1) ad vos dedimus die vigesima tertia aprilis superioris anni millesimi septingentesimi nonagesimi primi, quasque vos, venerabiles fratres, ducti non absimili spiritu mansuetudinis evulgandas curastis; habuerint penes capitula, parochos, clerum, magistratus, et populos, et apud multos etiam Gallicae constitutionis fautores vim talem ac tantam, ut ad totum usque februarium mensem hujus anni irriti fere omnes evaserint adversantium nefarii conatus pluries adhibiti, et per decretum diei decimae quartae septembris elapsi anni denuo instaurati, quo nationalis conventus, frustra obnitente, et reluctante magna et saniori ejus parte, e medio sublatis aliis quatuor specialibus decretis antea abs se editis, deletoque item atque everso alio generali decreto, jam in antecessum lato de nullis umquam alienis ditionibus occupandis, et cunctis denique pessumdatis humanis legibus, atque divinis, cum indignatione omnium Europae principum ausus est violentas manus injicere in Nostram Avenionensem et comitatus Venaisini ditionem, eamque regno Galliarum adjungere.

Idem ut supra.

§. 3. Ad optimum exitum comprobandum, quem Nostrae priores hortationes adversus tam indigna molimina consequutae sunt, possemus equidem Nos distincta oratione prosequi egregias res gestas, quibus vos, venerabiles fratres, ac dilecti filii, religionem vestram imprimis, quae Nobis maxime curae est, deindeque vestram etiam in Nos fidelitatem ornastis, admirabili constantia tolerantes, alii bonorum, fortunarumque amissionem, alii exilium, alii injurias atque insectationes, alii carcerem, et alii denique internecionem ac mortem ipsam. Ex quo factum est, ut Benedictum Franciscum Malierium pseudo-vicarium capitularem Avenionensis ecclesiae, quem Nos jam ab ordinis exercitio suspendimus prioribus Nostris literis, pauci admodum sequuti sint ecclesiastici et laici, non longe ipsius moribus et ingenio dissimiles, et patratorum criminum gravitate satis noti; quibus ille uti debuit tum in peragendis Ecclesiae muniis, veluti aperte colligitur ex edicto in vulgus edito die decima junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, qua indicta fuit ab ipso supplicatio festi Corporis Domini, tum in quibusdam pseudo-parochis delegandis, quos agnoscere maxima populi pars religiose ac publice recusavit, spretis, et horrori habitis tam delegante, quam delegatis.

Idem ut supra.

§. 4. Alia multa religionis, et fidelitatis vestrae argumenta facile Nobis esset in medium afferre ad vestrum gloriae et honoris incrementum; sed consulto ab iis commemorandis abstinemus, cum eadem in unum collegerint homines minime suspecti; (illi scilicet, quos vocant *les Comités des petitions et de surveillance*) in relatione per eos facta ad conventum Gallicanum in sessione diei decimaeprimae februarii proxime elapsi de rerum Avenionensium, et comitatus Venaisini statu. Quae quidem relatio cum typis edita sit, et longe lateque vulgata, ignorat nemo, spiritum publicum mutatum adeo esse Avenione, multoque magis Carpentoracti, et in aliis Comitatus locis, ut pauci essent, et palam contemnerentur ii, qui constitutionem Gallicanam propugnabant, quosque Gallici relatores tot tantisque laudibus cumulant: contra adeo ingentem esse eorum numerum, quos ipsi seditiosos, ac seductores appellant, eorum scilicet, qui inter ecclesiasticos, inter magistratus, et inter laicos religione erga Deum, et fide erga principem suum enitebant, ut proximus esset, et evitari omnino non posset rerum regressus ad eum statum, in quo erant ante defectionem.

Monitum speciale.

§. 5. Gaudete atque exultate, venerabiles fratres, qui tum zelo, tum pietate, tum charitate excelluistis, tuque praesertim Carpentoractensis episcope, qui ob egregia tua merita majorem tibi laudem vindicasti; et vos una simul gaudete, dilecti filii, qui vestris legitimis adjuncti pastoribus, eximia pietatis vestrae argumenta edidistis; gaudete omnes, inquimus, eas propter injurias, quae vobis in hujusmodi relatione inferuntur, et quae in vestrum convertuntur honorem et decus, atque illud cum s. Augustino mementote, quod *etiam Dominus Jesus Christus appellatus fuit seductor ad solatium servorum suorum, quando dicuntur seductores* (2).

Improbatur novum decretum diei 8 martii 1792, ab eodem nationali conventu lato.

§. 6. Si itaque hujusmodi est status Avenionis, et comitatus Venaisini ad mensem usque februarium proxime elapsum, jure ac merito in certam spem adducimur fore, ut pauci etiam, qui in errore, et in infidelitate persiste-

(1) Psalm. XIX. vers. 8.

(2) Super psalm. LXIII. vers. 7.

runt, resipiscant, et multorum partes sequantur, sed dissimulare nequaquam possumus novum criminis genus, quod a conventu nationali patratum est decreto diei 3. superioris mensis martii. Hoc enim decreto jus sibi arrogavit dividendi Nostras Avenionis, et comitatus Venaisini ditiones in duos districtus, easdemque subjicere duplici Rhodani, ac Drumae partitioni, quam Galli dicunt *Departement*, unaque opera edicere, ut leges omnes Gallici imperii nulla interjecta mora in hujusmodi etiam Nostra ditione executioni mandentur, utque singulae municipalitates renoventur. Novis praeterea latis subinde decretis revocari jussit militum aciem *de la marck*, eique subrogari alios milites; quinimo ipsis Parisiorum populis horrentibus, atque admirantibus eo etiam devenit ut jusserit carceribus liberari ea monstra, quae die XVI. octobris elapsi anni tam indigno, tamque pervulgato facinore se polluerunt; et non alia ratione id jusserit, nisi quia in magnis rerum conversionibus haberi pro delictis nequeant graviora scelera, quae gentes etiam barbarae, atque incultae detestantur, et exhorrescunt.

Illius nequitia detegitur.

§. 7. Hujusmodi autem est furor, quo aestuant atque abripiuntur inimici, ut Nos immenso animi Nostri dolore jam videamus obnoxios vos, ven. fratres, ac dilecti filii, omnibus illis insectationibus, quae ab impietate, a schismate, et ab haeresi excogitari umquam potuerunt, ita ut jam Nostris obversetur oculis tanquam proximum momentum illud, quo novum et crudelius periculum fiat de vestra religione, ac fide. Jam ad Nos rumor aliquis delatus est de nova hujusmodi insectatione, non contra homines modo, sed quod sine animi horrore audiri non potest, quodque nefaria insectantium ingenia patefacit, adversus etiam sacras imagines. Quo in rerum discrimine opus maxime est, ut nostrae voces ad vos deferantur.

Idem ut supra.

§. 8. Ad religionem quod pertinet vos minime latet, nequaquam sufficere, ut injuriae per aliquod dumtaxat tempus invicto ferantur animo, sed opus esse in eadem constantia ad finem usque perseverare, et se, suumque caput, si ita res postulet, devovere; Non enim qui incoeperit, sed *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (1). Ea, quam hactenus prae vobis constantiam tulistis, sperare Nos jubet fore, ut aeque constantes futuri sitis imposterum adversus quodcumque sive fortunarum, sive vitae etiam discrimen, quod Nobiscum licet absentibus erit sane commune, quippe qui vestras aerumnas uti Nostras habebimus.

Novae literae extenduntur ad populum facta trina monitione canonica.

§. 9. Ut autem boni magis in suo proposito confirmentur, et ut malis novum benignitatis Nostrae spatium concedatur ad resipicendum sicuti Nos ad populos Nostrae ditionis Avenionensis, et comitatus Venaisini extendendas duximus priores commonitorias literas diei XIII. aprilis anni MDCCXCI. a Nobis datas dilectis filiis Nostris S. R. E. cardinalibus, et ven. fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, clero, et populo regni Galliarum, ita nunc extendimus ad eosdem populos novas literas commonitorias diei XIX. praeteriti mensis martii, ad eosdem missas archiepiscopos, episcopos, capitula, clerum, et populum Galliarum, praefigentes spatium sexaginta dierum a die hisce adscripta literis numerandorum pro secunda, aliorumque sexaginta dierum pro tertia monitione, idque praesertim Benedicto Francisco Malierio pseudo vicario capitulari Avenionensis ecclesiae, parochis, vicariis, aliisque presbyteris, qui a legitimis pastoribus non delegati regimen spirituale invasissent, et aliis ecclesiasticis quibuscumque, qui illud deinceps invaderent etiam in vim tentatae divisionis ditionum Nostrarum, juxta diversas classes, distincte et luculenter expressas in novis Nostris literis, quarum vobis, venerabiles fratres, complura exempla mittimus, ut ea hisce literis juncta, quantum in vobis erit, circumferantur ad capitula, ad clerum et ad populum Avenionensem et Comitatensem; dum interea Nobis etiam curae erit, ut eaedem non in istas modo, sed in proximas etiam regiones ubique vulgentur, ita ut nemo illas ignoret.

Facultates ordinariis concessae ut cito spirituali populorum bono consulere valeant.

§. 10. Quemadmodum vero intuentes Nos aerumnosum Gallicanarum rerum statum per alias literas ejusdem diei XIX. martii concessimus archiepiscopis, et episcopis, ac dioecesum administratoribus regni Galliarum peculiares facultates, quibus cito possent spirituali populorum bono consulere; ita cum minus aerumnosus non sit status rerum Avenionen-

(1) Matth. cap. x. vers. 32.

sium, et Venaisini comitatus, ad vos etiam extendimus, venerabiles fratres, easdem facultates cum iisdem conditionibus comprehensis in indulto, cujus nonnulla exempla hisce alligata literis invenietis.

Monitum super fidelitate servanda.

§. 11. Hae sunt providentiae, quae ad sartam tectamque tuendam religionem valent, et ad expeditiores reddendas rationes ac vias. Ad fidelitatem vero quod spectat, Nobis uti legitimo principi debitam, haud ignoratis, ven. fratres, ac dilecti filii, veluti magna in parte res a vobis gestae demonstrant, quam arcto vinculo obstricti teneamini ad illam servandam, cum divino praecepto quisque jubeatur *legitimis obedire potestatibus* (1), cumque id postulet jusjurandum ipsum, quod vos non secus atque majores vestri apostolicae huic Sedi praestitistis, ita ut debeant boni simul ac mali, quoad ipsorum fieri poterit, nihil omittere earum rerum, quae primos in qua sunt fidelitate continere, quaeque secundos ad obedientiam possint reducere, a qua secesserunt, idque ut a necessitate Nos liberent in usum vocandi fortiora remedia, et manus meritis poenis adhibendi.

Idem ut supra.

§. 12. Egimus Nos cum ipsis rebellibus non secus atque cum filiis, et in ipso perduellionis aestu dedimus Nos conspicua utrisque subsidia. Scimus antiquum regimen hujus sanctae Sedis ab omni vectigali liberum atque immune invidiam excitasse omnium populorum, et saepius declaravimus, si qui, Nobis insciis, isthuc irrepsissent abusus, eos illico per Nos ablatum et emendatum iri; cum nequeant populorum arbitrio imperia everti, novaeque regiminis formae temere induci. Hinc nihil per Nos quod fieri posset, fuit praetermissum, ita ut sperare possimus futurum, ut rebelles ipsi, ubi fanatismi aestus aliquantulum deferbuerit, agnoscere debeant horrorem suorum criminum, onus novorum vectigalium ac servitutum, totque aliorum gravium malorum, quibus hactenus caruerunt, quibusque sub specie simulatae et commentitiae libertatis erunt certo certius obnoxii; non sine excidio ipsorum patriae, nisi cito a perduellione recedant, ad quem duos jam annos per inobedientiam, per corruptionem, et per omne violentiae genus rapti sunt.

Confirmatio chirographi diei 5. novemb. 1791.

§. 13. Nos itaque in ea conquiescentes, quam vobiscum huc usque servavimus, paternae agendi ratione, et in perspicua Nostrae causae justitia, quam Nostro cum gaudio principes, et reges omnes, atque universus orbis agnovit, nil umquam cogitantes de Nostris juribus quoquomodo remittendis, aut de quavis compensatione pertractanda super principatu, quem Nobis vindicant ipsius conventus nationalis priora decreta, quemque nobis confirmant tum legitimi, inconcussique tituli, tum quinque et amplius saeculorum possessio, non solum hic denuo ratum habemus Nostrum chirographum diei v. novembris MDCCXCI., quo haerentes praeteritis protestationibus, et patefacta omnibus luculenter falsitate, atque calumnia earum rerum, quae ad excusandam iniquam occupationem praetexebantur, nullam declaravimus decretum diei xiv. septembris ejusdem anni; sed declaramus insuper inania, irrita, nulliusque roboris, ac momenti novum decretum diei iii. martii, et quae subinde prodierunt, aut fortasse prodibunt in Nostri principatus detrimentum, una cum actibus omnibus, qui ausu temerario perpetrati jam sint, aut perpetrentur, imperantes atque jubentes, ut hae Nostrae literae una cum aliis literis diei xxiii. aprilis MDCCXCI. praedicto chirographo uniantur, et ad perpetuam memoriam in secreto Nostrae camerae archivo adserventur.

Conclusio.

§. 14. Tantus est vester zelus, ven. fratres, ac dilecti filii, ut inutile reputemus novas vobis hortationes adjungere. Convertimini Nobiscum indubia spe freti ad Deum, eumque indesinenter orate, veluti Nos etiam eumdem oramus, ut justitiae suae rigorem avertat, et ea, qua praeditus est, misericordia mentes rebellium, eorumque fautorum illustret, atque eorumdem animos ferventes efficiat obsequio et veneratione erga sanctam religionem suam, et studio ac spiritu obedientiae erga hanc apostolicam Sedem. Hisce desideriis incensi vobis, ven. fratres, vobisque, dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud s. Petrum die decimanona aprilis MDCCXCII. pontificatus Nostri anno decimo octavo.

(1) Paul. ad Rom. cap. xiii. vers. 1., et ad Hebr. cap. xiii. vers. 17.

Dat. die 20. aprilis 1792. Anno XVIII.

DCCCXCIV.

Concessio nonnullorum insignium pro praeposito collegiatae ecclesiae s. Leodegarii Lucernae Helvetiorum Constantiensis dioecesis provinciae Moguntinae pro tempore existente.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Dum per antiquae ecclesiae collegiatae ad s. Leodegarium oppido civitatis nuncupat. Lucernae Helvetiorum Constantiensis dioecesis provinciae Moguntinae dignitatem, nec non singularis fidei constantiam ac devotionis affectum, quo dilecti filii tum magistratus pagi Lucernae hujusmodi, et canonici ejusdem collegiatae ecclesiae erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, unde praepositi dictae collegiatae ecclesiae pro tempore existentes jampridem ab apostolica Sede pluribus privilegiis, et honoribus augeri, ac condecorari meruerunt, pensamus, dignum arbitramur, accedentibus praesertim ad id dilectorum filiorum magistratus pagi hujusmodi precibus, moderni praepositi ecclesiae hujusmodi petitionibus, quae ad suae dignitatis splendorem augendum, illamque novis honoribus honestandam pertinere dignoscuntur, congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire cognoscimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus Balthassar modernus dictae collegiatae ecclesiae praepositus, quod ipse, qui veluti praepositus hujusmodi inter caetera, ut asserit, jus habet benedicendi campanas, ecclesias, et altaria polluta reconciliandi, trinam benedictionem in missa solemni impertiendi, calices, aliaque vasa, et indumenta sacra benedicendi, quo suae dignitatis hujusmodi splendor augeatur, sibi, suisque successoribus praepositis collegiatae ecclesiae praedictae legitime intrantibus una cum mitra, cujus usum praepositis hujusmodi per Nostras literas diei sextae kalendas januarii anni millesimi septingentesimi septuagesimi sexti sub plumbo datas concessimus, etiam pedum, crucem pectoralem, benedictionem abbatialem, jus in eadem collegiata ecclesia populum benedicendi, rocchettum, ac mozzettam induendi, aliaque abbatum in Germania propria insignia, et privilegia per Nos impertiri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eumdem Nicolaum, suosque successores praepositos hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ipsumque exponentem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem Nicolao moderno, caeterisque suis successoribus praepositis pro tempore existentibus collegiatae ecclesiae sancti Leodegarii oppidi civitatis nuncupati Lucernae praedicti Constantiensis dioecesis provinciae Moguntinae legitime intrantibus, ut cum mitra in praedicta collegiata ecclesia tantum, ac absente episcopo, et legato, et nuncio apostolico, etiam pedo, seu baculo pastorali, et cruce pectorali uti, benedictionem abbatialem consequi, populum in eadem collegiata ecclesia sacris vestibus induti benedicere, rocchetum, et mozzettam in sessionibus, processionibus, congregationibus, conventibus, aliisque ecclesiasticis functionibus gestare, caeterisque abbatum in Germania insigniis frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, ita tamen, ut ex honoribus hujusmodi nulla quoad jurisdictionem episcopi Constantiensis pro tempore existentis tum in ipsam collegiatam ecclesiam, tum in praepositos hujusmodi innovatio inducatur, sed illa salva, et illaesa omnino remaneat, ac quoad usum insignium, ac privilegiorum praedictorum servetur forma a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum alias praescripta, et a felicis recordationis Alexandro pp. VII. praedecessore Nostro per suas in simili forma Brevis die vigesima septima septembris anni MDCLIX. expeditas literas specialiter approbata, et confirmata, auctoritate apostolica tenore praesentium de speciali dono gratiae concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spe-

Digitized by Google

ciat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut memoratus Nicolaus praepositus, vel sui successores antequam privilegiis, honoribus, ac indultis hujusmodi utantur, indultum hujusmodi episcopo Constantiensi exhibere teneantur, alias praesentes Nostrae literae nullae sint. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo secundo pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCCXCV.

Dat. die 24. april. 1792. Anno XVIII.

Indultum vendendi census, et imponendi taxam super bonis ecclesiasticis in dioecesi Urbinatensi existentibus.

Venerabili fratri Spiridioni archiepiscopo Urbinatensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis. §. 1. Dum insignis hujus tuae ecclesiae Urbinatensis, quae jamdiu a felicis recordationis Pio pp. IV. praedecessore Nostro in Metropolitanam fuit erecta dignitatem, et miserandum casum quo ipsa nuper vel terraemotu, vel sua ipsa vetustate tota penes diruta est, pensamus, dignum arbitramur tuis justis petitionibus, quantum cum Domino possumus congruum impertiri suffragium. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod et si Nos alias, vel per Nostras in simili forma Brevis, diei undecimae junii millesimo septingentesimo nonagesimo expeditas literas, vel per Nostrum chirographum die quinta junii millesimo septingentesimo nonagesimo signatum, tibi scuta quinque mille super multiplicum a quondam Francisco Suante ordinatum, ac scuta octo mille de haereditate quondam Francisci Amati Ricci, quo eamdem hanc tuam metropolitanam ecclesiam reaedificare valeres attribuimus, prout in memoratis Nostris literis, et chirographo uberius continetur. Nihilominus cum haec summa ad inceptum hujusmodi perficiendum haud satis fore deprehensum sit, immo saltem alia scuta viginti mille omnino oportere, ut huic operi suprema manus imponatur, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, vel per te ipsum, vel per personam, seu personas a te subdelegandam, seu subdelegandas unum, vel plures census super bonis mensae archiepiscopalis ad formam Pianae constitutionis usque ad summam scutorum viginti mille monetae Romanae sub eo tamen minori interusurio, quo fieri poterit absque illius censurae, aut poenae ecclesiasticae incursu in dictam reparationem, seu reaedificationem erogandam vendendi, ac constituendi plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur. Ut porro conventa legalia interusuria persolvi, ac vendi annui census hujusmodi intra certum tempus redimi

possint, hinc tibi facultatem imponendi annuam praestationem, seu taxam, ac subsidium usque ad totalem sortis principalis restitutionem, ac interosuriarum hujusmodi solutionem persolvendam quadragesimae fructuum, reddituum, ac proventuum super omnibus et singulis bonis quarumcumque ecclesiarum, abbatiarum capitularium, et conventualium, prioratuum quoque, praepositurarum, praeceptoriarum, canonicatuum praebendarum, dignitatum, etiam majorum, et principalium, personatuum, administrationum, et officiorum quorumcumque, beneficiorum ecclesiasticorum et simplicium, et residentialium cum cura, et sine cura saecularium, ac monasteriorum ordinis sancti Benedicti, sancti Augustini, Cisterciensis, Cluniacensis, Praemonstratensis, Carthusiensis, Camaldulensis, Montis Oliveti, et specialiter sui suppressi monasterii de Gaiffa, Vallisumbrosae, et quorumcumque aliorum ordinum utriusque sexus etiam mendicantium, et praesertim monasterii sanctimonialium sanctae Clarae istius civitatis Urbinatensis, Cassinensis, sancti Salvatoris Lateranensis, aliarumque congregationum tam virorum, quam mulierum et societatum, et conventuum, et locorum piorum, et signanter universitatis studiorum, ac confraternitatum etiam di Piano di Mercato, et aliarum quarumcumque licet quovis modo exemptarum in ista tua Urbinatensi dioecesi possidentium, pro rata scilicet tantum bonorum, quae intra limites ejusdem dioecesis existunt, ac dummodo redditus hujusmodi annuam summam scutorum centum non detractis oneribus excedant, vel pertingant, auditis tamen eorumdem monasteriorum, conventuum, et locorum piorum hujusmodi deputatis auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus. Quo autem praestationem, seu taxam juxta reddituum hujusmodi quantitatem statuere valeas, hinc tibi pariter sub poenis arbitrio tuo imponendis, ac etiam per censuras ecclesiasticas superiores monasteriorum regulares quomodolibet etiam, ut praefertur, exemptorum, et administratores locorum piorum, monasteriorum, et confraternitatum hujusmodi, et signanter monasterii de Gaiffa monachorum montis Oliveti, sanctimonialium sanctae Clarae, confraternitatis de Piano del Mercato, et universitatis studiorum praedictorum, ac beneficiatos quoscumque ad annuam exhibitionem librorum, et status reddituum, cuilibet ex dictis locis piis, monasteriis, et conventibus, confraternitatibus, et beneficiis ad hoc, ut haec praestatio juxta reddituum hujusmodi quantitatem in singulos annos statuatur, vel praescribatur cogendi, vel etiam tibi ad faciliorem taxae hujusmodi exactionem opportunum in Domino videatur, semel exhibitis libris hujusmodi cum eisdem administratoribus, ac beneficiatis annuam praestationem praedictam paciscendi plenam, et amplam facultatem tribuimus, et impertimur. Tandem cum ad aliquam etiam annuam praestationem super bonis, fructibus, redditibus et proventibus mensae tuae archiepiscopalis te offeras, volumus, ut super bonis, ac redditibus hujusmodi annuam taxam, seu praestationem scutorum centum viginti pro tuo arbitrio imponere possis, et valeas.

§. 3. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrio Nostro imponendis poenis monasteriorum, conventuum, domorum utriusque sexus regularium, ac confraternitatum, sodalitiorum, caeterorumque locorum piorum superioribus, prioribus, deputatis, rectoribus, officialibus, et ministris cujuscumque status, gradus, ordinis, et qualitatis existant, et speciali mentione dignis, nec non beneficiatis cum cura, et sine cura, ut tibi non solum omnia instrumenta, librosque, in quibus bona quaecumque, redditus, jura, et onera quaecumque ad monasteria, conventus, et domos, confraternitates, loca, opera pia quaecumque spectantia, et pertinentia adnotata reperiuntur, absque ulla mora, ratione, et praetextu exhibeant, sed etiam te de omnibus, et singulis, de quibus eos requisiveris, docere, ac certiorem facere omnino debeant, alioquin sententiam, seu poenam, quam rite tuleris in rebelles, ac tuis mandatis parere recusantes statueris, ratam habebimus, et faciemus autore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Praeceptum de communicandis libris apostolico executori.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasteriorum, conventuum, domorum, confraternitatum, locorum, et operum piorum hujusmodi, nec non beneficiorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis Derogatio contrariorum.

superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die vigesima quarta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 7. maji 1792. Anno XVIII.

DCCCXCVI.

Erectio ecclesiae Gorbejensis in episcopalem.

Pius episcopus
Servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Super specula militantis ecclesiae illo sic disponente Domino, qui rebus cunctis imperat, suoque ordine dat cuncta moveri, licet nullis suffragantibus meritis constituti; ad omnes catholici orbis ecclesias, singulaque monasteria mentem Nostram intendentes, quid insignium locorum splendori, quidve populorum, praesertim vero ecclesiasticarum personarum commoditati, et tranquillitati magis conveniat potissimum contemplamur. Etsi pro utiliori rerum dispositione congruum sit regulares viros ad statum saecularem transferre, eorumque monasteria in episcoporum sedes convertere, tunc supplicantium vota admittere non recusamus; Nostrique pastoralis officii partes favorabiliter interponimus; ad hoc ut per novas episcopalium ecclesiarum, illorumque capitulorum saecularium erectiones, nova etiam populorum militanti ecclesiae praefatae augeatur adhaesio, fidesque catholica inibi uberius efflorescat. Sicque dictorum locorum dignioribus titulis illustratorum incolae vigilum praesulum opera, doctrina, et pietate suffulti proficiant semper in fide, divinusque inibi cultus amplius accrescat, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii Theodorus de Brabeck modernus infrascripti monasterii abbas, et Ludovicus de Bentleben ejusdem infrascripti monasterii prior, et Gaspar de Reusch, et Carolus de Beck, et Philippus de Spital, et Angarius de Roht, et Antonius de Esch, et Franciscus de Werneck, et Rembertus de Wibe, et Amandus de Coppenlagen, et Ludolphus de Hoiick, et Warinus de Schade, et Benedictus de Pommeler monachi infrascriptorum ordinis, et congregationis in eodem infrascripto monasterio expresse professi Nobis humiliter exposuerunt in amplissima, et magnifica regione Westphalica episcopatibus, et comitatibus inibi frequentibus clara adsit civitas Corbejae nuncupata satis suo nomine celebris, et in ea insigne monasterium abbatia nuncupatum sanctorum Viti, et Stephani martyrum ordinis sancti Benedicti congregationis Bruffeldensis nullius dioecesis provinciae Moguntinae Sedi apostolicae immediate subjectum, quod aliquot saeculis, seu seminarium extitit episcoporum electoratus Saxoniae, ex quo Ansgarius primus Hamburgensis episcopus, qui per vicinas gentes evangelium Dei propagavit, et deinde sanctus Rembertus, aliique plures doctrina, et eruditione praediti, atque illustres viri ad regendas ecclesias vocati sunt. Quodque quam plurima loca, et oppida cum praepositaris, et non exiguo parochialium ecclesiarum undique positarum numero sub se continet, ac cujus pro tempore existens abbas sacri Romani imperii princeps renunciatur; ac voto atque sessione in imperii hujusmodi comitiis gaudet, ac particulare et separatum territorium habet, ac jurisdictionem quasi episcopalem in dicta civitate, aliisque locis, et oppidis praefatis ex indulto apostolico exercet, et plures sub se enumerat nobiles vassallos. Quod quidem monasterium licet ab antiquissimo suae primaevae fundatio-

Expositio precum.

nis exordio ad sequiora usque tempora monachos nobiles, et illustri sanguine genitos suo exceperit sinu, qui et numero ingenti, et suscepti instituti observantia floruerunt, soli Deo vacantes, et choro assidue inservientes, tepescente tamen propinquiori aetate solitudinis et vitae mere contemplativae spiritu, potissimum vero hodierna temporum crisi omni fere regularem statum amplexandi favore, et voluptate in juvenibus saeculi ductis blanditiis languescente, raro quispiam, qui regulari vitae in hujusmodi monasterio nomen dare voluerit, inventus fuerit; proindeque numerus illius monachorum paulatim decrescens ita modo diminutus existit, ut illius abbate non comprehenso duodecim tantum monachi praefati obligationes, et onera eis ex regulis dicti ordinis, et congregationis hujusmodi imminentia vi queuntes explere, absque, ut praefertur, novos alumnos acquirendi spe luctuose reperiantur; atque hinc manifestius appareat, ut divino in eo cultu in dies decrescente fundatio ipsa cum monasterio praefato sit forsan deperitura, atque extinguenda. Quaeque omnia cum praefati abbas, et prior, et monachi dicti monasterii diu plane senserint, et quam de longe viderant parari mox noverint eis, et eorum monasterio praefato ingruere forsan periculi tempestatem, ut tot malorum accessio, etiam cum bono, fructuque Catholicae Ecclesiae possit removeri, et averti, junctis in Domino cunctorum animis illud sane in hoc rerum anfractu, magis, atque unice expediens cepere consilium; ut de tempestive immutanda dicti monasterii regulari conditione, illiusque ecclesiae in ecclesiam cathedralem episcopalem erectione sedulo pertractarent.

Ratio concessionis.

§. 3. Precibus inde ex parte eorumdem abbatis, et prioris, ac monachorum dicti monasterii Nobis humiliter porrectis, quatenus ob praemissas ab eis expositas causas infrascriptis suppressioni, et saecularizationi, ac erectioni manus opportune admovere, easque ad optatum effectum perducere dignaremur. Nos vigore decreti sub die decimatertia mensis septembris anni Domini millesimi septingentesimi nonagesimi a Nobis emanati, dilecto quoque filio Nostro, et Sedis apostolicae nuncio ad tractum Rheni, ut suppressionis, et saecularizationis, ac erectionis hujusmodi causis rite perpensis de illarum necessitate juxta instructiones in eodem decreto contentas Nobis inde referret, apostolica auctoritate commisimus. Cumque ex processu desuper confecto, et ad urbem a praefato nuncio transmisso Nobis constiterit, quod stantibus praemisso nobilium juvenum profitentium defectu, aliisque superius enunciatis causis fieri certe non potest, ut antiqua in dicto monasterio conventualitas, minusque splendor, et perfecta stabilitas, ac regularis observantia in eodem monasterio multum collapsa restituatur, sed ita gravibus involvi periculis, ut illud forsan ad interitum trahendum fore, cum ipsius fundationis jactura, et animarum quoque spirituali detrimento de proximo videatur. Secus vero si praefati monasterii, ac singulorum officiorum claustralium, et locorum monachalium, nec non infrascriptarum praepositurarum eorumdem ordinis, et congregationis regularium et a praefato monasterio respective dependentium, dictorumque monachorum in dicto monasterio, ut praefertur, expresse professorum regularis status, nec non bona, res, proprietates, et actiones quaecumque, quomodocumque, et undecumque provenientia ad statum saecularem reducerentur, dictaque Corbejensis civitas in civitatem episcopalem, dictique monasterii, ut infra supprimendi, et extinguendi ecclesia cathedralis abbatialis, in cathedralem episcopalem sub invocatione eorumdem sanctorum Viti et Stephani martyrum, quae etiam parochialis, ut antea existat ecclesiam, et in ea sedes episcopalis pro uno episcopo Corbejensi nuncupando cum infrascripto capitulo, ut infra, constituendo perpetuo etiam ut infra erigerentur. Ex hoc profecto plurimum utilitatis, solatiique spiritualis clero, et populo ejusdem civitatis obveniret, ipsiusque cleri splendori maxime consuleretur.

Suppressio dioecesis nullius in locis monachalibus Stadbergensi, Brenckhausensi, et Mappensi.

§. 4. Nos igitur supradictis omnibus mature perpensis, eorumdem abbatis, et prioris, ac monachorum votis obsecundare, eosque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, nec non eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine in dicto monasterio,

et singulis illius officiis claustralibus, et locis monachalibus, ac in una in Stadbergen., et alia Brenkhausen., et reliqua praepositüris in Meppen. respective nuncupatis dictae Nullius dioecesis provinciae praefatae, quae nullibi dignitates, sed officia tantum simplicia, minime tamen collativa, ut pariter accepimus, respective existant, et quibus cura imminet animarum, quae per vicarios amovibiles exerceri solet, aliisque membris quibuscumque respective titulum, denominationem, naturam, et essentiam regulares, ac omnem respective statum, et dependentiam, ac instituta regularia apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus, dictumque monasterium, illiusque abbatem et priorem, ac monachos praefatos eorumdem ordinis, et congregationis in dicto monasterio respective, ut praefertur, et expresse professos, et respective degentes, nec non singula officia claustralia, et loca monachalia hujusmodi, dictasque praepositüras ad statum saecularem omnibus, et singulis privilegiis, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, praerogativis, honoribus, facultatibus, et aliis gratiis quibuscumque, tam spiritualibus, quam temporalibus, et mixtis dicto monasterio, et monachis praefatis apostolica, vel alia quavis auctoritate quomodolibet concessis, ac de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet competentibus, quoad ea tamen, quae sunt in usu, et revocata non sunt, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, ac concilii Tridentini decretis, seu statui saeculari, et ordinationibus per Nos, ut infra, praescribendis non repugnent, et applicationibus quorumcumque fructuum, redditunm, et proventuum, nec non bonorum, jurium, proprietatum, et actionum quarumcumque ad eorum respective favorem, et commodum, alias tamen canonice factis; nec non decimis, juribus, laudemiis, recognitionibus, servitutibus, livellis, possessionibus, proprietatibus, legatis, donationibus, rebus, et bonis ad illos legitime spectantibus, et quae in futurum quomodolibet spectare poterunt, et per Sedem apostolicam, illiusque legatos, aut nuncios, imperatores, reges, reginas, principes, et alios utriusque sexus Christifideles quoscumque, ac intuitu, et contemplatione religionis, seu statûs regularis, et quamdiu illa, seu illae inibi vigerent, concessis, donatis, relictis, legatis, et elargitis, nec non recognitionibus annuis, in quacumque re consistentibus, in omnibus, et per omnia perinde, ac si status regularis hujusmodi minime immutatus esset, salvis et illaesis remanentibus dicta apostolica auctoritate, etiam perpetuo reducimus, et immutamus.

Abbas, superiores, et monachi professi ab omni religiosa observantia dispensantur

§. 5. Dictique monasterii abbatem, et priorem, ac monachos eorumdem ordinis, et congregationis expresse professos praefatos ab omni, et quacumque observantia, vinculo, nexu, seu obligatione ipsis imminente ex regula, constitutionibus, ordinationibus, definitionibus, institutis, et consuetudinibus dicti monasterii, et respective eorumdem ordinis, et congregationis, nec non à quacumque votorum per eos emissorum observantia, castitatis voto dumtaxat excepto; ita quod ipsi deinceps habitum regularem, aut aliquid regularitatem indicans deferre, vel facere, aut constitutiones, ritus, mores, et statuta eorumdem ordinis, et congregationis, etiam quoad victum, jejuniorum observantiam, aut quaevis alia, ad quae ex virtute regulae, et professionis per eos emissae, vel consuetudine, aut quavis alia ex causâ respective tenentur, observare, et facere minime teneantur; sed in habitu, tonsura, incessu, victu, moribus, ac divinorum officiorum celebratione se conformare valeant, et debeant cum clericis et presbyteris mere saecularibus ubique libere, et licite, et sine alicujus transgressionis, apostasiae, inhabilitatis, vel infamiae periculo, aut metu, vel aliarum quarumcumque poenarum, et censurarum per regulam ordinis, et congregationis hujusmodi instituta, et apostolisca constitutiones, quomodolibet comminatarum, vel inflictarum incursu, ita ut in posterum idem abbas, et prior, ac monachi praefati in omnibus, et per omnia clerici, seu presbyteri saeculares reipsà sint, ac pro talibus vere, omnino, ac in omnibus, et per omnia habeantur, et reputentur simili apostolica auctoritate absolvimus, et totaliter liberamus. Nec non in praefato monasterio abbati, et priori, ac monachis ejusdem ordinis, et congregationis hujusmodi expresse professis praefatis ad statum saecularem, ut praefertur, reductis; ut ipsi, et eorum quilibet ad instar clericorum, seu presbyterorum saecularium, abbas videlicet praefatae ecclesiae Corbéjensis in cathedralem episcopalem, ut infra erigendae in episcopum praefici; prior vero in-

frascriptum decanatum, ac unum, et unam insimul, reliqui vero monachi praefati alios infrascriptos canonicatus, et praebendas capitulares pariter ut infra erigendum, ac erigendas, eisque etiam ut infra conferendum, et conferendas, et deinceps alia quaecumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura saecularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, et saecularia, videlicet canonicatus, et praebendas, dignitates etiam majores, et principales, personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva in cathedralibus, metropolitanis, collegiatis, aliisque ecclesiis, seu si parochiales ecclesiae, vel earum perpetuae vicariae. Regularia vero beneficia hujusmodi, monasteria etiam consistorialia, prioratus, et praepositurae etiamsi conventuales fuerint, si eis alias canonice conferantur, vel apostolica auctoritate praefata commendentur, aut si ipsi eligantur, praesententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur in eisdem saecularia videlicet in titulum, regularia vero beneficia hujusmodi in commendam recipere, et dummodo plura simul non sint, quamque a concilio Tridentino permittuntur quoad vixerint, ac quilibet eorum respective vixerit ad formam aliorum presbyterorum saecularium retinere; nec non quascumque pensiones annuas super similium, vel dissimilium beneficiorum ecclesiasticorum saecularium, vel regularium fructibus, redditibus, proventibus, ac etiam distributionibus quotidianis apostolica eis auctoritate praefata reservandas etiam quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit, percipere, exigere, levare, ac in eorum respective usus, et utilitatem convertere respective libere, et licite valeant, ac tam de redditibus, et assignamentis annuis per eos ad praesens percipi solitis, quam de earum propriis rebus, et bonis post saecularizationem hujusmodi acquirendis, in cujuscumque personae eis benevisae de jure tamen capacis favorem, et commodum libere, et licite testari, seu alias disponere, non autem succedere, seu obtinere successiones ab intestato. Ita ut abbas, prior, ac monachi ad statum saecularem hujusmodi, ut praefertur, redacti, praefati, nec legitimam, aut quidquam aliud quoad eorum respective parentes, consanguineos, sive ad alios etiam extraneos ratione professionis per eos emissae, seu renunciationis ab eis factarum quomodolibet tam ab intestato, quam ex donationibus, contractibus, testamentis, aut qualitercumque hactenus devolutum sit, vel deinceps devolvi contigerit praetendere possint; sed legata, ac bona, et jura ex testamento, et donationibus sive inter vivos, sive causa mortis, et quibuscumque licitis contractibus acceptare, acquirere, ac similiter de eis disponere valeant pari apostolica auctoritate concedimus, et indulgemus.

Titulus monasterii destruitur, et non collativus declaratur.

§. 6. Praeterea primodictum monasterium cui cura imminet animarum, ac cujus fructus, redditus, et proventus ad trecentum florenos auri in libris camerae apostolicae, ut similiter accepimus, taxati reperiuntur, illiusque abbatialem, et conventualem respective mensas, ac dignitatem ipsam abbatialem, omnimodamque jurisdictionem praefatam eidem dignitati abbatiali, ut praefertur, annexam, primodictique monasterii titulum collativum, nomen, denominationem, naturam et essentiam monasterii collativi; ita quod illud ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativum esse desinat, et de caetero uti tale in titulum collativum, seu commendam quavis auctoritate conferri, seu concedi, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi amplius nequeat, et si illud ullo umquam tempore conferri, aut commendari, seu impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, commendas aliaeque dispositiones de illo pro tempore quomodolibet factae nullae, et invalidae, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, apostolica auctoritate praefata etiam perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Civitas Corbejensis episcopalis declaratur.

§. 7. Et insuper praefatam civitatem Corbejensem in civitatem episcopalem Corbejensem similiter nuncupandam cum omnibus juribus, honoribus, et praerogativis, quibus aliae civitates pontificali sede insignitae in Germania existentes, et earum cives absque particulari privilegio, vel concessione de more, utuntur, vel gaudent.

Ecclesia monasterii in cathedralem erigitur.

§. 8. Praefatam vero primodicti monasterii, ut praefertur, suppressi, et extincti ecclesiam, quae cathedralis abbatialis titulo hactenus decorata existit, in cathedralem episcopalem Corbejensem nuncupandam, quae parochialis, ut antea existat, ecclesiam sub in-

vocatione eorumdem sanctorum Viti, et Stephani martyrum extituram, quae ex gratiosa concessione venerabili fratri Nostro moderno, et pro tempore existenti archiepiscopo Moguntino etiam quoad episcopum, et capitulum suffraganea, eique metropolitico jure subjecta esse, et ad quam electio personae idoneae per Romanum pontificem pro tempore existentem praefatum in episcopum praeficiendae ad pro tempore existentes capitulum, ac canonicos dictae ecclesiae Corbejensis in cathedralem episcopalem ecclesiam per Nos, ut infra, erigendae, etiam ut infra spectare debeat, et in ea sedem episcopalem pro uno deinceps episcopo Corbejensi nuncupando, qui eidem cathedrali ecclesiae Corbejensi, illiusque civitati per Nos ut infra erigendae, nec non dioecesi Corbejensi, per Nos pariter, ut infra assignandae praesit, synodum convocet, ac omnia, et singula jura, et officia episcopalia habeat, et exerceat, cum suis capitulo, ut infra efformando, mensa episcopali, caeterisque cathedralibus, et episcopalibus insigniis, juribus, jurisdictionibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, inter quae illud etiam capituli habendi sessionem, et votum in comitiis, et statuum conventibus, aliisque honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus alia capitula ecclesiarum cathedralium in Germania, eorumque praesules insimul sacri Romani imperii principes non tamen ex speciali indulto apostolico, seu privilegio particulari gaudent et gaudere poterunt.

Erectio capituli.

§. 9. Et in ea pariter unum decanatum, qui inibi dignitas post pontificalem major, et unica existat, ac per unum, et eumdem ex praefatae cathedralis ecclesiae Corbejensis, per Nos ut infra erigendae canonicis, et una cum suis canonicatu, et praebenda per Nos pariter, ut infra erigendis absque dispensatione apostolica obtineri, quique electionis futuri, et pro tempore existentis episcopi Corbejensis, ac eorumdem capituli, et canonicorum dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos ut infra erigendae, pariter ut infra esse debeat pro uno presbytero futuro in ea decano, qui capitulo dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos ut infra erigendae, praesideat, primumque locum in choro, processionibus, et quibuscumque aliis functionibus ipsius cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos ut infra erigendae habeat, aliisque omnibus, et singulis honoribus, insigniis, privilegiis, et antelationibus, quae de jure debentur frui, et gaudere debeat. Nec non duodecim canonicatus capitulares nuncupandos, totidemque praebendas, quorum unus, et una cum dicto decanatu perpetuis futuris temporibus absque dispensatione apostolica praefata obtineri debeat pro totidem clericis, seu presbyteris, qui de nobili genere procreati, et ex ordine equestri existant futuris in ea canonicis capitularibus nuncupandis, qui apud dictam cathedralem ecclesiam Corbejensem per Nos, ut infra, erigendam personaliter residere, illique in divinis ad instar aliarum cathedralium ecclesiarum in Germania hujusmodi existentium deservire, ac omnibus, et singulis legatis piis, anniversariis, fundationibus, et quibuscumque aliis oneribus ad praefatum monasterium per Nos, ut praefertur suppressum, et extinctum, seu illius ecclesiam in cathedralem episcopalem per Nos etiam, ut infra erigendam respective incumbentibus satisfacere teneantur, quique jus habeant deputandi in dictis praeposituris ad saecularem statum per Nos, ut praefertur, redactis respective vicarios ab ordinario loci prius examinandos, et ad curam animarum exercendam approbandos, ad eorum tamen nutum, ut antea, amovibiles extituros, qui curam animarum parochianorum dictarum respective praepositurarum ad secularem statum per Nos, ut praefertur, redactarum cum congrua mercedis assignatione ex praefatis primodicti monasterii per Nos, ut praefertur, suppressi, et extincti fructibus, redditibus, ac proventibus arbitrio futuri episcopi Corbejensis praefinienda exercere teneantur. Ac itidem alios tres canonicatus domicellares nuncupandos; ad numerum vero duorum, ut infra reducendos nunc pro tribus, in posterum vero pro duobus clericis futuris in ea canonicis domicellaribus nuncupandis, qui apud dictam cathedralem ecclesiam Corbejensem per Nos, ut infra, erigendam residere, aut illius choro inservire minime teneantur, neque illis proventibus, ac emolumentis fruatur, donec et quousque unum, et unam ex dictis canonicatibus, et praebendis capitularibus per Nos, ut infra, erigendis, in successivis illorum respective vacationibus, dummodo tamen tum temporis in aliquo ex sacris ordinibus constituti

reperiantur, in vim optionis assequantur. Cum hoc pariter, quod statim ac unus ex dictis tribus canonicatibus domicellaribus per Nos, ut infra, erigendis per optionem hujusmodi, aut alias vacaverit, nemini conferri possit, sed canonicatus domicellares hujusmodi ad numerum duorum tantum reducantur, quorum tamen canonicatuum, et praebendarum capitularium, nec non canonicatuum domicellarium respective nuncupandorum hujusmodi collatio per futuros, et pro tempore existentes canonicos capitulares dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut infra erigendae turno inter eos statuendo alternatim cum apostolica Sede, Romanoque pontifice pro tempore existente, ut infra fieri debebit. Nec non sex vicariatus, seu sex simplicia personalem tamen residentiam requirentia beneficia ecclesiastica pro sex clericis de gremio alumnorum seminarii puerorum ecclesiastici Corbejensis, ut infra, instituendi, eligendis, futuris in ea vicariis, seu beneficiatis, qui choro dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos ut infra, erigendae inservire teneantur, atque ad nutum futuri, et pro tempore existentis episcopi Corbejensis amovibiles esse debeant, quique decanus et canonici, ac vicarii, seu beneficiati praefati capitulum dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis amovibiles esse debeant, quippe decanus, et canonici, ac vicarii, seu beneficiati praefati capitulum dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut infra erigendae constituant: Ac demum unam vicariam curatam pro uno presbytero ab ordinario loci prius examinando, et ad curam animarum exercendam approbando, qui curam animarum parochianorum dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis, quae etiam parochialis, ut antea existat, per Nos; ut infra, erigendae similiter cum congrua mercedis assignatione arbitrio futuri episcopi Corbejensis ex praefati dicti monasterii, ut praefertur suppressi et extincti fructibus, redditibus, et proventibus praefinienda exercere debeat; quique pariter ad nutum futuri, et pro tempore existentis episcopi Corbejensis amovibilis existat, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo erigimus, et instituimus.

Providetur erectioni praebendarum theologalis, et poenitentiariae.

§. 10. Ne autem propter theologalis, ac poenitentiariae respective praebendarum institutionis defectum illud officiorum exercitium, quae tum ad populi eruditionem sacrarum scripturarum sensu, tum ad animarum quietem, et tranquillitatem comparandam satis expedire noscuntur in dicta cathedrali ecclesia Corbejensi per Nos, ut praefertur, erecta umquam omittatur, duobus professoribus in seminario puerorum ecclesiastico in dicta civitate Corbejensi instituendo a futuro, et pro tempore existente episcopo Corbejensi deputandis, et ad illius quoque nutum amovibilibus extituris onus, primo videlicet theologi, secundo vero professoribus praefatis poenitentiarii respective munera, seu officia in dicta cathedrali ecclesia Corbejensi per Nos, ut praefertur, erecta ab eis respective exercenda apostolica auctoritate praefata etiam perpetuo injungimus, atque imponimus.

Descriptio territorii mensae Corbejensis.

§. 11. Ac praefatam civitatem Corbejensem, nec non integrum, et separatum illius territorium, cui finitimi reperiuntur ducatus Brunswicensis, electoratus Hannoveriensis, principatus Lippensis, et episcopatus Paderbonensis; et in quo infrascripta loca, et pagi continentur; videlicet, Huxarias urbs principalis, Lucktringen, Albaxen, Nachtigal, Donaubourg, Sthahl Berixen, Fabekenfluckt; Furstenau, Brenckausen, Obenhausen, Bosseborn, Dietmarsen, Bruchhausen, Othergen, Ameluogsen, Godelheim, Werden, Brenck, Blouckenau, et Mengadersen, et alia loca, si quae sint cum omnibus, et singulis paroeciis, praeposituris, beneficiis, monasteriis, conventibus, ac omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus in eis respective degentibus personis; et incolis tam laicis, quam clericis, presbyteris, beneficiatis, et religiosis cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant dictae ecclesiae episcopali Corbejensi per Nos, ut praefertur, erectae, illiusque futuro praesuli pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus apostolica auctoritate praefata etiam perpetuo assignamus; ita ut civitas Corbejensis, et territorium praefatum futuro, et pro tempore existenti episcopo Corbejensi subjecta sint, qui jurisdictionem omnem episcopalem, sive ordinariam, sive delegatam in personas tam saeculares, quam ecclesiasticas, et regulares, non tamen exemptas, nec non in ecclesias, praeposituras, monasteria, et loca pia quaecumque prout aliis episcopis competit libere, et absolute ad for-

mum decretorum concilii Tridentini, et apostolicarum constitutionum exercere valeat.

Providetur decentibus habitationibus pro episcopo, capitulo, et seminario.

§. 12. Nec non pro decenti futuri, et pro tempore existentis episcopi, ac capituli Corbejensis, et seminarii praefati, ut praefertur, instituendi respective habitatione, aedes, et mansiones primodicti monasterii per Nos, ut praefertur, suppressi, et extincti, quae hactenus abbatis, et monachorum per Nos ad saecularem statum, ut praefertur redactorum commode inservierunt, ad hunc effectum idonee aptandas, et respective distribuendas apostolica auctoritate praefata itidem perpetuo adscribimus, et constituimus.

Assignatio redditeum pro mensa episcopali, et pro manutentione ecclesiae, et seminarii.

§. 13. Pro mensae autem episcopalis Corbejensis, ac decanatus, et singulorum canonicatuum, et praebendarum capitularium, et vicariarum, seu beneficiorum per Nos ut praefertur, respective erectorum, et institutorum, ac ejusdem seminarii, ut praefertur instituendi respective dote, nec non congrua, et sufficienti tam futuri episcopi Corbejensis, quam decanatum, et singulos canonicatus, et praebendas capitulares, et vicarias, seu beneficia hujusmodi per Nos, ut praefertur, erectum, et erectos, ac erectas, sive erecta respective obtinentium, dictique seminarii alumnorum, ac duorum professorum praefatorum, aliorumque inservientium substentatione, onerumque eis respective incumbentium supportatione, ac pro ipsius cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae fabricae manutentione ex fructibus, redditibus, ac proventibus primodicti monasterii per Nos, ut praefertur, suppressi, et extincti mensae episcopali Corbejensi, videlicet unam decem et octo millium, ac quingentorum florenorum monetae illarum partium, et aliorum si qui ex praefatis primodicti monasterii per Nos, ut praefertur suppressi, et extincti fructibus, redditibus, et proventibus, deductis, aliis infrascriptis assignationibus supererint. Cum hoc tamen quod praefatas vicarias, seu praefata beneficia per Nos, ut praefertur erectas, sive erecta pro tempore respective obtinentibus, simulque dictis duobus professoribus dicti seminarii, ut praefertur, instituendi victum, et habitationem respective in eodem seminario suppeditari etiam respective debeat. Nec non decanatui aliam insimul cum canonicatu noningentorum florenorum hujusmodi; cuilibet vero ex aliis undecim canonicatibus, et praebendis capitularibus aliam septingentorum florenorum similium, ac cuilibet ex dictis vicariis seu beneficiatis hujusmodi per Nos respective, ut praefertur, erectis, et institutis aliam quinquaginta quatuor florenorum parium praeter victum, et habitationem illas, seu illa respective obtinentibus, ut supra suppeditandum; ac praefatis duobus professoribus in dicto seminario, ut praefertur, instituendo pro tempore deputandis, primo videlicet, qui theologi aliam ducentorum florenorum hujusmodi; secundo vero qui poenitentiarii respective munus in dicta cathedrali ecclesia Corbejensi per Nos, ut praefertur, erecta exercebunt, aliam centum florenorum similium praeter victum, et habitationem eis, ut supra respective suppeditandam; ac seminario, ut praefertur instituendo praefato etiam pro dictis assignationibus, et substentatione dictorum duorum professorum una cum alumnis, seu seminaristis aliam insimul mille, et quingentorum florenorum similium: ac demum fabricae dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae, aliisque ministris, et inservientibus praefatis reliquam mille, et quadringentorum florenorum similium respective summas eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo respective reservamus, constituimus, et assignamus.

Electio episcopi, et capitularium sanctae Sedi reservatur.

§. 14. Ac futuris, et pro tempore existentibus decano, et canonicis dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae jus eligendi ad praefatam ecclesiam Corbejensem, quoties illam pro tempore quomodocumque, non tamen apud Sedem apostolicam vacare contigerit, excepta tamen hac prima vice, in qua dictae ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae a primaeva illius erectione hujusmodi vacantis provisio in personam praefati dicti monasterii per Nos, ut praefertur, suppressi, et extincti abbatis per Nos ad saecularem statum redacti, et in episcopum Corbejensem designati per Nos, et Sedem apostolicam libere, et absolute facienda erit, personam idoneam per Romanum pontificem pro tempore existentem in episcopum Corbejensem, iisdem modo, et forma, quibus episcopi aliarum ecclesiarum in Germania existentium a Sede apostolica praefata praefici consueverunt praeficiendam; ita tamen ut tam pro hac prima vice, quam in futuris omnibus electionibus processus informa-

tivus super electi qualitatibus de jure pariter, et de more confici, ac deinde propositio in consistorio, et literarum apostolicarum expeditio super confirmatione electionis hujusmodi, et respective dictae ecclesiae Corbejensis provisione fieri debeat. Nec non tam futuro, et pro tempore existenti episcopo, quam praefatis canonicis ecclesiae Corbejensis simile jus eligendi ad praefatum decanatum per Nos, ut praefertur, erectum, et institutum in futuris illius vacationibus quomodolibet occurrentibus, non tamen pro hac prima vice a primaevis illius erectione et institutione hujusmodi vacantem personam pariter idoneam de gremio capituli, et canonicorum regularium dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae desumendum. Cum hoc tamen, quod ad dictum decanatum pro tempore electus confirmationem electionis hujusmodi infra sex menses ex tunc proximos ab eadem Sede apostolica reportare literasque apostolicas provisionis decanatus hujusmodi expedire teneatur.

Alternativa canonicis concessa super collatione canonicatuum.

§. 15. Ac itidem eisdem decano, et aliis canonicis capitularibus dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae jus perpetuo conferendi per turnum inter eos statuendum omnes, et singulos canonicatus, et praebendas capitulares, ac canonicatus quoque domicellares hujusmodi per Nos, ut praefertur, erectos, et institutos personis idoneis, ut supra qualificatis alternatim cum apostolica Sede praefata, Romanoque pontifice pro tempore existente ad formam concordatorum dudum inter Sedem apostolicam praefatam ex una, et inclytam nationem Germanicam ex altera partibus initorum, videlicet dum illos in posterum in februarii, aprilis, junii, augusti, octobris, et decembris mensibus ordinariis collatoribus per concordata hujusmodi reservatis vacare contigerit. Dictorum vero canonicatuum, et praebendarum capitularium, ac canonicatuum domicellarium respective dispositione in reliquis sex alternis mensibus Sedi apostolicae praefatae reservata remanente. Praefato vero dicti monasterii, per Nos, ut praefertur, suppressi, et extincti abbati per Nos ad saecularem statum, ut praefertur, redacto, et in episcopum Corbejensem designato jus nominandi ad praefatos tres canonicatus domicellares pro hac prima vice tantum a primaevis illorum erectione, et institutione hujusmodi vacantes personas idoneas clericali saltem charactere insignitas, cum hoc tamen quod personae ad praefatos canonicatus domicellares hujusmodi ab eo nominatae literas apostolicas illorum respective provisionis, absque tamen ulla expensarum solutione expedire teneantur, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus apostolica auctoritate praefata respective reservamus, concedimus, et assignamus.

Concessio privilegiorum, et immunitatum perfruendarum a capitulo.

§. 16. Et insuper eisdem futuris decano, et canonicis dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae, ut ipsi omnibus, et singulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, praeeminentiis, insigniis, praerogativis, et juribus, quibus aliae cathedrales ecclesiae in Germania praefata existentes, earumque capitula in ecclesiasticis perfungendis functionibus, aut alias de jure, usu, consuetudine, privilegio, non tamen ex peculiari indulto, aut privilegio particulari, aut titulo oneroso acquisitis utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent pariformiter, et absque ulla prorsus differentia in omnibus, et per omnia, perinde ac si illa eis principaliter, et in specie concessa essent, dummodo tamen illa sint in usu, ac non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini praefati decretis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis praefatis non repugnent uti, frui, potiri, et gaudere.

Facultas condendi statuta.

§. 17. Eisdemque decano, et canonicis, ut ipsi, eorumque in decanatu, et canonicatibus, ac praebendis praefatis per Nos, ut praefertur erectis, et institutis successores capitulariter congregati, quaecumque statuta, ordinationes, capitula, felix regimen dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur erectae, prosperamque illius personarum, rerum, et bonorum directionem, et officiorum celebrationem concernentia, ac alia utilia, et necessaria, licita tamen, et honesta, sacrisque canonibus, dictique concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis praedictis minime contraria, a futuro tamen; et pro tempore existente episcopo Corbejensi prius examinanda, et approbanda, ac etiam reformanda facere, edere et concedere, seu alia de novo praevio examine, et approbatione, ac etiam reformatione hujusmodi similiter condere, illaque ab illis, ad quos spe-

etabit inviolabiliter sub poenis in contravenientes statuendis observari, et adimpleri facere libere, et licite respective possint apostolica auctoritate praefata itidem perpetuo concedimus, et indulgemus, eisque plenam, liberam, et omnimodam potestatem, licentiam, et facultatem concedimus, et impertimur.

Omne remedium juris submovetur, quod facere posset ad remorandam executionem praesentium apostolicarum literarum.

§. 18. Decernentes insuper praesentem Nostrum motum proprium, easdemque praesentes literas semper, et perpetuo validum, et efficacem, ac validas, ac efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, ac singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica et legitima etiam ex eo, quod causae propter quas eaedem praesentes emanarunt adductae, verificatae, et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, vel quolibet alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda forma servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio praetextu, aliaque ratione, et causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illum, et illos restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu pari, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine similibus concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque eumdem praesentem Nostrum motum proprium, easdemque praesentes literas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter, ac quibuslibet de causis etiam sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de eisdem praesentibus, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutum, repositum, et plenarie reintegratum, ac restitutas, repositas, ac plenarie reintegratas fore, et esse, sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis dignitate, potestate, et auctoritate, facultate, praerogativa, et privilegio fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari etiam irritum, et inane decernimus.

Dispositiones speciales super nonnullis ex erectis canonicatibus.

§. 19. Et nihilominus decanatum praefatum, ac unum, et unam ex dictis duodecim canonicatibus, et praebendis capitularibus per Nos, ut praefertur, erectis, et institutis.

Ludovico . . . ac alium et aliam Gaspari, ac alium, et aliam Carolo, ac alium et aliam Philippo, ac alium, et aliam Angario, ac alium, et aliam Antonio, ac alium et aliam Francisco, ac alium et aliam Remberto, ac alium, et aliam Amando, ac alium, et aliam Ludolpho, ac alium, et aliam Warino, ac reliquum, et reliquam respective canonicatus, et praebendas capitulares hujusmodi a primaeva illius, et illorum erectione, et institutione hu-

jusmodi vacantem, et vacantes, cum illi, et illis respective adnexis, et quoad canonicatus, et praebendas capitulares, ut praefertur, erectos, et erectas hujusmodi cum plenitudine juris canonici, ac omnibus juribus, et pertinentiis respective suis Benedicto praefatis eadem apostolica auctoritate conferimus, ac de illo, et illis etiam respective providemus.

Praeceptum de praebendo juramento fidelitatis.

§. 20. Nec non Ludovicum recepto prius ab eo Nostro, et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae solito juramento, juxta formam, quam sub Bulla Nostra mittimus introclusam in decanatus, ipsumque Ludovicum etiam in unius, et Gasparem in alterius, et Carolum in alterius, et Philippum in alterius, et Angarium in alterius, et Antonium in alterius, et Franciscum in alterius, et Rembertum in alterius, et Amandum in alterius, et Ludolphum in alterius, et Warinum in alterius, ac Benedictum, seu eorum respective procuratores in reliqui canonicatuum, et praebendarum capitularium per Nos, ut praefertur erecti, ac erectorum, ac erectarum hujusmodi respective corporalem possessionem induci, et respective inductos defendi, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem. Ac eumdem Ludovicum ad dictum decanatum per Nos, ut praefertur, erectum, ut est moris admitti; ipsumque etiam Lodovicum ad unam, et Gasparem ad aliam, et Philippum ad aliam et Angarium ad aliam, et Antonium ad aliam, et Franciscum ad aliam, et Rembertum ad aliam, et Amandum ad aliam, et Ludolphum ad aliam et Warinum ad aliam, ac Benedictum, vel pro eis procuratores praefatos ad reliquam respective praebendas per Nos, ut praefertur, erectas hujusmodi in dicta cathedrali ecclesia Corbejensi per Nos, ut praefertur, erecta in canonicos respective recipi, et in fratres, stallo eis etiam respective in choro, ac loco in capitulo ejusdem cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae cum dicti juris plenitudine assignatis, eisque respective de decanatus, ac singulorum canonicatuum, et praebendarum capitularium per Nos, ut praefertur, erecti, et erectorum, ac erectarum hujusmodi etiam respective fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis integre responderi facere eadem apostolica auctoritate mandamus, contradictores quoslibet auctoritate Nostra praefata appellatione postposita compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 21. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones, et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque in contrarium praemissorum quomodolibet, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore concessis, et concedendis, ac alias etiam pluries approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata praesentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad praemissorum omnium, et singulorum validissimum effectum, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Legre servandae in novis provisionibus.

§. 22. Aut si aliqui apostolica, vel alia quavis auctoritate in dicta cathedrali ecclesia Corbejensi per Nos, ut praefertur, erecta in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, et canonicatibus, et praebendis dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictae Sedis, aut legatorum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, re-

Digitized by Google

servationem, et decretum; vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus Ludovicum in praefati decanatus, ac unius ex dictis duodecim canonicatibus, et praebendis capitularibus per Nos, ut praefertur, erectis, et Gasparem in alterius, et Carolum in alterius, et Philippum in alterius, et Angarium in alterius, et Antonium in alterius; et Franciscum in alterius, et Rembertum in alterius, et Amandum in alterius, et Ludolphum in alterius, et Warinum in alterius, ac Benedictum praefatos in reliqui respective canonicatuum, et praebendarum capitularium per Nos, ut praefertur, erectorum hujusmodi respective assecutione volumus anteferre, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem dignitatum, ac canonicatuum, et praebendarum, vel beneficiorum aliorum praejudicium generari, seu si quibusvis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede apostolica indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint; quodque de dignitatibus, ac canonicatibus, et praebendis dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, gratiis, concessionibus, indultis, et literis apostolicis specialibus, vel generalibus quorumcumque tenorum existant, per quae eisdem praesentibus non expressis, vel totaliter non insertis effectus earumdem, praesentium impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in Nostris literis mentio specialis. Seu si Ludovicus, et Gaspar, et Carolus, ac Philippus, et Angarius, ac Antonius, et Franciscus, et Rembertus, et Amandus, ac Ludolphus, et Warinus, ac Benedictus praefati praesentes non fuerint ad praestandum de observandis statutis, et consuetudinibus dictae cathedralis ecclesiae Corbejensis per Nos, ut praefertur, erectae solitum juramentum, dummodo in eorum absentia per procuratores idoneos, et cum ad illam accesserint corporaliter illud respective praestent.

Reservatio specialis.

§. 23. Volumus autem, quod praefatus Ludovicus antequam dicti decanatus possessionem adipiscatur fidem catholicam, juxta articulos jampridem a Sede apostolica praefata propositos in manibus praefati nuncii, sive alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae ab eo specialiter subdelegandae emittere, illamque sic emissam sine mendis cum sui, et dicti nuncii, seu ejus subdelegati subscriptione quantocitius transmittere omnino teneantur, alioquin decanatus praefatus vacet eo ipso.

Praeceptum de inscribendis fructibus mensae in libris camerae apostolicae.

§. 24. Volumus etiam quod dicta ecclesia Corbejensis per Nos, ut praefertur, erecta ad trecentos florenos auri taxari, et taxa hujusmodi in libris camerae apostolicae describi debeat.

Delegatio nuncii apostolici in executorem literarum apostolicarum.

§. 25. Nosque autem per easdem praesentes in executorem pro earumdem praesentium executione praefatum nuncium ad tractum Rheni apostolica auctoritate praefata constituimus, et deputamus; eidemque nuncio facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro hujusmodi executionis effectu subdelegare, ac tam praefato nuncio, quam personae ab eo subdelegandae hujusmodi facultatem quoque, ut ipse, seu ipsa super quacumque oppositione in actu executionis hujusmodi quomodolibet oritura, servatis tamen, quae fuerint de jure servanda etiam definitive pronuntiare libere, et licite valeat apostolica auctoritate praefata concedimus, et impartimur.

Sanctio poenalis.

§. 26. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae absolutionis, reductionis, immutationis, alterius absolutionis, liberationis, concessionis, indulti, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, injunctionis, impositionis, adscriptionis, constitutionis, reservationis, assignationis, alterius etiam reservationis, concessionis, et assignationis; nec non impartitionis, decreti, collationis, provisionis, mandati, derogationis, voluntatis, et alterius posterioris concessionis, et impartitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis do-

minicae millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, nono kalendas maji pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 15. maji 1792. Anno XVIII.

DCCCXCVII.

Nominatio ministri generalis ordinis fratrum minorum sancti Francisci.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio cur suspensa convocatione capituli generalis ad nominationem pontificiam perventum est.

§. 1. Etsi cupimus, atque ab ipsis pontificatus Nostri exordiis semper studuimus, regularium ordinum constitutiones, et statuta sarta, tectaque servari, nihilominus ex incumbentis humilitati Nostrae apostolicae solicitudinis officio interdum, et quoties eorumdem ordinum utilitas, ac commodum exposcit, ab hoc proposito declinandum esse duximus. Et quidem postquam fel. rec. Clemens pp. XIV. praedecessor Noster ob tunc currentia christianae reipublicae tempora anno MDCCLXXIV. capitulum generale totius ordinis fratrum minorum s. Francisci, sexto quoque anno juxta constitutiones, et statuta ordinis praesenti auctoritate apostolica confirmata convocandum, in proximum triennium distulit, Nos pariter exacto triennio hujusmodi, cum eaedem, immo urgentiores vigerent causae capituli generalis hujusmodi convocationem in aliud tempus, et ad Nostrum, et Sedis apostolicae beneplacitum protraximus, et quemadmodum memoratus Clemens praedecessor, sic Nos bo. mem. Paschalem a Varisio, dum vixit, fratrem dicti ordinis expresse professum in ministrum generalem ejusdem ordinis confirmavimus. Verum cum novissime dictus Paschalis a Varisio supremum diem obierit, eo devenimus, ut capitulum generale hujusmodi semel, ac iterum, ut praefertur, protractum, nunc in conventum Aracoelitanum almae Nostrae urbis foret convocandum. Nihil quidem maluissemus, quam ut dictum capitulum generale convocaretur: ast praeter difficillimas, ac persistentes Catholicae Ecclesiae adversitates, novae etiam perturbationes, aeque acriores accesserunt ad regularium disciplinam evertendam, adeo ut ab hoc consilio, per quam abduxerint. Quamobrem electo a Nobis dilecto filio Carolo Josepho a Janua in praesidentem discretorii generalis, et quoad usque officium ministri generalis vacat, simul cum eodem discretorio ordinem hujusmodi administret; interea dum haerebamus quid agendum, quidve statuendum foret; inclyta familia ultramontana dicti ordinis, ex qua novus minister generalis juxta memoratas constitutiones, et statuta seligendus est a Nobis omnem sustulit dubitationem. Siquidem ipsa intelligens, quam magnae foret difficultatis, et injuriosis hisce temporibus capitulum generale indiceretur, utpote quod magna vocalium pars ad illud non accederet, ne sese gravibus committeret periculis; a Nobis expostulavit, ut aliquos ex suis Nobis proponere liceret, ac designatum tum ministrum generalem, tum caeteros familiae ultramontanae officiales per Nos eligi summopere desiderabat.

Nominatio commissarii generalis, in ministrum generalem, et aliorum superiorum.

§. 2. Nos igitur, qui ordinem plurimum paterna charitate in Domino prosequimur, ac quidquid ad illius commodum quomodolibet pertinere dignoscitur, curare studemus, cum eidem ordini proficuum, atque utile futurum fore putemus, si ministrum generalem, caeterosque officiales in capitulo generali deputandos, auctoritate Nostra apostolica nominemus, ac constituamus; cum autem muneribus, et officiis debitis provinciis ultramontanis insimul adjungenda sint alia pertinentia ad religiosas componentes provincias Citramontanas, qui pari anhelant studio, ne diminutum cogatur generale capitulum, et Nos in istorum officiis tribuendis, de ipsorum meritis, et qualitatibus minus incerti simus: hinc vobis utriusque familiae annuere volentes, ac singulares personas, quorum interest a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendi harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, motu proprio, ex certa scientia, et matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine dilectos filios Joachim Company actualem commissarium generalem familiae ultramontanae in ministrum generalem totius ordinis fratrum minorum sancti Francisci praedicti: Didacum a s. Maria ex-provincialem provinciae Ange-

Digitized by Google

lorum dicti ordinis in procuratorem generalem, Joannem de Moya ex-provincialem provinciae s. Michaelis de Estremadura infra Tagum, et Joannem Izaguirre actualem provincialem provinciae Cantabriae in definitores generales, Damianum Lopez vero provincialem provinciae s. Petri de Alcantara in procuratorem generalem, ac Josephum a s. Petro de Alcantara ex provincialem provinciae s. Pauli in definitorem generalem discalceatorum, et recollectorum: Joannem Diaz Arjona provincialem provinciae tertii ordinis Andalusiae in definitorem generalem ejusdem tertii ordinis praedicti omnes fratres expresse professos tenore praesentium eligimus, et nominamus. Cum autem per super enunciatos definitores generales completus non sit numerus decem definitorum pertinentium ad provincias ultramontanas, hinc supra designato ministro generali committimus, ut una cum memoratis procuratoribus, et definitoribus generalibus tot eligat ex antedictis provinciis definitores, quot componant integrum decennalem illorum numerum: ita tamen quod cum alias fel. rec. Clemens papa XIV. praedecessor Noster per suas in simili forma Brevis die IX. augusti MDCCLXXI. expeditas literas fratres ordinis praedicti observantes provinciarum Galliae, praevia illorum separatione, atque exemptione a quacumque jurisdictione, et subjectione ministro generali fratrum minorum s. Francisci de observantia nuncupatorum praedicto ministro generali fratrum minorum ordinis s. Francisci conventualium nuncupatorum subjecerit, eidemque ordini aggregaverit, ac praeterea cum caeterorum fratrum ordinis praedicti regni Galliae, quos vocant observantes, et recollectos, qui adhuc sub jurisdictione, et correctione ministri generalis totius ordinis praedicti persistunt, sistema ob lacrymabilem hodiernum regularium ordinum in regno Galliarum statum penes quasi eversum sit, a memorato ministro generali, et procuratoribus, et definitoribus praedictis ratio habeatur, de imminutione hujusmodi, ac ipsi decernant, num definitores generales nationis Galliae ex aliis provinciis eligendi sint, vel potius relinquendus sit locus vacuus; et eorum electio reservanda quousque Deo auxiliante catholica religio in illis provinciis ad pristinum exercitium restituatur. Et haec pro familia dicti ordinis ultramontana; pro familia vero Cismontana dilectos pariter filios Bonaventuram de Placentia, ex-procuratorem generalem, lectorem theologum, et actualem definitorem generalem ex provincia reformatorum Bononiensi in commissarium generalem: Carolum Josephum a Janua actualem praesidem discretorii generalis e provincia Januensi, ac lectorem jubilatum in commissarium generalem curiae, Coelestinum ab Asculo e provincia Marchiae lectorem jubilatum ex-provincialem, ex-definitorem generalem, et ordinis praedicti a secretis in procuratorem generalem reformatorum: Josephum Angelum a Carboniano lectorem jubilatum e provincia Romana; Joannem Baptistam a Bergamo e provincia Brixiae; Augustinum a Neapoli lectorem jubilatum, et cronologum ordinis e provincia terrae Laboris; Thomam a Bronde e provincia Lyccensi; Josephum a Musomele ex provincia Panormi exprovincialem; Irenaeum a Taurino lectorem jubilatum e provincia s. Thomae Pedemontium in definitores generales ex observantibus; Mathiam a Viturclano ex-provincialem provinciae Seraphicae; Laurentium a Grumo actualem provincialem provinciae Terrae Laboris; Joannem Alphonsum a Mendrisio lectorem theologum scriptorem ordinis, et actualem definitorem provinciae e provincia s. Didaci Alexandrinensis, Jacoponem Poniski e provincia Poloniae Majoris in definitores generales ex reformatis omnes pariter fratres dicti ordinis expresse professos tenore pariter eligimus et nominamus.

§. 3. Qui omnes ut supra a Nobis electi incipiendo a memorato Joachimo ministro generali perdurare debebunt, salva triennali duratione commissarii generalis ex reformatis juxta statuta, et constitutiones dicti ordinis in respectivis suis muneribus usque ad privilegium Pentecostes anni MDCCLXXXVIII. in quo juxta eorumdem statutorum, et constitutionum dicti ordinis praescriptum capitulum generale erit convocandum. Ad praecavendas porro quaestiones, quae inter definitores generales contemporanei electi excitari possent de, ac super eorum praecedentia, motu, scientia, et tenore praesentis statuimus, atque decernimus, ut salvo quod in capite 8. §. 51. dictarum constitutionum disponitur, illorum praecedentia ab anterioritate professionis uniuscujusque desumatur, nulla habita ratione temporis erectionis, et qualitatis provinciae, Praefinitio durationis officiorum.

nulloque servato discrimine inter observantes et reformatos; tandem omnibus, et singulis actualibus definitoribus generalibus, qui integrum tempus definitoriatus ad hoc ut ex-definitorum generalium juribus, privilegiis, exemptionibus, aliisque indultis, et gratiis eis alias concessis, uti, frui, et gaudere possint praescriptum nondum exegerunt, ut omnibus, et singulis juribus, ac privilegiis, et indultis hujusmodi, uti, frui, et gaudere possint, et debeant in omnibus, et per omnia perinde ac si tempus praedictum complevissent motu, scientia, et auctoritate, ac tenore praesentis concedimus, et indulgemus; sicuti pariter dilectis filiis Josepho Alberola actuali vice commissario curiae ex observantium familia, et Vincentio Mondina vice procuratori generali discalceatorum, et recollectorum, qui speciali Nostra auctoritate omnibus, et singulis laudati discretorii generalis actibus interfuerunt, veluti si reapse commissarius curiae, et procurator generalis respective fuissent, ut omnibus, et singulis juribus, privilegiis, praerogativis, gratiis, et indultis quibus ex commissarii curiae, et procuratores generales excalceatorum utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, vel poterunt in futurum pari modo uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde ac si ipsi muneribus hujusmodi reapse perfuncti essent, motu, scientia, auctoritate, et tenore praesentis pariter tribuimus, et impertimur.

Praeceptum praestanda obedientia.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis omnibus, et singulis totius ordinis praedicti superioribus, guardianis, fratribus, et personis, caeterisque quibuscumque quocumque nomine nuncupatis, et ad quos spectat, et spectabit in futurum, ut eosdem Joachimum Company, Didacum a sancta Maria, Joannem Izaguirre, Damianum Lopez, Josephum a sancto Petro de Alcantara, Joannem Diaz Ariona, Bonaventuram a Placentia, Carolum Josephum a Janua, Coelestinum ab Asculo, Josephum Angelum a Carboniano, Joannem Baptistam a Bergamo, Augustinum a Neapuli, Thomam a Bronde, Josephum a Musomele, Iraeneum a Taurino, Mathiam a Viturclano, Laurentium a Gruuo, Joannem Alphunsum a Mendrisio, et Jacoponem Poniski in suis respective muneribus, illorumque libero exercitio juxta tenorem praesentium frui, et uti sinant, et permittant, eisque in omnibus ad munera, et officia hujusmodi pertinentibus prompte pareant, et obediant, faveantque, et assistant respective.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore; suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum

Petrum, sub annulo piscatoris die decima quinta maji millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 26. maji 1792. Anno XVIII.

DCCCXCVIII.

Erectio universitatis studii generalis in oppido civitate nuncupato Lagunae Canariensis dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. In supereminenti apostolicae Sedis specula meritis licet imparibus constituti, ac intra mentis Nostrae arcana revolventes quantum ex literarum studiis catholica fides augeatur, divini nominis cultus protendatur, veritas agnoscatur, ac justitia colatur, ad ea, propter quae literarum studia hujusmodi ubilibet excitentur, etiam humiles personae eis incumbere desiderantes, id efficere possint, libenter intendimus, et in iis Nostrae sollicitudinis partes propensius impertimur, prout pia Christifidelium praesertim regali dignitate fulgentium accedentia vota exposcunt, Nosque locorum qualitate pensata in Domino conspicimus salubriter expedire.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, quod ipsi ad augendam populorum sibi subditorum spiritualem, et temporalem felicitatem in oppido civitate nuncupato Lagunae, quae est civitas principalis insulae Teneriffae, unam universitatem studii generalis erigendam esse per suum decretum diei undecimae martii currentis anni millesimi septingentesimi nonagesimi secundi constituit. Quo porro ejusdem erigendae universitatis professorum stipendiis aliqua in parte consulatur, duos canonicatus, seu praebendas cathedralis ecclesiae Canariensis primo vacaturos, seu vacaturas in dotem ipsius universitatis perpetuo uniri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur considerantes ex unione canonicatuum, seu praebendarum hujusmodi per Nos erigendae dictae universitati nihil de divino cultu detrahi, quod in eadem cathedrali ecclesia praeter octo dignitates quatuordecim canonici eidem ecclesiae deserviunt, ac liberalium disciplinarum studia promovere, eumdemque Karolum regem catholicum quantum cum Domino possumus specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas, quorum interest, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, in praedicto oppido civitate nuncupato Lagunae, quae est praecipua civitas insulae Teneriffae Canariensis dioecesis universitatem studii generalis, in qua magistri, et professores juxta statuta ab eodem Karolo rege catholico edenda eligendi grammaticam, rethoricam, logicam, philosophiam, theologiam, jus canonicum, et civile, medicinam, mathematicam, aliasque ingenuas disciplinas, atque artes publice docere, et perlegere possint, quosque ibi, vel etiam alibi peracto studiorum curriculo habiles, et idoneos reperiri contigerit, in omnibus facultatibus, quae inibi, ut praefertur, docebuntur, et legentur ad baccalaureatus etiam formati, licentiaturae, laureae, ac doctoratus, nec non magisterii gradus, servata tamen in omnibus, et per omnia forma decretorum Viennensis, et Tridentini conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, promovere, et ipsorum graduum insignia eis exhibere, utque ad dictos gradus rite promoti postea publice, privatimque omnium aliarum universitatum facultates praedictas interpretari, et alios docere, de eis disputari, gradui, seu gradibus hujusmodi convenientes actus exercere, nec non omnibus aliis privilegiis, favoribus, gratiis, praerogativis, et indultis, quibus alii, in aliis quibuscumque universitatibus, et alibi juxta illarum constitutiones, et mores ad gradus praedictos promoti de jure, usu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde ac

si gradus praedictos in aliis publicis universitatibus praedictis juxta illarum mores, et consuetudines rite suscepissent, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo erigimus, et instituimus.

Communicatio privilegiorum.

§. 4. Ac eidem universitati studii generalis sic erectae, ac institutae, ejusque praeceptoribus, et magistris, professoribus, doctoribus, praelectoribus, scholaribus, officialibus, aliisque personis quibuscumque pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, favoribus, honoribus, praerogativis, praeeminentiis, et gratiis gaudeant, quae in universitates studii generalis jam erectas per viam communicationis, et alias quomodolibet collatae olim fuerunt, atque iis pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, ac licite valeant auctoritate, et tenore praedictis perpetuo elargimur, et indulgemus.

Concessio bonorum.

§. 5. Praeterea eum, sicut praemittitur, ex suppressione, ac unione duorum canonicatuum, seu praebendarum primo vacaturorum, seu vacaturarum, dictae cathedralis ecclesiae Canariensis divinus cultus in eadem ecclesia omnino non imminuatur, hinc duos primo vacaturos canonicatus, seu praebendas hujusmodi cum omnibus suis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis quibuscumque, et distributionibus quotidianis ad singulos hosce canonicatus, seu praebendas primo vacaturos, seu vacaturas, ac ad illorum possessores pro tempore existentes spectantibus, et pertinentibus, ac in quibusvis rebus consistentibus, et undecumque provenientibus, ac etiam solis praesentibus, ac divinis officiis, singulisque diurnis, et nocturnis horis interessentibus dari solitis ex nunc, et deinceps perpetuis futuris temporibus, dum scilicet canonicatus, seu praebendae hujusmodi quomodolibet vacabunt, eidem erigendae universitati studii generalis auctoritate, et tenore praedictis perpetuo unimus, incorporamus, et applicamus.

Deputatio commissarii apostolici.

§. 6. Quocirca venerabili fratri moderno, ac pro tempore existenti episcopo Canariensi per praesentes committimus, et mandamus, ut duos primo vacaturos canonicatus, seu praebendas hujusmodi ex nunc, prout ex tunc dum scilicet hi canonicatus, seu praebendae pro tempore vacabunt, universitati studii generalis praedictae unitos, seu unitas fore, et esse auctoritate Nostra apostolica declaret. Nos enim moderno, et pro tempore existenti episcopo Canariensi omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad praemissa omnia, et circa ea, quae ad optatum finem ea perducenda pertinent, faciendi, gerendi, et exequendi, seu exequi mandandi pro sua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris, facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, ac ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis ecclesiae Canariensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quinta maji millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Digitized by Google

Dat. die 30. maji 1792. Anno XVIII

DCCCIC.

Indulgetur omnibus catholicis episcopis regni Galliarum, ut durantibus hodiernis Gallicanae ecclesiae calamitatibus, olea sacra etiam extra diem Coenae Domini conficere, et sacros ordines etiam extra tempora conferre, ac simplices sacerdotes, qui sacra paramenta benedicere valeant subdelegare possint.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Quo luctu, quove moerore ob maximam christianae religionis eversionem, quae in hisce alias florentissimis regnis flagitiosorum hominum malitia brevi confecta est, afficiamur, pluries vobis, et literis, et indubiis argumentis significavimus. Quapropter quantum in Nobis fuit, Dei adjuvante gratia, torrenti iniquitatis obsistere adhuc conati sumus; et quoniam, sicut nuper accepimus, eo usque processum est, ut neque cultus divinus, neque religionis nostrae mysteria, ac caeremoniae palam, ac servatis Ecclesiae legibus peragi possint; hinc utile, atque catholicae religioni proficuum futurum fore arbitrati sumus, apostolici ministerii humilitati Nostrae ex alto concrediti partes hisce quoque desuper interponere, ac vos in tanta rerum perturbatione, in qua ecclesiasticae disciplinae capita minime servari possunt, ab iis aliqua in parte solvere, ut pro tempore, ac re consulere, quidve optimum adhibere valeatis.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos itaque vestrum votis annuere volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus multorum ex ordine vestro, qui apostolicae huic Petri cathedrae firmiter adhaerent, atque Ecclesiae jura strenue tuentur, nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitatibus vestris, de quorum fide, ac religionis zelo, plurimum confidimus, durantibus praesentibus regnorum Galliae calamitatibus, ac ad Nostrum, et apostolicae Sedis beneplacitum, quatenus urgeat necessitas, et Ecclesiae utilitas id postulet juxta prudentiam vobis a Deo datam olea sacra cum presbyteris, quos potueritis habere, ac etiam extra diem coenae Domini, prout a sacris canonibus praescribitur, conficiendi: clericos ad quatuor minores ordines, quatenus illos nondum susceperint, quatuor feriatis, vel non feriatis, seu unica, et subinde ad sacros subdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus ordines tribus dominicis, seu aliis festivis diebus non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio vestrum arbitrio definiendo interpolatis etiam extra tempora ad id a jure statuto, et interstitiis a sacro concilio Tridentino designatis minime servatis, anni curriculo non expectato, etiamsi in unoquoque ex dictis sacris ordinibus antequam ad alium promoveantur minime se exercuerint, promovendi, illaque conferendi, nec non simplices sacerdotes, ut paramenta sacra, tabernacula pro custodia sanctissimae Eucharistiae, et alia utensilia ad sacrosanctum missae sacrificium necessaria benedicere; calices, et patenas chrysmate a vobis, vel ab alio quocumque catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicae habente benedicto, consecrare, atque ecclesias pollutas aqua ab episcopo benedicta, et in casu necessitatis etiam aqua ab episcopo non benedicta reconciliare libere, ac licite possint, et valeant, subdelegandi plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima maji millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 11. junii 1792. Anno XVIII.

CM.

Extensio ad fratres donatos hospitalis s. Joannis Hierosolymitani literarum apostolicarum in simili forma Brevis a Sanctitate sua

concessarum, quibus patentatis tribunalis s. Inquisitionis in causis mercimonium, naufragia, et fori cessionem concernentibus fori privilegium allegare haud posse statuitur.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Cum reipublicae maxime expediat ut controversiae omnes ad mercaturam pertinentes celerrime definiantur, cumque judiciorum celeritati valde conferat causas agere coram judicibus in hujusmodi controversiarum genere apprime versatis, contra vero plurimum obsint privilegia, quibus muniti nonnulli causas ab uno ad aliud trahentes tribunal inutiles moras nectere student in ipso limine judicii.

Ratio concessionis. §. 2. Hinc Nos ad supplicationem dilecti filii Emmanuelis de Rohan magni magistri hospitalis s. Joannis Hierosolymitani per alias Nostras in simili forma Brevis die xxv. junii MDCCLXXXVII. expeditas literas statuimus, ut privilegiati, et patentati tribunalis sacrae inquisitionis in insula Melitae, florentissimo comercii emporio suo privilegio fori minime uti, ac frui deberent in causis comercii, et mercaturae, quemadmodum in ipsis literis uberius continetur. Nuper autem exponi Nobis fecit idem Emmanuel magnus magister, similia exoriri incommoda mercatoribus ex privilegio fori, quo ex constitutionibus apostolicis beneficio totius militaris ordinis Hierosolymitani editis, perfruuntur etiam confratres laici, seu donati eidem militari ordini Hierosolymitano addicti in mercatura per saepe occupati, ac Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut simili lege opportune providere, ac de benignitate apostolica similiter indulgere dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur, ut eidem Emmanueli magno magistro paternae Nostrae charitatis, qua illum in Domino prosequimur, testimonia identidem praestemus, cumque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut imposterum donatis hujusmodi militari ordini Hierosolymitano addictis, cujuscumque generis sint, etiam si illorum mentio specialis esset facienda, ac nemine illorum in causis, et negociis mercimonium, naufragia, et fori cessionem concernentibus cum illarum annexis, connexis, emergentibus, incidentibus, et dependentibus, fori privilegium eis, ut praefertur, quomodolibet concessum allegare, ac a tribunalibus ordinariis Melitae erectis declinare minime liceat, auctoritate apostolica tenore praesentium declaramus, constituimus, atque mandamus.

Clausulae salutares, et irritantes. §. 4. Decernentes easdem praesentes literas, ac in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod donati hujusmodi, et alii quicumque etiam specifica, et individua mentione et expressione digni in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, vel auditi, neque causae propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, specificatae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quacumque etiam quantumvis legitima, juridica, pia, et privilegiata causa, colore, praetestu, et capite etiam in corpore juris clauso de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, individuamque expressionem requirente, ac inexcogitato, et inexcogitabili defectu notari, impugnari, modificari, limitari, infringi, retractari, vel invalidari, ad terminos juris reduci, sive in controversiam vocari, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, seu extra illud uti, seu se juvare nullo modo posse, sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac sibi in omnibus quandocumque pro tempore spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari; sicque, et non aliter in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores,

ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, nec non inquisitores sancti officii et alios quoslibet quacumque praeeminentia, et potestate fungentes, et functuros sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, et synodalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, et consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis etiam in favorem totius ordinis militaris Hierosolymitani, ejusque confratrum, et ministrorum quorumlibet per quoscumque Romanos pontifices praedecessores Nostros, ac Nos, et Sedem praedictam sub quibuscumque verborum tenoribus et formis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concistorialiter, et aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, et confirmatis, et quantiscumque vicibus approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die decima secunda junii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMI.

Dat. die 12. junii 1792. Anno XVIII.

Ampliatio facultatum concessarum S. R. E. cardinalibus, et venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis dioecesum administratoribus regni Galliarum absolvendi a censuris qui juramentum civicum emiserunt, vel schismati adhaeserunt.

Pius PP. VI.

Dilecti filii Nostri,
Venerabiles fratres, ac dilecti filii,
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Exponitur inter facultates concessas in literis diei 19. martii comprehensam non fuisse illam absolvendi ecclesiasticos intrusos.

§. 1. Ubi Lutetiam Parisiorum pervenit apostolicum quarumdam extraordinariarum facultatum indultum, quas Nos die 19. superioris martii concessimus omnibus archiepiscopis, episcopis, et administratoribus dioecesum regni Galliarum, confestim confratres vestri in ea urbe commorantes, qui nomine totius coetus episcopalis indultum ipsum impetraverant, facile intellexerunt, inter facultates sibi concessas omissam fuisse facultatem absolvendi ecclesiasticos intrusos: et arbitrantes, hoc ipsum nonnisi ex hujusmodi casus oblivione accidisse, Nos iterum supplices adierunt etiam atque etiam postulantes, ut hanc quoque facultatem nova formula comprehenderemus.

Dubitationes inde subortae inter episcopos Gallicanos super intelligentia dictarum literarum.

§. 2. Subinde vestri item confratres dubitare se declararunt, utrum facultas primo ejusdem indulti articulo comprehensa, absolvendi ab omnibus censuris quoscumque laicos, et ecclesiasticos tam saeculares, quam regulares utriusque sexus, atque eos etiam, qui schismati adhaeserunt, et juramentum civicum emiserunt, in eoque perstiterunt ultra quadraginta dies in apostolicis literis diei 13. aprilis superioris anni pro incurrenda suspensione a divinis praefinitos, adjunctam haberet potestatem absolvendi ecclesiasticos etiam intrusos, quorum crimen illorum crimen antecellit, qui civico se tantum sacramento ob-

strinxerunt, et de quibus in eo articulo specialis mentio facta fuerat.

Preces porrectae pro obtinenda nova facultate.

§. 3. In hac rerum ambiguitate sancte religioseque iidem episcopi professi sunt, se quammaxime abhorrere a praetergrediendis limitibus facultatum sibi tributarum; adeoque iterum ad Nos confugientes cujuscumque dubietatis tollendae causa, aperte Nobis significarunt, se maxime optare, ut episcopis tribueretur facultas intrusis conciliandi ecclesiae gratiam, eosque a censuris solvendi, cum haec facultas non solum nihil haberet periculi, sed magno etiam religioni esse posset emolumento.

Laudatur agendi ratio dictorum episcoporum.

§. 4. Vestra haec agendi ratio, dilecti filii Nostri, et ven. fratres, ac dilecti filii, digna sane est, quam summis laudibus, sicut alias fecimus, extollamus. Nos itaque parati ac prompti vestris petitionibus obsecundandis in iis omnibus, quae in Domino expedire Nobis videntur, in animum Nostrum induximus novam vobis impertiri facultatem, quae latius pateat, et quae egregiis vestris sensibus respondeat, quaeque uno eodemque tempore et canonicis regulis, et Ecclesiae consuetudini satisfaciat.

Ratio cur in praecedentibus literis praedicta facultas minime concessa fuerit.

§. 5. Illud tamen in antecessum animadvertamus oportet, quod sedulo perpensis iis, quae ad Nos prima, et altera vice detulistis, liquido patet, illas inter facultates, quae indulto generali continentur, comprehensam per Nos minime fuisse facultatem absolvendi ecclesiasticos intrusos. Cujus quidem facultatis omissio ex oblivione proficisci non potuit; dum enim Nostris obversarentur oculis apostolicae Nostrae literae diei 13. aprilis anni 1791., in quibus non tantum fiebat mentio de crimine praestiti civici sacramenti, sed de alio etiam crimine sermo habebatur, quo sese polluerant ecclesiarum episcopalium, et parochialium invasores (1), ea Nos fugere minime poterant; quae tum ad primum, quam ad secundum crimen pertinebant. Quod si alterum ex illis a Nobis fuit in cit. articulo I. conceptis verbis commemoratum, alterum silentio praeteritum, nil magis luculenter, magisque dilucide argui potest, quam casum, de quo verba fecimus, per Nos concessum fuisse, casum vero, de quo facta nulla mentio est, fuisse Nobis unice reservatum.

Idem ut supra.

§. 6. Cur autem minime concesserimus aliis, sed Nobis dumtaxat reservaverimus hanc intrusos absolvendi facultatem, in causa profecto fuit maximum illud, quod unum inter, alterumque flagitium intercedit discrimen, quod sane a vestris ipsis confratribus animadversum est, quodque in omnium oculos incurrit. Etenim quamvis gravi crimine ii teneantur, qui civico sacramento sese obstrinxerunt, vi cujus religione interposita unusquisque promittit servaturum se constitutionem, quae juxta sententiam totius episcopalis coetus Gallicani, juxtaque solemnem declarationem Nostram est partim haeretica, et partim schismatica; multo tamen majori et graviori flagitio tenetur ille, qui prudens ac sciens ad exequendum progreditur id, quod jurejurando promiserat, quique sive sacrilege, sive rite consecratus, si sit episcopus, sive sacrilege, sive rite ordinatus, si presbyter sit, illegitimam nactus missionem ac potestatem ecclesias vel episcopales, vel parochiales invadit, quique demum segregatus ab hac apostolica Sede, et ab legitimis episcopis tot peccatis peccata quotidie inaudita celeritate cumulat, quot illegitimae jurisdictionis actus exercet, dum magis augusta sacramenta prophanat, dum populos miseros in errorem inducit, dum novam invehit in regnum constitutionalem ecclesiam, re, legibus, et nomine a Jesu Christi Ecclesia diversam, denique manu sua schismati latissimam stervit viam. Quod ut e medio tollatur, jure ac merito ad sanctam hanc Sedem confugiendum erat, utpote quae injuria praesertim afficitur, quaeque opportunum etiam potest adhibere indulgentiae modum, non facile, ordinateque servandum, ubi absolvendi facultas multorum permitteretur arbitrio.

Idem ut supra.

§. 7. Minime certe vos latet, ven. fratres, quanta severitate usa sit Ecclesia adversus hujusmodi reos. Animadvertens enim id quod intercedit discrimen eos inter, qui suo infortunio parentes haereticos aut schismaticos habuerunt, et inter eos, qui e parentibus catholicis progeniti sponte sua ad haereticorum partes transgrediuntur, aliter factos, aliter natos haereticos, atque schismaticos semper tractavit, in istos longe rigidior, utpote longe gravius reos. Hic agendi rigor multo etiam

(1) §. Videntes, §. Insuper, et seqq. pag. 6. et seqq.

magis adhibitue est in ecclesiasticos viros, itaut sciamus adversus ipsos adhibitas fuisse minas, ut si quis studio ad haereticum ierit, et susceperit ordinationem, sine receptione sit (1).

Idem ut supra.

§. 8. Hunc Ecclesiae agendi rigorem commemorat s. Innocentius I. Scribens enim ad Rufum, et alios Macedoniae episcopos docuit, episcopum, aut clericum, in haeresi, aut schismate ordinatum, seu in illud postmodum lapsum, laica tantum communione gaudere, juxta veteres regulas, quas ab apostolis, vel apostolicis viris traditas Ecclesia Romana custodit (2). Et quamvis a patribus concilii Nicaeni I. quidam adhibitus fuerit modus erga Novatianos, dum can. VIII. indulserunt, ut si quando venerint ad ecclesiam, clerici in clero permaneant, et is, qui nominatur apud eos episcopus, honorem presbyterii possideat, nisi forte placuerit episcopo nominis eum honore censeri (3), voluerunt tamen, ut anteire deberent certiora argumenta ejurati erroris, adeoque nonnulla ab iis praestanda esse decreverunt; scilicet primo: haec autem prae omnibus eos scriptis convenit profiteri, quod catholicae, et apostolicae Ecclesiae dogmata suscipiant, et sequantur; decreverunt secundo, ut etiam in eos, qui in persecutione prolapsi sunt, ad faciendum eorum resipiscentiae periculum servarentur, et spatia constituta, et tempora definita (4), quatuor illi scilicet poenitentiae gradus, qui juxta tunc vigentem disciplinam debebant reconciliationem, sacramentorumque susceptionem anteverteret (5); et decreverunt denique, ut ecclesias occupatas abdicarent, easque episcopis legitimis dimitterent. Etenim illud certum est, veluti memorati patres dixerunt, quod episcopus ecclesiae habebit episcopi dignitatem . . . . , ne in una civitate duo episcopi probentur existere (6).

Idem ut supra.

§. 9. Cum Rufus Thessalonicensis episcopus hujus Nicaeni canonis vi clericos a Photinianis episcopis ordinatos recipere vellet, eaque de re consuluisset s. Innocentium I., respondit pontifex: » Possum dicere de solis » hoc Novatianis esse praeceptum, nec ad » aliarum haeresum clericos pertinere. Nam » si utique de omnibus ita definirent, addi» dissent a Novatianis, aliisque haereticis re» vertentes debere in suum ordinem reci» pi » (7). Imo sanctus pontifex hac occasione docuit, objici non posse peculiarem indulgentiam aliquando adhibitam, eo quod satis constaret, actum fuisse quasi dispensatorie » pro remedio, ac necessitate temporis (8) ».

Idem ut supra.

§. 10. Neque alia certe fuit s. Hieronymi sententia. Disserens enim de episcopis lapsis in synodo Ariminensi, censuit, eos de soliis episcopalibus dejectos debuisse inter laicos redigi ad perpetuas de scelere lacrymas effundendas (9). Consideravit tamen sanctus doctor, posse nonnihil de hujusmodi rigore aliquando remitti (10); utque remissio hujusmodi certis esset regulis circumscripta, in synodo Alexandrina, cui s. Athanasius, Hilarius Pictaviensis, et Eusebius Vercellensis interfuerunt, placuit statuere, quoad sceleris principes atque auctores, quos error excusare non poterat, servari illaesum antiquum ecclesiae canonem, alios vero poenitentes ecclesiae posse sociari; consensitque Romana, et occidentalis omnis ecclesia, veluti idem s. Hieronymus testatur (11).

Segregantur presbyteri inferiores ab aliis ordinis superioris.

§. 11. Hinc minime Nos recedemus ab aequitate, et indulgentia, postmodum in Ecclesiam recepta, si postulantibus vobis generatim intrusorum absolvendorum facultatem, secernentur a Nobis presbyteri, aliique inferioris ordinis ecclesiastici viri ab archiepiscopis, et ab episcopis ordinis superioris. Ad presby-

(1) Verba sunt Constantini Cypriorum metropolitae in actione prima synodi VII. generalis relat. a Labbeo in noviss. collect. concil. Antonii Zatta tom. XII. col. 1048. post litt. e.

(2) Epist. 22. ad Rufum, aliosque episcopos Macedoniae apud Labbeum cit. noviss. collect. Antonii Zatta tom. III. col. 1060. et seq. num. 4. et 5.

(3) Citi can. VIII. apud Labbeum cit. edit. tom. II. col. 680.

(4) Cit. can. VIII.

(5) Can. XI. ejusdem concilii Nicaeni I. penes Labbeum in cit. collect. noviss. tom. II. col. 681.

(6) Cit. can. VIII.

(7) Cit. epist. 22. apud Labbeum cit. tom. III. col. 1061. num. 5.

(8) Cit. epist. 22. d. num. 5.

(9) Comment. in Ezechielem prophet. lib. XIII. cap. 44. §. Haec dicit. edit. Venet. an. 1768. tom. V. par. I. pag. 542. 543. 544. et 545.

(10) Cit. comment. in Ezechielem d. pag. 545. §. Quidquid.

(11) Tom. II. adversus Luciferianos, cujus verba referuntur apud Labbeum cit. tom. III. col. 545.

teros, aliosque ecclesiasticos viros quod spectat, per Nos in quarta, et quinta classe comprehensos apostolicarum literarum diei 19. praeteriti martii (1), concedimus ad annum unicuique vestrum, dilecti filii Nostri, ac ven. fratres, et dilecti filii, facultatem absolvendi per vos ipsos, aut per presbyteros delegandos a vobis, eos omnes, qui sive illegitime, sive legitime ordinati, aut integram parochiam, aut earum partem invaserint, et actus exercuerint sibi ab episcopis intrusis delegatos, atque hos in gratiam ecclesiae conciliandi, itaut ii juxta indulgentiam memorati canonis VIII. Nicaeni concilii permaneant in clero.

Diversae absolutiones concedantur ad tramites resolutionum concilii Nicaeni.

§. 12. Et ne absolutiones hujusmodi inconsulto concedantur, aut sint inter se difformes, inhaerentes Nos praedicto concilio Nicaeno, et benigniori Ecclesiae disciplinae, jubemus intrusorum absolvi neminem, nisi prius scripto ejuraverit civicum sacramentum, illosque errores, qui civili constitutione cleri Gallicani continentur, et nisi declaraverit speciatim (2), sacrilegas esse ordinationes ab intrusis sive receptas, sive peractas, irritam esse collatam ab iis auctoritatem, injustamque et nullam esse intrusionem una cum actibus inde consecutis, et nisi jurejurando promiserit, se apostolicae huic Sedi (3), legitimisque episcopis obtemperaturum, et nisi denique parochiam, ejusve partem reapse abdicaverit, eorumque ejuratio, atque abdicatio publica fuerit, perinde ac crimen quoque publicum fuit, injunctis eorum singulis » quantum spiritus et » prudentia suggesserit » ut ajunt Tridentini patres (4) » pro qualitate criminum, et poeni» tentium facultate salutaribus, et convenien» tibus satisfactionibus » loco publicae poenitentiae graduum, quos vigentes Nicaeni concilii tempore postmodum Ecclesiae pietas moderata est, reservataque Nobis facultate idoneos reddendi eos, qui absolventur, habendis, retinendisque beneficiis, atque parochiis, per ipsos non rite occupatis, et possessis.

Monita danda ecclesiasticis inferioris ordinis antequam absolvantur a sacrilegio intrusionis.

§. 13. Dum vobis ampliorem hanc facultatem impertimur absolvendi etiam a nefario intrusionis sacrilegio ecclesiasticos inferioris ordinis, non possumus equidem, quin vos simul, et ecclesiasticos hujusmodi paterne commoneamus. Vos, inquimus, ut caute utamini tributa facultate ad aedificationem, utque religiose eas servetis, quae vobis praescribuntur, conditiones; ecclesiasticos autem poenitentes, ut grato in Nostram indulgentiam animo nullam simulationem adhibeant, utpote quae non modo ipsis nulli esset adjumento, sed etiam eosdem in majus exitium conjiceret. Absoluti enim coram Ecclesia, absoluti minime essent coram Deo, medicinamque ipsam in venenum converterent. Et si Spiritum Sanctum non habent, qui segregant semetipsos (5) » certe nec ille eum percipit, qui » fictus est in Ecclesia, quoniam et inde scri» ptum est: Spiritus enim Sanctus disciplinae » effugiet fictum (6). » Qui vult ergo habere Spiritum Sanctum, caveat in ecclesiam simulatus intrare: aut si jam talis intravit, caveat in eadem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbori vitae.

Ampliatio indulti.

§. 14. Insuper ad quamcumque ambiguitatem submovendam illud adjungimus, ut facultates memorato indulto generali comprehensae, non secus atque illae facultates, quae hisce continentur literis, concessae intelligantur tam Gallis, quam exteris archiepiscopis, et episcopis pro iis populis, iisque dioecesum partibus, quas habent in regno Galliarum.

Pro ecclesiasticis superioris ordinis absolutio uni Sedi apostolicae reservatur.

§. 15. Ad archiepiscopos vero, et episcopos superioris ecclesiastici ordinis quod attinet, sive sint consecratores, et assistentes, sive intrusi, sive etiam jurejurando civico obstricti, juxta primam, secundam, tertiamque classem Nostrarum literarum diei IX. elapsi mensis martii, satis opportunum existimamus unice Nobis, Nostrisque successoribus reservare illorum absolvendorum facultatem. Quod enim super eorum defectione cadit judicium, multo aliis gravius est, iisque longe antecel-

(1) Pag. 6. §. IV. Parochos et seq.

(2) Ejuratio errorum articulata esse debet juxta cit. can. VIII. concilii Nicaeni, necnon juxta acta alterius concilii Nicaeni II. apud Labbeum cit. edit. noviss. t. XII. col. 1008. litt. e.

(3) Haec conditio expresse adjecta fuit in formula, qua recepti fuerunt ad communionem schismatici in concilio Lateranensi III., ut videre est apud Natal. Alexand. histor. eccles. saecul. XI., et XII. dissert. 9. edit. Paris. ann. 1744. tom. XIV. pag. 368.

(4) Sess. XIV. cap. VIII.

(5) Judae cap. unic. vers. 19.

(6) Sapientiae cap. I. vers. 5.

Digitized by Google

lit: nam eorum quidam sunt totius sceleris principes, omnes autem possunt vere dici auctores exitialis schismatis, quod per totum istud regnum misere debacchatur; adeoque digni sunt juxta memoratos canones, ut cum iis aliquanto rigidius agatur. Hac autem reservatione nolumus sane, ut eorum animi frangantur, ac dejiciantur, sed maxime cupimus, ut illorum tanto magis excitetur fiducia communem matrem adeundi, et ad eam alacriter confugiendi; si enim sincera eorum erit poenitentia, velintque plenis satisfactionibus male gesta condemnare, et ecclesias occupatas dimittere, declaravimus jam cum s. Leone (1), idemque modo iterum declaramus, eos per Nos apertis ulnis exceptum iri, et pacis, communionisque Nostrae unitate fruituros. Nostra enim ac vestra consilia non alio spectant, quam eo, ut errantes ad ovile reducantur, utque schismati finis demum imponatur, veluti indesinenter fusis lacrymis Deum Optimum Maximum deprecamur.

Damnatio cujusdam scripti falso pontificis nomine vulgati.

§. 16. Post haec vix opus esset, ut vos admoneremus cujusdam scripti, nunc ad Nos delati, quod schismatici desperantes omnino tueri se amplius posse auctoritate sua apud omnes abjecta, atque pessumdata, ausi sunt Nostro nomine in vulgus edere, praefixo titulo literarum in forma Brevis, Gallica et Germanica lingua conscriptarum, perinde ac si illae datae fuissent » *à Rome a sainte Marie Majeure » sous l'anneau du pêcheur le 11. avril l'an. » MDCCXCII.* (2) » quatuordecim scilicet diebus post ultimas Nostras literas, quibus adscripta est dies XIX. praeteriti martii. Hae falsae literae, quarum initium est » *Notre coeur paternel* » inaudita temeritate falsas declarant omnes apostolicas literas a Nobis exaratas, atque vulgatas adversus civilem constitutionem cleri Galliarum, ejusque auctores, atque fautores (3), exuunt sanctam hanc Sedem suo jurisdictionis primatu (4), plurimis laudibus prosequuntur universam constitutionem, hortanturque populos, ut episcopis, et parochis constitutionalibus pareant (5).

Idem ut supra.

§. 17. Oh infelix astutia, quasi unicuique non pateret harum literarum falsitas, atque calumnia, sive locus inspiciatur, ubi datas fuisse confingitur; Nos enim die 11. mensis aprilis morabamur, quemadmodum moramur adhuc, non apud s. Mariam Majorem, sed apud sanctum Petrum; sive animadvertatur integer contextus, et continuatio sermonis, quo fuerunt conscriptae. Ibi enim, dum assueta, ipsisque familiari circumventione utuntur, nullum afferunt argumentum, quod centies non fuerit refutatum atque rejectum, ita ut vere dici possit, tot in illis errores esse, quot verba. Nihilominus ne simplices decipiantur, inhaerentes Nos iis, quae adversus hujusmodi corrupta monumenta postremis literis Nostris expressimus (6), hoc scriptum declaramus falsum, commentitium, calumniosum, haereticum, atque schismaticum, illudque rejicimus, reprobamus, atque damnamus. Quo majores sunt adversariorum Nostrorum fraudes, eo major debet esse Nostra, ac vestra vigilantia. Hanc vobis commendamus etiam atque etiam, dum interea vobis, dilecti filii Nostri, et ven. fratres, ac dilecti filii, vestraeque curae concreditis gregibus apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud s. Petrum die decimatertia junii MDCCXCII. pontificatus Nostri anno decimo octavo.

(1) Cit. apostolicae literae diei 19. martii 1792. pag. 2. §. Hinc mirum.
(2) §. 19.
(3) §§. 1. 17. et 16.
(4) §. 8. et seqq.
(5) §. 44.
(6) Datis die 19. martii hujus anni pag. 5. §. Interea, et pag. 8. §. Super omnia.

CMII.

Dat. die 19. junii 1792. Anno XVIII.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super approbatione sanctae Mariae Magdalenae in patronam oppidi Bucheri Syracusanae dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio et tenor concessionis.

§. 1. Cum sicut dilecti filii clerus, magistratus, et populus oppidi Bucheri Syracusanae dioecesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi qui ab immemorabili sanctam Mariam Magdalenam in patronam dicti oppidi habuerunt, eam uti talem a Nobis confirmari summopere

cupiant. Nos, audito dilecto filio magistro Carolo Erskine fidei promotore, dictosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: memoratam sanctam Mariam Magdalenam in patronam dicti oppidi Bucheri prout ab immemorabili ibidem habita est, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, atque uti talem imposterum haberi, et recoli debere decernimus, et declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non cleri, et populi praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die decima nona junii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 22. junii 1792. Anno XVIII.

CMIII.

Confirmatio legum, et praescriptionum latarum pro manipulo quinquaginta militum Pacificorum civitatis Caesenatensis.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Baptista comes Fattiboni, quod Nos alias ad manipulum quinquaginta militum ex cohorte sexcentorum militum Pacificorum a fel. record. Paulo III. praedecessore Nostro erecta selectorum, qui in civitate, ac patria Nostra Caesenatensi diu, noctuque excubias, et vigilias agerent, constituendum, opportunas leges, et statuta praescripsimus, congrua stipendia assignavimus, caeteraque omnia, quae ad firmandum manipuli hujusmodi statum, visa sunt opportuna, statuimus, illiusque directionem, ac regimen duobus officialibus cum titulo « di comandanti » sub certis legibus, ac conditionibus commisimus, haecque officia dilecto filio Jacobo Bandi, et eidem exponenti tunc primum concessimus, ac alias prout ex Nostris hisce desuper in simili forma Brevis die 30. septembris 1788., 20. martii 1789., 15. junii 1790., ac 13. martii currentis anni 1792. expeditis literis uberius dicitur contineri. Cum autem sicuti eadem expositio subjungebat inter caetera, quae per memoratas Nostras literas dict 15. junii 1790. per Nos statuta fuere, quod titulum « di comandanti » quo, ut praefertur, memoratos officiales auximus cum directione, et regimine dicti dumtaxat manipuli quinquaginta militum haud congruere visum est, illud voluerimus, ut scilicet hi « comandanti » pro tempore existentes totius cohortis sexcentorum militum Pacificorum, administrationem, ac gubernium haberent, hinc dictus exponens, quo haec Nostra voluntas utilius exequi posset, Nobis quaedam articula pro faciliori ipsius cohortis administratione, et regimine exhibuit, quae per Nos approbari summopere desiderat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 2. Nos igitur memoratum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita prius hisce desuper tua relatione, discretioni tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut in primis, attenta officii praedicti « di comandante » dimissione a memorato Jacobo Bandi in manibus Nostris

sponte facta, et per Nos admissa, et acceptata, cum unus solus Joannes Franciscus exponens dicti manipuli militum selectorum, et totius cohortis praedictae comandante existat, sic pariter, et in posterum non obstante dispositione dictarum Nostrarum literarum 30. septembris 1788., quibus in hac parte expresse derogare intendimus, unum dumtaxat manipuli, et cohortis praedictorum comandante constituendum esse auctoritate Nostra apostolica edicas. Ut insuper in eadem cohorte praeter officium « di comandante » praedictum, alia etiam officia subalterna, nempe — di un maggiore, quod quidem officium nunc primum dilecto filio comiti Jacobo Aldini conferimus, — un ajutante maggiore — un giudice delegato — un uditore — un scrivano — un ajutante del battaglione — un quartier mastro — un sotto quartier mastro — un cappellano — un foriere — un professo — un cappellano — un capo sartore — un armarolo — un capo tamburo — e quattordici individui della banda, constituas, et erigas. Totam vero cohortem hujusmodi in sex aequales centurias dividas, quarum singula ex capitano — primo tenente — secondo tenente — alfiere — porta bandiere — primo sargente — secondo sargente — altro secondo sargente — cinque caporali — un piffero — un tamburo — duobus cadetti volontari — septuaginta duobus militibus gregariis constet, ita tamen ut prima dumtaxat centuria excubias, et vigilias diu, noctuque in civitate praedicta agat, caeteraque munia, quae alias manipulo quinquaginta militum selectorum commissa erant, sustineat, ac in illius locum in omnibus, per omnia suffecta censeantur, caeterae vero quinque centuriae, quae appellari poterunt numero — presidio di Cesena —, nisi urgente necessitate veluti milites rogati, seu truppa « regolata » agere poterunt.

Declarationes speciales.

§. 3. Volumus praeterea, ut licet in memoratis Nostris literis diei 15. junii 1790. dum totam cohortem praedictam regimini, ac directioni dictorum comandanti subjecimus, jura civitati Caesenatensi, et priori numeri competentia reservaverimus, nihilominus ea certis limitibus circumscribenda esse censemus. Siquidem in primis magistratui Caesenatensi milites pro quinque dumtaxat centuriis urbanis, seu « di milizia » conscribere fas est, qui tamen milites adscriptivi a comandante pro tempore existente erunt ei offerendi, illorumque literae patentales tum a primo magistratu, tum ab ipso comandante erunt signandae, quatenus vero prior numeri, et officialis, seu comandante pro tempore existentes de adscriptis militibus discrepent, ad te, et commissarios generales armorum status ecclesiastici pro tempore existentes, successores tuos militum hujusmodi electio erit devoluta. Praeterea cum milites, nisi ex gravi delicto sunt admittendi, parvis enim delictis leves poenae sint erogandae, hinc causarum hujusmodi, nempe dimissionis militum cognitionem tibi, tuisque successoribus, vel tuis, illorumque delegatis reservamus. Habeat insuper et deinceps cancellarius communitatis Caesenatensis jus exigendi a singulis militibus adscriptivis julium unum, prout jamdiu in more positum est, ast milites hujusmodi alium etiam julium aerario militari persolvant. Liceat tandem, ut prius primo priori quinque centurias urbanas, seu « di milizia » non autem primam, quae cum jugi servitio subjecta sit, ab hac lege exemptam esse decet, semel in anno, duas scilicet in primo anni bimestre, caeteras vero singulas in singulos sequentes bimestres pro suo lubitu recensere. Haec, aliaque pro militari campestri centuriarum hujusmodi exercitatione, quae opportuniora tibi juxta datam tibi a Domino prudentiam videbuntur, ita tamen ut tum primi, tum secundi officiales earumdem centuriarum in praemium majorum laborum, quos hinc ferre tenentur, tamquam officiales vulgo « di truppa regolata » censeantur, auctoritate praedicta statuas, atque decernas. Demum Nos praevia omnium literarum Nostrarum praedictarum in iis omnibus, quae hisce praesentibus Nostris literis non adversantur, confirmationem tibi omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad praemissa omnia, et ad earumdem literarum Nostrarum executionem perducenda pertinent, faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi omnia, quae constituere pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris, facultatem auctoritate, ac tenore praesentis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat et spectabit quomodolibet in fu-

Digitized by Google

turum inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xv. junii MDCCXCII. pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 16. julii 1792. Anno XVIII.

CMIV.

Deputatio domini cardinalis Campanelli in commissarium ad dirimendas, et terminandas controversias inter apostolicam Sedem ex una, et regem utriusque Siciliae ex altera parte jamdiu pendentes.

Dilecto filio Nostro Philippo
Sanctae Romanae Ecclesiae diacono
cardinali Campanelli nuncupato.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Status controversiarum.

§. 1. Pendebat longo jam tempore ea, quae olim instituta erat tractatio inter apostolicam hanc Sedem, regiamque aulam Neapolitanam, absque eo quod ad optatum exitum pervenisset, ad quem vota spectabant cum Nostra, tum carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi utriusque Siciliae et Hierusalem regis illustris, et in quo comparando, ac perficiendo tam congregatio particularis Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium per Nos delecta, quam alii Nostri, regiique ministri studium diligentiam, curamque adhibuerant. Hanc inter rerum ambiguitatem divinitus prope factum est, ut idem carissimus in Christo filius Noster rex Ferdinandus una cum carissima in Christo filia Nostra regina Maria Carolina in hanc almam urbem advenerit, locusque factus fuerit mutuae conciliationi pertractandae communi animorum gaudio, atque exultatione non per nuncios, et legatos, sed inter Nos ipsos. Nullus fuit tractationis articulus, qui sive ad res ecclesiasticas pertineret, sive annuam respiceret census solutionem, et equi albi praestationem cum solitis solemnitatibus, qui propositus, seduloque ad trutinam revocatus non fuerit per mutuas collocutiones, quas simul plures habuimus. Quod si aliquanto diuturnior eorumdem religiosorum principum mora in hac urbe fuisset, tam bene erant ultro citroque animi comparati, ut felicissimus rerum exitus sperari omnino potuisse videretur. Verum, et temporis angustiae, et articulorum multiplex genus fuerunt impedimento, quominus incepta tractatio perficeretur, ita ut cum contentiones, et discrepantiae omnes paucis horis componi omnino non possent statutum utrinque fuerit interea articulum de episcopatibus absolvere, ut pote qui super alios omnes maxime intererat religioni, aeternae populorum saluti.

Controversias amicabiliter componere, et rex duarum Siciliarum, et pontifex constituunt.

§. 2. Quae quidem duae causae adeo graves apud Nos fuerunt, tamque vehementer paternum Nostrum permoverunt animum, ut volentes praeclarum edere indulgentiae Nostrae argumentum, consilium coeperimus regi concedendi nominationem dignorum virorum ad omnes regni ecclesias: eoque libentius ad amplam hanc concessionem devenimus, quo propensiores regis in Nos sensus perspeximus; unde in spem erecti sumus, ipsumque quoad alios, qui superessent articulos, haud absimile propensionis in Nos suae monumentum praebiturum. Et re quidem vera rex Neapolim vix regressus in id primum suas curas intendit, ut ea quae inter Nos convenerant, exequerentur, quaesitis summa laude ubicumque egregiis virtute viris, quos ad eum finem Nobis in antecessum designavit, quosque subinde per ipsum nominatos, Nos variis temporibus specialibus gratiis affecimus, et solito ritu apostolicis bullis donavimus. Dum vero in hac seria cogitatione ipsius regis curae versabantur, haud oblitus profecto est studium, et desiderium suum reliquas omnes contentiones, ac discrepantias componendi; suisque ad Nos datis die xiv. junii superioris anni literis petiit a Nobis, num probaremus, per eum ad Nos mitti aliquem virum ad inceptum opus absolvendum, ut haberi cito posset reliquarum etiam rerum conciliatio, quae, et numeris omnibus absoluta, et per-

Digitized by Google

petua esse deberet, promptumque praeterea se Nobis exhibuit in vulgo edendis iis articulis, in quos nulla caderet disceptatio. Quibus literis sine mora per alias Nostras familiares epistolas die XVII. ejusdem mensis conscriptas respondimus non solum probari a Nobis, sed vehementer etiam optari, ut rex aliquem ad Nos mitteret, quem magis idoneum judicasset mutuae concordiae ineundae, et conciliandae declarantes magis opportunum videri Nobis, si concordia universa simul, et non aliqua illius pars ederetur in vulgus, eo quod unius, aut alterius articuli praetermissio indicio esse posset, nimium Nos inter quoad res omissas intercessisse dissidii, quod dedecere Nobis videbatur. Postmodum rex ipse Nobis significatum voluit, quam difficile sibi esset virum ad Nos mittendum deligere, Nobisque auctor fuit, ut pro celeriori concordiae exitu Nostram uterque plenipotentiarium nominaret, seseque obstringeret probaturum, et ratihabiturum ea omnia, in quibus per ipsos plenipotentiarios conventum fuisset.

Deputavit rex suum plenipotentiarium generalem Acton; pontifex vero cardinalem Campanelli.

§. 3. Et hanc ipsam ob causam declaravit idem rex destinari a se dilectum filium generalem Joannem Acton suum a secretis status. Cum Nos novam hanc agendi rationem Nostro perpendissemus animo, illud Nobis certum, exploratumque in primis esse voluimus, si tu, dilecte fili Noster, aeque gratus, atque acceptus regi esses, ac gratus acceptusque Nobis ille fuerat quem suo nomine rex designaverat. Cujus quidem rei certiores effecti, nihilque Nos minus, quam rex ipse desiderantes, ut quanto citius controversiae omnes tollantur e medio, motu, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, ut debito fine tandem praemissa concludantur, ac in perpetuum stabiliantur, te, de cujus fide, prudentia, integritate, et in rebus agendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, in Nostrum, et ejusdem sanctae Sedis plenipotentiarium tenore praesentium nominamus, constituimus, et deputamus. Tibi, ut Nostro, dictaeque sanctae Sedis nomine cum praefato dilecto filio generale Joanne Acton, quem ipse Ferdinandus rex elegit, ac sufficienti pariter ad haec mandato munivit, omnia, et singula negotia hujusmodi conficere, et concludere, et confecta, et conclusa manu tua subscribere, signoque tuo munire libere, ac licite possis, et valeas, plenam, et amplam facultatem harum serie concedimus, et impertimur.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 4. Decernentes validum, et efficax fore quid quid earumdem praesentium vigore tu egeris, tractaveris, et concluseris, atque id omne acceptum, et gratum, firmumque, ac ratum habere, nec non observare, complere, et exequi in verbo Romani pontificis promittentes. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimo sexto julii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri, anno decimo octavo.

CMV.

Dat. die 16. julii 1792. Anno XVIII.

Unio jurisdictionis tribunalium Riparum, vectigalium, et thesaurarii in causis criminalibus.

Pius PP. VI.

Motu proprio etc.

Ratio resolutionis.

§. 1. Dopo aver Noi, con cedola di Nostro moto proprio, segnata li VII. gennajo MDCCLXXXIX. deputato, in luogo del defonto Mario Ciotti, l'avvocato Francesco Maria Rufini, in giudice camerale criminale, abbiamo preso in considerazione l'altro moto proprio della sa. me. di Clemente XI. Nostro predecessore, dei XXVI. maggio MDCCVIII., col quale, derogando alla bolla della sa. me. di Paolo V., altro Nostro predecessore, dell'anno MDCXI., sulla riforma de' tribunali della Nostra città di Roma, nel titolo » de judicibus criminalibus Urbis, » *et pertinentibus ad eos* » il medesimo Clemente XI. ordinò, che in avvenire, ed in perpetuo dovesse, per li tribunali dei monsignori tesoriere, e chierici della Nostra Camera apostolica, esercitarsi la giurisdizione criminale da quella persona, che da esso stesso pontefice, e da suoi successori fosse stata nominata, ed abbiamo altresì osservato, che l'accennato Clemente XI. contestualmente dichiarò, che, attese le particolari circostanze, non intendeva per allora di comprendere nel detto moto proprio il presidente della Grascia, e il presidente

delle Ripe, quali potessero deputare il giudice a loro arbitrio, conforme successivamente lo hanno deputato. Dal tenore però della riferita dichiarazione risultando, che l'intenzione del ridetto Clemente XI. non fosse di eccettuare perpetuamente dal detto giudice camerale le divisate due presidenze della Grascia, e delle Ripe, e riflettendo Noi, essere incoerente, che la giurisdizione criminale, per queste due presidenze, sia separata da quella del mentovato giudice camerale, che ha l'ingerenza in tutti gli altri tribunali della Nostra camera, siamo venuti nella determinazione di unire le ridette due presidenze della Grascia, e delle Ripe, anche per il tribunale delle tre acque, Vergini, Felice, e Paola, alla succennata giudicatura camerale, e di ordinare, che nella medesima resti ancora perpetuamente compreso l'esercizio della giurisdizione per le dette due presidenze.

Tenor motus proprii super unione jurisdictionum.

§. 2. Avendo pertanto Noi qui per espresso, e di parola in parola inserto il tenore non solo della costituzione della sa. me. di Clemente VII. dell'anno MDXXIV., in forza della quale dai chierici, o decano, o presidente della Nostra camera si deputava anche per le cause criminali il giudice di Ripetta, che in appresso è stato eletto dai presidenti delle Ripe, della suddetta bolla, e riforma di Paolo V., delle facoltà, e prerogative concedute in qualsivoglia modo, e tempo da Noi, e dai Nostri predecessori tanto al detto presidente delle Ripe, e delle dette Acque, quanto all'altro presidente della Grascia, ma ancora d'ogni altra costituzione, bolla, moto proprio, chirografo, o altra disposizione Nostra, o de' Nostri predecessori, che facessero in contrario a quanto siamo per determinare in appresso, che richiedessero specifica, ed individua menzione, e delle quali fosse necessario inserirsi tutto il tenore, di nostra scienza, e pienezza della nostra potestà assoluta con il presente Nostro moto proprio, confermando in primo luogo il suddetto moto proprio della sa. me. di Clemente XI. dell'anno MDCCVIII., non però in quella parte, in cui furono per allora eccettuate dalla giudicatura camerale criminale le accennate presidenze della Grascia, e delle Ripe, l'altro Nostro moto proprio dei VII. gennajo MDCCLXXXIX. di deputazione del detto avvocato Francesco Maria Rufini in giudice camerale criminale, e tutte le altre disposizioni, moti proprj, e chirografi tanto Nostri, quanto de' Nostri predecessori su tutte le facoltà, giurisdizioni, privilegj, ed esenzioni, che sono state accordate al detto giudice camerale criminale, uniamo quindi, e vogliamo, che siano perpetuamente unite le dette due presidenze della Grascia, e delle Ripe, alla surriferita giudicatura camerale per l'esercizio della giurisdizione criminale, comprensivamente ancora alle cause criminali di Ripa grande, e del tribunale delle dette tre Acque, di maniera che in avvenire tanto il detto avvocato Francesco Maria Rufini, da Noi come sopra deputato, quanto i successori in tale uffizio, abbiano, e debbano avere piena facoltà d'ordinare, e formar processi anche col mezzo de' loro sostituti, far decreti, e terminare, e decidere sino alla sentenza inclusivamente, e sua totale esecuzione tutte le cause criminali di pertinenza delle accennate presidenze della Grascia, e delle Ripe comprese, come di sopra, Ripa grande, e le tre acque, Vergine, Felice, e Paola, con tutti i privilegj, e prerogative, che competono alle medesime due presidenze, con tutti i soliti emolumenti ordinarj, e rispetto alli straordinarj, nel modo, e forma, che si osserva nei tribunali tanto del tesorierato, che degli altri chierici della Nostra camera per le materie, e cause criminali.

Declaratio specialis super reservatione jurium praesuli riparum pertinentium.

§. 3. Dichiariamo bensì espressamente, che non intendiamo di togliere, o di alterare anche in minima parte il libero arbitrio, che ha il presidente delle Ripe di disporre a suo pieno piacimento della quarta parte delle pene, ossiano multe, che si esigono alle diverse occasioni nel detto suo tribunale in tutto, e per tutto a forma del chirografo della sa. me. di Innocenzo XI. dei IX. marzo MDCLXXXI.; inoltre, a riserva dei mandati, e decreti nelle sole cause criminali, non intendiamo, che sia in verun modo leso il diritto dell'uditore civile sugli emolumenti certi, ed incerti, e delle invenzioni, che al medesimo appartengono, e che ha sin'ora percetti; ed ordiniamo in fine, che il detto giudice camerale, per li processi, e cause della presidenza delle Ripe, e delle Acque, debba procedere per gli atti dei respettivi notari, di Ripetta, di Ripa grande, e delle Acque, ai quali notari appartengono le diverse materie della detta presidenza.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 4. Volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di moto proprio ammettendosi, e registrandosi in camera, secondo la disposizione della bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis* vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, e contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di orrezione, e surrezione, mancanza della Nostra volontà, ed intenzione, e qualsivoglia difetto, benchè degno di espressa, speciale, ed individua menzione, e che non si possa diversamente interpretare, o giudicare, dichiarando nullo, ed irrito tutto ciò, che in contrario da qualunque persona scientemente, o ignorantemente si facesse, o si attentasse, non ostante, quanto a tutte, e singole cose premesse, non vi siano stati citati, chiamati, o sentiti i suddetti chierici presidenti della Grascia, e delle Ripe, ed ogni altra persona, che vi avesse, o potesse avere interesse; e non ostanti ancora la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo* le surriferite costituzioni della sa. me. di Clemente VII. dell'anno MDXXIV., di Paolo V. dell'anno MDCXI. sulla riforma de' tribunali della Nostra città di Roma, il moto proprio della sa. me. di Clemente XI. dell'anno MDCCVIII. nella parte però, che risguarda le dette due presidenze della Grascia, e delle Ripe, e qualsisiano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche tanto Nostre, quanto dei suddetti, e di altri Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendo il lor tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, per l'effetto suddetto, e per questa volta sola pienamente deroghiamo, perchè tal'è la Nostra certa, espressa, e determinata mente, e volontà. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo di XVIII. luglio MDCCXCII.

Dat. die 20. julii 1792. Anno XVIII.

CMVI.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui die vigesima prima augusti visitaverint ecclesias monachorum ordinis s. Benedicti congregationis Olivetanae.

Pius PP. VI.

Universis christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac s. communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis monachorum ordinis s. Benedicti congregationis Olivetanae ubicumque existentibus dominicis immediate respective sequentibus post diem vigesimam primam mensis augusti, ac post festum s. Franciscae viduae a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua dominica praedictarum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Conditiones adjectae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint; utque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, vel manu alicujus notarii publici subscriptis, vel sigillo procuratoris dicti ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XX. julii MDCCXCII. pontificatus Nostri anno decimoctavo.

Dat. die 21. julii 1792. Anno XVIII.

CMVII.

Commissio nuntio apostolico Poloniae pro confirmatione decreti congregationis Episcoporum, et Regularium super electione prioris triennalis monasterii Paradisiensis ordinis Cisterciensis in Polonia.

Venerabili fratri Ferdinando archiepiscopo Carthaginensi, Nostro, et Sedis apostolicae

Google

apud carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Poloniae regem illustrem nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus prior monasterii, seu conventus Paradisiensis ordinis Cisterciensis in Polonia cum sua congregatione, quod ab initio inter hanc apostolicam Sedem, et rempublicam Polonam anno MDCCXXXVII. concordato, cujus vigore bona abbatialia pro abbatibus commendatariis, et claustralibus fuerunt divisa, monasterium Paradisiense praedictum ob mensae conventualis proventuum, ac redditaum tenuitatem, qui monachorum alimentis, monasterii, et ecclesiae Nostrae reparationi, suique decori sufficere nequaquam poterant, statuit deinceps eligendum non esse abbatem claustralem, ut ex tertia parte proventuum, ac redditaum hujusmodi mensae abbatialis claustralis totius communitatis angustiae sustentarentur, quod quidem consilium expressae legi in concordato praescriptae apprime consentaneum fuit: quippe quia in eo de monasterio Paradisiensi praedicto specialem, ac individuam mentionem sub articulo IX. faciens cautum, praescriptum legitur, ut tertia pars superextantis mensae abbatialis assignetur in substentationem superioris claustralis pro tempore existentis, et in ecclesiae, et monasterii conservationem: quapropter in capitulo generali dicti ordinis Cistercii anno millesimo septingentesimo trigesimo octavo habito statutum fuit, ut ad perficiendam unionem tertiae partis fructuum mensae abbatialis hujusmodi mensae conventuali apostolica impetraretur confirmatio. Et quamvis nondum confirmatio unionis, seu incorporationis hujusmodi ab apostolica Sede fuerit neque postulata, neque obtenta, quod forsan sufficiens visa est ipsius concordati apostolica confirmatio, attamen hucusque abbas claustralis nunquam fuit electus, sed prior dumtaxat monasterium hujusmodi tam in spiritualibus, quam in temporalibus semper administravit: unde factum est, ut inde res domesticae ipsius monasterii resurrexerint, numerus monachorum auctus, ecclesia, monasterium, aliaque aedificia restaurata, ac etiam decori, et ornatui domus Dei quodammodo consultum sit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, nuper visitator generalis ordinis praedicti, quod alias a suis praedecessoribus ut bonum, ac utile monasterio praedicto ratum, ac approbatum fuit, invertere intendat, bona hujusmodi segregando, eaque uni religioso ab ipso deputato in administrationem concedere. Nobis propterea memoratus exponens cum sua congregatione humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratum exponentem, suamque congregationem praedictam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum, qui relationem tuam super praemissis attenderunt, consilio, fraternitati tuae, per praesentes committimus, et mandamus, ut, constito tibi de narratis, gubernio monasterii Paradisiensi praedicto loco abbatis claustralis prior triennalis singulis quibusque trienniis a familia, et ex gremio ejusdem monasterii eligendus juxta indultum monasteriis Selejoviensi, et Wachocensi concessum, praeficiatur, ita tamen, ut expleto triennio nemo in priorem confirmari, vel iterum eligi possit, nisi ab officio hujusmodi per triennium saltem vacaverit, ac reservata visitatori generali pro tempore existenti dicti ordinis admissione novitiorum ad professionem eisdem exponentibus auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia impertiaris.

Declarationes speciales.

§. 3. Praeterea tibi injungimus, ut tertiam partem bonorum in erectione commendae divisam, et assignatam pro substentatione superioris claustralis pro tempore existentis, et manutentione sartorum tutorum ecclesiae et monasterii, distinctis rationibus ab officialibus monasterii, qui juxta constitutiones, et consuetudinem ordinis praedicti bona mensae conventualis administrant, pariter administra-

Digitized by Google

ri, ac medietatem reddit
uum ejusdem tertiae partis promiscue uniendam esse redditibus communis mensae conventualis, a qua prior victum, et amictum recipere debet, prout ante erectionem commendae, aliam vero medietatem sejunctim conservandam esse pro manutentione fabricae ecclesiae et monasterii auctoritate praedicta pariter praescribas: salva semper ejusdem congregationis auctoritate.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis, et monasterii, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quarta julii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMVIII.

Dat. die 24. julii 1792. Anno XVIII.

Committitur episcopo s. Jacobi de Chile, ut alternativam inter Croillos et Europeos provinciae de Chile fratrum ordinis s. Francisci statuat.

Venerabili fratri episcopo s. Jacobi de Chile.

PP. Pius VI.

Venerabilis frater
salutem, et apostolicam benedictionem.

Procemium.

§. 1. Decet Romanum pontificem suae auctoritatis partes libenter circa ea interponere, per quae religiosorum statui opportune consulitur, ubi praesertim ex aemulationum, ac dissidiorum incommodis adeo illorum animos scindi compertum sit, ut uberes fructus, quos Christifideles jure, ac merito ex regularibus institutis sperant, quominus proferantur, quotidie praepediuntur.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Nuper pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli regis Hispaniarum catholici expositum est, quod cum provincia de Chile fratrum ordinis minorum sancti Francisci in diversa studia divisa sit, suum regium Indiarum consilium praevio maturo rerum examine, ad dirimendas controversias omnes, quae jamdiu eamdem provinciam perturbant, ac ad tollenda scandala, quae ex inde erumpunt, optimum futurum esse remedium consuluit, quatenus alternativa in muneribus, ac officiis inter fratres dictae provinciae, Europeos scilicet Hispaniis natos, et Croillos, natos scilicet in America, constituatur: quapropter demandatum fuit commissario generali Indiarum ordinis praedicti, ut methodum in hac alternativa constituenda servandam proponeret, ut subinde, si ea opportuna dignosceretur, tibi illius exequutio esset committenda. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, methodus a memorato commissario Indiarum proposita ipsius Caroli regis catholici votis quam maxime accommodata visa sit: Nobis propterea memoratus Carolus rex catholicus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, qui ejusdem Caroli regis catholici desideriis, quantum in Domino pos-

Digitized by Google

sumus, semper favorabiliter annuere studuimus, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae, de cujus prudentia, fide, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, et mandamus, ut capitulum provinciale provinciae, et ordinis praedictorum quantocius juxta ejusdem ordinis constitutiones, et statuta auctoritate apostolica approbata fieri poterit, auctoritate Nostra apostolica convoces, in quo Nostro, et apostolicae Sedis nomine te praesidentem cum auctoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus, et oneribus, similibus praesidentibus competentibus, ac alias solitis, et consuetis auctoritate apostolica tenore praesentium facimus, constituimus, et deputamus. Tibi tum ministrum provincialem, tum definitores dictae provinciae nominandi, et ubi etiam hi novi sic electi officiales inter se nimis discrepent, omnes alios superiores, ac officiales ad omnia, et singula ejusdem provinciae munera juxta datam tibi a Domino prudentiam eadem auctoritate designandi, et deputandi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur. Volumus insuper, tibique injungimus, ut in eodem sic convocato capitulo alternativam praedictam inter Europeos in Hispaniis scilicet natos, et Croillos in America videlicet natos in fungendis dictae provinciae muneribus infrascriptis legibus, ac conditionibus Nostra auctoritate praedicta constituas, et firmes.

Leges concessionis adnexae. §. 4. Primo, ut nempe in posterum nunquam quod ad unam ex fratrum hujusmodi classe spectat, alteri incorporetur, atque in incorporatione hujusmodi perficienda, non loci, ubi regularis professio ab eis respective emittetur, sed ubi tantum nati erunt, ratio habeatur, quod idem dictum esse statuimus pro iis, qui nunc eamdem provinciam constituunt: Secundo. Ut omnia, et singula officia, et munera, quae in tabulas capitulares referuntur, aequis partibus inter duas memoratas fratrum classes, ita ut quilibet illarum officiorum, ac munerum hujusmodi comprehensis praelaturis, et cathedris medietatem sibi habeat. Tertio. Ut alternativa hujusmodi a classe Europeorum exordiatur, ita ut provincialis, duo definitores, et custos ex Europeis, alii vero duo definitores ex classe Croillorum, seu Americanorum erunt sumendi; sic e contra in sequenti triennio provincialis; duo definitores, et custos ex Americanis, duo vero alii ex Europeis erunt, et sic deinceps alternatim erit semper servandum. Quarto. Ut deficiente, vel dimittente, aut quavis alia de causa vacante provincialatu, seu officio custodis in vicarium defecti provincialis, aut in substitutum custodis alter ex eadem classe sufficiatur, qui usque ad exitum incoepti triennii dumtaxat munere hujusmodi fungetur. Quinto. Ut sic pariter servetur, deficiente altero ex definitoribus, ut is nempe substituatur ei ex eadem classe, cui ex statutorum, ac constitutionum dicti ordinis hoc jus competit. Sexto. Ut deficiente ex-provinciale seniori, aut patre immediato, tunc ea, quae a generalibus constitutionibus apostolicis, ac legibus, et statutis dicti ordinis praescribuntur, omnino serventur. Septimo. Cum provincia praedicta ex decem ac septem conventibus, ac quatuor hospitiis constituatur, in quolibet propterea triennio classis, e qua assumptus erit provincialis habebit octo dumtaxat guardianias, seu guardianos, et duos praesides, seu praesidentias; ex altera parte erunt seligendi caeteri novem guardiani, et duo praesides, ita tamen, ut nulla ex guardianiis, seu praesidentiis hujusmodi uni classi peculiariter assignetur, ut hinc utraque classis majori, aut minori conventuum, et hospitiorum commodo aeque fruatur, ac omnia eis aeque communia sint. Octavo. Ut praelaturae, quae per unum triennium ab altera ex dictis classibus obtinentur omnes, et singulae in sequenti triennio ab altera classe adipiscantur, ut sic in omnibus utraque classis aequiparetur. Nono. Ut quod de praelaturis sancitum est, sic pariter dispositum habeatur pro substitutis nominandis usque dum officia praelaturarum, cathedrarum, pulpitorum, aliorumque hujusmodi in eadem classe conferantur. Decimo. Ut ex decem ac septem cathedris theologiae octo cuilibet classi assignentur, decima vero septima utrique classi alternatim exordiendo a classe Europeorum conferatur. Undecimo. Ut nec secus constituatur pro sex cathedris philosophiae subsistente vero septima cathedra hujusmodi in conventu de Mendoza, haec sic alternatim, ut de cathedris theologicis dispositum est, exordiendo semper a classe Europea, erit conferenda. Duodecimo. Ut pulpiti quoque inter Europeos, ac Croillos, seu Americanos aequis

Digitized by Google

partibus dividantur, ita tamen, ut ubi duo essent praedicatores, seu concionatores principales singulus singulae donetur. Decimotertio. Ut cum commissario generali Indiarum dicti ordinis, ut asseritur, juxta sui ordinis constitutiones, et statuta spectet collatio cathedrarum tertiae theologiae, nisi praevia definitorii informatione de ac super qualitate candidatorum, ac servata semper inter duas classes alternativa praedicta, cathedras hujusmodi ei conferre liceat. Decimoquarto. Ut quatenus in altera ex dictis classibus tot non reperiantur alumni capaces ad sustinenda munera, ac officia classi hujusmodi debita, tunc, et eo casu munera, seu officia hujusmodi vacantia interim, ac per modum depositi individuis alterius classis erunt demandanda, usquedum scilicet in prima classe tot esse alumnos capaces probetur, quot requiruntur ad eadem officia, ac munera fungenda: hac tamen prima vice quatenus eligendi sint hi interinales officiales, tuum erit eos seligere, quos magis ad eadem officia idoneos pro tuo arbitrio, et conscientia reputabis, ita tamen, ut sic muneribus, ac officiis hujusmodi fungentes omnibus praerogativis, privilegiis, ac exemptionibus utentur, fruentur, et gaudebunt, quibus juxta constitutiones, et statuta dicti ordinis usi, potiti, et gavisi essent, si eadem officia, ac munera non per modum depositi, ac interim eis fuissent demandata, sed ea in sua classe obtinuissent. Decimoquinto. Ut omnes tam Croilli, seu Americani, quam Europei, qui vel nuperrime eidem provinciae affiliati sunt, vel in posterum concorporabuntur, ad omnia, et singula munera, ac officia dictae provinciae obtinenda juxta illorum meritum, ac idoneitatem capaces sint, ac etiamsi per tres annos munere guardiani perfuncti non sint, dummodo tamen in sua cujusque classe alii non sint opportunis, ac requisitis qualitatibus donati, in definitores eligi poterunt. Decimosexto. Ut pro eo, quod spectat ad alias faciendas electiones omnino serventur canonica, et dicti ordinis statuta suffragium ferentes decem jubilati, quinque in singulam classem, et uno ex eis deficiente antiquior jubilatus ejusdem classis in illius locum erit sufficiendus, nullo vero classis hujusmodi existente quemadmodum pro aliis officiis, ac muneribus cautum, praescriptumque est, sic pariter tunc per modum depositi, ac interim antiquior jubilatus alterius classis suffragium ferret, quod idem retinendum erit pro praedicatoribus generalibus de numero. Decimo septimo. Ut in qualibet capitulorum hujusmodi de ac super illorum interpretatione, aut quavis alia re dubietate, vel necessitate aliquid circa praemissa addendi, vel adimendi, prius a provisore, et definitorio, vel a te erit perpendendum, statuendumque, subinde commissario generali significandum, ut hoc ipsum firmet, suamque sententiam consilio Indiarum praedicto ad illius obtinendam approbationem, et executionem exhibeat.

§. 5. Haec sunt, venerabilis frater, quae ad constituendam memoratam alternativam per te in praedicto capitulo provinciali, ut praemittitur, praescribi desideramus. Volumus tamen, ut interim, et usque dum novi provincialis, definitorii, aliorumque praelatorum dictae provinciae electio fiat, modernos superiores praedictos in suis respective muneribus durare, licet terminus illorum respective electionis jam elapsus sit, hisce desuper omnes, et singulos juris, et facti defectus, qui quomodolibet intervenerunt, sanando, et validando, ita ut nunquam illorum administrationis, et gubernii dictae provinciae validitas controverti, aut in judicium vocari possit, auctoritate Nostra praedicta decernas, atque declares. Nos enim tibi non solum omnem, et quamcumque facultatem, quae circa praemissa, et alia quaecumque per constitutiones, et statuta dicti ordinis, atque apostolicas constitutiones commissario generali Indiarum ejusdem ordinis competet, sed etiam omnem aliam necessariam et opportunam ad haec omnia, et alia quaecumque, quae ad praemissorum omnium prosperum exitum quomodolibet spectare possunt, faciendi, gerendi, exequendi, et exequi mandandi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae dilectis filiis eorumdem fratrum superioribus quocumque nomine nuncupatis, caeterisque, ad quos spectat, ut te capituli provincialis praedicti, ut praefertur, convocandi Nostro, et Sedis apostolicae nomine praesidentem reverenter suscipiant, tibique in omnibus, et singulis praemissis pareant, obediant, et adsistant, tuaque salubria monita, et jussa

Declaratio specialis.

humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Ac decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, quos illae concernunt quomodolibet in futurum cujusvis status, gradus, et dignitatis existant inviolabiliter, et inconcusse observari, nec non de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus felicis recordationis Clementis pp. XIV. in simili forma brevis die XVI. maji anni MDCCLXXI. expeditis literis, quibus eidem provinciae alternativam del Nord Sud nuncupatam concesserat, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciae praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quarta julii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMIX.

Dat. die 27. julii 1792. Anno XVIII.

Confirmatio decreti editi a sacra congregatione Rituum super approbatione cultus ab immemorabili praestiti beatae Maphaldae reginae Castellae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Laetamur Nos, nobiscum tota congaudeat Catholica Ecclesia, quod postquam fel. rec. Clemens pp. XI. praedecessor Noster per suas in simili forma brevis die XXIII. decembris anni MDCCV. expeditas literas duabus sororibus beatarum Theresiae, et Sanciae Sancii I. Portugalliae regis illustris natis altarium honores decrevit, in hisce difficillimis Ecclesiae temporibus singulari propemodum exemplo alterius illarum sororis ejusdem Sancii I. Portugalliae regis illustris pariter filiae, videlicet beatae Maphaldae reginae Castellae, ac deinde monialis ordinis Cisterciensis, et monasterii Sanctae Mariae de Arouca reformatricis cultum, et venerationem promovere Nobis reservatum sit. Cum mulieres ejusmodi, quae despectis saeculi opibus, propinquorum potentia, ac regali stirpe, e qua ortum duxerunt, ad pedes Christi advolutae quasi ipsum tenentes elegerunt abjectas esse in domo Dei, et arduas Christianae perfectionis semitas in odorem unguentorum coelestis regni alacres cucurrerunt, eo majoribus in Ecclesia Dei praeconiis sunt condignae, quo fortius secus infirmitatem transgredientes, luculentioribus praeluxerunt exemplis.

Expositio precum, et decreti s. congregationis Rituum.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii Nicolaus, et Carolus Candidi, qui hujus causae in Romana curia postulatores legitime deputati existunt, Nobis humiliter exponi fecerint, quod cum alias a fel. rec. Innocentio pp. XII. praedecessore Nostro nempe die XXXI. julii anni

Digitized by Google

MDCXCVII. commissio introductionis causae canonizationis ejusdem b. Maphaldae signata fuerit, constructisque apostolicis inquisitionibus in civitate ac dioecesi de ac super cultu, ab immemorabili tempore eidem b. Maphaldae praestito sive super casu excepto a decretis fel. rec. Urbano pp. VIII. praedecessore itidem Nostro a venerabili fratre episcopo Lamacensi subinde sententia super praedicto cultu probata fuerit: ac ipsis pariter exponentibus instantibus in congregatione venerabilium fratrum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum habita die XIII. martii currentis anni MDCCXCII. a venerabili fratre Nostro Andrea ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali episcopo Sabinensi Corsini nuncupato propositum fuerit dubium — An sententia lata per reverendissimum episcopum Lamacensem, ejusque vicarium generalem judices ab hac sacra congregatione delegatos super cultu ab immemorabili tempore eidem beatae exhibito sit confirmanda, seu potius, an constet de casu excepto a decretis S. M. Urbani papae VIII. in casu, et ad effectum, de quo agitur — eadem congregatio mature discusso processu informativo hac de re constructo, et tam in voce, quam in scriptis dilecto filio Carolo Erskine in utraque signatura Nostra referendario, ac fidei promotore desuper audito responsum edidit affirmative, quo decretum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius Nicolaus, et Carolus postulatores praedicti apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Nos igitur piis carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae votis, ac enixis, dimissisque totius congregationis Cisterciensis Lusitanae, ac sanctimonialium regii asceterii s. Mariae de Arouca, nec non eorumdem postulatorum precibus hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, eosque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, decretum a memorata congregatione editum, ut praefertur, quod scilicet de casu excepto a decretis praedicti Urbani praedecessoris, sive de cultu publico ab immemorabili tempore dictae beatae Maphaldae praestito constet, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et adprobamus, illique apostolicae firmitatis robur adjicimus: salva semper in praemissis auctoritate memoratae congregationis cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari, et inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et apostolicae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum praesentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XXVII. julii MDCCXCII. pontificatus Nostri anno decimoctavo.

CMX.

Dat. die 8. aug. 1792. Anno XVIII.

Beatificatio ancillae Dei Catharinae Thomasiae canonissae regularis ordinis s. Augustini.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Laudes ancillae Dei.

§. 1. Inter tot, tantosque errorum seditionum, ac discordiarum fluctus, quibus in hisce maximis reipublicae christianae temporibus ita navicula Petri undique conflictatur, ut nisi ex divino oraculo certiores facti essemus adversus illam portas inferi nequaquam praeva-

lituras valde metuendum foret, ne tandem aliquando penitus obrueretur, haereses etiam, quae jampridem ab Ecclesia fuerant perculsae, ac damnatae rursus emergunt, nec desunt perduelles, qui nuptias castitati, connubia virginitati ore impudico praeferenda esse asserunt: ex beneficentissima tamen misericordiarum patris providentia dispositum est, ut hisce quoque diebus in quibus abundavit delictum, superabundaret et gratia nova quotidie in Ecclesia Dei castimoniae etiam in sexu fragili suppeditans specimina divitias suae bonitatis, et gratiae in ancilla sua Catharina Thomasia canonissa regulari ordinis sancti Augustini in monasterio sanctae Mariae Magdalenae Palmae Balearium Majoricensis dioecesis expresse professa manifestaverit.

Approbatio cultus ipsi Catharinae tributi.

§. 2. Quamobrem ex debito apostolici ministerii officio, quod pastorum princeps Christus Dominus per ineffabilem clementiae suae abundantiam humilitati Nostrae imponere dignatus est, ipsius Catharinae cultum ad omnipotentis Dei gloriam, ad Ecclesiae decus promovere tenemur, ut universis christifidelibus uberiora hinc, et ad convellendos philosophantium errores suppetant argumenta, et ad imitandum exempla. Haec siquidem humili insulae Majoricae, quae est altera ex insulis Balearibus, loco nata, ac in prima sua aetate utroque parente orbata apud suos propinquos divertit, quicum vitam agrestem ducerent, ipsa quoque hoc vitae genus amplexa est, ita tamen ut, Dei gratia praeventa, ac fortiter superatis innumeris domesticis, externisque tentationibus, quae ab antiquo hoste quotidie suscitabantur, tanta profecerit virtute, ut non solum omnes omnino mundi illecebras, carnisque oblectamenta aspernata sit, sed etiam ab his prorsus abhorruerit, unde in religione se propius Deo mancipari desiderans tandem voti compos facta sic suam vitam instituit, ut ob morum integritatem, candorem, et castitatem tamquam lampas in candelabro posita caeteris ejusdem asceterii sanctimonialibus semper praeluxerit, usque dum in coelestis sui sponsi amplexibus evolavit in coelum.

Iudicium s. congregationis rituum super illius virtutibus in gradu heroico.

§. 3. Cum itaque mature diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus eadem Dei ancilla Catharina Thomasia multipliciter claruisse, nec non miraculis, quae ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem adeo patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse, quandocumque Nobis videretur praedictam Dei ancillam beatam declarari cum solitis indultis.

Beatificatio.

§. 4. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis nonnullorum venerabilium fratrum antistitum, universitatum, ac totius cleri, et populi Majoricensis supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de eorumdem cardinalium congregationis consilio, et assensu auctoritate apostolica tenore praesentium ad majorem Dei gloriam, et Ecclesiae quidem universae praesertim monastici ordinis decus, et ornamentum indulgemus, ut eadem Dei ancilla Catharina Thomasia imposterum beatae nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur.

Concessio officii et missae de communi virginum non martyrum.

§. 5. Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, et de ea quotannis die ab ordinariis, regulariumque praesulibus ordinum, ad quos spectat, designanda recitetur officium, ac missa de communi virginum non martyrum cum orationibus a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, et missalis Romani. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo ordine canonicorum regularium sancti Augustini utriusque sexus in civitate, omnique dioecesi Majoricensi, in qua Dei famula diu vixit, obiit, et venerabile ejus corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexus christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus.

Destinatio diei pro celebratione solemniorum in basilica principis apostolorum.

§. 6. Praeterea hoc anno dumtaxat, videlicet post praesentes literas emanatas, et quoad Indias a die qua eaedem literae illuc pervenerint, inchoando in ecclesiis ordinis, et civitatis praedictorum solemnia beatificationis ejusdem Dei famulae cum officio, et missa sub ritu duplici majori ob ordinariis respective con-

stituta postquam tamen in basilica principis apostolorum de Urbe celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re diem duodecimam currentis augusti assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii praedictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die III. aug. MDCCXCII. pontificatus Nostri anno decimo octavo.

IN FESTO
B. CATHARINAE THOMAS VIRGINIS

canonissae regularis professae ordinis s. Augustini in monasterio s. Mariae Magdalenae Palmae Balearium.

ORATIO

Preces in honorem b. Catharinae recitandae.

§. 8. Supernorum munerum donator Deus, qui b. Catharinam virginem insidias diaboli superare fecisti: concede, quaesumus, ut ejus meritis, et precibus nos quoque hostium impetus vincere, et aeternam palmam assequi valeamus. Per Dominum nostrum etc.

SECRETA

Similis ut supra.

§. 9. Coelestem hostiam offerentes te quaesumus, misericors Deus, ut eum nobis charitatis ardorem infundas, quo beata Catharina ad sacram mensam incensa accedebat. Per Dominum nostrum etc.

POSTCOMMUNIO

Alia ut supra.

§. 10. Deus, qui b. Catharinam virginem tuam coelesti gloria sublimasti; da nobis sacris muneribus refectis, ut ejus intercessione ad aeterna gaudia perveniamus. Per Dominum nostrum etc.

DECRETUM—MAJORICEN.

Confirmatio apostolica.

§. 11. Sanctissimus Dominus noster Pius VI. pont. max. ad humillimas preces postulatoris causae ven. servae Dei Catharinae Thomasinae, suprascriptas orationes a R. P. D. Carolo Erskine fidei promotore revisas, eodem referente, approbavit, atque in missa solemni celebranda in basilica Vaticana pro beatificatione ejusdem ven. servae Dei, nec non ab omnibus quibus a Sanctitate sua officium, et missam in ejus honorem celebrandi potestas fiet, recitari posse concessit. Die XVIII. julii MDCCXCII.

CMXI.

Dat. die 7. aug. 1792. Anno XVIII.

Exemptio duorum monasteriorum monialium a gubernio canonicorum regularium Windesimensium, horumque subjectio episcopo Antuerpiensi.

Venerabili fratri Cornelio Francisco episcopo Antuerpiensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Sacrarum virginum, quae contemptis mundi illecebris coelestis agni nuptiis arctissimo foedere se dedicarunt, ex debito pastoralis officii peculiarem curam gerentes ad ea libenter intendimus, per quae prospero, felicique eorum statui consultum fore arbitramur.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, jampridem, nempe ab anno MDCCLXXXV. ob suppressionem prioratus Rubeae Vallis canonicorum regularium ordinis sancti Augustini paulo ante sequutam, dilectae in Christo filiae priorissa, et canonissae regulares monasterii Praesentationis beatae Mariae virginis Immaculatae dudum in loco Oostmalle erecti, subinde autem ad istam civitatem Antuerpiensem translati, et jurisdictioni dicti prioratus utrobique subjecti, promoventibus, et instantibus apud te priore dicti prioratus ejusdemque monasterii spirituali directore sub tuo regimine, et gubernio receptae fuerint, ad prae-

sens vero ex eo quod dictus prioratus restitutus existit, ejusque prior jurisdictionem, ut antea, super eas, utpote a felicis recordationis Innocentio III., et Alexandro etiam III. Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris Windesimensi sui ordinis capitulo tributam, te absente, et inconsulto exercere non dubitaverint, ipsae in maximis versentur sui spiritus angustiis, cupientes sub tua directione, et jurisdictione degere, et permanere; quod utique canonissae regulares monasterii Vallis Mariae Facons nuncupatae dictae civitatis pari modo suppressae, et in unum se colligere cupientes sibi concedi plurimum desiderant.

Ratio, et tenor concessionis. §. 3. Hinc est, quod Nos ad avertenda ea omnia, quae monasteriorum hujusmodi conservationi, et incremento quomodolibet obesse possunt pro Nostro pastorali munere intenti, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum ad quos supplicem libellum Nobis desuper porrectum remisimus, consilio: utrumque monasterium hujusmodi, eorumque canonissas, res, et bona quaecumque ab omni jurisdictione, gubernio, et auctoritate dictorum capituli, et canonicorum Windesimensium, et prioris Rubeae Vallis praedictae auctoritate apostolica tenore praesentium eximimus, et subtrahimus, eaque spirituali, et temporali tuae, et pro tempore existentis episcopi Antuerpiensis curae, et jurisdictioni auctoritate, et tenore praedictis subjicimus, ac subjecta fore, et esse volumus, et declaramus: ac propterea fraternitati tuae, de cujus fide, prudentia, integritate, et religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per easdem praesentes committimus, et mandamus, ut monasteria hujusmodi sub tuis cura, et jurisdictione juxta earumdem praesentium tenorem quamprimum suscipias. Mandantes in virtute sanctae obedientiae capitulo, et canonicis Windesimensibus, necnon priori praedictis, ne in iis, quae monasteriorum hujusmodi regimen, et gubernium tam spirituale, quam temporale quomodolibet respiciunt, ullatenus se ingerere audeant, vel praesumant.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Ac decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, tibique in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima augusti millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXII.

Dat. die 14. aug. 1792. Anno XVIII.

Confirmatio decreti clarae mem. Caroli III. regis Hispaniarum circa creationem parochiae in loco Balsaim nullius dioecesis s. Idelphunsi provinciae Toletanae, nec non parochi nominationem cum declaratione super erronea enunciativa, quae in literis fel. rec. Benedicti pp. XIII. erectionis abbatiae nullius dioecesis sancti Idelphunsi provinciae Toletanae irrepsit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Quoties a Nobis petitur, quod ad tollendas controversias inter ecclesiasticas praesertim personas scite dispositum est, animo Nos decet libenti concedere, ac petentium desideriis, dum maxime in sublimi regia dignitate sunt constituti, congruum suffragium impertiri.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod alias felicis recordationis Benedictus pp. XIII. praedecessor Noster ad preces clarae memoriae Philippi V., dum vixit, Hispaniarum regis catholici ecclesiam ab eo in loco sancti Idelphunsi Segobiensis dioecesis magnifice aedificatam in saecularem insignem collegiatam, ac parochialem erexit, ac in ea inter caetera, praevia loci sancti Idelphunsi praedicti, suique adnexi territorii a quavis jurisdictione, superioritate, et visitatione episcopi Segobiensis dismembratione, ac separatione, abbatiam saecularem instituit, ac abbati hujusmodi pro tempore existenti territorium sic a dioecesi Segobiensi separatum, ac dismembratum plenissime subjecit: voluitque praeterea, ut canonicus poenitentiarius collegiatae hujusmodi pro tempore existens curam animarum territorii hujusmodi privative gereret, prout in literis ab ipso Benedicto praedecessore anno septingentesimo vigesimo quarto incarnationis Dominicae tertio decimo kalendas januarii sub plumbo expeditis uberius dicitur contineri.

Memoratur error enunciativae irreptus in literis Benedictinis. §. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat in memoratis Benedictinis literis error enunciativae irrepserit, cum pro loco sancti Idelphunsi dictum fuerit in loco Balsaim, hinc ab anno usque millesimo septingentesimo octuagesimo primo canonico poenitentiario dictae collegiatae, et parochialis ecclesiae sanctissimae Trinitatis visum est nominationem cappellani ecclesiae loci de Balsaim veluti de suo vicario sibi spectare, e contra abbas sancti Idelphunsi cappellanum hujusmodi sibi obnoxium esse arbitrabatur, qua propter ad praecidendas lites, sustulendaque dubia, quae hisce desuper suscitari poterant, clarae memoriae Carolus III., dum vixit, Hispaniarum pariter rex catholicus, ac memorati Caroli regis exponentis parens statuit, ut cum primum cappellania de Balsaim vacasset, ab abbate tunc existente sancti Idelphunsi ecclesia loci praedicti in parochiam, seu vicariam perpetuam servatis servandis erigeretur, utque ab abbate sancti Idelphunsi pro tempore existenti servatis pariter servandis tres personae ad curam animarum idoneae sibi, suisque successoribus regibus catholicis pro tempore existentibus nominarentur, inter quas ab ipso, vel ab ipsis instituendus eligeretur.

Ratio concessionis. §. 4. Nuper cappellania hujusmodi vacavit, eaque propter erecta in parochiam ecclesia praedicta, factoque juxta formam Tridentini concilii concursu, memoratus Carolus rex catholicus inter tres ab abbate, ut praefertur, nominatos selegit dilectum filium Joannem Angelum Ortiz; quo tamen a memorato Carolo III. disposita firmius subsistant, et serventur exactius dictus Carolus rex catholicus Nobis humiliter supplicari fecit, ut non solum disposita hujusmodi confirmari, verum etiam errorem enunciativae praedictae declarare, ac emendare dignaremur.

Tenor concessionis. §. 5. Nos igitur ipsius Caroli votis quantum cum Domino possumus semper annuere volentes supplicationibus hujusmodi inclinati, omnia, quae a Carolo III. circa ecclesiae loci Balsaim praedictae erectionem in parochiam ac nominationem parochi fuerunt scite disposita, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, siqui in praemissis intervenerint, vel intervenisse dici, censeri, vel praetendi possent, supplemus, et sanamus. Praeterea, quod nisi per errorem in memoratis Benedictinis literis fuerit enunciatum, memoratam ecclesiam sanctissimae Trinitatis in collegiatam, ac parochialem, ut praefertur, erectam in loco Balsaim sitam existere, ideoque locum praefatum, suumque territorium nullius dioecesis de Balsaim provinciae Toletanae nuncupandum auctoritate, et tenore praedictis declaramus: utque deinceps, ac perpetuis futuris temporibus non obstante erronea enunciativa praefata, perinde ac si in eisdem literis dictum esset in loco sancti Idelphunsi existere memoratam ecclesiam collegiatam, parochialem, et abbatialem haberi, et censeri, nec non dictus

locus suum territorium, nullius dioecesis sancti Idelphunsi in posterum dici, nuncupari, et nominari debeat, auctoritate, et tenore praedictis statuimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes has praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus memoratis Benedictinis literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit collegiatae, et parochialis praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 28. aug. 1792. Anno XVIII.

CMXIII.

Ut fratres laici ordinis minorum s. Francisci ad novitiatum admitti non possint, nisi post triennium tertiarii fuerint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoties a Nobis petitur, quod ad retinendam inter christifideles, qui in religione Deo propius famulari susceperunt, regularem disciplinam, vel ubi collapsam in suum pristinum candorem restituendam opportunum, atque accomodatum dignoscitur, animo Nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii commissarius generalis, et definitorium fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum familiae Cismontonae, quod alias a capitulo generali fratrum dicti ordinis in conventu Aracoelitano almae Nostrae urbis anno millesimo sexagesimo decimo secundo convocato pro utraque familia Cismontana scilicet, et ultramontana fuit decretum, ut nullus tertiarius, vel conversus Nostrae religionis ad habitum clericorum, vel laicorum admittatur, quod sine dispensatione a ministris provincialibus observetur — quod quidem decretum licet postmodum insertum fuerit in statutis fratrum ejusdem ordinis reformatorum anni millesimi sexagesimi quadragesimi secundi in forma specifica, ut asseritur, a felicis recordationis Urbano pp. VIII. praedecessore Nostro confirmatis, tamen illud in alio capitulo generali anno millesimo sexagesimo quadragesimo quinto Toleti habito fuit moderatum, ac pro familia ultramontana sancitum – ut nullus donatus, seu tertiarius habitu religionis vestiatur, nisi explorata ejus honesta conversatione per septennium, et requisita facultate a reverendissimo generali, vel commissario generali – Immo temporis progressu factum est, ut inter fratres familiae, et ordinis praedictorum inducta sit consuetudo hic usque summa cum utilitate retenta, quia nullus inter laicos ejusdem familiae ultramontanae admittitur, quin prius per aliquod tempus superiorum arbitrio praefigendum illius vocatio in habitu tertiarii periclitetur.

Ratio concessionis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat etiam pro familia Cismontana non raro usuvenire compertum sit fratres laicos, qui saepe saepius pro temporalibus conventuum commodis, atque ad emendicanda

Digitized by Google

victualia cum saecularibus familiariter ubi tenentur, serius ocius a pristino religionis studio deficere, quod dedecori est ordini praedicto, memorati exponentes cum ex eo praesertim tantum malum proficisci arbitrentur, quod, cum in fratribus laicis ea de causa optima morum indoles, ac maxima pietas requiratur, unius dumtaxat anni periculum, seu novitiatus in tam cognitu difficili, insufficiens sit, hinc quo aliquod firmum, ac praesens remedium hisce incomodis adhibeatur; Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur pro paterna benevolentia, qua eumdem ordinem in Domino prosequimur, ea omnia, quae eidem ordini apud christifideles detrimentum inferre possunt, avertere cupientes, ipsosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut in posterum, ac perpetuis futuris temporibus nullus ad habitum, multo minus ad professionem fratrum laicorum ordinis, et familiae praedictorum admittatur, nisi prius atque ante novitiatum saltem per triennium in habitu tertiarii de sua honesta conversatione, summa pietate, ac optima morum indole per omnes regularis observantiae, mortificationum, primi novitiatus, aliorumque hujusmodi semitas specimen praebuerit, auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus, atque mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictorum capitulorum generalium, quatenus opus sit, aliisque ordinis, et familiae praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima octava augusti millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri, anno decimo octavo.

CMXIV.

Dat. die 28. aug. 1792. Anno XVIII.

Instantibus presbyteris secularibus missionariis domus sancti Petri a Cesarano Nolanae dioecesis eisdem communicantur privilegia, et gratiae spirituales congregationis Piorum Operariorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Pastoris aeterni, qui pro gregis salute in ara crucis immolari voluit, vices quamquam immeriti gerentes in terris pia christifidelium vota, divini cultus augmentum, ac ipsorum fidelium salutem concernentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus eosdem fideles ad pia opera, et devota exercenda indulgentiis, et peccatorum remissionibus invitamus, ut per operum hujusmodi exercitium ad aeternae beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii rector, et presbyteri saeculares missionarii in domo sancti Petri a Cesarano Nolanae dioecesis congregati exponi Nobis nuper fecerunt, licet

alias domus missionum, seu congregatio hujusmodi ab alumno congregationis presbyterorum saecularium Piorum Operariorum fuerit erecta, ac fundata, ut illius alumni tum in missiones, tum in excipiendas sacramentales fidelium confessiones, tum in alia pia opera hujusmodi se exercerent, ac nonnullis de causis domus hujusmodi eidem congregationi Piorum Operariorum fuerit nunquam unita, tamen ipsi exponentes privilegia, gratias spirituales, et indulgentias, quibus praefata congregatio Piorum Operariorum utitur, potitur, et gaudet de praesenti suae congregationi praedictae a Nobis communicari summopere desiderant.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, enarratam communicationem privilegiorum, gratiarum spiritualium, et indulgentiarum quibus praefata congregatio Piorum Operariorum de praesenti potitur, et gaudet, eidem congregationi domus sancti Petri a Cesarano Nolanae dioecesis donec ea subsistat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes non intendimus primo dictam congregationem, illiusque institutum in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima octava augusti millesimo septingentesimo nonagesimo secundo pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXV.

Dat. die 6. sept. 1792. Anno XVIII.

Unio beneficii ecclesiastici parochiali ecclesiae de Torres Vedras Lisbonensis dioecesis.

Dilecto filio officiali venerabilis fratris patriarchae Lisbonensis.

Pius PP. VI.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Benedictus Josephus Vincentius Matthaeus Duran prior nuncupatus parochialis ecclesiae sancti Petri de Torres Vedras Lisbonensis dioecesis, quae (ut asseritur) de jure patronatus carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae existit, Nobis nuper exponi fecit, redditus dictae parochialis ecclesiae adeo sint exigui, ut ad decentem prioris pro tempore substentationem, suique muneris exercitium probe obeundum non sufficiant, quo autem huic incommodo facilius occurri possit, quoddam perpetuum ecclesiasticum beneficium aliquam personalem residentiam forsan requirens in praedicta ecclesia existens per obitum quondam Constantini Mendez de Gouvea Zagalo, qui illud dum viveret obtinebat, ad praesens vacans, deque simili jure patronatus, ut etiam asseritur, existens, cujus nominatio, dum illud pro tempore vacaret, ex regia donatione, ad priores dictae parochialis ecclesiae etiam pro tempore existentes spectabat, eidem parochiali ecclesiae per Nos uniri, et incorporari summopere cupiat, atque ad id ejusdem Mariae Franciscae reginae expressus accedat assensus. Nobis propterea humiliter supplicari

Digitized by Google

fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per praesentes committimus, et mandamus, quatenus constito tibi de narratis, ecclesiasticum beneficium praedictum, cujus valorem praesentibus haberi volumus pro expresso dictae parochiali ecclesiae sancti Petri de Torres Vedras, suppresso illius titulo collativo, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo unias, et incorpores; dictoque exponenti, ut ipse ejusdem beneficii, illiusque bonorum, et fructuum veram, realem, et actualem possessionem per se, vel alium, seu alios suo, dictaeque parochialis ecclesiae nomine libere apprehendere, et apprehensam retinere, illiusque fructus, redditus, et proventus percipere, exigere, et levare, ac in suos, dictaeque parochialis ecclesiae usus, et utilitatem convertere libere, et licite possit, ac valeat, auctoritate, et tenore praedictis concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula, de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, deque exprimendo vero annuo valore beneficiorum, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac quatenus opus sit felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non parochialis ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXVI.

Dat. die 7. sept. 1792. Anno XVIII.

Instante parocho et clero parochialis ecclesiae sanctae Columbae ad Farnes Gerundensis dioecesis, confirmatur decretum congregationis Rituum super facultate celebrandi quotannis unum novendiale cum missa cantata in suffragium defunctorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii parochus, ut clerus ecclesiae parochialis sanctae Columbae ad Farnes nuncupat. Gerundensis dioecesis, quod ipsi quo melius animabus christifidelium defunctorum suffragia praestare valeant, unum novendiale quolibet anno ad earum levamen in dicta parochiali ecclesia celebrari posse summopere cupiunt. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta relatione dilecti filii magistri Caroli Erskine fidei promotoris: ut imposterum in dicta parochiali ecclesia sanctae Columbae singulis annis novendiale in suffragium fidelium defun-

ctorum cum unica missa cantata de requiem celebrari possit, exceptis diebus, in quibus occurrat festum duplex primae, et secundae classis, et festivis de praecepto ecclesiae, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictae parochialis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo ròbore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die septima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 27. sept. 1792. Anno XVIII.

CMXVII.

Erectio octo canonicatuum, et quatuor residentialium beneficiorum in insigni collegiata ecclesia sancti Andreae apostoli Sublaci, nec non institutio decem subsidiorum dotalium, quae anno quolibet Sublacensibus puellis concedentur.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Decorem domus Dei amplificare summopere solliciti quemadmodum Nos in abbatia Sublacensi, cujus regimen jam pridem susceptum adhuc retinemus ad fidelium religionem, ac pietatem magis confovendam praecipuum templum omnipotenti Deo, adscitis etiam aliquot in animarum curam sacrorum ministris, magnificentur extrui curavimus. Ita nunc alios ad divini cultus celebritatem, et sacrae psalmodiae frequentiorem recitationem oblata Nobis occasione instituere exoptamus. Ea siquidem est hostiae laudis, et fructus labiorum confidentium nomini Domini praestantia, et virtus, ut perenni illi coelestium spirituum collaudationi fore aequiparentur.

Status haereditatis Cajetani Caroni exponitur.

§. 2. Id sane animo Nostro reputantes novas dilecti filii Petri Caroni presbyteri Sublacensis rei familiaris Nostrae subcuratoris Nobis humiliter oblatas preces rite excipere, et expendere non abnuimus, alias quippe ipse Nobis exposuerat in testamentariis postremis tabulis quondam Cajetani etiam Caroni ejus germani fratris die XXII. decembris MDCCLXXV. Bononiae defuncti illum demandasse, ut ab ejus haereditate summa quingentorum scutorum monetae Romanae educeretur, eaque traderetur vel confraternitati sanctissimi Sacramenti, vel alteri Suffragii Sublaci, aut ab ipsius commissariis retineretur ad effectum illa investiendi, ac redditus erogandi in celebratione unius anniversarii ex tot missarum de hebdomada in hebdomadam pro suae, aliorumque inibi designatorum animarum expiatione. Quo vero ad omnigenam ejus haereditatem illius tunc uxore, et altero fratre Josepho pariter Caroni viventibus diversam habuisse rationem, quia nimirum a paternis bonis alia secrevit, quae ex industria ipsemet acquisiverat, atque primorum fratribus, aliorum vero uxori reliquisse usumfructum; ita tamen quod uxoris obitu sequuto, integer ususfructus in Josephum, et Petrum fratres, et demum in quem ex ipsis superstes foret, coalesceret; cunctis vero usufructuariis deficientibus praecepisse, ut ex utraque bonorum specie opus Sublaci pium institueretur favore puellarum, et viduarum quas universales scripsit haeredes demandato confalonerio, et prioribus communitatis pro tempore existentibus fòrma bonorum fructus illis distribuendi. Verum quia sicut ipse Petrus subjungebat, paternorum, et haereditariorum bonorum usufructus tantum eis obventurus juri minime consonum fratres ipsi censebant, quoniam cum bona illa tam paterna, quam ab haereditate quondam Angeli Antonii Vetromili procedentia nimis ab auctoribus aere alieno gravata ab Josepho, et Petro dimissis absque Cajetani dispendio creditoribus penitus evicta fuerint, ideo illorum proprietatem ipsos acquisivisse non dubitabant.

Judicium de juribus haereditariis latum ab r. p. d. Pelagallo judice commissario.

§. 3. Ad Nos propterea habito recursu dilectum pariter filium magistrum Carolum Andream Pelagallo in utraque signatura Nostra referendarium judicem, ut hac de re cognosceret, et quavis appellatione remota, sententiam ferret auctoritate Nostra deputavimus. Cumque ipse vocatis communitate Sublacensi, et speciali pro puellis, et viduis constituto procuratore post diuturnum et maturum examen tandem die xvi. maji MDCCLXXXI. sententiam protulerit, ex qua de credito dictorum Petri, et Josephi adeo constare decisum fuit, ut ex redditibus illorum bonorum dispositio a Cajetano ordinata minime subsistere queat. Ac propterea universa illius haereditas ex uno a marchione Sigismundo Gavasini Ferrariensi in summa scutorum quinque millium quingentorum, et trigintaquinque die xix. junii MDCCLXXX. ad scutorum quinque per Dominici Antonii Schiappi Bononiensis; et altero a communitate, et hominibus oppidi de Lugo scutorum bismille sexcentum et sexaginta octo die x. martii MDCCLXX. et scutorum quatuor per Philippi Guarmani etiam Bononiae, ac reliquo perpetuis censibus a Gaspare Reali scutorum bismille die xix. sept. MDCCLXXXVII. ad scutorum quinque pro quolibet centenario et anno respective rationes per acta Salvati Tibure notariorum stipulata instrumenta publica impositis, nec non locis quatuor, et centesimis sexaginta quatuor locorum montium non vacabilium diversarum specierum acquisitis titulo operis pii Caroni cum reservatione fructuum eidem Petro ejus vita naturali durante. Qui, et quae insimul annui sunt redditus scutorum quadringentorum, et nonaginta septem cum obulis quatuordecim monetae Romanae nonnullis vitalitiis legatis in annua summa scutorum centum, et viginti ejusdem monetae adhuc obnoxia constituatur.

Providentiae excogitatae ne Cajetani dispositio inanis prorsus foret post latum judicium quod eam summopere imminuit.

§. 4. Post haec defuncto Josepho, ne Cajetani dispositio inanis prorsus foret, ipsi Petro congruum magis visum fuit, ut ex iis censibus, et locis montium conservatorium pro puellis illic erigeretur, atque ad hunc effectum illum ad alios proprios, sibique acquisitos annuos census in augmentum reddituum assignandos paratum esse asserebatur; ejus propterea nomine Nobis pariter supplicatum fuit ad propositum conservatorium Cajetani dispositionem accomodaremus. Nos autem dum in urbe Nostra ad puellarum pudicitiam, et honestatem servandam aucto confugiorum numero opem illis et suppetias assidue praebemus, illiusque jamdiu extentis ampliationi ingenti sumptu operam praestam curamus, aequiori sane animo preces hasce excepimus, et auditis magistratu, et confraternitate sanctissimi Sacramenti per chirographum sub die III. julii MDCCLXXXVIII. a Nobis signatum dispositionem Cajetani ad effectum praemissum, comprehensa etiam summa praefatae confraternitati assignata, commutare non dubitavimus. Abinde vero citra idem Petrus, defuncto Josepho, unicus de familia Caroni superstes, qui actum aliquem legalem circa propriorum bonorum dispositionem minime elicuerat per triennium, et ultra perpendens nimis arduum fore, et immodico dispendio obnoxium opus praeconceptum conservatorium ex integro instruendi. Quodque si census sive fratris, sive proprii ad priorum sumptuum necessitati occurrendum alienarentur, redditus tunc minores essent, et insufficientes tutis, itaque mente volutans illius chirographi executioni operam praebendi detractavit.

§. 5. Sed quia objectum dudum sibi propositum, et constanter servatum eo spectabat, ut voti sui erga patriam non exiguum aliquod extaret monumentum, ideo illud ad divini cultus augmentum convertit, novam propterea apud Nos instauravit supplicationem, ut nimirum in peramplo templo alii sacrorum ministri addicerentur. Et ne de expressae voluntatis suae sententia dubium aliquod oriretur per publicum instrumentum in actis dilecti quoque filii Anselmi Sagliani camerae Nostrae secretarii irrevocabilem sponte donationem, quae dicitur fieri inter vivos; effectum tamen post sui obitum habituram emisit, cujus vigore praeservata unice approbatione, et acceptatione Nostra, infrascriptos decem annuos census ab ipso acquisitos, unum nimirum a Crispino Tummolini scutorum sexcentum die XI. octobris MDCCLXXVII. ad rationem scutorum quinque per Consalvi Sublaci; et alium ab eodem Crispini scutorum quingentorum die IX. decembris MDCCXC. ad rationem scutorum sex per Stelrih Romae, ac alium a Carmelo Merosi in summa scutorum nongentorum die XXV. januarii MDCCXC. ad rationem scutorum quinque per dicti Stelrih; et alium ab ipso Jacobo Contestabile in summa scutorum sexcentum die XXIX. maji MDCCLXXXVIII.

Bona haereditaria conceduntur pro nova erectione canonicatuum.

ad rationem scutorum quinque per Velli Sublaci, ac alium ab ipso Jacobo in summa scutorum quatuorcentum die xxx. octobris MDCCLXXXIX. ad rationem scutorum quinque per ejusdem Velli, ac alium ab eodem Jacobo scutorum biscentum, et quinquaginta die v. februarii MDCCXCI. ad rationem scutorum quinque per dicti Consalvi; et alium ab Angelo Antonio Appodia scutorum centum die II. novembris MDCCXC. ad rationem scutorum sex per ejusdem Consalvi, ac alium a Francisco Luciani scutorum centum die xxv. octobris MDCCXC. ad rationem scutorum quinque per dicti Velli, et alium a Josepho Catani scutorum quatuorcentum die xxi. octobris MDCCXCI. ad rationem scutorum quinque per Consalvi praefati, ac reliquum perpetuos census a Clemente Gizzi dilectis pariter filiis in summa scutorum centum monetae Romanae die XIII. novembris MDCCXCI, per dicti Velli notariorum publicorum respective acta ad rationem scutorum sex ejusdem monetae pro quolibet centenario, et anno respective rationes stipulata publica instrumenta impositos, ac insuper unum investimentum scutorum mille, et octingentorum a Vincentio, aliisque fratribus Lucidi die IX. novemb. MDCCLXXXIX. ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario et anno ex instrumento per acta saepedicti Velli factum. Et demum summam scutorum nongentorum similis monetae Romanae quam Petrus se paratum habere asseruit ad effectum illam integre, seu pluribus in ratis investiendi cum annuo redditu scutorum saltem quinque pro quolibet pariter centenario, et anno. Ita quod census, et investimenta hujusmodi insimul annui sint, et futuri sint redditus scutorum tercentum et triginta novem, et obulorum quinquaginta monetae Romanae coram testibus, et omni meliori modo solemniter cessit, transtulit, et donavit, quatenus Nos commutari denuo ipsius Cajetani dispositionem, census, et loca montium ab illo relicta una cum his a Petro donatis uniremur ad effectum fundationis octo canonicatuum, totidemque praebendarum, nec non quatuor beneficiorum, seu mansionariarum, pariterque institutionis decem subsidiorum dotalium quotannis puellis Sublacensibus adstribui debeant, certis praescriptis oneribus, et obligationibus. Et pro praemissorum executione in sui commissarium elegit venerabilem fratrem Nostrum Gregorium Bandi archiepiscopum Edissenum, in cujus auxilium dilectum pariter filium Josephum Bagnani Sublacensem adjecit.

§. 6. Insuper cum in donatione hujusmodi ipsius Petri alia quaecumque bona praeter enunciatos census minime comprehensa fuerint, sed tam illorum portio, quae ut praefertur, evicta fuit, quam alia bona etiam stabilia, atque mobilia cujuscumque generis, et speciei in illius plena, liberaque potestate, et dominio remaneant, non ideo de illis nulla est habenda ratio, quia ipse in eodem instrumento declaravit, et expresse voluit quod si ab eo de illis omnibus vel in parte minime disponi contigerit, vel omnia, vel pars superstes suae haereditatis sub eadem donatione comprehendantur, tribuitque illius executoribus diligenti praemisso inventario facultatem augmentum fructuum horum bonorum vel integre, vel in parte canonicatibus et praebendis actu erectis vel addendi alios, aut erogandi fructus hujusmodi prout ipsis magis placuerit, quoniam id in omnibus, et per omnia prudenti eorum arbitrio detulit. Nonnulla demum a futuris canonicis, et beneficiatis, seu mansionariis adimplenda, et a Nobis praescribenda proposuit, quae in eodem instrumento late sunt expressa.

Aliae concessiones ad eumdem effectum factae a Petro Caroni.

§. 7. Quibus omnibus ad Nos delatis non ita pridem novis hisce ipsius Petri precibus proclives esse duximus, nisi prius rem totam ex integro perpenderemus, sed cum quilibet desit actus cujus vi ad primaevum sensum ille adigi queat, et causae ejus variationis gratia expositae plane suadeant, nimis difficile futurum opus conservatorium undique instructum stabile reddere; econverso vero cum ipse modo animum suum ita aperuerit, ut ab elicito actu resilire nequeat; compertumque etiam sit et manifestum in illo peramplo templo quamvis sacrorum ministris a Nobis aucto ad divini cultus dignitatem, et augmentum alios quoque referendi opportunum. Ideo praemissis prout infra obsecundandum in Domino arbitramur.

Erectioni pontifex annuit.

§. 8. Nos igitur motu Nostro proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine in primis chirographum praemissum, cujus integrum tenorem praesentibus pro expresso habemus, omniaque, et singula in eo contenta, et expressa, quae effo-

Revocat praecedentes literas datas pro erectione conservatorii puellarum, et testamentariam Cajetani dispositionem commutat.

ctum suum minime sortita sunt, per praesentes Nostras literas revocamus, cassamus, abrogamus, et annullamus, viribusque, et effectu penitus evacuamus perinde ac si a Nobis minime fuisset signatum, et nunquam emanasset, nec quemquam illo se juvare posse decernimus, et mandamus. Ac insuper quamcumque communitatis, et magistratus, nec non dictarum confraternitatum interpellationem forte faciendam, multoque magis eorum consensum etiam per praesentes supplemus. Porro ipsius Cajetani testamentariam dispositionem illius bonorum, quae ad tres enunciatos census, dictaque loca montium, ut praefertur, sunt redacta motu Nostro simili auctoritatis Nostrae vi iterum commutantes, et variantes illum ad effectum infrascriptum, et non alias exequi volumus, praecipimus, et mandamus ad ea modo, quae donatio haec praesefert animum Nostrum convertentes; donationem eamdem citra expectationem Nostram, et ultro emissam recipimus, ratamque, et gratam habentes acceptamus, et probamus, omnesque, et singulos juris et facti defectus siquos forte in illius instrumenti stipulatione occurrisse compertum foret authoritate Nostra supplemus. Et ad consulendum pariter aliorum ipsius Petri bonorum quorumcumque indemnitati, si ipse absque nova illorum dispositione decederet, ita ut illa in pe... ractae donationis causam essent cessura, sententiam propterea a magistro Carolo Andrea praefato latam, et pronunciatam, hanc etiam per praesentes confirmamus, et approbamus, ita, ut adversus illam quodcumque appellationis beneficium nequeat impertiri.

Erectio praebendarum canonicalium.

§. 9. Jamvero in eodem templo in honorem sancti Andreae Apostoli dicato quod noviter constructum pervetustam servat ipsius collegiatae ecclesiae dignitatem divini cultus augmento, et ampliori sacrae psalmodiae recitationi consulere exoptantes, alios octo canonicatus, et praebendas, nec non quatuor beneficia, seu mansionarias pro totidem presbyteris, seu clericis ut infra qualificatis, et infrascriptis etiam obligationibus, et oneribus obnoxiis, qui una cum archidiacono principali, aliisque duabus dignitatibus, caeterisque canonicis capitulum dictae collegiatae constituant, eidemque personaliter inserviant, debitisque temporibus una cum aliis horas canonicas, nec non conventualem missam, et alia divina officia collegialiter cum aliis, servataque ecclesiastica disciplina celebrare, et canendo psallere, ac respective recitare, ac alias eidem collegiatae ecclesiae praeter onera specialia eis, ut infra, praescribenda deservire debeant, et teneantur ex nunc prout ex tunc, et cum primum per decessum dicti Petri ususfructus bonorum dicti Cajetani cessaverit, et donatio ab eodem Petro emissa suum sortita fuerit effectum apostolica auctoritate Nostra etiam praesentium vigore perpetuo erigimus, et instituimus.

Novis canonicis insignia habitus, et alia privilegia conceduntur.

§. 10. Eisdemque futuris, et pro tempore existentibus canonicis, et beneficiatis seu mansionariis similia habitus insignia, ac omnia, et singula tam spiritualia quam temporalia privilegia, immunitates, et exemptiones, praeeminentias quoque et praerogativas, indulta, favores, et gratias, quibus capitulum, et canonici illius ecclesiae de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias, non tamen titulo oneroso utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possent quomodolibet in futurum similiter, ac pariformiter, et aeque principaliter, et absque ulla prorsus differentia proinde ac si canonicatibus, et beneficiis, seu mansionariis per praesentes erectis, illorumque possessoribus specialiter et expresse concessa fuissent eadem auctoritate pariter perpetuo concedimus, et indulgemus.

Jus conferendi canonicatus abbati pro tempore conceditur.

§. 11. Illisque sic erectis, et institutis eorum collationem, provisionem, et omnimodam dispositionem Nobis quousque Sublacensem abbatiam retinebimus, reservamus; deinde vero ad abbatem pro tempore existentem commendatarium ordinario, plenoque jure spectare, et pertinere declaramus, et quatenus opus esset illi perpetuis futuris temporibus tribuimus, et impertimur.

Jus patronatus clericis de familia Caroni conceditur.

§. 12. Cum hoc tamen quod ad canonicatus, et beneficia hujusmodi presbyteri, seu clerici e familiis Caroni de Civitella, et Vetromli de Rojate praeferri debeant, et in illorum defectum Sublacenses, vel si Sublacenses deessent alii presbyteri seu clerici e locis, quae abbatiae jurisdictioni subsunt.

Constitutio mensae capitularis.

§. 13. Ad eorum autem particularem mensam efficiendam, et in illius dotem census, et loca montium ex haereditate Cajetani provenientia, illorumque fructus qui minime detracto onere vigentium adhuc legatorum ad vitam relictorum ad annua scuta quatuorcentum

nonaginta septem, et obulos quatuordecim, ut accepimus, ascendunt. Pariterque alios census, et investimenta ab ipso Petro donata, illorumque fructus ad tercentum, et triginta novem scuta, et obulos quinquaginta monetae Romanae etiam, ut accepimus ascendentes. Et quatenus ab ipso aliter dispositum non foret, alia quoque bona omnia immobilia, et mobilia ubique existentia, quae donatio ipsa illius instrumento complectitur octo canonicatibus, et praebendis, ac quatuor beneficiis, seu mansionariis a Nobis, ut praefertur, erectis ex nunc prout ex tunc, et in eventum praemissum, ita quod sequuto dicti Petri decessu, liceat executoribus ab eo, ut praefertur, designatis eorumdem censuum, et locorum montium, atque investimentorum, et in effectum praemissum etiam dictorum bonorum veram, realem, et actualem possessionem nomine tamen mensae futuri coetus octo canonicorum, et quatuor beneficiatorum, seu mansionariorum propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam praemisso legali inventario futuris octo canonicis formaliter tradere, et in eos transferre Nostra apostolica auctoritate etiam perpetuo ipsarum vigore praesentium applicamus et appropriamus.

Mensae secundae erectionis nuncupandae administratio ipsis novis octo canonicis conceditur.

§. 14. Cum autem ex hisce particularis mensae secundae erectionis denominanda sit constituenda, illius administratio futuris octo canonicis erit committenda, sed executores ipsi ante expletum eorum munus una cum dilecto filio vicario Nostro in spiritualibus generali opportunas statuant ordinationes pro illius fideli administratione, et ex illis annis singulis unus eligatur camerarius, qui anno quolibet rationem dati, et accepti caeteris canonicis reddere teneatur. Quo vero ad fructuum assignationes in primis quatuor futuris beneficiatis, seu mansionariis scuta triginta sex ejusdem monetae unica, seu pluribus in ratis illorum singulis anno quolibet solvenda erunt, quae quidem summa sicuti ex eventu praemisso non erit augenda, ita nulli imminutioni subjecta censeatur. Praeterea postquam cessantibus enunciatis vitalitiis legatis distributioni subsidiorum dotalium locus factus fuerit, his adimpletis, omnes fructus, redditus, et proventus, aequaliter inter ipsos futuros, et pro tempore existentes canonicos dividantur, et ad eos spectent, et pertineant, sed inter ordinationes demandatas ipsi vicario Nostro integrum erit praescribere an juxta laudabilem illius collegiatae ecclesiae consuetudinem aliqua, et quae fructuum pars ut canonici divini satagant servitii, et ad illud promptiores sint in quotidianas distributiones sit convertenda.

Onera implenda a canonicis.

§. 15. Posteaquam futurorum canonicorum, et beneficiatorum, seu mansionariorum substentationi satis consultum fuit, modo superest, ut quaedam particularia onera in donationis instrumento enumerata ipsius Petri voluntati Nos obsecundantes apprime servanda, et adimplenda mandemus. Ipsi etenim canonici, et beneficiati, seu mansionarii ad chorum, ut praefertur in functionibus omnibus, quae ab aliis canonicis adimplentur fideliter accedere debeant. Item easdem servabunt constitutiones, quae integro capitulo, et canonicis jam sunt praescriptae. Particularia deinde canonicorum, et beneficiatorum, seu mansionariorum onera erunt quoad canonicos videlicet in perpetuum celebrandi, seu celebrari faciendi quolibet mense missas quatuor lectas, easque applicandi pro defunctis omnibus utriusque familiae Caroni, et Vetromili, atque una cum beneficiatis solemne anniversarium in die, quo ipse Petrus viam universae carnis ingredietur. Insuper in futuros canonicos tantum translatum sit, iisque in posterum onus adimplendi illi obligationi, cui ab ordinata erectione operis pii Caroni juxta Cajetani dispositionem testamentariam confraternitas sanctissimi Sacramenti teneretur, celebrandi nimirum unum anniversarium, et alias missas lectas, a cujus anniversarii assistentia beneficiati, seu mansionarii non erunt exempti. Caeterum ipsi singuli praeter commune ecclesiae servitium perpetuis futuris temporibus ad celebrationem duarum missarum lectarum quolibet mense tantum teneantur. Praescriptis hujusce non exigui numeri sacrorum ministrorum, qui in divinis famulaturi erunt muneribus, paris curae est dotalium subsidiorum assignatio. Cessantibus itaque vitalitiis adhuc vigentibus legatis, ac Cajetano relictis, qui ut praefertur, summam centum, et viginti scutorum constituunt, tunc juxta ratam illorum cessationis tot usque ad numerum decem subsidia dotalia Sublacensibus puellis honestis, et pauperibus ad rationem scutorum decem pro quolibet subsidio annis singulis juxta methodum in

donationis instrumento praescriptam impertiri debebunt, reliquis scutis viginti in mensae hujus novae erectionis utilitatem cessuris.

Jus nominandi primos canonicos ipsi Petro Caroni conceditur.

§. 16. Denique ipsi Petro aliquam animi Nostri significationem ostendere volentes, eidem concedimus, et indulgemus, ut ipse per schedulam ab eo subscriptam, et obsignatam dicto Gregorio archiepiscopo tradendam personas nominare valeat, quae primum post sui decessum canonicatus, ac beneficia hujusmodi sint assecuturae, et quatenus illam minime expleret, vel aliquis nominatus assecutionis tempore defunctus esset, eo casu idem Gregorius archiepiscopus alium nominare valeat, illisque in prima hac erectione sic nominatis a Nostra abbatiali curia institutio, et possessio tradi debeat.

Omne remedium juris submovetur quod retardare posset executionem praesentium literarum apostolicarum.

§. 17. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quicumque in praemissis quomodolibet interesse habentes, vel habere praetendentes, ac magistratus Sublacensis, et confraternitas praedicta ad id vocati, et denuo auditi non fuerint, nec causae propter quas eaedem praesentes emanarint satis adductae, et verificatae non fuerint, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, vel quomodolibet retractari, suspendi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus posse, neque licere, ipsasque omnino sub quibusvis contrariis dispositionibus, et derogationibus, vel declarationibus etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus quibusvis ex causis concessis, et impertitis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, et perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, ac omnibus ad quos spectat, et spectabit in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, ac futuris pro tempore existentibus octo canonicis et quatuor beneficiatis, seu mansionariis, nec non puellis, ut praefertur, eligendis perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eosdemque, et illas super praemissis omnibus, et singulis a quolibet etiam specialiter forte exprimendo quavis auctoritate quomodolibet molestari, vel impediri, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem praesentibus literis narratorum nullatenus teneri, nec ad id in judicio vel extra illud, vel compelli posse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 18. Sicque in praemissis omnibus, et singulis a quibuscumque judicibus ordinariis, vel delegatis etiam causarum palatii apostolici auditoribus, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari harum pariter vigore decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, et quibusvis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutionibus, et ordinationibus, nec non capituli, et canonicorum dictae collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus expressa, specifica, et individua mentio habenda foret praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et executionem praemissorum omnium, et singulorum hac vice dumtaxat harum serie specialiter, et expresse praesentium literarum etiam vigore derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae revocationis, praecepti, mandati, confirmationis, approbationis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, concessionis, indulti, et decreti infringere; vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, tertio nonas septembris, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXVIII.

Dat. die 22. nov. 1792. Anno XVIII.

Publicatio providentiarum susceptarum in subsidium exulum regni Galliarum.

Venerabilibus fratribus, archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis, abbatibus, abbatissis, capitulis, et clero tam saeculari, quam regulari Germaniae.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres, ac dilecti filii Salutem, et apostolicam benedictionem.

Laudatur charitas eorum qui jam receperant exules fidei confessores.

§. 1. Ignotae nemini sunt, nec sine lacrymis commemorari causae possunt, propter quas archiepiscopi, episcopi, parochi, sacerdotes, clerici, sacrae virgines, et plurimi ex regularibus regni Galliarum, illustrioribus editis suae religionis argumentis, coacti sunt suas derelinquere sedes, domicilia, ac bona, diversasque petere cum catholicas, tum acatholicas regiones, in quas facilius potuerunt confugere, ea apud exteros subsidia postulantes, quae a suis obtinere nequirent. Haec inclyti cleri in varias partes dispersio non potuit sane animos omnes non commovere: Nosque certe maxima laude cumulare debemus non solum principes, pastores, et populos catholicos, qui per evangelium edocti, et verae charitatis spiritu inflammati hos benigne exceperunt fidei confessores, eosque impensa sua alendos sumpserunt; sed principes etiam, et populos acatholicos, et in his praesertim magnae Britanniae regem illustrem, et inclytam illius regni nationem, qui omnes erga sui similes, ducti quodam spiritu humanitatis, ut ait sanctus Ambrosius (1), iisdem subsidia suppeditarunt, aemulantes gloriam antiquorum Romanorum, apud quos videbatur » valde decorum, patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus; idque etiam » reipublicae esse ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere » (2).

Sese opem ferendi exulibus promptum exhibet pontifex.

§. 2. Ad Nos quod pertinet, qui licet immerito pastoris universalis, et patris omnium fidelium munus gerimus, majori, quam caeteros, onere obstrictos esse putavimus, promptam ferendi opem exulibus hisce infelicibus, qui in Nostrum sinum se conjecerunt. Persuasum enim Nobis satis superque est, nusquam justius, nunquam posse liberalius erogari subsidia, quam in eos, qui propter causam Christi rerum suarum dispendia pertulerunt, quique de sedibus suis contumeliose, et violenter ejecti peragrant regiones, atque inter ignotos vitam quasi solitariam degere compelluntur. Hinc a primo tam dirae hujusce insectationis initio patefecimus Gallis, sive ecclesiasticis, sive laicis, viscera pietatis, ipsosque, cum omni beneficentia, et gratia complexi sumus.

Idem factum est ab episcopis ditionis pontificiae.

§. 3. Sperabant profecto hi exules aerumnosi, se vitam ducturos, si minus commodam, at curis plane vacuam, atque tranquillam in iis, ad quae appulerant, locis: sed inopinati Gallicarum copiarum progressus in Sabaudiam praesertim, et in civitatem, comitatumque Niciensem, eosdem ad novam, magisque lamentabilem fugam capessendam compulerunt. Nos equidem in iisdem charitatis sensibus, et in eadem voluntate defixi, inter ipsas rerum angustias, in quibus versamur, mandavimus, atque praecipimus, ut novi hujusmodi exules exciperentur, atque alerentur non in Nostra hac urbe dumtaxat, sed in provinciis etiam Nostrae ditionis: et hanc ipsam ob causam encyclicis literis die 10. mensis octobris proxime elapsi excitandos curavimus venerabiles fratres archiepiscopos, et episcopos ditionis Pontificiae, ut eorum singuli una cum suo clero, et cum locis piis suae dioecesis participes essent operum misericordiae, Nostrisque paternis curis obsecundarent. Ex quo factum est, ut non modo memoratis venerabilibus fratribus, et utroque clero saeculari, ac regulari, sed multis etiam cujusvis generis laicis certatim, et summa cum laude Nostrum exemplum imitantibus, adeo sit auctus novorum hospitum numerus, qui post Sabaudiam, et Niciam occupatam excepti a Nobis sunt, ut ad bismille hactenus excreverint.

Postulatur pro eis auxilium etiam praesulum Germanicorum.

§. 4. Scimus, complures alios ecclesiasticos viros regni Galliarum, favente carissimo in Christo filio Nostro Francisco in Romanorum imperatorum electo, in Germaniam perrexisse, ubi minime necessariae essent hortationes Nostrae ad auxilium, et opem erga hos exules comparandam. Haud enim Nos latet, venerabiles fratres, ac dilecti filii, vos pietate et charitate longe antecellere vetustissimam majorum vestrorum gloriam, quos memoriae proditum est » erga hospites mites, et huma-

(1) De offic. l. 21.

(2) Cicer. de offic. II.

» nos fuisse: peregrinis enim omnibus hospitium ultro offerebant, hospitalitatisque inter se officiis certabant » (1).

Idem ut supra. §. 5. Verum sicuti quidam spectabiles Nostri confratres, scilicet archiepiscopus Parisiensis, et episcopi Convenarum, Nemausensis, Macloviensis, Trecensis, et Lingonensis, literis ad Nos datis die 1. hujus mensis, debita laude prosequentes cum charitatis ardorem, quo tam ipsi in civitate Constantiae, quam alii Gallii ecclesiastici viri in duabus abbatiis eidem civitati proximis, Petershausensi, et Creutzlingensi fuerunt excepti, petierunt a Nobis, ut Nostra adhiberemus officia apud ecclesiae Germanicae praesules, pontifices, abbates, et capitula, ipsisque extorres Gallicanos sacerdotes, pro apostolica fide, et pro catholica unitate tanta perpessos, commendaremus; ita Nos justas ipsorum preces suscipere volentes, libenti animo Nostras hasce literas ad vos mittimus, magis ut ea laudibus prosequamur, quae per vos ipsos agi coepta sunt, quam ut vobis etiam atque etiam commendemus hos dignos Christi athletas; quos et causa, quam strenue defenderunt, et eorum praeclara merita satis superque per se ipsa commendant.

Idem ut supra. §. 6. Hae itaque Nostrae literae testatum vobis facient, quanta consolatione leniamur inter graviores ipsas angustias, quibus undique premimur, propter indubiam spem, quam intimo fovemus animo, fore, ut vobis, venerabiles fratres, archiepiscopi, et episcopi, vestris semper obversetur oculis aurea illa sententia sancti Pauli » Oportet episcopum esse hospitalem » (2); quam quidem sententiam tum sancti patres, tum concilia ipsa collaudant. » Episcopi namque domus, ut beatus » Hieronymus scribit, omnium commune debet esse hospitium; et laicus si unum, aut » duos, aut paucos recipiat, implet hospitalitatis officium: episcopus, nisi omnes receperit, inhumanus ab eo scribitur » verba sunt concilii Parisiensis VI. (3). Nec minus indubia spe ducimur, fore, ut vos quoque, dilecti filii, abbates, et abbatissae, ea semper animo repetatis, et opere praestetis, quae monachos docuit sanctus Benedictus, ut scilicet abbas quotidiè habeat hospites in sua mensa, abbatissae autem, juxta synodum Aquisgranensem (4), prope portam monasterii: Vos denique, capitula, et cujusvis generis ecclesiastici viri inclytae ecclesiae Germanicae, certo confidimus, fore, ut gloriae vestrae esse arbitremini, si datum vobis erit ea hortamenta adimplere, quibus sacrosancta Tridentina synodus » admonet quoscumque » ecclesiastica beneficia saecularia, seu re» gularia obtinentes, ut hospitalitatis offi» cium, a sanctis patribus frequenter com» mendatum, quantum per eorum proventus » licebit, prompte benigneque exercere as» suescant; memores eos, qui hospitalita» tem amant, Christum in hospitibus recipe» re » (5). Quemadmodum vero eadem Tridentina synodus episcopis committendum curavit onus charitatis hujusmodi (6), ita minime dubitamus, quin vos, venerabiles fratres, non exemplis modo, sed verbis etiam, et hortationibus vestris comparanda curetis infelicibus hisce Gallis presbyteris, quae comparari per vos poterunt, majora subsidia, donec adspiraverit dies consolationis, et tempus pacis ad Nos descenderit; veluti dixit Alexander III. praedecessor Noster, dum ecclesiasticos quosdam viros commendabat, quos fidei osores crudeliter insectabantur (7).

§. 7. Plurima quidem sunt emolumenta, quae Deus optimus maximus pollicitus est, quaeque semper contulit iis, qui hospitalitatis laude floruerunt: Nosque certe futurum confidimus, ut hoc pietatis opus, cum publicis precibus simul conjunctum, debeat maturius eam consolationem, et pacem Nobis afferre, quam tantopere exoptamus; dum interim vobis, venerabiles fratres, dilectique filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum die vigesima prima novemb. MDCCXCII. pontificatus Nostri anno decimo octavo. Conclusio.

(1) Diodor. lib. v., post Tacit. de morib. Germanor., et Mela lib. III.

(2) Epist. ad Titum cap. I. vers. 7. 8., et ad Rom. c. XII. v. 13.

(3) An. 829. lib. I. cap. 14. apud Labbeum collect. Concil. recentis. ed. A. Zattae t. XIV. col. 548.

(4) An. 816. lib. II. cap. 28. apud Labbeum cit. tom. XIV. col. 276.

(5) Sess. 25. de reform. cap. 8.

(6) Loc. cit., et sess. de ref. cap. 22.

(7) Baron. ad an. 1164. num. 34.

Digitized by Google

Dat. die 14. nov. 1792. Anno XVIII.

CMXIX.

Publicatio jubilaei in dioecesibus ditionis pontificiae.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, et vicariis capitularibus quinque provinciarum status Nostri ecclesiastici, et ducatuum Urbini, et Ferrariensis, nec non et legationis Bononiensis.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio cur jubilaeum publicatur.

§. 1. Quae causa Nos induxerat die 8. junii 1790., ut ad vos, venerabiles fratres, daremus literas, e quibus intelligeretis, post reseratos pro hac alma urbe Nostra a die pentecostes per totam ejus solemnitatis octavam Ecclesiae thesauros; aperiri eosdem etiam pro dioecesibus vestris, quae in pontificia ditione existunt; eam ipsam causam adhuc non solum permanere, sed graviorem in dies evadere, facile potestis ex ipsa ubique diffusa rerum fama cognoscere. Impii illi homines, de quorum licentia, furore, ac in sanctissimam religionem odio tunc agebamus, multo acriores nunc sumunt spiritus; in Ecclesiam, in apostolicam Sedem, ditionemque Nostram suae faces ferociae, et crudelitatis intentare dicuntur. Nos idcirco videntes, quibus minis subjiciamur, multo flagrantioribus apud Deum instare precibus decrevimus: » Respexit enim Deus in orationem humi» num, et non sprevit preces eorum (1): pe» tite, dixit, et accipietis, ut gaudium ve» strum sit plenum » (2). Primum igitur proxime elapso augusto mense publice fundendas in hac ipsa urbe obsecrationes indiximus, ut sanctissimae praesertim virginis Mariae Dei genitricis, ac beati Petri apostolorum principis interventu, divinam in Nos converteremus clementiam, quae inimicorum conatus omnes ab Ecclesia sua, fidelibusque populis prorsus averteret; cum recordaremur miserationum ejus, qui per Moysis orationem Israeli victoriam tribuit de Amelec, scidit etiam maria, ut praeeunti populo viam praeberent, per Judith Betuliam ab obsidione, per Esther populum Dei ab interitu liberavit. Sed ne tum quidem exauditi fuimus; instant enim hostiles minae, et majora quotidie discrimina. Non idcirco tamen despondendus animus, immo tanto magis orandum in humilitate, et cordis contritione, instar publicani, qui ne oculos quidem in coelum audebat attollere; urgendum, perseverandumque Nobis est in fletu, in suspiriis, in lacrymis, in poenitentia, pulsandaeque sine intermissione misericordiae fores, quo tandem Dei ira peccatis nostris concitata, convertantur ad commiserationem, ad pietatem, et consolationem nostram. Vellet enim Deus castigationes non inferre, cupit vim sibi fieri ab amicis, quaerit aliquem, a quo prohibeatur, cumque neminem invenit, dolore conficitur: » Quaesivi de eis virum, qui » interponeret sepem, et staret oppositus con» tra me pro terra, ne dissiparem eam, et » non inveni (3). Ac propterea quos videt nol» le proprio voto corrigi, adversitatum tangit » stimulis » (4). Itaque eo placandi Dei consilio pro sanctorum omnium solemnitate novas obsecrationes, supplicationesque, patefactis plurimis in urbe templis, fieri voluimus per integram octavam peragendas, ipsasque tribulationes ad malorum remedia adhibere, dicente regio propheta » Ad Dominum cum tri» bularer, clamavi, et exaudivit me (5); » atque ita per tribulationes maxime proficere, cum per eas divina Nos ad se evocet misericordia, cum illae virtutes alant, et roborent, incompositos affectus coerceant, innocentiam tueantur, sancta inspirent desideria, et in oculis Dei Nos jucundos efficiant. Quae omnia paucis comprehendit Isaias, cum diceret: » Do» mine in angustia requisierunt te (6): » veluti puer quam nunquam fortius matri adhaeret suae, quam cum se videt in labendi periculo, cujus maternus amplectitur sinum, quam cum aliquem timorem sibi injicere percipit. Probatur praeterea per tribulationes tanquam per ignem virtus, multoque majori refulget lumine, ut in Abraham, qui per mul-

(1) Psal. 101. vers. 18.
(2) Joann. 16. vers. 24.
(3) Ezech. 22. vers. 30.
(4) S. Isidor. Hispal. l. 3. sentent. c. 3. n. 2.
(5) Psal. 119. vers. 1.
(6) Isaias 26. vers. 16.

tas tribulationes probatus, amicus Dei effectus est (1).

Preces Deo effundendae tempore jubilaei.

§. 2. Praecipue vero est orationibus insistendum jam appropinquante natalis Domini adventu; quod est propitiationis tempus, quod » animabus non corporibus » est assignatum » ut monet s. Bernardus (2), adjungens insuper: » diligenter pensate rationem adventus » hujus, quaerentes nimirum, quis sit, qui » veniat, unde, quo, ad quid, quando, et » qua . . . Neque enim tam devota ecclesia » universa praesentem celebraret adventum, » nisi lateret in eo magnum aliquod sacra» mentum (3). »

Patrocinium beatae Mariae virginis, et sanctorum interpositum.

§. 3. Sequestros, et coelestis gratiae conciliatores Nos assumpsimus post potentissimam Dei matrem, ipsum, quem memoravimus beatum Petrum, Romanae, universaeque Ecclesiae fundamentum, ac sanctum Pium V. praedecessorem Nostrum, qui quantum ad conterendos Ecclesiae hostes orando, agendoque apud Deum profecisset, cum prae oculis haberemus, ejusdem Nobis patrocinium implorare maxime in pari causa opportunum duxeramus. Ille quidem et precibus, et armis hostiles impetus impetratis a Deo victoriis propulsabat. Eum ipsum Nobis et orandum, et imitandum proposuimus, ac ad iteratas, neque intermittendas preces arma etiam adjungimus. Cogimus militares copias, quibus maritimas munimus oras, neque ulli parcimus operae, ac sumptui, quo commissos a Deo potestati Nostrae, ac tutelae populos salvos, incolumesque, quoad possumus, tueamur, non jam alios oppugnando, sed res, vitas, fidemque nostram defendendo, atque omnem ab hac ipsa religionis Sede perfidiam arcendo, ac repellendo. Sed quid ullae valere vires Nostrae, quid efficere poterunt, etiamsi numero, ac virtute praestarent, nisi exercituum Deus suo Nobis adsit praesidio, quo certe praesente, et opitulante nunquam virium Nostrarum paucitati contra quamlibet hostium multitudinem diffidemus, ipso in hac spe Nobis praeeunte sancto Pio V., qui in suis brevibus literis jubilaeum indicentibus die 9. martii 1566. » etsi, » inquit, vires hostium maximae sunt, tamen » major est, qui in Nobis est, quam qui con» tra nos, potensque est Dominus tam in pau» cis salvare, quam in multis » In illius scilicet manu venti, tempestatesque sunt, ille moderatur omnes bellorum opportunitates, minimisque momentis maximas inclinationes efficit; ille tela pro sua voluntate vel dirigit, vel avertit. Reficiat vos judicium sancti Bernardi (4) scribentis » Si bona fuerit causa pugnan» tis, pugnae exitus malus esse non poterit, si» cut ne bonus judicabitur finis, ubi causa non » bona, et intentio non recta praecesserit. » Et quo unquam modo timere de bono exitu poterunt illi, qui omni conatu pro Jesu Christi doctrina, pro religione, pro ipsius causa sustinenda pugnabunt? Redeundum igitur semper ad obsecrationes, in iisque bellum Nostrum constituendum, ac talibus praecipue armis gerendum est. Idcirco ne ab hujusmodi pernecessariis hoc tempore precationum officiis distrahi, aut averti possint animi, occludi jussimus, et pro reliqua bujus anni parte, et pro toto insequenti anno theatra in hac urbe, omnia, caeteraque profanae hilaritatis spectacula praesertim bacchanaliorum prohibuimus. Sed ut certius, ac efficacius ad exaudiendos clamores Nostros misericordiarum patrem inclinemus, vos ipsos, venerabiles fratres, vestraeque fidei concreditos populos, ad luctus, votorumque Nostrorum societatem evocamus; neque enim extranei a Nobis estis, sed eodem Nobiscum spiritu, ac eadem etiam temporalium rerum sorte ita conjuncti, ut nihil vel laetum, vel triste, calamitosumque Nobis accidere possit, quod in vos, dioecesesque vestras non redundet. Itaque cum haec eadem in vos procella, tamquam in eadem navi constitutos ingruat, supplices etiam voces vestrae cum manibus ad coelum attollendae Nobiscum sunt, ut nubes penetrare, ac ad divinae majestatis solium pervenire, sistique valeant, ac inde subventuram Nobis, apostolicae Sedi, catholicae Ecclesiae elicere, ac impetrare clementiam. Ideo beatissimae virginis Mariae patrocinio, quae est via, per quam Salvator advenit, sanctorumque omnium, ac praesertim beati Petri apostoli, ac sancti Pii V., quos hoc tempore potissimum invocandos statuimus, intercessione confisi, rursus pro vobis, vestrisque plebibus Ecclesiae thesauros recludimus, ac plenarias in formâ jubilaei concedimus pec-

(1) Judit. 8. vers. 23.

(2) S. Bernard. serm. 6. de adventu Domini.

(3) Idem serm. 2. de eod.

(4) Ad milit. templi cap. 1.

catorum indulgentias omnibus iis vestrarum dioecesium, qui opera, quae hic subjiciemus, praestabunt, quae gravissimis horum temporum necessitatibus visa sunt convenire, consecuto nimirum apud Nos ex iis plurimo, ac singulariter commendando hujus populi Nostri fervore. Neque enim praeterire silentio possumus, quantopere commoti fuerimus, cum redundare multitudinis concursu templa videremus, cum frequentissima sacramentorum fieret perceptio, cum viae pene omnes conspicerentur supplicationibus refertae non jam imperatis a Nobis, sed sponte susceptis, capitulorum, religiosorum ordinum, collegiorum, congregationum, communitatum, conservatoriorum, praelatam crucem ordinatim, pieque sequentium, quae Nos partim audientes, partim Nostris etiam oculis subjicientes, continere lacrymas prae gaudio non potuimus, neque non in maximam excitari divinae opis fiduciam, tanto totius civitatis Nostrae in divinum cultum studio, tanta devotione, pietate, religione consequendae.

Quae sint praestanda pro assequendo jubilaeo declarantur.

§. 4. Quapropter per continuum duarum hebdomadarum spatium ab unoquoque vestrum praefigendum, designentur in sua cujusque dioecesi tot ecclesiae, quot concurrentis populi comodo satis esse poterunt, in iisque orationes adhibendae, quae praesertim ad poenitentiam contritumque cor, ac ad divinam impetrandam misericordiam referantur, adjunctis praeterea precibus ad consequendam sanctissimae Dei Matris, beati Petri, sancti Pii V., ac civitatis, seu loci patroni, vel patronorum principalium intercessionem. Atque ut fideles ardentiore animo tunc ad ecclesiam concurrant; iis omnibus, qui saltem tribus vicibus unam ex praefatis ecclesiis visitaverint, ibique ad Deum preces juxta mentem Nostram fuderint, et peccata sua confessi, ac sacra communione refecti fuerint in una ex iis designandis hebdomadis, et pauperibus aliquam eleemosynam pro sua cujusque pietate erogaverint, ac feria quarta, sexta, et sabbatho jejunaverint, plenariam in forma jubilaei peccatorum indulgentiam concedimus, et impertimur.

Declaratio circa moniales.

§. 5. Moniales vero, aliique in aliqua communitate degentes cum praescriptas a vobis recitaverint preces in loco, in quem ad orandum convenire solent, caeteraque praestiterint opera pro sua cujusque facultate, eamdem lucrari poterunt indulgentiam, ac si unam ex dictis ecclesiis ter visitaverint.

Similis pro detentis in carceribus.

§. 6. Id ipsum pariter intendimus de detentis in carceribus, ergastulis, arcibus, aliisque custodiis, eosque sacri hujusce thesauri ad suarum animarum profectum participes fieri volumus.

Similis pro infirmis.

§. 7. Similiter qui valetudine aliqua impediti fuerint, vel alia legitima causa, si easdem preces recitaverint, vel alia praestiterint opera, precibus ipsis, ad quarum recitationem impotes erunt, per commutationem arbitrio confessarii substituta, eadem potiri posse indulgentia concedimus.

Similis pro exercentibus pastoritiam artem.

§. 8. Demum ne hoc spirituali beneficio careant, qui pastoritiam artem exercent, cum ipsi nequeant a suorum gregum custodia, nisi breviter, ac divisis inter se vicibus discedere, eisdem etiam consulere volentes, permutamus ipsis designatas ecclesias in unius ecclesiae propinquioris visitationem, ab unoquoque semel faciendam, ut ita si sua peccata confessi, sanctissimae eucharistiae sacramentum devote susceperint, praemissam indulgentiam consequi valeant.

Applicatio indulgentiae per modum suffragii.

§. 9. Atque hae ipsae indulgentiae per modum suffragii applicari poterunt pro animabus in purgatorio existentibus.

Facultas eligendi confessarios absolventes etiam pro casibus alias reservatis.

§. 10. Ad quos effectus facilius consequendos fideles utriusque sexus, tam laici, quam ecclesiastici saeculares, et regulares cujuscumque ordinis, congregationis, et instituti eligere sibi poterunt in confessarium quemcumque sacerdotem ex approbatis tamen respective ad dictas personas; iisque confessariis amplam impertimur facultatem absolvendi pro una vice in foro conscientiae a quacumque sententia excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a sacris canonibus, et judicibus quavis occasione, et causa latis, seu inflictis; nec non et ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis, quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam locorum ordinariis, sive Nobis, et Sedi apostolicae per quascumque Nostras, aut Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutiones, quarum tenores haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeat; reservatis tamen, atque exceptis haereticis dogmatizantibus, et in de-

licto complicibus; itemque valeat vota quaecumque (religionis, et castitatis exceptis) in alia pia, et salutaria opera commutare; injuncta tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque pro ejusdem confessarii prudentia injungendis. Non intendimus autem per praesentes, sicuti praedecessorum Nostrorum nemo in publicatione jubilaei umquam intendit, super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, vel inhabilitate quoquo modo contracta ex defectu dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae; neque etiam easdem praesentes iis, qui a Nobis, vel ab aliquo praelato, seu judice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti fuerint, nisi intra ejusdem jubilaei tempus satisfecerint, et cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse aut debere.

Hortatio ad fideles.

§. 11. Ad praescripta opera, quae pro lucranda indulgentia fieri postulamus, adjungimus adhuc hortationem Nostram, ut unusquisque fidelium aliquid boni ex suae pietatis, ac virtutis arbitrio conferat. Et si in aliqua dioecesi religiosorum ordines, qui ibidem existant, canonicorum collegia, conservatoria etc. conjunctim singula procedent ad ecclesiam, prout hic Romae ad plurimam populi aedificationem factam esse cognovimus, ut per viam in eundo, redeundoque recitent litanias sanctorum, implorentque patronorum opem non sine aliis precibus ad poenitentiam spectantibus, iisdem suggeretis; atque idcirco prius ipsis in memoriam revocari curabitis, quod sanctus Innocentius I. scripserat ad episcopos Aurelium, et Augustinum » Nostris communibus, et alternis plus agimus orationibus, quam singularibus, aut privatis ».

Prohibentur per annum spectacula, et alia profanae hilaritatis signa.

§. 12. Illud postremo unicuique vestrum adjungere debemus, ut elapso jubilaei tempore, ne item elapsum esse precationum ad Deum tempus existimetur, proptereaque praecipuam in eo ponendam esse solicitudinem vestram ad populum in peculiari divino cultu, ac pietatis exercitatione diu, multumque retinendum. Idcirco ab ejusdem conspectu, ac etiam cogitatione per integrum proximum annum omnia removenda, Nostra auctoritate, sunt profanae hilaritatis spectacula, theatrorum nempe, ac baccanaliorum, quemadmodum jam hic Nos Romae faciendum praecepimus.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorum totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, et expresse ad effectum praemissorum derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 14. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae, munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur iisdem praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Demum apostolicam benedictionem fraternitatibus vestris peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatorio die vigesima quarta novembris millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXX.

Dat. die 6. dec. 1792. Anno XVIII.

Instante collegio notariorum Bononiae confirmantur nonnulla capitula constitutionis Benedicti XIII. ac chirographum Benedicti XIV. eosdem notarios respicentia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quoties a Nobis petitur, ut circa ea, quae ad tollendas controversias, ac communem christifidelium utilitatem, praesertim vero inter Nostros, et apostolicae Sedis in temporalibus subditos apposite, ac maturo consilio disposita fuisse noscuntur, apostolicam Nostram auctoritatem interponamus, quo inde certius suum sortiantur effectum, omnino Nos decet petentium desideriis congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Memorantur literae expeditae a Benedicto XIII ad tollendos abusus irreptos in archivio Bononiae.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii collegium tabulariorum, seu notariorum civitatis Nostrae Bononiensis, quod alias felicis recordationis Benedictus pp. XIII. praedecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 26. januarii 1729. expeditas literas constitutionem, quam ad tollendos multiplices abusus, qui in publicum ejusdem civitatis archivium irrepserant bonae memoriae Ferdinandus, dum vixit, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis de Abdua nuncupatus dictae civitatis Bononiensis tunc apostolicae Sedis de latere legatus concinnaverat, ac ob plures controversias, quae ex inde pro parte dicti collegii exortae erant, deinde bonae memoriae Thoma Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Ruffo nuncupato in eadem pariter civitate Bononiensi Sedis apostolicae praedictae de latere legato reformatam, moderatam, ac temperatam auctoritate sua apostolica in forma specifica confirmavit, et approbavit, prout in eisdem literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, inter caetera, quae in eadem constitutione statuuntur, expresse quoque praescribatur methodus, quae ab archivistis in exemplandis, et extrahendis exemplaribus vulgo copiis instrumentorum, et scripturarum in eodem archivio asservatorum servanda in posterum, et custodienda esset, prout in capitulis trigesimo primo, trigesimo secundo, trigesimo tertio, et trigesimo quarto memoratae constitutionis, tenoris scilicet, qui sequitur.

Inter caetera exponitur cautum per Benedictinam constitutionem fuisse quomodo ab archivio extrahi deberent exemplaria instrumentorum.

§. 3. XXXI. Respectu vero facultatis, et prohibitionis eorumdem archivistarum extrahendi copias documentorum archivio praesentatorum permittimus, quod ipsi archivistae possint exemplare quaecumque documenta, omnesque scripturas, quorum, et quarum respective originalia in archivio tantum asservantur, et nulli actus instrumentales, seu illorum rogitus apud notarios, vel successores remanent, et eorum, ac earum respective copias quandocumque tradere cuilibet petenti, prout etiam possint exemplare, et extradare quandocumque copias quarumlibet sententiarum et condemnationum criminalium, vel mixtarum tam exhibitarum, quam in futurum exhibendarum; comprehendentes quoque sub hac eorum facultate alios actus, tam inter vivos, quam ultimarum voluntatum, aliaque documenta cujusvis generis per quoscumque notarios mortuos rogata, et quorum instrumenta confecta fuerint usque ad annum millesimum sexagesimum quinquagesimum tertium inclusive quocumque tempore ante dictum annum illorum rogitus prodierint, et quorum non obstante, quod originalia penes eorumdem notariorum successores existant, copias ab ipsius archivii ministris tradi, consuetudine receptum est, nulla de his successoribus praedictis communicata mercede.

Alia dispositio ejusdem constitutionis super eadem extractione exemplarium.

§. 4. XXXII. Si vero aliquis notarius de quibuscumque instrumentis, etiam ultimarum voluntatum rogatus, vel in proprietate eorumdem instrumentorum successor velint sua sponte consignare archivio matrices, sive prothocolla dictorum instrumentorum ibidem perpetuo retinendorum debeant archivistae illa acceptare, et in hoc casu liceat ipsis archivistis eorumdem instrumentorum copias exemplare, illasque tam simplices, et privatas, quam publicas et authenticas cuicumque petenti extradare, tradita tamen medietate mercedis dicto notario, vel successori consignanti, illorumque haeredibus infra octo dies, quae omnia pariter locum habeant etiam in rogitibus ex quacumque ultima voluntate eidem archivio relictis, nisi per defunctum, vel consignantes, ut supra expresse, sine hujusmodi mercedis onere relicti, vel traditi fuerint, pro quo effectu, et aliis infrascriptis teneantur dicti archivistae retinere particularem librum in quo per ipsos adnotentur mercedes perceptae ex dictis rogitibus consignatis, vel relictis, ut supra, detracta prius impensa pro exemplatione scripturarum, ex quibus mercedibus ad archivistas, ut supra spectantibus, ipsi teneantur quintam partem deducere, et illam statim reponere, et conservare in capsa particulari in eodem archivio retinenda, duplici clave munita, quarum una debeat perpetuo permanere penes illustrissimum dominum decanum assumptariae, eidem archivio pro tempore praepositae, altera vero penes decanum dictorum archivistarum, et quae pecuniae quolibet trimestri, quinimo ad placitum dictorum illustrissimorum dominorum archivo pro tempore praefectorum debeant e dicta capsa levari, et reportari in capsam depositarii camerae Bononiae, in credi-

Google

tum tamen ipsius assumptariae, nec ullo umquam tempore possint erogari in aliam causam, nisi in emptionem rogitu m, et scripturarum, eidem archivio consignandarum, et in eo conservandarum, seu in aliud beneficium ejusdem archivii ad ipsius assumptariae pro tempore placitum; quod si dicti archivistae defecerint, vel in dicta consignatione medietatis mercedis, vel in dicta repositione quintae partis in capsa, poenam furti, et scutorum quinquaginta, ut infra applicandorum, aliasque arbitrio incurrant.

Alia similis ut supra.

§. 5. XXXIII. Caeterorum autem rogituum post dictum annum millesimum sexagesimum quinquagesimum tertium confectorum, quorum originalia penes notarios reperiuntur, indemnitati eorumdem notariorum providentes, et in hac parte dispositioni tam juris communis, quam municipalis opportune inhaerentes, stricte prohibemus archivistis sub poena suspensionis ab officio archivii, ac ulterius refectionis cujuscumque damni notariis, vel illorum successoribus, ac etiam partibus illati, aliisque etiam gravioribus arbitrio Nostro, ac eminentissimorum pro tempore successorum, ne copias, sive authenticas, sive simplices, vel earum particulas cuicumque personae extradare valeant; si vero extradatae fuerint, nullius roboris, fidei, aut momenti sint; hujusmodi siquidem documentorum, instrumentorum, et quarumcumque scripturarum, quae inter notariorum rogitus, et penes notarios reperiuntur, copias extrahere, petentibusque tradere ad notarios ipsos, eorumque successores pertinere declaramus, et in his archivistis, ipsorumque ministris manus apponere non licere, nisi de expressa licentia ejusdem notarii viventis, vel ipsius haeredum, aut rogituum commissarii in scriptis tradita, atque diligenter asservata, de qua, in subscriptione per archivistas facienda, expressa fieri debeat mentio, vel nisi actuum hujusmodi a notariis, vel eorum successoribus deperdita instrumenta, aut documenta fuerint, vel notarii ipsi, aliique, ut supra, authenticas copias tradere negligerent.

Alia similis in casu deperditionis, aut negligentiae notariorum.

§. 6. XXXIV. In casu autem suppositae deperditionis, aut notariorum negligentiae, quicumque documentum aliquod, aut aliquam scripturam, vel deperditam, vel sibi a notario procrastinatam ab archivio extrahere voluerit, correctorem collegii notariorum juxta vigentem praxim adire debeat, qui per acta cancellarii ejusdem collegii, citato, vel semel personaliter, vel bis domi dimissa copia, notario rogato, vel successore ad tradendam copiam instrumenti, vel alterius actus in citatione exprimendi, eoque infra tres dies, si moram fecerit in civitate, et infra sex, si extra civitatem, non comparente praecognita legitima citationis executione, vel quatenus compareat, et petitam capsam, soluta debita mercede, non tradat, vel tradere nequeat intra competentem terminum, permittere teneatur, desuper pro lato decreto, archivistis petitum actum etiam in authentica forma extrahere; et instanti consignare, nulla notario praedicto per archivistas communicata mercede, de quo decreto teneantur archivistae in subscriptione copiae expressam facere mentionem ut supra; decernentes etiam, quod si aliquis notarius tam civitatis, quam comitatus Bononiae se conferret ad habitandum extra eamdem civitatem, et comitatum, vel ab eis absens fuerit, nequeat modo aliquo secum ferre, vel aliter extra civitatem si notarius civitatis habitator fuerit, vel extra comitatum Bononiae, si notarius habitaverit in comitatu, transmittere prothocolla, nec matrices, tam dispositionum inter vivos, quam ultimarum voluntatum etiam secretarum, et tam per ipsum rogatarum, quam in commissione retentarum, etiamsi earum copiae archivio jam fuissent delatae, sed omnino teneatur nominare aliquem notarium in civitate Bononiae commorantem, cui sit data facultas, et commissio a Trapaea, nec non commoditas ab eodem notario abfuturo eosdem rogitus extradandi durante illius absentia, praevia tamen denunciatione talis notarii commissarii per ipsum notarium abfuturum eidem archivio facienda, alias iisdem casibus, et unoquoque eorum, in quibus defecerit, archivistis talium rogituum copias extradare omnino liceat, et ulterius in casu asportationis scripturarum, et prothocollorum, ut supra vetitae, notarius incidat in poenam privationis officii, ac etiam falsi, aliasque arbitrio.

Cum methodus a praedicta constitutione indigitatus sit omnino servandus, noviter apostolica auctoritate confirmatur.

§. 7. Quod nuper methodum hanc invertere teneatur, hinc ipsi exponentes, quo constitutionem praedictam, nec non praeinserta illius capitula firmius subsistant, et serventur exactius apostolicae Nostrae confirmationis denuo communiri summopere desiderant. Nos

eorumdem exponentium votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, ac specialem eis gratiam facere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito prius dilecti filii Nostri Andreae Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Archetti nuncupati in civitate Bononiensi praedicta Nostri, et Sedis apostolicae de latere legati consilio, cum post editam constitutionem praedictam etiam felicis recordationis Benedictus pp. XIV. praedecessor itidem Noster suum hisce desuper in forma motus proprii sub die vigesima secunda septembris millesimo septingentesimo quadragesimo tertio signaverit chirographum, propterea non solum memoratam constitutionem, ac omnia in ea contenta, et praesertim praeinserta quatuor illius capitula, sed etiam dictum Benedectinum chirographum, ac omnia in eo contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper in praemissis quomodolibet intervenerint seu intervenisse dici, censeri, vel praetendi possent supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus iis omnibus quae memoratus Benedictus XIII. praedecessor non obstare concessit, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die quarta decembris, millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXXI.

Dat. die 10. dec. 1792. Anno XVIII.

Declaratio, et prorogatio facultatum concessarum a Sanctissimo Domino Nostro.

Pius PP. VI.

Archiepiscopis, episcopis, ac dioecesium administratoribus regni Galliarum.

Ratio et tenor concessionis.

§. 1. Perpensis circumstantiis regni Galliarum, quae deteriores fiunt, perpensaque fuga et absentia tam archiepiscoporum, episcoporum, vicariorum, aliorumque dioecesium administratorum, quam ecclesiasticorum singularum dioecesium, cum videat planeque cognoscat sanctissimus Dominus Noster irritum et inanem evasurum usum facultatum absolvendi ecclesiasticos juratos, et intrusos, concessarum jam dictis archiepiscopis, episcopis, et ecclesiarum Gallicanarum administratoribus duplici indulto diei 19. martii, et diei 13. junii hujusmet anni 1792., nisi aliqua moderatio adhibeatur legi priori indulto appositae de non adhibendis hujusmodi facultatibus » extra fines suae dioecesis; neque in locis dominio regis christianissimi non subjectis; » in vim praesentis indulti tribuit, conceditque praedictis archiepiscopis, episcopis, et dioecesium administratoribus auctoritatem absolvendi aut per se ipsos, aut per alios ab ipsis delegandos, singulos ecclesiasticos dioecesanos juratos, sive intrusos, quamvis commorantes in alienis dioecesibus etiam ditioni christianissimi regis non subjectis. Vult autem Sanctitas sua, ut in absolutionibus concedendis serventur conditiones appositae in dictis indultis; praetereaque vult, ut delegatio fiat in unum ex confessoribus approbatis ab ordinario loci, in quo commorantur ii, qui poenitentia ducti absolutionem exposcunt. Quemadmodum vero facultas hujusmodi ecclesiasticos juratos, et intrusos una cum aliis facultatibus, quae dictis archiepiscopis, episcopis, et administratoribus per memorata et alia pontificia indulta ad annum concessae fuerunt, paulo serius, aut paulo ocyus finem sunt habiturae, ita eadem Sanctitas sua in vim

praesentis indulti facultatem, de qua agitur, et alias etiam facultates prioribus indultis comprehensas concedit, et prorogat ad annum a die expirationis cujuslibet indulti respective incipiendum, si tamdiu horum temporum calamitas perduraverit. Datum ex aedibus Vaticanis die decima decembris millesimo septingentesimo nonagesimo secundo.

Dat. die 14. dec. 1792. Anno XVIII.

CMXXII.

Instante praeposito generali congregationis Piorum Operariorum communicantur eidem congregationi privilegia aliarum congregationum clericorum regularium.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Inter multiplices tribulationes, quae in hisce difficillimis Ecclesiae temporibus invenerunt Nos nimis, ad pastoralis officii ministerium humilitati Nostrae ex alto concrediti pertinere arbitramur, christifidelibus, qui Deo propius famulari cupientes tamquam vigiles operarii in vinea Domini sudoribus, vigiliis, laboribusque parcere nesciunt, dummodo proximorum in catholica religione profectum obtineant, ea omnia concedere, quae ad magis magisque illorum confovendam pietatem pertinere dignoscuntur, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum porrectarum a praeposito generali.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Moscati modernus praepositus generalis congregationis presbyterorum saecularium Piorum Operariorum, quo alumni dictae suae congregationis ad exercenda omnia laboriosa opera ex instituto ipsius congregationis eis injuncta magis incitentur, privilegia, exemptiones, indulta, aliasque spirituales gratias omnibus, et singulis congregationibus, ac domibus clericorum regularium, et saecularium, et specialiter congregationi Puritatis civitatis Neapolitanae per Romanos pontifices, vel concessa, vel in posterum concedenda suae congregationi a Nobis communicari summopere desiderat.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos eumdem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnia, et singula privilegia, indulta, indulgentias, peccatorum remissiones, facultates, et gratias spirituales omnibus, et singulis congregationibus clericorum seu regularium, seu saecularium, et signanter congregationi Puritatis civitatis Neapolitanae tam generaliter, quam specialiter, ac per viam communicationis etiam motu proprio, ex certa scientia, ac alias tam congregationibus praedictis, quam earum domibus etiam regularibus, nec non generalibus, aliisque superioribus, officialibus, ministris, et personis per Nos vel per quoscumque Romanos pontifices concessa, vel in posterum concedenda, quaeque specialem requirunt mentionem, ita ut illis praedicta congregatio presbyterorum saecularium Piorum Operariorum in posterum uti, frui, et gaudere possit, et valeat, perinde ac si specialiter, expresse, ac pariformiter, et aeque principaliter ei concessa fuissent eidem congregationi presbyterorum saecularium Piorum Operariorum auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. — Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non earumdem congregationum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate — Derogatio contrariorum.

Digitized by Google

alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum die decimaquarta decembris millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXXIII.

Dat. die 18. dec. 1792. Anno XVIII.

Ut in posterum monachi monasterii Hondiscemensis in Lithuania congregationis Benedictino-Polonae carnibus vesci valeant in communi refectorio.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Florianus Alphonsus Oranski abbas Horod nuncupatus ordinis sancti Benedicti congregationis Benedictino-Polonae Nobis nuper exponi fecit, in monasterio Hondiscemensi congregationis hujusmodi in Lithuania situ vetus observantia vigeat, de non comedendis videlicet carnibus in communi refectorio, verum extra portam monasterii; ob novam autem ejusdem monasterii constructionem desit ad praesens aptus locus extra illius portam, ubi abbas cum sua religiosa familia carnibus vesci possint; idem propterea exponens, quo conscientiae securitati, et commoditati monachorum monasterii hujusmodi consulatur plurimum cupiat in praemissis a Nobis provideri.

Concessionis tenor.

§. 2. Nos dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; eidem exponenti, ac modernis et pro tempore existentibus abbati, et monachis monasterii Hondiscemensis hujusmodi, ut imposterum iis diebus, quibus ex regula, seu consuetudine carnibus extra dicti monasterii portam vesci debuerunt, iisdem carnibus in refectorio communi vesci libere et licite valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii praedicti, ejusque ordinis, et congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava decembris millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXXIV.

Dat. die 4. jan. 1793. Anno XVIII.

Confirmatio unionis magni prioratus de Crato hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani favore domus de infantato regnorum Portu-

Digitized by Google

galliae, et Algarbiorum, nec non concessio territorii separati cum opportuna ecclesiastica jurisdictione, et facultate regio infanti deputandi provisorem, et vicarium generalem ad archiepiscopatum Hadrianopolitanum in partibus promovendum, reservata eidem praevisori, et vicario generali annua pensione super fructibus dicti prioratus de Crato.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoniam ecclesiasticum, et spirituale Christifidelium populorum regimen, ut illi in christianae religionis praeceptis informentur, sacrorumque canonum contineantur disciplina per regiones fuit distributum. Hac provida dispositione in cunctis orbis partibus illud personis sublimis dignitatis, et ampliori authoritate ab apostolica Romana Sede donatis jugiter fuit demandatum. Exploratum id precipue noscitur in florentissimis Portugalliae, et Algarbiorum regnis tam citra, quam ultra mare ubi benedicente Domino summa animi Nostri exultatione aucto etiam episcoporum numero fideles omnes depulso quovis errore fidei puritatem hauriunt, et divino cultui incumbentes christianae quoque charitatis opera assidue exercere pergunt. Id autem per eadem regna communiter vigens apostolicam Nostram excitat sollicitudinem, ut singulari quoque, et conspicuo jamdudum designato regimine persona ordine quam fieri potest decorata auctoritate Nostra constituatur, quod carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae pietas, et religio a Nobis enixis votis expostulamus.

Memorantur ea quae de prioratu disposita fuerunt in literis 24. novemb. 1789.

§. 2. Quamvis enim Nos eadem Maria Francisca regina supplicante per Nostras apostolicas literas in forma Brevis sub annulo piscatoris die XXIV. novembris MDCCLXXXIX., pontificatus Nostri anno XV. prioratum magnum nuncupatum ordinis hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani de Crato denominati, ad quem, ut accepimus, ab anno MDCXCV. ad hanc usque diem reges Portugalliae pro tempore existentes unum ex infantibus regiae suae familiae nominare consueverunt, ac novissime ipsa Maria Francisca regina dilectissimum filium Nostrum Joannem principem Brasiliae ejus natum nominavit, certis ex causis, et in ejusdem magni prioratus decorem illius omnimodam administrationem patrimonio, ac domui de infantato nuncupatae apostolica Nostra auctoritate in perpetuum univerimus, et incorporaverimus, ac unitum, et incorporatum esse, et fore statuerimus, atque declaraverimus. Ita ut idem Joannes princeps Brasiliae, et infans magnum prioratum hujusmodi obtineat usque dum domum, et statum de infantato administraverit, sicque deinceps, qui domum, et statum de infantato administrabit, sit pariter magnus prior absque ulla nova concessione, atque distincte ordinem domui aeque, ac magno prioratui futuris in casibus deinceps succedendi exposuerimus, et praescripserimus. Quapropter semper, et quandocumque ille, qui ad domum de infantato pervenerit, vel illius administrationem pro tempore obtinebit fructus quoque, redditus, et proventus dicti magni prioratus percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem, vel alias juxta praescriptas conditiones convertere, omnibusque eidem prioratui adnexis juribus, praeeminentiis, et indultis, quibus priores magni prioratus praefati gaudent, et potiuntur quin ad ea, quae circa aetatem, professionis emissionem, aliaque requisita fratribus militibus, ac praeceptoribus, seu commendatariis ordinis praefati ab apostolica Sede sunt praescripta teneatur, et absque obligatione coelibem vitam ducendi gaudere, et potiri, impertita etiam ei facultate unacum administratione hujusmodi praeceptorias, seu commendas, ac dignitates aliarum militiarum, seu ordinum equestrium assequendi, et retinendi, impositis tamen, et reservatis favore magni magistri primo dicti ordinis, ejusque communi aerario consuetis responsionibus, et solutionibus libere, et licite possit, et valeat, ac etiam respective debeat, et teneatur, prout illi concessimus, et indulsimus, atque in eisdem literis plenius continetur.

Exponitur plurima in memoratis literis fuisse praetermissa, quae statum, et jurisdictionem ejusdem prioratus respiciunt.

§. 3. In illis tamen de ejusdem magni prioratus statu, jurisdictione scilicet, locis, ecclesiis, piisque locis, clero, personisque illi subjectis, juribusque magno priori competentibus nulla habita fuit ratio neque illa ad Nos delata fuere. Etenim sicut modo accepimus,

fuit ille anno Domini MCCCXLVI. tunc existente Hierosolymitani ordinis magno magistro Elione de Villanova in loco de Crato erectus, et abinde citra perampla fuit eique est in provinciis de Extremadura, et Beira ac partim in illa de Alentejo attributa ditio, itaut ad leucas quinquaginta sex per circuitum sit extensa, eique limitrophae sunt Colimbriensis, Aegitaniensis, Castri Albi, Elvensis, et Portugallensis ecclesiarum dioeceses. In ipsa quidem ditione quatuor supra decem numerantur populo refertae terrae Crato videlicet, Tolozza, Gaffette, Amiera, Gaviao, Belver, Cardigos, Envendos, Carvoeiro, Poenza nova, Certao, Olleiros, Alvaro, Predrogaepegueno denominatae, quae in triginta tribus circiter paraeciis sunt distributae, ac quatuor inibi sunt regularium coenobia; clerus autem saecularis per easdem terras divisis inserviens potius abundet, atque animarum numerum ditionem ipsam inhabitantium ad quadraginta circiter mille ascendere enunciatur. Praeter autem supra denominatas paraecias pariter alias ad illum spectare compertum, nimirum in dioecesi Portugallensi unam sancti Joannis Baptistae de Castro de Vide, et aliam sanctae Mariae, et aliam sancti Jacobi in loco de Marvao, et aliam sancti Martini, ac aliam etiam sancti Jacobi civitatis Portalegrensis, ac reliquam sanctae Clarae de Alcaravella Castri Albi dioecesis, universa vero haec ditio tamquam primo dicti ordinis magno priori omnimode subjecta, ab omni cujusvis episcopi jurisdictione exempta prorsus, et immunis atque particulare et separatum territorium semper in illis partibus, ut pariter accepimus, habita fuit, et ecclesiastica, et spiritualis ordinaria, et fere episcopalis jurisdictio ab uno presbytero e seculari clero provisore, et vicario generali denominato a magno priore delecto exerceri solet, ipse enim in clerum, et populum judicat, in causis ecclesiasticis, itemque ad excipiendas sacramentales confessiones presbyteros, et concionatores verbi Dei approbat, itemque literas dimissoriales pro collatione etiam sacrorum ordinum impertitur, ac demum omnia gerit, quae ordini episcopali non sunt reservata.

Confirmantur hactenus gesta a magno priore circa exercitium jurisdictionis peracta et opus fuerit sanatione irregularitatum.

§. 4. Quae cum ita sint quemadmodum praemissa jam a Nobis peracta magni prioratus dispositio illius in temporalibus futurum statum praesefert, ita congruum nimis, et opportunum fore in Domino censemus, ut nomine ipsius Mariae Franciscae reginae cum scientia et consensu ejusdem Joannis regii principis nova Nobis exposita vota, ac preces benigno animo excipiamus, et ecclesiasticae quoque, et spirituali jurisdictioni consulamus. Nos igitur jamdiu perspectum habentes ipsam Mariam Franciscam reginam paternas, avitasque virtutes haereditario velut jure sibi delatas unacum ecclesiastici decoris zelo, et erga Nos, apostolicamque Sedem obedientia adeo fovere, et aemulari, ut modo sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans expandit alas suas; ita proprias dotes in regiam ejus sobolem transferre, et adjicere operam dare non desinit, illius votis, et supplicationibus aequo gratoque animo indulgentes, ac etiam motu Nostro proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine praemissas Nostras literas, earumque integrum tenorem praesentibus pro expressis habentes suprema auctoritate Nostra harum serie specialiter, et expresse confirmamus, et approbamus, et secundum illorum dispositionem de praesenti, et in futurum illas exequi mandamus. Antequam vero infrascripta a Nobis statuantur, ut quaslibet sequutas in exercitio ecclesiasticae, et spiritualis jurisdictionis dicti magni prioratus inordinationes, ac forte nullitates submotae sint, nec de caetero erui possint, ita ut in integro statu jurisdictio hactenus magno illi prioratui opportune attributae censeatur, omnes ideo, et singulos actus etiam juridicos, et publicos usque modo, ac pro tempore existente illius provisore, seu vicario generali gestos, decreta interposita, sententiasque pronunciatas, et publicatas. Quibus omnibus jurisdictionis defectus minime apponi queat, praesentium etiam Nostrarum literarum vi, et auctoritate praemissa specialiter, et plenario revalidamus, ac in validum statum restituimus, reponimus, et reintegramus.

Territorium magni prioratus nullius dioecesis declaratur.

§. 5. Porro magnum prioratum de Crato, ut praefertur, nuncupatum saepedicti ordinis hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, illiusque integrum territorium supradictum quinquaginta sex leucarum circiter per circuitum cum enunciatis terris, nec non ecclesiis etiam parochialibus, ac coenobiis inibi sitis, pariterque clerum omnem, personas, et populum, terras ipsas et loca quaevis incolentes

ab omni, et quacumque ecclesiastica, et spirituali finitimorum episcoporum superioritate, et jurisdictione penitus, et omnino auctoritate Nostra praemissa, ad infrascriptum tamen effectum, perpetuo dividimus, distinguimus, et separamus. Propterea que integrum ipsius prioratus territorium sit ad omnes juris effectus vere perpetuis futuris temporibus nullius dioecesis, ac prorsus separatum, Nobisque, et successoribus Nostris, Sedique apostolicae immediate subjectum, atque in illo ecclesiasticam, et spiritualem jurisdictionem uti mox statuemus, et non alias, nec ab alio exerceri posse decernimus, ad quorum plenarium effectum omnem, quatenus opus sit, venerabilium fratrum Nostrorum Colimbriensis, Aegitaniensis, Castri Albi, Elvensis, et Portalegrensis episcoporum consensum auctoritate Nostra supplemus.

Excluduntur a novo dioecesi ecclesiae parochiales existentes extra territorium etsi subjectae reperiantur jurisdictioni magni prioratus.

§. 6. Quod autem de integro magni prioratus immediato territorio decernendum censuimus non ita in fidelium commodum, et spiritualem profectum quoad alias parochiales ecclesias quamvis eidem prioratui subjectas, extra tamen illud territorium, et in alienis dioecesibus existentes statuendum arbitramur. Quare annuente ipso regio principe, et hodierno magno priore, illas nimirum sancti Joannis Baptistae Castri de Vide, et aliam sanctae Mariae, et aliam sancti Jacobi de Marvao, et áliam sancti Martini in dioecesi Portalegrensi, ac alteram etiam sancti Jacobi civitatis Portalegrensis, ac demum aliam parochiales ecclesias sanctae Clarae de Alcaravella in Castri Albi dioecesi, illarumque rectores, et populum quoad regimen ecclesiasticum, et spirituale tantum venerabilibus fratribus Nostris Portalegrensi, et Castri Albi episcopis, eorumque successoribus etiam perpetuo respective, prout antea subjectas, et subjectos esse, et fore volumus, et mandamus.

Jurisdictio in territorio magni prioratus illiusque regimen conceditur regio principi pro tempore deputando in administratorem domus de Infantato.

§. 7. Jam vero ad ecclesiasticum, et spirituale regimen territorii magno prioratui, ut praefertur, competentis animum Nostrum convertentes per praesentes statuimus, declaramus, et decernimus, ut omnem in universo territorio juxta praemissa separato jurisdictionem ordinariam in utroque foro, ecclesiasticam nimirum, et spiritualem supra loca, ecclesias, et clerum, ac personas ille habiturus sit, qui a regio principe, et domus de infantato administratore pro tempore existente in provisorem, et vicarium generalem nominatus fuerit. Quia vero ad perampli territorii totius ditionis regimen, et tot fidelium necessitatibus occurrendum, quodque magis est, pro institutione cleri, et illius ordinatione, atque debito cum profectu omnia, et singula loca, ecclesiasque pastorali visitatione etiam confirmationis sacramentum ministrando perlustrari queant satis minime videretur, ut futurus provisor, et vicarius generalis simplicis presbyteri charactere esset munitus; ideo in hac quoque parte precibus Mariae Franciscae reginae, ac Joannis regii principis ejus nati annuendum censemus, firmam enim in Domino fiduciam habemus, eumdem regium principem, ejusque successores regii omnibus, et christiano principe dignis virtutibus ita praeditas fore, ut divino invocato Spiritu sciant, et volent inter Dei ministros eos seligere, qui ad episcopalia munera digniores comperti fuerint, quare Nos pariformiter per praesentes concedimus, et indulgemus regio principi, ejusque domus de infantato regiis successoribus, ut cum ipsi aliquem in magni prioratus provisorem, et vicarium generalem deputabunt, et deputaturi erunt una simul ille in archiepiscopum Hadrianopolitanum in partibus infidelium Nobis, et successoribus Nostris, Sedique apostolicae nominare possint, et valeant, ac etiam debeant, et teneantur ad effectum, ut ad eamdem ecclesiam apostolica auctoritate rite promoveatur, et subinde consecrationis munus juxta ritum pontificalis Romani infra praescriptum tempus sit suscepturus; archiepiscopali insuper dignitati adeo annexam fore intendimus qualitatem et munus provisoris, et vicarii generalis, ut in literis apostolicis illius promotionis ad eamdem ecclesiam Hadrianopolitanam concessionis ordinariae jurisdictionis etiam ad effectum recipiendi commissiones executionum literarum apostolicarum tam gratiam, quam justitiam concernentium in integra ditione, et territorio magni prioratus de Crato ipsi archiepiscopo tribuendae expressa mentio fieri, illaque confirmari debeat, eveniente vero archiepiscopi, et provisoris, vicariique generalis obitu, aut alias illius munere cessante, ne deficiat qui ordinariam in ea ditione valeat jurisdictionem exercere, ipsi regio principi, et infanti, ejusque domus de infantato regiis successoribus facultatem tribuimus, et impertimur, ut unum

presbyterum fide dignum, et doctrina praeditum deputare queat, qui usque dum novus provisor, et vicarius generalis, ut praefertur, nominandus literas apostolicas promotionis ad archiepiscopatum Hadrianopolitanum acceperit, tempore intermedio durante, omnem ordinariam in illa ditione jurisdictionem, citra tamen ea, quae episcopalem ordinem et characterem requirunt, exercere possit, et debeat, prout illa a pro tempore existente archiepiscopo provisore, et vicario generali exercebitur.

Consulitur decenti substentationi provisoris generalis, ad archiepiscopalem dignitatem servandam praepositi.

§. 8. Domum cum in sublimi archiepiscopali dignitate futurus provisor, vicariusque generalis ad debitum teneatur servandum decus, ecclesiasticumque splendorem; ideo ad congruae illius substentationi consulendum, illi ejusque successoribus pro tempore existentibus super omnibus, et singulis dicti magni prioratus fructibus, redditibusque annuam assignationem, sive provisionem decies centum mille realium monetae illarum partium, quae mille, et tercentum scuta monetae Romanae, ut pariter accepimus, constituunt, quae quidem summa ab iis, qui eadem una cum dignitate archiepiscopali munera obtinebunt ejusdem Joannis principis ex sua munificentia jam praestita ad id consensu annuatim erit percipienda, ipsarum etiam tenore praesentium apostolica Nostra suprema auctoritate reservamus, constituimus, et assignamus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 9. Praesentes autem literas etiam ex eo quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes ad hoc vocati, citati, et auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, occasionibus, vel praetextibus de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus posse, easque omnino sub quibusvis constitutionibus, revocationibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, vel specialibus etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, aut alias quandocumque, et quibusvis de causis etiam pro tempore factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas, et perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo et inviolabiliter observari, illisque quorum favorem praesentes Nostrae literae quomodolibet concernunt perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere; sicque in praemissis ab omnibus censeri, et ita per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate, et potestate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictae Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 10. Quocirca venerabili fratri Carolo Bellisomi archiepiscopo Tyanensi in civitate Lisbonensi Nostro, et apostolicae Sedis nuntio, ejusque successoribus per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios ipsas praesentes literas, et in eis contenta quaecumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties fuerint requisiti solemniter publicantes, et in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate Nostra easdem praesentes, et in eis contenta quaecumque ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari, non permittentes quempiam super praemissis per quoscumque quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, si qui forent, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel praeeminentiae fuerint per sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, vel facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus quatenus opus sit Nostris, et cancellariae apostolicae regulis etiam de jure quaesito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, et quibusvis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; nec non

ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, dictique magni prioratus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis primodicto ordini, ejusque magno magistro, et militibus, vel quibusvis aliis personis per quoscumque Romanos pontifices praedecessores Nostros, et dictam Sedem sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam iteratis, et multiplicatis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita, et praescripta forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, praesentibus inserti forent etiam praesentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad effectum validitatis, et perpetuae firmitatis, ac plenariae executionis praemissorum omnium, et singulorum hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse derogamus. Ad hoc autem, ut eaedem praesentes Nostrae literae quoties opus fuerit innotescant volumus, et statuimus, quod ipsarum transumptis etiam impressis manu notarii publici subscriptis, et sigillo ipsius Caroli archiepiscopi, et illius successorum munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae eisdem praesentibus originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae confirmationis, approbationis, revalidationis, reintegrationis, divisionis, distinctionis, separationis, consensuum suppletionis, concessionis indulti, reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, mandati, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, sexto idus januarii, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXXV.

Dat. die 25. jan. 1793. Anno XVIII.

Instantibus consiliariis civitatis Recinetensis confirmatur rescriptum r. p. d. auditoris Sanctissimi quo praescribitur, ut deinceps in adligendis familiis inter consiliarios dictae civitatis recensendis constare debeat, ipsas possidere bona valoris scutorum sex millium.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum dilectis filiis hodiernis consiliariis nobilis regiminis civitatis Nostrae Recinetensis quam maxime cordi sit, ut splendor muneris consiliarii patriae suae magis magisque vigeat, atque ad omnia consecutura tempora purus, nitidusque servetur, exponi Nobis nuper fecerunt, quod per capitula bussolaria nuncupata dictae civitatis Recinetensis a felicis recordationis Clemente pp. XI. anno millesimo septingentesimo decimo septimo per suas in simili forma Brevis expeditas literas in forma specifica confirmata, quae in bussolo renovatione ad novas adligendas familias inserviunt, inter caetera sub numero primo praescribitur ut cives, vel exteri, qui inter consiliarios ejusdem civitatis cooptari desiderant, probare teneantur se possidere bona fructifera valoris saltem scutorum duorum mille: et licet summae hujusmodi fructus, ac redditus tunc temporis forsan sat essent ad decentem nobilis familiae exhibitionem, nunc tamen ob annonae, et luxus augmentum ad hoc impares non solum videntur, sed etiam cum quilibet ferme de populo parco, ac misere vivendo rem suam familiarem dicti valoris scutorum duorum mille constituat, hinc adlectio inter consiliarios hujusmodi vilescat, ac antiquus familiarum splendor penitus imminuatur: quo itaque huic incommodo memorati exponentes aliquod firmum adhiberent remedium jam a dilecto filio magistro Aurelio Roverello audi-

Digitized by Google

tore Nostro obtinuerunt rescriptum tenoris, qui sequitur.

Die 29. novembris 1792.

Ex audientia Sanctissimi

Tenor rescripti dati ab auditore sanctissimi.

§. 2. Sanctissimus attentis expositis, ac relatione, et voto r. p. d. Marchiae praesidis quoniam adauctus civitatis splendor, ac sumptuosior vitae cultus ampliorem postulat censum praesertim in primoribus civitatis, proinde mandavit, ut abhinc imposterum quicumque postulaverit adlectionem inter consiliarios nobilis regiminis Recineti, habere debeat bona propria libera fructifera, quorum valor adaequet summam scutorum saltem sex millium, firmis caeteroquin manentibus caeteris omnibus qualitatibus, conditionibus, et declarationibus expressis in capitulis civitatis, quibus novam hanc sanctionem augentem consiliariorum censum a scutis duobus millibus ad scuta sex millia adjiciendam esse mandavit. Et ita non obstantibus praefatis capitulis, Brevi confirmatorio san. mem. Clementis XI. ceterisque aliis quomodolibet in contrarium facientibus.

A. Rovarella aud.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Verum ut rescriptum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius illud iidem exponentes apostolicae confirmationis patrocinio firmari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut supra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur exponentes praedictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praeinsertum rescriptum auctoritate apostolica confirmamus, et approbamus, ac omnibus, et singulis in ea contentis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit memoratis Clementis praedecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae civitatis Recinetensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima secunda januarii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXXVI.

Dat. die 29. jan. 1793. Anno XVIII.

Restitutio festivitatis sancti Stanislai episcopi et martyris pro regno Poloniae, et magno ducatu Lithuaniae ad diem octavam maji.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, aliisque locorum ordinariis regni Poloniae, et magni ducatus Lithuaniae.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio et tenor concessionis.

§. 1. Cum Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die secunda aprilis mox transacti

anni millesimi septingentesimi nonagesimi secundi expeditas literas, quo Christifidelium in sanctum Stanislaum episcopum, et martyrem regni Poloniae, et ducatus Lithuaniae patronum principalem veneratio augeretur, carissimi in Christo filii Nostri Stanislai Augusti Poloniae regis illustris precibus Nobis humiliter porrectis annuentes, fraternitatibus vestris festum diem ipsius sancti Stanislai, qui die octava maji celebrabatur ad diem tertiam ejusdem mensis maji transferendi plenam, et amplam facultatem concesserimus, prout in eisdem Nostris literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Quod sicut accepimus translatio festi hujusmodi, quin ad intendendam Christifidelium in sanctum Stanislaum pietatem, ac religionem conferret, horum etiam imminutioni vertebatur, hinc Nos quantum maxime desiderantes, ut totius inclytae nationis Polonae in sanctum suum principalem patronum in singulos dies magis magisque amplictur, ac dilectorum etiam filiorum novae confoederationis nationalis precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitatibus vestris celebrationem festivitatis sancti Stanislai episcopi, et martyris praedicti una cum indulgentiis, aliisque gratiis, et indultis spiritualibus alias a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris festivitatis hujusmodi celebrationi quomodolibet adnexis ad octavam diem maji, servatis iis omnibus, quae ante memoratas Nostras literas servabantur, auctoritate Nostra apostolica restituendi, et reponendi plenam, et amplam facultatem tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus, quatenus opus sit, iisdem memoratis Nostris literis, constitutionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, ex extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima nona januarii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXXVII.

Dat. die 29. jan. 1793. Anno XVIII.

Instante rege catholico separantur provinciae clericorum regularium ministrantium infirmis in Hispania, atque America existentes a corpore congregationis, ac eriguntur in novam congregationem.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Apostolicae Sedis auctoritas, qua universi catholici orbis consulit felicitati, religiosorum ordinum commodo, et tranquillitati sic semper prospexit, ut ea omnia opportunis sanctitis legibus decreverit, quae ad illorum regimen, atque incolumitatem conferre in Domino videretur.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, urgentissimis de causis separationem provinciarum Hispanae scilicet, et Americanae clericorum regularium congregationis ministrantium infirmis a praeposito generali extero, ac easdem provincias in novam congregationem Hispanam per Nos erigi summopore desiderare.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos rite, ac mature perpensis rationum momentis, quae separationem, ac respective erectionem hujusmodi suadere poterant, atque enixis ejusdem Karoli regis catholici hisce desuper semel, iterum, ac tertio exhibitis precibus favorabiliter quantum cum Domino possumus annuere, clericosque provinciarum, ac congregationis praedictarum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolven-

Digitized by Google

tes, et absolutos fore censentes, supplicationibus, memorati Karoli regis catholici nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratas provincias clericorum congregationis ministrantium infirmis, omnes scilicet domos ejusdem congregationis in Hispaniis, ac America eidem Caroli regi catholico subjectis consistentes, ac personas omnes a subjectione, jurisdictione, correctione, obedientia, et visitatione praepositi generalis dictae congregationis perpetuo auctoritate apostolica tenore praesentium eximimus, et liberamus, easdemque provincias, seu domos praedictas sic exemptas, et separatas in novam congregationem Hispanam clericorum regularium congregationis ministrantium infirmis nuncupandam auctoritate, et tenore praedictis erigimus, et instituimus.

Consulitur bono regimini congregationis.

§. 4. Praeterea cum haec quoque congregatio sic a Nobis per praesentes erecta ab uno vicario generali, quatuor consultoribus, ac uno arbitro, et a secretis regi, et gubernari debeat, qui omnes iisdem facultatibus, auctoritate, honoribus, praerogativis, privilegiis, ac exemptionibus polleant, quibus praepositus generalis totius congregationis praedictae, ac consulta generalis respective pollent, suisque officiis eodem prorsus modo et forma, quae ab apostolicis literis, decretis, ac rescriptis itidem apostolicis, et constitutionibus congregationis praedictae sunt praescripta fungi debeant, clericos novae congregationis hujusmodi tum vicarium generalem, tum memoratos officiales juxta regulares dictae congregationis constitutiones auctoritate apostolica confirmatas sibi eligendi, nec non etiam praefectos, seu superiores locales deputandi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Concessio indultorum, privilegiorum, et gratiarum.

§. 5. Tandem eidem congregationi sic noviter erectae, illiusque ecclesiis, et clericis regularibus, nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis favoribus, indulgentiis, exemptionibus, indultis, suffragiis, aliisque gratiis spiritualibus, et temporalibus, quibus eadem congregatio, illiusque ecclesiae, ac clerici ante dismembrationem, separationem, et exemptionem praedictam utebantur, fruebantur, ac potiebantur, seu uti, frui, et gaudere poterant, pari modo etiam in posterum, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia perinde ac si privilegia, favores, gratiae, indulgentiae, exemptiones, et indulta hujusmodi ipsi congregationi post suam separationem, et exemptionem praedictam, illiusque ecclesiis, et clericis specialiter concessa reperirentur, ita tamen ut defunctis suffragia praestent a capitulis generalibus ordinata auctoritate, et tenore praedictis, concedimus, et indulgemus.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, synodalibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictae congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ec-

clesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima nona januarii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 1. febr. 1793. Anno XVIII.

CMXXVIII.

Facultas directori domus exercitiorum spiritualium civitatis Hispalensis pro tempore existenti benedicendi paramenta, ac vestes sacras cappellae oratorii ejusdem domus, ac in eo asservandi sanctissimum Eucharistiae sacramentum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Decet Romanum pontificem ea omnia, quae ad animarum salutem, ac proximorum aedificationem constituta esse noscuntur, sua auctoritate confovere, ac quo incepta hujusmodi in dies augeantur, gratiis spiritualibus ditare, prout mature rerum, ac temporum circumstantiis perpensis in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Theodimirus Ignatius Diaz de la Vega presbyter saecularis congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii in civitate Hispalensi, quod ipse in animarum salutem omnes cogitationes suas intendens domum cum sacello, atque opportunis officinis, et suppellectili optime instructam magnis sumptibus aedificavit, ut hic tum ecclesiastici, tum saeculares, qui exercitiis spiritualibus ad animarum suarum utilitatem vacare exoptassent, exciperentur: quod quidem inceptum annuentibus, immo approbantibus ipsis archiepiscopis Hispalensibus adeo excrevit, ut quotannis quadringentorum numerum excedit animarum suarum saluti ferventer vacantium concursus: quapropter nuper etiam carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus hanc domum in suam, et Hispaniarum regnum catholicorum ejus successorum regiam tutelam adscivit, eamque regalem domum per suum regium diploma 6. junii anni 1791. vocari voluit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, moderatorem spiritualem domus hujusmodi, et illius sacellum ad Christifidelium inibi concurrentium spiritualem utilitatem memoratus exponens nonnullis gratiis per Nos ditare summopere desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur eumdem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut tempore exercitiorum spiritualium hujusmodi augustissimum Eucharistiae sacramentum in sacello, seu oratorio ipsius domus asservari, Christifidelium adorationi exponi, ac etiam fidelem populum benedici libere, ac licite possit, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus: moderatori vero spirituali ejusdem domus pro tempore existenti, ut ipse vestes sacerdotales, corporalia, et alia ornamenta, et paramenta ecclesiastica ad cultum divinum, ad cappellae, seu oratorii praedicti dumtaxat servitium necessaria benedicendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur. Ad augendam porro fidelium inibi per octo saltem dies continuos spiritualibus exercitiis vacantium religionem, ac animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris procurandam de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi: omnibus, et singulis Christifidelibus, qui in dicta domo per octo saltem dies continuos hujusmodi spiritualibus exercitiis, ut praefertur, dabunt operam, et interea temporis vere poenitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, ac ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus, nec non iisdem Christifidelibus in dicta domo ad pium, ac salutare opus hujusmodi exercendum commoranti- Tenor concessionis.

Digitized by Google

bus, ut recitando litanias beatae Mariae virginis in cappella, seu oratorio praedicto indulgentiam biscentum dierum ab apostolica Sede jam alias concessam animabus fidelium defunctorum per modum suffragii applicare possint, auctoritate, et tenore praedictis pariter elargimur. Tandem, ut quandocumque sacerdos aliquis saecularis, vel cujusvis ordinis, congregationis, et instituti regularis missam defunctorum ad altare ipsius cappellae, seu oratorii pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad praedictum altare celebrabit, anima ipsa de thesauro per modum suffragii indulgentiam consequatur, ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, ac beatissimae virginis Mariae, sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a purgatorii poenis liberetur, concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit Hispalensis dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta februarii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

CMXXIX.

Dat. die 5. febr. 1793. Anno XVIII.

Confirmatio tractatus initi cum serenissimo archiduce Austriae magno duce Etruriae super confinibus status Pontificii, et Etruriae.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Romani pontificis muneri minime consultum foret, nisi praeter ea multa, quae ad christianae religionis integritatem servandam ei incumbunt; temporalis quoque ditionis sibi attributae jura tuendo, tranquillitatem foveret, et quae utiliora comperta sunt pacta probaret.

Expositio status controversiae super violatione confinium, et pactorum initorum pro compositione amicabili curanda.

§. 2. Cum itaque postquam a Nobis una cum dilectissimo in Christo filio Nostro Ferdinando archiduce Austriae, Etruriaeque sibi subjectae magno duce statuta fuere, et temporalis apostolicae Sedis status, ac Etruriae locorum confinia, nec non in eorum aliquibus vetitum fuit, ne intra praefinitam lineae jurisdictionalis distantiam nova construerentur aedificia, et haec pactio ita utrique parti utilis comperta fuerit, ut unanimi Nostra cum ipso Ferdinando, et magno duce sententiam illam ad quamlibet eorumdem confinium partem opportunis initis conditionibus ampliare deliberaverimus. Ideo Nos dilecto filio magistro Carolo Mariae de Federicis notarum arcanarum secretariae Nostrae status a secretis, et familiari Nostro dedimus in mandatis, ut cum dilecto etiam filio Joanne Gianni ordinis militaris sancti Stephani pp. equite, atque ad ipsius Ferdinandi magni ducis apud Nos gerenda negotia, ad id etiam specialiter designato, praemissam ampliationem constituere, et rem ad exitum perducere valeret. Cumque collatis invicem ipsorum facultatibus de negotio hujusmodi serio, et mature ab ipsis actum fuerit, demum die nimirum decima septima proxime praeteriti mensis januarii infrascriptas conventiones, et pactiones, quatenus illae a Nobis, et ab ipso Ferdinando magno duce probarentur, inierunt, ac propriis respective characteribus, et signis obfirmarunt tenoris sequentis.

Tenor conventionum.

§. 3. Essendosi dai due sovrani il sommo pontefice papa Pio sesto, ed il serenissimo arciduca Ferdinando terzo granduca decimo di Toscana concordemente riconosciuta la reciproca utilità del patto apposto in alcune delle moderne ricognizioni tra lo stato ecclesiastico, ed il granducale respettivamente alla proibizione de' nuovi edifizi dentro una stabilita

distanza dalla linea del confine giurisdizionale, sono i due prelodati sovrani venuti nell' unanime determinazione di estendere l' osservanza del preindicato patto a qualunque altra parte ancora dei confini pontificj, e granducali, ove non si trovasse il patto suddetto compreso fra le altre condizioni apposte all' istrumento, e trattato della respettiva confinazione. Sono stati pertanto dai sopralodati sovrani autorizzati al concordato da celebrarsi in conseguenza, salva la sovrana respettiva ratifica, i due infrascritti deputati per mezzo delle opportune facoltative da riportarsi in copia autentica in piè del presente, in sequela delle quali, e delle respettive particolari istruzioni hanno i deputati anzidetti stabilito, e convenuto solennemente quanto appresso.

Pacta servanda.

§. 4. Primo. Che in qualunque parte della linea giurisdizionale dividente lo stato pontificio dal gran ducato di Toscana, ancorchè non sia stipulato per patto nel rispettivo istrumento di confinazione resti proibito in avvenire a qualunque suddito o abitante dell' uno, o dell' altro stato di fabbricare, o costruire case, capanne, stalle, forni, seccatori, o altri edifizi stabili di qualsivoglia natura, o di ampliare in verun modo alcuna fabbrica già esistente se non alla distanza di canne quaranta fiorentine, di braccia cinque l' una che sono canne Romane cinquantadue, palmo uno, once otto, minuti 4 $^{1}/_{10}$ dalla linea di confine dividente i due stati sotto la pena in genere della demolizione del fabbricato di nuovo a tutte spese del contravventore, e sotto quelle più speciali pene, che porterà seco la particolare legislazione criminale del rispettivo stato, nel cui territorio averà avuto luogo la contravenzione. Secondo. Che resti in conseguenza molto più espressamente proibito come sopra il traversare con i così detti cavalcavia, o altro edifizio qualunque d' interna comunicazione la strada, o linea del confine dei predetti due stati riserbandosi i due sovrani di prendere di concerto in appresso gli opportuni provvedimenti per quegli edifizj, che ormai già esistono di tal natura presso la linea di confine. Terzo. Che non ostante le sopra espresse proibizioni, sia lecito peraltro a qualsivoglia suddito, o abitante dei due stati limitrofi di ampliare i molini già esistenti, o costruirne de' nuovi lungo le ripe dei fiumi, o torrenti anche dentro l' enunciata distanza di canne quaranta fiorentine dalla linea di confine, purchè però della costruzione dei nuovi, o ampliazione degli antichi sia riconosciuto il bisogno, o venga accordato il permesso di ambedue i governi, ben inteso, che il governo, nel territorio del quale voglia costruirsi, o ampliarsi il molino, e non il particolare edificatore, abbia l' incarico di procurare l' annuenza dell' estero respettivo governo. Quarto. Che non ostante parimente le proibizioni surriferite s' intenda sempre riservato ai due respettivi sovrani il diritto di erigere dentro la citata distanza dal confine nuove dogane, o altri edifizj a quelle appartenenti, o ampliare i già esistenti ogni qualvolta siano destinati all' oggetto di preservare, e custodire le respettive sovrane regole. Quinto. Che debbano i riservi contenuti come sopra nei precedenti articoli terzo e quarto intendersi estesi ancora a tutti quei luoghi di confine tra lo stato ecclesiastico, e gran ducale ove fosse già nel rispettivo finale istrumento di confinazione pattuita senza riserva, o specificazione alcuna la surriferita proibizione in genere delle nuove fabbriche ad una data distanza dal confine. Sesto. Che per quanto ha rapporto allo stato pontificio, debbano le sopra espresse proibizioni comprendere qualunque persona ecclesiastica, o secolare, o qualsivoglia corpo morale, che per qualsivoglia amplissimo privilegio potesse pretendere di essere esente dall' osservanza del presente concordato, giacchè nelli dominj di sua altezza reale il serenissimo gran duca di Toscana, non vi è alcun individuo o persona ecclesiastica, o secolare, nè alcun corpo morale, che possa pretendere, o dirsi di essere privilegiato. Settimo. Che il medesimo debba dentro un mese dal giorno della sua stipolazione essere solennemente approvato, e sanzionato mediante il baratto delle respettive sovrane ratifiche. Ottavo. Che dentro due mesi dal giorno della ricevuta ratifica venga pubblicato nell' uno, e nell' altro stato, o specialmente nei luoghi, che restano respettivamente a confine, e che non erano prima soggetti alla proibizione come sopra concertata, l' opportuno editto relativo all' osservanza del presente concordato.

Acceptatio pactorum ex parte commissariorum

§. 5. Noi sottoscritti, usando delle facoltà conferiteci dai rispettivi nostri sovrani, e qui inserte originali, e colle reciproche copie au-

tentiche abbiamo fissato il presente concordato, e vi apponghiamo il nostro nome, e sigillo, salve le ratifiche per parte di sua Santità, e di sua altezza reale il serenissimo arciduca, gran duca di Toscana. Questo di XVII. gennajo MDCCXCIII.

Carlo Maria de Federici segretario della cifra, e deputato della Santità di Nostro Signore papa Pio sesto.

Loco ✠ Sigilli.

Cavalier Giovanni Gianni incaricato degli affari, e deputato da sua altezza reale il serenissimo arciduca, gran duca di Toscana.

Loco ✠ Sigilli.

Sequitur tenor facultatum concessarum.

Monsignor Federici segretario della cifra.

Dalla segretaria di stato li XXVIII. novembre MDCCXCII.

Facultates concessae praesuli Federicio, pro stipulanda concordia.

§. 6. Umiliatasi alla Santità di Nostro Signore una rappresentanza della reale corte di Toscana in cui in nome del serenissimo arciduca, gran duca, si propone alla Santità Sua di destinare un soggetto il quale firmi il concordato da stipolarsi fra la stessa, e la corte pontificia ad oggetto di estendere a tutta la linea del respettivo confine la proibizione già convenuta per alcuni tratti della medesima linea della erezione di nuove fabbriche ad una distanza determinata; il Santo Padre è venuto nella determinazione di destinare a questo incarico la persona di monsignor Federici segretario della cifra. Se ne reca pertanto al medesimo il presente riscontro, affinchè a tenore del trattato già intrapreso fra le due corti, possa procedere col soggetto destinato a tale atto dalla suddetta real corte, alla firma del concordato da riservarsi sempre alle ratifiche de' due sovrani.

F. S. cardinal de Zelada.

Facultates concessae equiti Gianni ad eumdem effectum.

§. 7. — Item — Signor cavaliere Giovanni Gianni incaricato degli affari di sua altezza reale il serenissimo arciduca gran duca di Toscana presso la santa Sede.

Roma — Illustrissimo signore signore padrone colendissimo

Con sovrano rescritto del 19. del cadente emanato in sequela di mia umilissima rappresentanza dei 6. detto si è degnata sua altezza reale nostro signore di destinare la persona di vostra signoria illustrissima alla firma del concordato da stipolarsi con codesta corte pontificia all'effetto di estendere a tutta la linea del confine Pontificio, e Toscano la proibizione pattuita già fra i due stati per alcuni tratti soltanto di detta linea della erezione di nuove fabbriche ad una determinata distanza dell'indicato confine. Mi faccio un pregio a forma degli ordini della reale altezza sua, di partecipare a vostra signoria illustrissima il divisato sovrano rescritto, affinchè ella in conseguenza del medesimo, e del trattato già intrapresone con cotesta corte, possa procedere con il soggetto, che verrà dalla Santità Sua abilitato a tale atto alla firma dell'ideato concordato da riservarsi sempre alle rispettive sovrane ratifiche. Profitto intanto di questo favorevole riscontro per rassegnarmi col più distinto ossequio

Di vostra signoria illustrissima

Dall' archivio delle riformazioni, e confine—Firenze li XXIV. novembre MDCCXCII.

Devotissimo obbligatissimo servitore Bernardo Lessi.

Confirmatio apostolica.

§. 8. Nos igitur perpendentes praemissas conventiones, et pactiones aequitati consonas, utriusque ditionis subditorum quieti, et tranquillitati profuturas; ipsique Ferdinando magno duci, qui suo diplomate illas probavit, rem gratam agere intendentes, ex certa scientia, deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, easdem conventiones, et pactiones, illarumque integrum tenorem, ut praefertur, transcriptum, ex parte etiam nostra, ipsarum literarum vi approbamus, pariterque ratas habemus, atque illis omnibus, et singulis auctoritatis Nostrae robur adjicimus; omniaque in eis contenta sincere, et inviolabili-

Digitized by Google

ter a quibusvis subditis nostris impletum, et servatum iri volumus, praecipimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Decernentes praesentes Nostras literas, et conventiones, ac pactiones in praemissis articulis contentas, et praeinsertas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, nec a praemissis recedi, vel resiliri posse, minusque sub quacumque derogatione comprehendi: sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, sublata eis quavis aliter judicandi facultate, judicari, et definiri debere: irritum pariter, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, aliisque, si quae essent, conventionibus, et pactis quocumque tempore initis, quibus omnibus, et singulis specialiter et expresse per praesentes derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae approbationis, ratihabitionis, praecepti, mandati, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae, millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, nonis februarii, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 11. jan. 1793. Anno XVIII.

CMXXX.

Ut ab utroque clero civitatis et dioecesis Angelopolitanae officium, et missa sancti Joannis Nepomuceni sub ritu duplici secundae classis recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus episcopus Angelopolitanus, nec non dilecti filii capitulum, et canonici dictae cathedralis ecclesiae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga sanctum Joannem Nepomucenum gerunt devotionis affectu, ritum officii ejusdem sancti per Nos elevari summopere cupiant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Non igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Carolo Erskine fidei promotore: ut imposterum ab universo clero saeculari, et regulari dictae Angelopolitanae civitatis, et dioecesis officium sancti Joannis Nepomuceni praedicti sub ritu duplici secundae classis recitari possit, ac valeat, ad quem effectum, ritum officii hujusmodi a duplici minori, ad duplicem secundae classis pro utroque clero praedicto elevamus, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et dioecesis praedictae, ejusque cleri etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica

Digitized by Google

dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Digitized by Google

ANNO DECIMO NONO

CMXXXI.

Dat. die 16. febr. 1793. Anno XIX.

Instantibus rectore, et decanis, atque provisoribus universitatis Coloniensis renovatur indultum nominandi ad canonicatus.

Dilectis filiis nobilibus viris consulibus, et senatus civitatis, et reipublicae Coloniensis.

Pius PP. VI.

Dilecti filii nobiles viri
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Memorantur providentiae ad rem captae a Paulo V. aliisque pontificibus.

§. 1. Alias piae memoriae Paulo pp. V. praedecessori Nostro pro parte vestra exposito, quod pridem felicis recordationis Clemens pp. VIII. similiter praedecessor Noster, cum accepisset, quod antea rec. mem. Paulus pp. IV. etiam praedecessor Noster certis tunc expressis causis adductus rectori, et decanis quatuor facultatum videlicet theologiae, juridicae, medicinae, et artium, quae consistunt in tribus gymnasiis Montano, Laurentiano, et trium Coronarum universitatis studii generalis Coloniensis, consiliique illius facultatis ex quo persona nominanda esset apostolica auctoritate indulsit, ut cum provisoribus ejusdem universitatis personas assumere possent in eadem universitate promotas, ac in publicis scholis legentes, et lecturas, quas ipse rector, et decani, ac provisores, praestito juramento, unanimi consilio illius facultatis, in qua legerent, vel legere deberent, ad id more solito congregati idoneas, et catholicas esse, ac ad laudem, et fructum studiosorum profiteri posse cognoscerent, easque dilectis filiis majoris, et aliarum ecclesiarum dictae civitatis capitulis, ad quae canonicatuum, et praebendarum in iisdem ecclesiis consistentium collatio, provisio, praesentatio, electio, institutio, seu quaevis alia dispositio communiter, vel divisim, aut alias quomodolibet pertineret, dictae videlicet majoris, ac sancti Gereonis Coloniensis ad presbyterales tamen; ad reliquos vero aliarum ecclesiarum canonicatus, et praebendas, qui inde ad triennium tunc venturum in singulis martii, julii, et novembris mensibus Sedi apostolicae per concordata Germaniae cum ipsa Sede inita, reservatis vacassent, nominare valerent eos, ad quos illorum collatio, provisio, praesentatio, electio, et dispositio ejusmodi spectaret, et deinde dictum triennium semel atque iterum piae memoriae Pius pp. IV. et Pius pp. V. etiam praedecessores Nostri, ad simile triennium prorogarunt, et indultum praedictum etiam ad majorem post pontificalem, et principales, aliasque dignitates, personatus, administrationes, et officia etiam curata, nec non vicarias, et cappellanias perpetuas majoris, collegiatarum, aliarumque ecclesiarum Coloniensium, quae in praedictis mensibus intra ipsum tempus vacarent, ampliaverant, et successive rec. mem. Gregorius pp. XIII. similiter praedecessor Noster terminum a praedicto Pio V. praedecessore prorogatum, vel concessum, ad aliud triennium primo, et subinde ad quinquennium, alias juxta formam literarum indulti Pauli IV. praedecessoris praedicti dumtaxat extenderat, vel etiam concesserat, et deinde idem quinquennium ab eo prorogatum, vel concessum, ad aliud quin-

Digitized by Google

quennium ab illius fine numerandum extenderat, et ampliaverat, si vero lapsum esset novum quinquennium hujusmodi ad hoc, ut praedictum, novo quinquennio durante rector, decani, et provisores praedicti ad presbyterales majoris, et sancti Gereonis tantum, ad omnes vero alios reliquarum ecclesiarum Coloniensium canonicatus, et praebendas dumtaxat personas nominare possent, de novo concesserat, et successive similis memoriae Sixtus pp. V. etiam praedecessor Noster quinquennium ab eodem Gregorio ultimo prorogatum, seu concessum ad quadriennium a fine ultimo prorogati, seu concessi quinquennii hujusmodi inchoandum extenderat, et ampliaverat; si vero lapsum esset, novum quadriennium ejusmodi, ad hoc, ut ipso durante, rector, decani, et provisores ad presbyterales majoris, et sancti Gereonis, ad omnes vero alios reliquarum ecclesiarum Coloniensium canonicatus, et praebendas dumtaxat, qui interim in aliquo ex tribus mensibus praedictis juxta formam, et tenorem literarum Pauli praedecessoris praedicti, tantum personas, ut praefertur, qualificatas nominare, et alias prout in literis dicti Pauli IV. praedecessoris continetur, facere possent, indulserat; ita tamen, ut personae sic nominatae intra sex menses a die provisionis, collationis, seu alterius cujusvis dispositionis, de praedictis canonicatibus, et praebendis in vim nominationis ejusmodi factae numerandos, novas provisiones de iisdem canonicatibus, et praebendis a dicta Sede petere, et literas apostolicas sub plumbo in totum expedire, ac jura camerae apostolicae, et aliis propterea debita persolvere omnino tenerentur, et nisi praemissa adimplerent, ipso semestre elapso, iidem canonicatus, et praebendae vacarent eo ipso, et sic vacantes per Sedem apostolicam dumtaxat, aliis quibusvis personis conferri libere possent; volens, ut rector, et alii ejusmodi jus nominandi habentes, sive ecclesiastici, sive laici forent, fidem catholicam juxta articulos ab eadem Sede propositos in manibus archiepiscopi, sive officialis Coloniensis pro tempore existentis annis singulis profiteri tenerentur, alioquin nominationes ab eis faciendae, et inde secuta omnia nullius essent roboris, vel momenti, ipse etiam Clemens praedecessor certis tunc expressis de causis tempus quadriennii per dictum Sixtum praedecessorem prorogati, seu de novo concessi de consilio tunc existentium Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregationis Germanicae bis ad aliud quinquennium extenderat, et prorogaverat, et quatenus lapsum esset idem indultum de novo concesserat juxta formam literarum Pauli IV. praedecessoris Nostri, ita tamen, ut prioris indulti ejusmodi prorogatio, seu concessio non extenderetur ad canonicatus, et praebendas ecclesiae metropolitanae quam aliarum ecclesiarum omnium dictae civitatis etiam ad alios, qui in alia, quam Coloniensi accademia, gradum suscepissent illud extensum esse voluerat, ac extenderat, et ampliaverat, volens, et inhibens, si aliquis nominatus beneficium, ad quod nominatus fuisset resignare vellet, ne ullomodo, nisi in manibus Romani pontificis, aut nuncii apostolici in dicta civitate Coloniensi pro tempore existentis ejusmodi beneficium ad favorem alterius, a rectore, et decanis praedictis nominandi; nec per resignationem illud, nec permutationem dimittere posset, quodque non nisi servato inter competitores concursu a sacro concilio Tridentino in collationibus parochialium ecclesiarum praescripto, ad canonicatus, et praebendas praedicta nominare, et conferre deberent, ac nominantes jurare se dignoscere, et ad profitendi munus magis aptum praelaturas, et vicissim eum, quem praeferri contigisset, jurare se injunctum, profitendi officium diligenter praestiturum.

Enumeratio aliarum concessionum factarum ipsi universitati.

§. 2. Deinde vero ex causis praedictis dictus Clemens praedecessor indultum hujusmodi ad aliud quinquennium iterum prorogaverat, ac extenderat, seu concesserat, decreveratque ejusmodi canonicatus, et praebendas, nonnisi personis ex aliqua ex dictis universitatibus idoneis, qui jure jurando ad profitendi munus diligenter sese adstringerent, dumtaxat conferri ad canonicatus, et praebendas praedictos per eos hujusmodi nominationis vigore obtinendos, nonnisi in manibus Romani pontificis pro tempore existentis cum specifica mentione, quod illos vigore nominationis ejusmodi consecuti essent, resignari, vel alias dimitti nullatenus possent, alioquin canonicatus et praebendae ejusmodi vacarent eo ipso, ita ut de illis per Sedem apostolicam dumtaxat disponi posset, idem Paulus praedecessor supplicationibus sibi super hoc hu-

militer porrectis, inclinatus, indultum vobis a praedicto Clemente praedecessore concessum, et desuper expeditas literas praedictas ad aliud quinquennium a fine quinquennii ultimo dicti a Clemente praedecessore concessi computandum auctoritate apostolica extendit, et prorogavit, et nihilominus sine praejudicio tunc, et pro tempore existentis archiepiscopi Coloniensis dilectis filiis rectori, ac decanis praedictarum quatuor facultatum in dicta universitate canonice institutarum, et consilio illius ex facultatibus ejusmodi, cujus persona juxta formam literarum Pauli IV. praedecessoris nominanda fuisset, etiam pro tempore existentibus una cum dilectis etiam filiis provisoribus ipsius universitatis, ut personas in eadem universitate promotas, ac legentes, et lecturas, quas ipsi rector, decani, ac provisores medio eorum juramento una cum consilio facultatis ejusmodi, in qua personae ipsae legerent, vel legere deberent, ad hoc more solito convocati idoneas, et catholicas esse, ac cum laude, et fructu inibi pro tempore studentium profiteri posse affirmarent, ita ut si controversia in nominando inter rectorem, et decanos, nec non provisores, et consilium ejusmodi exorta fuisset, ille, quem major pars votis suis praeferendum putasset praeferretur: dilectis filiis majoris, et sancti Gereonis, ac aliarum ecclesiarum capitulis, ad quae canonicatuum, et praebendarum in iisdem ecclesiis consistentium collatio, provisio, praesentatio, electio, institutio, et quaevis alia dispositio conjunctim, vel separatim, aut alias quomodolibet cessantibus reservationibus, et affectionibus apostolicis, pertinebat, videlicet, ad presbyterales tantum majoris, et sancti Gereonis, ita ut nominandae personae secundum eorum statuta, et privilegia eorum capitulis concessa, ut praemittitur, qualificatae essent, ad omnes vero, et singulos alios canonicatus, et singulas praebendas reliquarum ecclesiarum ejusmodi, quae ex tunc, ad quinquennium tunc proximi futurum a fine ultimi quinquennii per Clementem praedecessorem prorogati, seu concessi computandum in singulis martii, julii, et novembris mensibus pro tempore vacassent, et vacare contingeret, nominare libere, et licite valerent dicta auctoritate concessit, et indulsit, ac statuit, et ordinavit, quod ii, ad quos collatio, provisio praesentatio, electio, institutio, vel quaevis alia dispositio canonicatuum, et praebendarum ejusmodi pro tempore spectaret, canonicatus, et praebendas, quos personae ad illos sic nominatae per se, vel procuratorem suum ab eis specialiter constitutum infra unius mensis spatium, postquam eis, vel procuratori suo illorum vacatio innotuisset, duxisset acceptandos, cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, iisdem nominatis personis conferre, et de eis etiam providere, seu ad eos illas praesentare, aut eligere, vel in iis instituere, aut alias de illis in earumdem personarum nominatarum favorem disponere tenerentur, quodque iis praemissa facere recusantibus, vel negligentibus, aut differentibus etiam pro tempore abbas sancti Martini Coloniensis, et decanus ecclesiae s. Pauli Leodiensis, et qui haereticae pravitatis inquisitor in illis partibus auctoritate apostolica deputatus existeret prior domus ordinis fratrum Praedicatorum, et Coloniae, et eorum quilibet canonicatus et praebendas, sic vacantes personis ad illos, ut praemittitur, nominatis pro ea vice tantum eadem auctoritate conferre, et de illis etiam providere libere, ac licite possent, et quod ab iisdem personis sic pro tempore nominatis in actu nominationis de eis pro tempore factae in qua facultate, in quo gymnasio in qua hora illa docere, seu legere deberent, exprimeretur, et si a praemissis defecissent, post primam, et secundam monitiones eis desuper factas, a perceptione fructuum, redditnum, et proventuum praebendarum, quas vigore nominationum, et collationum ejusmodi tunc assecuti fuissent, per abbates, et decanum ecclesiae sancti Pauli Leodiensis, et priores praedictos, aut aliqua ex iis ad requisitionem illis per electorem, et decanos facultatum, ac provisores universitatis ejusmodi faciendam suspenderetur, et si suspensionem ejusmodi per mensem sustinuissent, indurato animo, iisdem praebendis ipso facto, et cum effectu privarentur, et pro privatis haberentur, et statim de illis aliae personae modo, et forma praemissis providerentur.

§. 3. Verum si personae nominatae praedictae in aliquam suspicionem haeresis incidissent, in eas per inquisitores haereticae pravitatis in illis partibus eadem auctoritate deputatos absque ulla mora inquirerentur, et si illae compertae fuissent haeresis ejusmodi infectae, alii catholici ad beneficia per illos ob-

Vacare con- les personae nominatae infictae si in haeresis suspicionem inciderint.

tenta simili modo nominarentur, et subinde quinquennium hujusmodi ad aliud quinquennium a fine dicti quinquennii computandum semel, atque iterum extendit, et prorogavit, seu concessit, et indulsit. Postmodum autem postquam felicis recordationis Gregorius pp. XV. similiter praedecessor Noster per suas in simili forma Brevis expeditas literas indultum praedictum vobis, ut praemittitur, prorogatum, ac desuper confectas literas, et in eis contenta, ita tamen, ut hujusmodi indultum canonicatus, et praebendas metropolitanae ecclesiae Coloniensis minime comprehenderet, neque ad eos se extenderet, ac sine praejudicio dicti tunc, et pro tempore existentis archiepiscopi Coloniensis, ac alias sub certis modo, et forma tunc expressis ad aliud quinquennium de novo concesserat, et subinde rec. mem. Urbanus pp. VIII. pariter praedecessor Noster, attendens, quod indultum hujusmodi per cancellariae apostolicae regulas fuerat revocatum, et sicuti eidem Urbano praedecessori tunc exponi feceratis, causae propter quas idem indultum a Paulo IV. praedicto primo loco concessum, et ab aliis Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris praedictis, ut supra, prorogatum, et expresse de novo concessum fuerat, conservationis nimirum catholicae religionis in ista civitate Coloniensi eousque vigebat, vosque cupiebatis ad catholicorum virorum studia in istis partibus alenda, ac allicienda hujusmodi indulto diutius frui posse, idem Urbanus praedecessor per alias suas in simili forma Brevis expeditas literas indultum praedictum vobis per dictum Gregorium praedecessorem ad quinquennium, ut praefertur, de novo concessum, ac desuper confectas literas praedictas, et in eis contenta, ad aliud quinquennium apostolica auctoritate sub certis modo, et forma tunc expressis de novo concessit, ipsumque quinquennium ad aliud pariter quinquennium, et deinde secundo dictum quinquennium ad aliud similiter quinquennium extendit, et prorogavit, ac deinceps eidem Urbano praedecessori per vos exposito, seu subjuncto ad quinquennium tunc per eum ultimo loco extensum, seu concessum brevi erat expiraturum, et causae propter quas indultum ejusmodi tam a praedictis Romanis pontificibus, quam ab eo ultimo concessum fuerat, eatenus vigebant, dictus Urbanus praedecessor indultum praedictum per eum ultimo loco ad quinquennium, ut praefertur extensum, seu de novo concessum, ac desuper confectas literas, et in eis contenta, ita tamen ut provisiones hujusmodi servata dictarum literarum forma fierent, ipsumque indultum canonicatus, et praebendas ecclesiae metropolitanae Coloniensis minime comprehenderet, nec ad eos se extenderet, ac alias sub certis modo, et forma etiam tunc expressis ad aliud quinquennium extendit, et prorogavit, et postmodum similis rec. Innocentio pp. X. praedecessori etiam Nostro per vos exposito, quod causae propter quas indultum hujusmodi tam ab eodem Urbano tunc novissime, quam ab aliis praedecessoribus concessum fuerat, etiam eatenus vigebant, ipse Innocentius praedictum vobis per eumdem Urbanum praedecessorem ultimo loco ad quinquennium, ut praefertur, extensum, seu de novo concessum, ac desuper confectas literas, et in eis contenta sub certis pariter conditionibus, modoque, et forma tunc expressis ad aliud quinquennium pariter concessit. Quinquennium hujusmodi postmodum ad aliud etiam quinquennium a die xx. februarii MDCL. computandum extendit, et prorogavit, ac successive similis mem. Alexander pp. VII. etiam praedecessor Noster supplicationibus vestro nomine sibi humiliter porrectis inclinatus per ternas suas in simili forma Brevis literas unas die xxviii. augusti MDCLV. et alias die viii. januarii MDCLXI., et reliquas die xiv. martii MDCLXIV. expeditas indultum praedictum vobis concessum, et prorogatum, ut praefertur, sub certis modo, et forma tunc expressis primo quidem ad quinquennium, subinde vero ad triennium, et novissime ad quadriennium, et postmodum similis rec. Clemens pp. IX. itidem praedecessor Noster per suas pariter in simili forma Brevis die ix. sept. MDCLXVII. expeditas literas idem indultum ad quinquennium, illudque successive similis rec. mem. Clemens pp. X. etiam praedecessor Noster per literas suas similiter in forma Brevis die xviii. julii MDCLXX., et die xxvii. junii MDCLXXV. emanatas literas bis pariter ad quinquennium, et sim. rec. Innocentius pp. XI. item praedecessor Noster per ternas suas etiam in forma Brevis unas die ii. decembris MDCLXXVIII., alteras die xxvii. januarii MDCLXXXIV., et reliquas die xxvii. januarii MDCLXXIX. ex-

peditas literas, ter itidem ad quinquennium, ac sim. rec. Innocentius pp. XII. etiam praedecessor Noster per suas itidem in forma Brevis die XXIX. octobris MDCXCVIII. expeditas literas itidem ad quinquennium, et sim. rec. mem. Clemens pp. XI. etiam praedecessor Noster per binas suas pariter in forma Brevis die XIX. augusti MDCCV. et die II. septembris MDCCXVII. emanatas literas bis quoque ad quinquennium, ac rec. etiam mem. Innocentius pp. XIII. praedecessor similiter Noster per suas itidem in forma Brevis die V. septembris MDCCXXII. expeditas literas pariter ad quinquennium, ac piae mem. Benedictus pp. XIII. praedecessor etiam Noster per suas quoque in eadem forma Brevis die XVIII. junii MDCCXXVII. editas literas indultum hujusmodi ad septennium concessit, et rec. itidem mem. Clemens pp. XII. pariter praedecessor Noster per suas quoque in simili forma Brevis die XXVIII. septembris MDCCXXXV. editas literas indultum hujusmodi ad quinquennium de novo concessit, ac subinde fel. rec. Benedictus pp. XIV. similiter praedecessor Noster ad septennium, nempe die XXX. septembris MDCCXLI., diei XXII. maji MDCCLI., et die X. aprilis MDCCLVIII. per suas apostolicas literas indultum praedictum concessit, ac deinde fel. rec. Clemens pp. XIII. similiter praedecessor Noster per suas literas die X. julii MDCCLXV. ad aliud septennium indultum praedictum concessit, ac postmodum piae memor. Clemens pp. XIV. praedecessor quoque Noster per suas in eadem forma Brevis die XXVI. martii MDCCLXXII. expeditas literas dictum indultum ad aliud septennium pariter concessit, et prorogavit; ac tandem Nos per Nostras literas in eadem forma Brevis, primum die VI. martii MDCCLXXIX., et deinde X. februarii MDCCLXXXVI. expeditas ad aliud septennium dictum indultum concessimus, et prorogavimus, prout in dictis Nostris, et singulis memoratorum praedecessorum Nostrorum literis, quarum tenores praesentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Preces porrectae pro confirmatione indulti.

§. 4. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecistis septennium ultimo loco a Nobis concessum brevi expiraturum sit; causae vero propter quas idem indultum per praedictos Romanos pontifices, et per Nos pluries concessum, et prorogatum respective fuit, etiam nunc vigeant, vosque propterea indultum hujusmodi ad effectum supradictum per Nos vobis de novo concedi desideretis.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos specialem vobis gratiam facere volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus vestrum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, indultum praedictum vobis, sicut praemittitur, pluries concessum, et prorogatum cum omnibus, et singulis contentis in literis praedictis, ita tamen ut provisores ejusmodi, servata dictarum literarum forma fiant, quacumque praetensa praxi, consuetudine, seu tolleranția contraria non obstante, quam potius abusum esse, ac proinde praesens indultum in omnibus, et per omnia juxta ejus tenorem, et proprietatem, prout verba illius sonant, et non aliter, nec alio modo servari debere decernimus; et cum hoc, quod indultum ejusmodi canonicatus, et praebendas metropolitanae ecclesiae Coloniensis minime comprehendat, nec ad eos se extendat, ac sine praejudicio venerabilis fratris moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Coloniensis, nec non cum singulis, et omnibus aliis facultatibus, concessionibus, et ordinationibus, clausulis, et decretis appositis in dictis literis, ac servata in omnibus, et per omnia earumdem literarum forma ad aliud septennium a fine ultimo dicti septennii, sicut praefertur, prorogati, seu concessi, computandum auctoritate apostolica tenore praesentium de novo concedimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuntios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decernentes etiam vos septennio praedicto per Nos concesso, durante hujusmodi indulto, ac desuper confectis literis praedictis libere, et licite uti posse, ac irri-

by Google

tum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Reservatio specialis.

§. 7. Volumus autem, et earumdem tenore praesentium ordinamus, ut ecclesiae, in quibus personae nominatae hujusmodi vigore revocationum, aut collationum praedictarum, eosdem canonicatus, et praebendas obtinuerint, ob earum impedimentum legendo debitis non fraudentur obsequiis, aut cultus divinus in illis minuatur, et eaedem personae si illis ea hora, qua ipsa divina officia celebrabuntur, legendum fuerit, tunc per idoneos substitutos inibi deserviri facere possint, et ita deserviendo pro residentibus, et inservientibus habeantur, ac distributiones quotidianas lucrentur, in omnibus, et per omnia perinde, ac si personaliter deservirent (diebus dominicis, et festis principalioribus, videlicet Domini N. J. Christi, ac gloriosissimae virginis Mariae, et beatorum apostolorum, et in quorum honorem dedicatae sunt ecclesiae praedictae, aliorumque sanctorum, quorum dies singulis iisdem ecclesiis solemnes, et celebres habentur exceptis, quibus eis non per substitutos, sed per se ipsos personaliter deservire teneantur) quodque hujusmodi canonicatus, et praebendae personis ad profitendum in aliqua ex dictis universitatibus idoneis repertis, quae jurejurando ad profitendi munus diligenter, ac immediate post canonicatus, et praebendae adeptionem exercendum, se adstringant, dumtaxat, conferantur, illorumque singulis assignentur cathedrae in quibus actis legere possint, in ea facultate, quae eis in actis earum nominationis hujusmodi per rectorem, decanos, et provisores supradictos destinatae fuerint, ita ut si aliqua ex dictis personis per tres menses continuos, absque legitima causa a rectore, et provisoribus praedictis approbanda a legendo cessaverit, poenam privationis canonicatus, et praebendae per eam vigore nominationis praedictae obtentorum alteri personae idoneae modo praemisso conferendorum, eo ipso absque ulla declaratione incurrat: caeterum eaedem personae praedictos canonicatus, et praebendas, non nisi in manibus Nostris, et pro tempore existentis Romani pontificis cum specifica mentione, quod illos vigore memoratae nominationis consecuta fuerint nonnisi ad favorem personarum juxta statuta, et indulta dictae universitatis Coloniae qualificatarum, et alias bonum testimonium a rectore, et provisoribus supradictis habentium resignare, aut alias dimittere ullatenus possint, alioquin canonicatus, et praebendae hujusmodi vacent eo ipso, ita ut de illis per Sedem apostolicam dumtaxat disponi possit, ipsaeque personae sic nominatae intra sex menses a die collationis, et provisionis, aut cujusvis alterius dispositionis de canonicatibus, et praebendis, ad quod illos nominari contigerit, sibi faciendam, ut praefertur, novas provisiones super illis a Sede praedicta impetrare, ac literas apostolicas desuper in totum expedire, ac jura camerae apostolicae, et alias propterea debita omnino persolvere teneantur; alioquin dictis sex mensibus elapsis, provisi eorumdem canonicatuum, praebendarum fructus interea suos non faciant, sed illi ad metropolitanam ecclesiam Coloniensem, ejusque capitulum pertineant, ac in commodum, et utilitatem ipsius metropolitanae ecclesiae applicari debeant. Canonicatus vero, et praebendae hujusmodi vacare censeantur eo ipso, possintque per alios ab eadem Sede dumtaxat libere impetrari, et impetrantibus suffragetur, et competat vis executiva, ejusque robur, et effectus perinde, ac si canonicatus, et praebendae praedicti per obitum apud Sedem praefatam vacavissent, et de illis sic per obitum vacantibus ab eadem Sede iisdem impetrantibus provisum fuisset.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiarum praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haben-

tee, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta februarii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 26. martii 1793. Anno XIX.

CMXXXII.

Ecclesia parochialis terrae de Talamona Vallis Tellinae Comensis dioecesis erigitur in archipresbyteralem, illiusque parochis pro tempore existentibus usum cappae magnae cum ferula conceditur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Dum insignem terrae de Talamona Vallis Tellinae ditionis Rhetae Comensis dioecesis dignitatem, ac singularis fidei constantiam, et devotionis affectum, quo dilecti filii conservatores, syndici, et populus ejusdem terrae se erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, pensamus, dignum arbitramur, illorum petitionibus, quae ad parochialis ecclesiae ejusdem terrae splendorem augendum, ipsiusque parochum, seu praepositum novis honoribus honestandum pertinere dignoscuntur, congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum postulatorum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt memorati conservatores, syndici, et populus, quod ecclesia parochialis praedicta, quae nativitati beatae Mariae virginis jamdiu dicata existit, ab anno millesimo sexcentesimo vigesimo nono in collegiatam cum quatuor canonicis in cura animarum coadjutoribus, qui festivam residentiam choralem peragerent, erecta fuit; quodque anno millesimo sexcentesimo quarto in ea canonica erecta fuit quinta praebenda canonicalis cum onere inter caetera fungendi munere sacellani: ac parochi praepositi a dicto anno millesimo sexcentesimo vigesimo nono vicarii foranei munere semper functi sunt: quodque tresdecim aliae minores, et filiales ecclesiae eidem parochiali ecclesiae subjiciuntur, congrua immo locupletissima suppellectili dotata existit: terra vero praedicta satis populosa reperitur, in eaque mons Pietatis, ac plures confraternitates erectae reperiuntur, unde inter caeteras terras, et loca dictae Comensis dioecesis splendescere quodammodo compertum sit: quo propterea hujus parochialis, seu praepositurales ecclesiae, quae una in tota terra praedicta curam animarum gerit, dignitas augeatur, illi honorem tituli archipresbyteratus, illiusque pro tempore existentibus archipresbyteris nuncupandis usum cappae magnae laneae, coloris violacei, et ferulae per Nos concedi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati auctoritate apostolica tenore praesentium parochialem, seu praepositurales ecclesiam praedictam in archipresbyteralem perpetuo erigimus, et instituimus, eique archipresbyteralis, et collegiatae ecclesiae titulum, et denominationem cum omnibus honoribus, juribus, praerogativis, ac decorationibus solitis, et consuetis, illiusque parocho, seu praeposito, caeterisque suis successoribus pro tempore existentibus, ut archipresbyteri in omnibus, et singulis, ac quibuscumque scripturis, sessionibus, processionibus, congregationibus, conventibus, pompis, conciliis, caeterisque actibus publicis, et privatis ubilibet denominari, reputari, et censeri, ac cappa magna cum ferula in quibusvis pariter functionibus, et actibus publicis, et privatis tum in eadem ecclesia, tum in terra praedicta uti, ac gestare respective libere, ac licite possint, et valeant, ita tamen, ut ex honore hujusmodi nulla quoad jurisdictionem episcopi Comensis innovatio inducatur, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Digitized by Google

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimae, ac totalis laesionis ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac incogitato, et inexcogitabili, individuamque mentionem, et expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra uti, seu se juvare posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit dictae dioecesis Comensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta martii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimonono.

CMXXXIII.

Dat. die 15. martii 1793. Anno XIX.

Confirmatio transactionis inter confraternitatem beatae Mariae de Populo civitatis Caesenatensis, et communitatem ejusdem civitatis, aliosque initae super quadam haereditate.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoties a Nobis petitur, ut circa ea, quae ad sedandas, compescendasque diuturnas, ac sumptuosas lites, ac controversias, quibus plerumque christiana charitas turbatur, apposite, ac maturo consilio disposita, ac conventa sunt, apostolicam Nostram auctoritatem interponamus, omnino Nos decet petentium desideriis congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, ac confratres confraternitatis beatae virginis de Populo civitatis Nostrae Caesenatensis, quod cum alias inter descendentes foeminas bonae memoriae capitanei Camilli Beccari, illarumque familias, et dilectos filios homines dictae civitatis Caesenatensis ex una, ut eamdem confraternitatem ex altera parte plures lites, et controversiae exortae sint, quae nuperrime etiam in congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum disputatae sunt, tandem die decima octava mensis decembris mox transacti anni 1792. per acta duorum notariorum Andreae Pio, et Francisci

Agostini lites, ac controversiae omnes hujusmodi fuerunt diremptae per stipulatam transactionem tenoris, qui sequitur.

In Dei Nomine. Amen.

Tenor transactionis.

§. 3. Anno a beatissimae virginis partu millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, indictione decima, sanctissimo domino Nostro domino Pio sexto pontifice optimo maximo sedente; die vero decima octava decembris:

Lites subortae inter confraternitatem, et communitatem, et judicia lata a s. congregatione Concilii.

§. 4. Essendo fino dall' anno 1787. insorta lite fra questa venerabile confraternita della santissima vergine del Popolo, che si venera in questa chiesa cattedrale di Cesena, l'illustrissima comunità per le povere zitelle della città medesima, e li nobili signori attinenti della bona memoria signor capitan Camillo Beccari per le di loro nobili femine discendenti tanto per le doti da somministrarsi per il tempo arretrato nel quale si sarebbero dovute somministrare, quanto per quelle, che conferir si dovessero in avvenire, fu introdotta la causa nella sacra congregazione del Concilio, ivi rimessa dalla santità di Nostro Signore felicemente regnante sotto il titolo — Caesenatensis subsidiorum dotalium. — Tre furono i dubbj proposti alla stesso sacra congregazione sotto il dì ventinove novembre dell' anno mille settecento ottantotto. Il primo — An, et quando sit praestanda dos puellis descendentibus a Camillo Beccari; il secondo — An, quomodo, et quibus puellis descendentibus providendum sit quoad praeteritum; — ed il terzo — An et quomodo sint praestandae dotes puellis extraneis. Al primo dubbio la detta sacra congregazione prescrisse — Affirmative per societatem ad formam donationis anni millesimi sexcentesimi decimi septimi ex bonis etiam postea quaesitis. Al secondo — Affirmative, ut ad primum pro illis tantum, quae debitis requisitis praeditae dotem petierunt tempore, quo adhuc erant innuptae: ed al terzo — Affirmative ad formam donationis anni millesimi sexcentesimi decimi septimi.

Idem ut supra.

§. 5. Non contenti i detti compriori della detta venerabile confraternita dei suddetti rescritti, ritornarono nella detta sacra congregazione, dove si ripropose la causa per l'esame degli stessi tre dubbi, ma sotto l'unico dubbio — An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc. a cui fu aggiunto l'altro — An, et in qua summa, et a quo tempore debeantur fructus, et cujus favore sint consignandi in casu etc. e la sagra congregazione sotto li diciannove febbrajo del mille settecento novantuno al primo dubbio reserisse — In decisis, et amplius; ed al nuovo secondo dubbio — Affirmative ab anno 1773. juxta liquidationem faciendam coram ordinario ad formam instructionis, in reliquis dilata; e sopra di ciò se ne ottenne la sentenza di monsignore illustrissimo, e reverendissimo A. C. Riganti esecutore degli enunciati rescritti.

Idem ut supra.

§. 6. In seguito fu spedita la divisata istruzione a questo reverendissimo signor canonico Pietro Casali ora vicario capitolare di questa città, e diocesi con lettera della menzionata sagra congregazione in data li diciannove febbrajo mille settecento novantuno, in cui gli si commetteva, che non si dovesse detrarre nel rendiconto la somma delli scudi trecento riservatisi dal donatore signor Pietro Giacomo Beccari *causa testandi*, come neppure li scudi novecento pagati alla famiglia del signor Camillo Beccari come dalla sovraccennata lettera dell' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal Pallotta prefetto, e di monsignor illustrissimo, e reverendissimo Gabrielli segretario della detta sacra congregazione, e come dai fogli d'istruzione annessi esistenti originalmente in questa cancellaria vescovile, ai quali ec.

Deputatio peritorum, et judicium ab eisdem latum de statu controversiae.

§. 7. In esecuzione della suddetta commissione su la detta venerabile confraternita ricercata dal detto monsignor vicario capitolare per la deputazione per sua parte del perito calcolatore Locelli, avendo essa ricusato, egli ex officio deputato il signor Tobia Masani perito revisore calcolatore di tutti i luoghi pii di questa città, e per parte dell'illustrissima comunità per le zitelle estranee con che per parte delle nobili signore discendenti del quondam signor capitan Camillo Beccari fu deputato in loro perito il signor Luigi Caporali, i quali dopo un accurato esame sopra tutte e singole rendite dei quattro poderi Beccari situati in questo territorio di Cesena, il primo in villa di Bustio fondo Rigone in cinque pezze distinto, secondo i suoi lati; l'altro nella stessa villa fondo Olca di tornature diciotto, e tavole trenta, il terzo nella medesima villa

di Ruffio in quattro pezze secondo i suoi contermini, con le dodici tornature, e tavole cinquantatre annesse, e situate nella detta villa fondo Rigone, ed il quarto nella villa denominata ponte della Pietra di tavole nove, e tavola una, individuati nei citati fogli d'instruzione coi vocaboli di Rigone, Olea, Casanova, e Bulgarnò; ed avuta in considerazione la detrazione di tutti gli obblighi della solita messa quotidiana della musica, della officiatura del coro, della tassa de' chierici, e degli altri pesi, come onorario del ministro, ossia agente, dei concimi, de' maceri, di spese diverse, di riattamenti delle due solite doti alle zitelle estranee, dei pesi camerali, ed altre importanti in tutto la somma di scudi cento settantasei, e bajocchi cinquattotto, fu residuata la rendita netta delli quattro poderi accennati pel corso di anni diciassette, cominciando dall' anno mille settecento settantaquattro inclusive a tutto il mille settecento novanta parimente inclusive in scudi settemila ottantacinque, bajocchi quarantotto, e denari uno, quali divisi in anni diecisette vengono a formare l'annua entrata libera in scudi quattrocento sedici, e bajocchi settantatre. Ma siccome erano state comprese nelle spese passive le due doti, che si dicono date alle zitelle estranee di scudi trentasei, e bajocchi trentasei, e denari quattro, che non si dovevano comprendere, per rilevare il quantitativo da disporsi per la somministrazione delle doti massimamente qualora queste devonsi alle dette nobili donzelle discendenti dal detto signor capitan Camillo Beccari, così togliendosi questo errore, si viene a costituirne una rendita annuale pulita di scudi quattrocento cinquantatre bajocchi nove, e denari quattro, come al documento segnato con asterisco * che viene consegnato a noi notari infrascritti, e che qui s'inserisce.

Nova iura producta a confraternitate.

§. 8. Datasi fuori dalli detti periti calcolatori Masani, e Caporali la loro relazione, e perizia, e questa trasmessasi per mezzo del detto monsignor vicario capitolare alla suddetta sacra congregazione del Concilio, all'improviso fu per parte della suddetta confraternita portata in campo un altra donazione, che si diceva emanata, e fatta dallo stesso signor Giacomo Beccari sotto li venti marzo dell'anno mille cinquecento novantanove per rogito del notaro Francesco Maffei a favore dell'altare, e cappella della detta santissima Vergine del Popolo; e col presidio di questa donazione ritornò in sacra congregazione, richiedendo l'appellazione dai rescritti emanati, onde sotto il giorno ventuno aprile mille settecento novantadue proposto il dubbio — An appellatio sit admittenda, seu potius rejicienda in casu etc. — sulla forza delle ragioni, e degli argomenti dedotti per parte di questa illustrissima comunità per le zitelle estranee, e per parte delle nobili donzelle discendenti dal detto signor capitano Camillo Beccari, con le quali fu addimostrata ad evidenza l'insussistenza della detta donazione del mille cinquecento novantanove; come rende manifesto monsignor illustrissimo segretario nel suo ristretto, che fece alla detta piena sagra congregazione al §. Ex pluribus etc. piacque alla medesima di rescrivere — Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, idest appellationem non esse admittendam, sed rejiciendam.

Amicorum officia interposita pro amicabili compositione.

§. 9. Altro dunque non rimaneva, che darsi una piena esecuzione alli suddetti rescritti, e alla consecutiva sentenza di monsignor A. C. ma frappostisi diversi signori per mediatori amichevoli per un onesto accomodamento fra la detta venerabile compagnia, l'illustrissima comunità per le zitelle estranee, e li detti attinenti Beccari per le nobili donzelle da essi discendenti, dopo varj trattati avuti hinc inde, si venne dalle parti interessate alla estensione di alcuni capitoli di convenzione di accomodamento, e transazione e sono quegli stessi, che a noi notarj infrascritti vengono consegnati in forma legale, e che qui s'inseriscono marcati numero I.

Rationes hinc inde expensae.

§. 10. Questi furono maturatamente ponderati non solo fra le parti medesime, ma di più portati all'illustrissimo generale consiglio delli ventisette settembre mille settecento novantadue da cui vennero approvati, ed accettati, come da partito, di cui copia qui s'inserisce al numero II. e poscia con altro successivo partito qui parimenti unito segnato numero III. furono deputati per la stipolazione dell'opportuno istromento di accordo e transazione i nobili signori avvocato Domenico Carli, e Lodovico Venturelli.

Acceptatio conventionum.

§. 11. Passati indi li suddetti capitoli all'esame de' detti discendenti interessati, furono da ciascuno di essi tutti, e singoli accet-

tati, approvati, e sottoscritti, come dal citato foglio numero I. lettera A. Sottoposti finalmente gli stessi individui capitoli all'esame, e considerazione del reverendissimo signor canonico primicero, e de' signori priori della detta venerabile confraternita in numero di quattordici, vennero da essi parimenti approvati, accettati, e sottoscritti come vedesi in calce del detto foglio numero I. lettera C. a riserva però fra i signori priori laici della detta compagnia delli nobili signori Vincenzo Maria Galeffi, e dottore Vincenzo Paggi, per aver questi sottoscritto lo stesso foglio come attinenti, ed interessati, e fra i signori priori ecclesiastici a riserva del reverendissimo signor canonico Bruno Danielli per essere deputato alla lite, e del sacerdote signor don Antonio Dugaria.

Executio pactorum conventorum.

§. 12. Dopo la rispettiva firmazione dei suddetti capitoli, desiderandosi di dare ai medesimi la loro formale esecuzione, furono per parte dei signori compriori della detta venerabile confraternita deputati per la stipulazione dell'istromento il detto signor canonico primicero, e il molto reverendo signore arciprete don Carlo Bordi, e l'illustrissimo signor capitano Filippo Argentini priori, come dal foglio qui unito numero IV. e per parte tanto dell'illustrissima comunità per le povere zitelle estranee, quanto per parte dei medesimi signori interessati furono deputati li predetti nobili signori avvocato Domenico Carli, e Lodovico Venturelli, come al detto foglio numero III. e all'altro numero V. similmente qui annesso.

Stipulatio publici instrumenti.

§. 13. Volendosi pertanto dalle medesime parti interessate hinc inde venire alla celebrazione dell'istromento suddetto di transazione, affine di terminare con esso ogni ulteriore litigio, e contrasto; costituiti perciò personalmente avanti del prelodato reverendissimo signor canonico Pietro Casali dell'una, e l'altra legge dottore, patrizio di questa città, protonotario apostolico, e per la sede vescovile vacante di questa città, e diocesi in spirituale, e temporale degnissimo vicario capitolare anche come capo della detta venerabile compagnia, tribunalmente sedente nell'infrascritto luogo di solita sua abitazione, e residenza, il quale per l'interesse appartenente alla detta venerabile confraternita interpone, salvo il beneplacito apostolico da ottenersi come da capitoli, la sua licenza, approvazione, e decreto prout infra ec. li detti signori canonico Francesco della bona memoria signor dottore Gian Domenico Settembrini primicero, sig. arciprete don Carlo quondam signor Cristoforo Bordi, e signor cap. Filippo del fu signor Giuseppe Argentini di questa città di Cesena, come priori deputati, ed eletti per parte della detta venerabile confraternita, e li prelodati nobili signor avvocato Domenico della bona memoria signor Giovanni Gaetano Carli, e Lodovico della chiara memoria signor avvocato Carlo Venturelli patrizj di questa città medesima come eletti e deputati da questo illustrissimo generale consiglio per parte delle povere zitelle estranee, non che dalli nobili signori attinenti Beccari ed interessati nella suddetta dote tutti qui presenti a noi cogniti ec. spontaneamente ed in ogni miglior modo ec., nei suddetti respettivi nomi, ac omni ec., e servendosi delle facoltà di rispettiva deputazione, ratificano, accettano, approvano, ed emologano, e ciascuno di essi nei nomi come sopra ratifica, accetta, approva, ed emologa in tutto, e per tutto, ed in ciascuna parte loro tutti e singoli i capitoli di amichevole composizione espressi nell'inserto foglio numero uno, e poi approvati, accettati, ratificati, ed omologati li vogliono avere, ed hanno in forma ec., dimodochè promettono, ed obbligano di averli sempre in ogni tempo rati, grati, e validi, nè mai contravenirli, contrastarli, impugnarli, o farli contro per qualsivoglia ragione, motivo, causa, pretesto, o quesito colore, ma anzi quelli semper, et quandocumque osservare, ed adempire, e vicendevolmente mantenersi etiam perpetuis futuris temporibus, anzi in caso di contravenzione promettono, ed obbligano di rilevarsi, ed antistarsi hinc inde da qualunque lite, molestia, danno, spesa, ed interesse, che una parte potesse quandocumque patire per colpa dell'altra, a motivo dell'inosservanza, o inadempimento, e non mantenimento delli capitoli, e di ciascuna parte di essi, tam litis ec., quam extra ec., ac non solum ec., sed et ec.

Executio prioris conventi capituli.

§. 14. Ed in esecuzione del primo capitolo li detti signori eletti, e deputati per parte della detta venerabile confraternita, ed in nome della medesima, colla protesta, che non intendono di obbligare loro stessi, beni, ed ef-

fetti, ma soltanto quelli della suddetta venerabile compagnia, promettono, ed obbligano di pagare, e che saranno effettivamente, e realmente pagate le nove doti alli signori eredi, e discendenti Beccari per le nove nobili signore zitelle attinenti, e già collocate, e queste nell'annua somma di scudi trecento settanta per ciascheduna di moneta corrente di paoli dieci Romani per ogni scudo: le prime quattro in pronti contanti dentro il prossimo mese di gennajo dell'entrante anno mille settecento novantatre, atteso il non essersi potuto stipolare prima di ora il presente instromento di transazione, liberamente, e rimossa qualunque eccezione; e per le altre cinque, o corrispondere il loro respettivo fruttato alla ragione del cinque per cento, fintantochè detta compagnia si troverà al caso di dimettere un tal debito, ovvero di dare, assegnare, e cedere alli signori interessati in essa cinque doti arretrate tanti capitali fruttiferi alla detta ragione, quanto importerà il loro avere.

Idem quoad secundum.

§. 15. Quanto al secondo, gli stessi signori eletti, e deputati per parte della detta venerabile compagnia obbligano, e promettono in nome della medesima sotto l'obbligazione, e speciale e generale ipoteca di tutti e singoli beni presenti e futuri di detta venerabile confraternita, e da essa in qualunque modo acquistati, etiam cum clausulis ad habend. ec., et const. ec. di pagare ogni anno in avvenire, cominciando dall'anno corrente mille settecento novantadue inclusive, o alle signore nobili attinenti, se ve ne sono, e non essendovi alle zitelle estranee la stessa somma di scudi trecento settanta di moneta suddetta, liberi da qualunque peso, aggravio, come meglio si dirà, affine essendovi qualche nobile donzella attinente di dargliela, e non essendovi, distribuirla alle zitelle estranee in tante doti di scudi venti di moneta corrente di paoli dieci a scudo per ciascheduna, da eleggersi però tali zitelle, e conferirsi tali doti more solito dalla detta venerabile confraternita. Che se per altro piacesse a Nostro Signore di accordare alla detta confraternita la facoltà di aumentare li detti scudi venti a somma maggiore per dette zitelle estranee, o di concederle le facoltà, in evento che vi fosse qualche povera, e civile zitella di aumentarla, si debbano tali aumenti fare dalla confraternita in quella somma che essa crederà conveniente in questi casi, senzachè le altre povere zitelle estranee possino contro dire, ed opporre per simili datati aumenti. Affine però che tali doti venghino pagate colle rendite dei beni, che gode la detta venerabile confraternita, si conviene, come vedesi espresso in detto secondo capitolo, che le medesime doti si debbano conferire, dispensare, e respettivamente dare, e consegnare dentro il mese di marzo di ogni anno, affinchè abbiasi il comodo di poterne esitare le entrate a convenienti prezzi. E per maggior sicurezza delle dette doti, e della loro fissata quantità rinunciano detti signori eletti, e deputati della predetta venerabile confraternita della santissima vergine del Popolo espressamente ad ogni caso fortuito, pensato, impensato, umano, divino, rimoto, e rimotissimo, ed a qualsivoglia altro infortunio, che minorasse le entrate dei quattro poderi suddetti; come pure a qualsivoglia altro infortunio titolo, ragione, o pretensione che militasse a favore della venerabile compagnia procedente da qualsivoglia causa, istromento, scrittura, documento, e segnatamente dall'indicata pretesa dotazione del detto signor Pietro Giacomo Beccari delli venti marzo mille cinquecento novantanove per rogito di Francesco Maffei, la quale vogliono si abbia perpetuis futuris temporibus per nulla, irrita, cassa, di niun valore, e come se mai fosse stata fatta, alias ad omnia damna, expensas, et interesse ec. tam litis ec., quam extra ec. dicta ec.

Idem quoad tertium, et quartum.

§. 16. Rispetto al terzo capitolo si conviene, che la venerabile compagnia non debba essere obbligata per le doti decorse delle zitelle estranee, ma soltanto per le doti future, come nel secondo, per non esservi d'esse le nominate, nè essersi richieste per lo passato tempore habili; e rapporto al quarto ciascuno delle suddette parti interessate nei nomi rispettivi come sopra rinunciano a qualunque controversia, e lite promossa come sopra, e promettono mai più suscitarne, ma sempre di stare alla presente transazione in ogni tempo; e quindi si liberano, ed assolvono hinc inde da tutte le spese fino a questa parte fatte, per le quali promettono di non molestarsi, ma anzi di rilevarsi hinc inde ec., e per rinunciate, e rispettivamente condonate le vogliono avere, ed hanno in forma ec., omni ec.

Idem quoad quintum.

§. 17. In quanto al cap. V. li suddetti signori eletti, e deputati per parte dell'illustrissimo generale consiglio, e delli signori attinenti per le zitelle nobili discendenti Beccari rinunciano a favore della detta venerabile confraternita a qualunque diritto, dominio, o disposizione sopra i beni della stessa venerabile compagnia, e perciò a qualsivoglia ragione ed azione, che le respettive zitelle avessero, o potessero avere per tutte le donazioni fatte dal detto signor Pietro Giacomo Beccari, riservando soltanto alle stesse respettive zitelle nobili ed estranee il libero dominio sopra le rendite tanto della detta eredità alla forma del detto capitolo V., non che di tutti li beni, e capitali in qualunque modo acquistati dalla detta venerabile compagnia, come in calce del detto foglio numero 1. lettera B., e tale rinuncia quanto alla proprietà dei beni medesimi intendono di fare, e fanno alla detta venerabile compagnia colle clausule ad habendum etc. et quidquid etc. et etiam constituti, et praecarii in forma etc., e promettono di averla perpetuamente valida, e sempre mantenerla con tutti li patti utili in forma etc. omni etc.

Idem quoad sextum.

§. 18. In esecuzione del sesto capitolo gli stessi signori eletti, e deputati per parte della suddetta venerabile confraternita accettando formalmente tutte le risoluzioni emanate dalla sacra congregazione del Concilio, e la successiva sentenza di monsignore A. C. Riganti promettono di non reclamare dalle medesime, ma averle sempre in considerazione per la loro stabilità, e fermezza, nè mai contradirvi, o contrafarvi, salvo però sempre quanto si dispone nella presente transazione, a maggiore validità della quale promettono di ricorrere a Nostro Signore, e procurare di ottenere dal medesimo a spese della detta compagnia un pontificio chirografo, col quale recare alle parti hinc inde una sicura, e stabile definizione delle insorte controversie tanto promosse, che si potessero in qualunque modo e tempo promuovere, et non solum etc. sed et omni etc.

Hinc inde remissum pro soliditate transactionis.

§. 19. E finalmente li detti deputati, ed eletti per parte dell'illustrissimo generale consiglio, e delli signori attinenti Beccari interessati come sopra in nome dei medesimi condonando alla stessa venerabile confraternita quel di più, che avrebbero potuto pretendere delli fissati come sopra scudi trecento settanta, il quale sarebbe stato a ragione di ciascun'anno in scudi ottantatre, bajocchi nove, e denari quattro, che ragguagliati per le dette nove doti sarebbero scudi settecento quarantasette, e bajocchi settantacinque; ed inoltre condonando tutti i frutti, che avrebbero potuto pretendere saltem a die motae litis per le doti non pagate, e che si dovranno pagare; ed abbuonando le varie partite di spese calcolate nella detta perizia, le quali non dovevano calcolarsi, ed abbuonarsi, che pure hanno avuto in considerazione, non ostante, che non dovessero averle, perchè hanno servito a diminuire le rendite oltre il dovere; e condonando finalmente la non fatta somministrazione delle doti alle povere zitelle estranee, le quali senza dubbio ammonterebbero ad una ragguardevolissima somma, contentandosi soltanto, che la prestazione di queste doti fissata in detta somma annuale di scudi trecento settanta cominci per le doti avvenire dall'anno corrente mille settecento novantadue, vale a dire con le rendite di questo medesimo anno, come di sopra si è stabilito al capitolo secondo; e queste respettive condonazioni dichiarando di fare per quella venerazione, e divozione singolare, che professano alla sacrosanta immagine della santissima Vergine del Popolo principal protettrice di questa città, assolvono adesso per sempre per tali rispettivi capi la stessa venerabile confraternita, e promettono, che la medesima mai sarà in alcun tempo per ciò molestata, che anzi rilevata in forma etc. liberandola ed assolvendola per Aprilianam stipulationem, et subsequentem acceptilationem in forma etc. ac non solum etc. sed et omni etc.

§. 20. Quae omnia etc. alias etc. pro quibus supradicti reverendissimus dominus canonicus primicerius, ac priores venerabilis sodalitatis sanctissimae Virginis de Popolo, ut supra electi, et deputati praesentes etc. obligarunt dictum venerabile sodalitium; omnesque in eo successores, illiusque bona, ac jura omnia praesentia, et futura in ampliori forma reverendae camerae apostolicae etc. dictique nobiles dd. advocatus Dominicus Garli, et Ludovicus Venturelli ut supra pariter deputati praesentes etc. nominibus de quibus etc. obligarunt nedum illustrissimam communitatem, ac illius bona, jura omnia, praesen-

Confirmatio stipulationis.

tia, et futura, verum etiam se ipsos, nec non personas omnium nobilium dd. interesse habentium in consequutione praedictae dotis, eorumque respectivos haeredes successores, bona, et jura omnia pariter praesentia, et futura in eadem camerali forma etc. reten. etc. jurarunique omnes tactis pectoribus, et literis respective ad nostrum etc. super quibus etc. rogatus notarius omni etc. Super quibus omnibus, et singulis dictus illustrissimus dominus vicarius capitularis suam auctoritatem, suumque decretum interposuit etc. supplendo etc. salvo tamen beneplacito apostolico, ut supra etc., et ita etc. omni etc.

Preces porrectae pro confirmatione transactionis.

§. 21. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo praeinserta transactio firmius subsisteret, et exactius exequeretur, reservatum fuerit beneplacitum apostolicum, ac interim fabrica basilicae principis apostolorum de urbe aliquas excitaverit actiones ob inadimplementum legatorum piorum, de quibus in eadem transactione actum est; Nobis propterea memorati exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 22. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praeinsertam transactionem, et omnia in ea contenta quaecumque auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, conseri, vel praetendi possent, penitus, et omnino supplemus, ac sanamus, salvis tamen semper praetensis juribus fabricae basilicae principis apostolorum de urbe.

Clausulae opportunae, et decretum irritans.

§. 23. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Dero... contr... rum.

§. 24. Non obstantibus quorumcumque, quatenus opus sit, testatorum ultimis voluntatibus, quas quoad praemissa commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta martii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

CMXXXIV.

Dat. ... martii Anno ...

Dismembratio perpetua aliquarum decimarum spectantium ad sex commendas ordinis s. Jacobi de Spatha in territorio Perae, et Comportae Lisbonensis dioecesis, et reliquae superextantis partis territorii praedicti ad dictum ordinem spectantis cum erectione ex illius bonis novem commendae ejusdem ordinis, et unione regiae domui do Infantado etc.

Pius episcopus

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proem...

§. 1. Romanorum pontificum sollicitudo erga inclytos Ecclesiae primogenitos filios, qui sub diadematis honore, seu pretiosae lampades oleo fidei jugiter plenae in ea luxerunt aemula semper adeo fuit, ut quo ipsi praestantius de christiana republica se benemeritos obtulerint, solidisque virtutibus huic apostolicae Sedi, cunctoque terrarum orbi apparuerint eo sanctius eosdem gratiis, et favoribus studuerint cumulare. Hujus vero tam sacrae aemulationis exempla cum Nos inter et carissimam in Christo filiam Nostram Mariam Franciscam Portugalliae, et Algarbiorum reginam vere Nobis, et dictae Sedi fidelitate conjunctam dudum renovari jam coeperint,

Digitized by Google

ejusque fidei puritas, animarum zelus, divini cultus amor, ecclesiasticae potestatis obsequium, caeteraque virtutum charismata, quarum Lusitaniae regno, cujus tam vigil gubernacula tenet, praeclara undique prostant oculis, ut catholicae religioni eo charior reddatur in dies: Nos propterea, qui de hac tam forti, tam strenua dictae ecclesiae filia vehementer in Domino oblectamur vota omnia sua, deque familiae, domusque suae regiae sublimitate, et splendore procurandis capta consilia, quae satis recta, satis provida sunt, dum Nobis pro tempore deferuntur in Nostrae exauditionis sinum gratanter excipientes, opem, et operam impendimus efficaces, ut suum denique optatum, benedicente Domino, sortiantur effectum.

Exponitur status decimarum quae a commendis militaris ordinis sancti Jacobi exiguntur.

§. 2. Cum itaque ex insinuatione ipsius Mariae Franciscae reginae fidelissimae Nobis postremo facta acceperimus, quod militaris ordinis s. Jacobi de Spatha, cujus prout aliorum militarium ordinum scilicet Domini Nostri Jesu Christi, et De Avis pro tempore existentes eorumdem Portugalliae, et Algarbiorum reges fidelissimi ex concessione apostolica felicis recordationis Julii papae secundi praedecessoris Nostri magni magistri, illorumque respective bonorum administratores existunt, et ipsa Maria Francisca regina ad praesens magna magistra, et administratrix esse praenoscitur dominio subjacet territorium Perae, et Comportae in Lisbonensi, seu alia regni Portugalliae dioecesi consistens, in quo ea decimarum funda constituta reperiuntur, quae ad sex distinctas primodicti ordinis commendas respective spectant, et pertinent, quarum tamen decimarum redditus, qui insimul annuam summam mille scutorum monetae Romanae non excedunt, unicuique ex dictis commendis non aequaliter dividuntur, ita ut una, quae annuum redditum habet duorum millium, et quingentorum circiter scutorum dictae monetae non ultra summam quadraginta scutorum monetae hujusmodi, et altera cujus annui redditus pinguiores existunt, scilicet quinque millium, et ultra scutorum monetae similis non ultra summam quadringentorum scutorum monetae paris pro quota decimarum hujusmodi respective percipiant, reliquae vero ex praedictis sex commendis plus minusve respective decimis gaudeant, prout magis, vel minus terrena ipsa excoluntur.

Ratio dismembrationis terrarum ab dictis commendis, et respectivae unionis, domui de Infantato.

§. 3. Proindeque praedicta Maria Francisca regina fidelissima considerans, quod modicitas decimarum hujusmodi quantitati terrenorum, ac territorii supradictorum extensioni minime respondent, cum major territorii praedicti portio cum maximo ejusdem primodicti ordinis, suique status detrimento inculta remaneat, atque perspectum habens, quod ex cultu terrae, atque illius progressu status felicitas insurgit, ex qua ipsa tenetur cura, et sollicitudine pro temporalium rerum prospero, felicique gubernio, praemissis occurrere volens, atque uno eodemque tempore nedum primodicti ordinis profectui, sed etiam regiae suae domus de Infantato nuncupatae, quam semper honoribus, atque redditibus augere curavit decori, et amplitudini magis magisque prospicere intendens provido consilio duxit a praedictis respective commendis omnes supradictas decimas, earumque respective funda, seu terras hujusmodi perpetuo esse dismembrandas, atque ex singulis dictorum fundorum, seu terrarum, et reliquae superextantis partis territorii praedicti ad primodictum ordinem spectantis respective proventibus tam praesentibus, quam futuris novam primodicti ordinis sancti Jacobi de Spatha commendam erigendam, illamque sic erectam una cum omnibus, et singulis praedictis decimis, earumque respective fundis, seu terris, et reliqua superextante parte territorii hujusmodi patrimonio, ac domui de Infantato, etiam perpetuo uniendam, et incorporandam: ita ut dilectissimus in Christo filius Noster Joannes dictae Mariae Franciscae reginae fidelissimae natus Brasiliae princeps, et infans, ejusque in dicta domo de infantato respective successores, juxta tamen infrascriptum successionis ordinem commendam sic noviter erigendam obtineant. Dilectis autem filiis modernis dictarum sex commendarum respective possessoribus ne ipsi ex abdicatis decimis antedictis ab eorum respective commendis per eos ad praesens respective obtentis nimium praesentiant incommodum, eadem Maria Francisca regina fidelissima eorum indemnitati respective consulere volens: eis, et eorum cuilibet, aut certam pecuniae summam pro unica vice tantum exsolvere, aut pensionem annuam super asse aliarum commendarum ad praesens vacantium constituere designaverit. Cumque, sicut etiam accepimus,

praefata Maria Francisca regina fidelissima pro sua erga hanc sancti Petri cathedram reverentia, et devotione summopere desideret, ut hujusmodi per eam susceptae dispositioni apostolicae Sedis patrocinium accedat, atque auctoritas.

Votis reginae annuit pontifex decreta dismembratione, et unione juxta preces.

§. 4. Nos igitur, qui ipsius Mariae Franciscae reginae fidelissimae assiduam, vigilemque operam tum in sanctae Nostrae catholicae ecclesiae honoris incremento, tum in populorum sibi commissorum utilitate comparanda semper intentam summa animi Nostri exultatione haud satis commendare desistimus, cunctis ejus votis, ac petitionibus in praemissis favorabiliter annuere, ipsamque Mariam Franciscam reginam fidelissimam, et ejus regiam domum praedictam specialibus favoribus, et gratiis quantum cum Domino possumus prosequi volentes: motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine a praedictis sex commendis primodicti ordinis easdem decimas, illarumque respective funda, seu terras ipsorum modernorum earumdem sex commendarum possessorum respective consensui, quatenus opus sit, apostolica auctoritate supplendo eadem apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus. Nec non ex singulis fundorum, seu terrarum hujusmodi, et reliquae superextantis partis territorii praedicti ad primodictum ordinem, ut praefertur, spectantis redditus tam praesentibus, quam futuris novas ipsius primodicti ordinis sancti Jacobi de Spatha commendam ad Dei omnipotentis gloriam, ac divi Jacobi, illiusque ordinis praedicti honorem, et ornamentum dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo erigimus, et instituimus, illamque sic noviter erectam una cum omnibus, et singulis fundis, seu terris dictarum decimarum, et reliqua superextante parte territorii hujusmodi, omnibusque, et singulis juribus, et pertinentiis suis patrimonio, et domui de Infantato praedictae dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus. Ita ut praedictus Joannes princeps, et infans dictam commendam sic noviter erectam obtineat usque dum praedictam domum de Infantato administraverit, et postquam ipse in regna successerit una cum domo praedicta etiam dicta commenda per Nos sic noviter erecta, et ut praefertur, unita ad suum secundogenitum transeat, sicque qui domum et statum de Infantato hujusmodi pro tempore administraverint, eamdem commendam per Nos sic noviter erectam, ac etiam, ut praefertur; unitam absque ulla nova ei desuper facienda concessione pariter obtineat.

Providetur futuris rectoribus domus de Infantato.

§. 5. Et si dictus Joannes princeps, et infans nullum habuerit secundogenitum, tunc praedicta domus, et eadem commenda per Nos sic noviter erecta, ac etiam, ut praefertur, unita erunt in administratione donec aliquis sit secundogenitus regnantis, qui in domum, et commendam per Nos sic noviter erectam, ac etiam, ut praefertur, unitam hujusmodi succedat. Si autem secundogeniti obtinentes domum, et commendam per Nos sic noviter erectam, et unitam hujusmodi uxorem duxerint, ac filii legitimi, et naturales nati sint, successio in domum, et commendam per Nos sic noviter erectam, et unitam hujusmodi deferatur suis primogenitis; si vero descendentes legitimos non habeant, tunc succedant existentes filii secundogeniti lineae regnantis in praedictam domum, ac commendam per Nos sic noviter erectam, ac etiam, ut praefertur, unitam hujusmodi, vel ipsa domus, et commenda sic erecta, et unita praedicta in administrationem erunt, donec aliqui proveniant filii secundogeniti, et in eventum, in quem domus de Infantato praedicta sit ad unicam foeminam redacta, tunc cum illa, in suo matrimonio erunt omnia observanda, quae in constitutione quoad foeminam, quae in regnum succedit praescribuntur, ut scilicet intra regni limites, et illi viro nubat, cujus favore status in curiam collecti dispensabunt, secus ab omni successionis jure in domum de Infantato, ac commendam sic noviter erectam, ac etiam, ut praefertur, unitam hujusmodi decidat, prout jus ad regnum amitteret foemina, quae juxta leges easdem non nupsisset, ac demum si soboles dumtaxat illegitima erit, tunc domus de Infantato hujusmodi regrediatur ad domum regnantem dum illegitimi incapaces semper erunt in domum, ac commendam per Nos sic noviter erectam, ac etiam, ut praefertur, unitam praedictam succedere, prout ex constitutione in regna succedere non possunt: ac praeterea iis, qui juxta leges, et dispositiones a praedicta Maria Francisca regina fidelissima ad successionem in domum de Infantato, ac patrimonium illi

constitutum, vel illius administrationem, ut praefertur, praescriptas ad domum hujusmodi venerint, vel illius administrationem pro tempore obtinuerint, ut ipsi semper, et quandocumque fructus quoque, redditus, et proventus dictae commendae per Nos sic noviter erectae, ac etiam, ut praefertur unitae percipere, exigere, levare, ac in suos usus, et utilitatem, vel alias juxta easdem conditiones, et dispositiones, ut praefertur, praescriptas convertere, omnibusque suis annexis, et connexis juribus, praerogativis, praeeminentiis, gratiis, et indultis, quibus alii milites primodicti ordinis sancti Jacobi de Spatha commendas ejusdem primodicti ordinis obtinentes ad praesens utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri et gaudere possint, et valeant in modum, ut in ipso temporis articulo, quo in administrationem, seu possessionem patrimonii, ac domus de Infantato hujusmodi venient, ipso jure, et absque nova eis desuper facienda concessione sint, et habeantur dictae commendae per Nos sic noviter erectae, ac etiam, ut praefertur, unitae administratores; quin ipsi ab ea, quae circa qualitatem, professionem, aliaque requisita fratribus militibus, ac commendatariis primodicti ordinis sancti Jacobi de Spatha a statutis, seu stabilimentis, ac ordinationibus capitularibus primodicti ordinis apostolica auctoritate praedicta confirmatis praescripta, et ordinata teneantur. Quinimo etiam cum administratione hujusmodi praeceptorias, seu commendas, ac dignitates aliarum militiarum, sive ordinum equestrium consequi, et recipere etiam libere, et licite possint, et valeant eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo concedimus, et indulgemus.

Indemnitates concessae modernis possessoribus dictarum commendarum.

§. 6. Ac demum eidem Mariae Franciscae reginae fidelissimae, ut ipsa praedictis modernis possessoribus dictarum sex commendarum primodicti ordinis, et eorum cuilibet in eorum, et cujuslibet ipsorum indemnitatem hujusmodi aut certam pecuniae summam pro unica vice tantum subministrare, aut pensionem annuam in summa ab eadem Maria Francisca regina fidelissima ad ejus libitum designandam super asse aliarum commendarum ad praesens vacantium assignare, eisdemque modernis possessoribus dictarum sex commendarum primodicti ordinis, ut ipsi, et eorum quilibet aut praedictam summam eis pro unica vice tantum, ut praefertur, subministrandam, aut pensionem hujusmodi prout eidem Mariae Franciscae reginae fidelissimae magis libuerit, etiam, ut praefertur, assignandam absque ulla obligatione in eventum assignationis pensionum praedictarum literas apostolicas desuper expediendi, percipere, exigere, levare, ac in eorum respective usus, et utilitatem convertere libere possit, et valeat, ac respective licite possint, et valeant simili apostolica auctoritate respective facultatem concedimus, et impertimur.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes praesentes literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima etiam ex eo, quod causae propter quas eaedem praesentes emanarunt, adductae, verificatae, et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis, vitio, aut intentionis Nostrae, aut quopiam quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae re-

medium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis, et de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenariae reintegratas fore, et esse; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictaeque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, ac privilegio fungentes, vel honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariae praedictae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque in contrarium praemissorum quomodolibet etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, primodictique ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis primodicto ordini, illiusque militibus, vel quibusvis aliis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concessis, et concedendis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quaevis alia expressio habenda, seu quaelibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, etiam inserti forent eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ad praemissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Postremo autem cupientes, ut praemissa omnia sic per Nos disposita suum plene, et absque ullo objice sortiantur effectum, hinc dilectum quoque filium Nostrum, et dictae Sedis apostolicae nuncium in civitate Lisboniensi commorantem in exequutorem earumdem praesentium Nostrarum literarum dicta apostolica auctoritate deputamus, eique insuper facultatem, ut ipse super quacumque oppositione in actu illarum exequutionis hujusmodi quomodolibet oritura, servatis tamen, quae fuerint de jure servanda, etiam definitive pronunciare libere, et licite possit apostolica auctoritate praedicta similiter concedimus, et impertimur.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae dismembrationis, divisionis, separationis, erectionis, institutionis, unionis, annexionis, incorporationis, concessionis, indulti, utriusque facultatis impartitionis, decreti, derogationis, et deputationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit in-

Digitized by Google

cursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, decimo kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 9. apr. 1793. Anno XIX.

CMXXXV.

Confirmatio instrumenti inter monachos congregationis Olivetanae monasterii s. Mariae Novae de urbe ex una, et Joannem Pierantonj ex altera partibus stipulati etc.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii abbas, et monachi monasterii sanctae Mariae Novae almae Nostrae urbis ordinis sancti Benedicti congregationis Olivetanae, quod nuper de consensu abbatis generalis ordinis, et congregationis praedictorum contractum venditionis annui canonis ad monasterium praedictum spectantes cum dilecto itidem filio Joanne Pierantonj sub certis pactis, et conditionibus sub reservatione beneplaciti apostolici sub die decima quinta martii currentis anni millesimi septingentesimi nonagesimi tertii per acta Francisci Fiametta notarii capitolini stipularunt, prout ex instrumenti stipulati contractus, tenoris qui sequitur — In nomine Domini. Amen. Praesenti publico venditionis instrumento cunctis ubique pateat evidenter, ac notum sit, quod anno ab ejusdem Domini Nostri Jesu Christi salutifera nativitate millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, indictione Romana undecima, die vero decima quinta mensis martii, pontificatus autem sanctissimi in eodem Christo patris, et Domini Nostri Domini divina providentia Pii pp. VI. anno XIX.

Tenor initae transactionis.

§. 2. Si determinò negli anni poco anzi scorsi l'illustrissimo signor Giovanni Pierantonj, pubblico scultore in questa metropoli, anche per secondare i graziosi sovrani impulsi, d'intraprendere una decorosa fabbrica, ad ornato non meno della città, che a privato suo comodo. Fissò egli le sue vedute in una situazione quanto livellata ai divisati oggetti, tanto maggiormente dispendiosa; poichè il fondo trovavasi gravato da canone, e sub-canone in favore del padrone diretto, e del di lui enfiteuta, fino alla rispettabile intera somma di annui scudi trentasei, e bajocchi venti, ed inoltre sulla superficie erano costruite alcune umili, e mal fornite case, spettanti al dominio utile di varj possessori, delle quali niun calcolo poteva farsi per il nuovo architettato edifizio, fuori dell'uso degli antichi, e ben logori cementi. Sorgevano codeste case nella stessa linea contigua, parte cioè all'adjacenza alla strada del corso, e quindi rivoltando mettevano in parte sulla via, una volta denominata borgo del Pidocchio, ed ora chiamata vicolo della Fontanella. Tutte poi erano limitrofe in massima parte alle fabbriche, siti, e giardino del convento de' religiosi Carmelitani di santa Maria di monte Santo, e tutte si racchiudevano in quel comprensorio (volgarmente detto isola di Monte Santo) che in ragione di proprietà, e diretto dominio appartiene al venerabile monistero, e monaci Olivetani di santa Maria Nuova di quest' alma città, e che in ragione di perpetua enfiteusi con le facoltà di subenfiteuticare fu già trasferito anticamente negli autori dell'odierno illustrissimo signore cavalier Annibale Moroni. Piacque dunque al nominato signor Giovanni Pierantonj di acquistare a pronti contanti l'enunciate tre case dai respettivi subenfiteuti, che le godevano: l'una cioè, che faceva cantone nella suddetta strada del Corso, e nel vicolo della Fontanella dal signor Giuseppe Ciani per il prezzo così fissato di scudi mille cento cinquanta, siccome costa da istromento dallo Strelich notaro capitolino sotto il dì venticinque dicembre del mille settecento novanta al quale ec. L'altra (comprensiva del pianterreno, su cui erano superedificati due appartamenti del signor Azzoni, come qui appresso) dalli signori cavalier Matteo, e Valerio Pellegrini al valore peritato di scudi duemila seicento quattordici e bajocchi dieci ed a forma dell'istromento stipolato li ventisei aprile dello stesso anno mille settecento novanta negli atti del Guerrini notaro A. C., al quale ec. La terza finalmente aderente alle suddette (formata da due appartamenti superiori che poggiavano al pianterreno di essi signori Pellegrini) dal signor Francesco Saverio Azzoni per lo stimato prezzo di scudi quattrocento sessantasei, secondo l'istromento stipolato

per gli atti del suddetto Guerrini li venticinque settembre dello stesso anno mille settecento novanta, al quale ec. Il passaggio perpetuo delle surriferite tre case nella persona del menzionato signor Pierantonj, e suoi ec. fu da poi solennemente lodato ed autorizzato dal venerabile monastero di santa Maria Nuova, padron diretto, e dal signor cavalier Annibale Moroni primario enfiteuta, mediante ancora il pagamento dei laudemj sborsati dal signor Pierantonj in proporzione de' suddetti tre acquisti nella intera convenuta quantità di scudi ottantaquattro e bajocchi sessanta giusta, che più diffusamente risulta dal tenore del successivo istromento di ricognizione in dominum per gli atti del Gaudenzi notaro dell'eminentissimo vicario sotto li undici aprile mille settecento novantuno. E quivi fu, che dallo stesso signor Pierantonj in sequela della compra fatta di esse tre case venne assunta ben' anche l'obbligazione, da lui esattamente adempita, di pagare annualmente a titolo di canone, o sub-canone la somma di scudi trentasei e bajocchi venti nella maniera qui d'appresso, cioè per la rata di annui scudi diciotto al venerabile monistero di santa Maria Nuova in nome, e per conto del suddetto signor cavalier Moroni, e suoi ec., a discarico di quel canone, che dalla medesima casa Moroni deve corrispondersi al suddivisato venerabile monistero in coerenza della prima investitura, ed in riflesso della proprietà dell'intero fondo enfiteutico, ossia comprensorio dell'isola detta di Monte Santo: l'altra rata poi di scudi diciotto, e bajocchi venti adequante la integrale quantità di scudi trentasei e bajocchi venti, promise il medesimo sig. Pierantonj di sborsare annualmente all'enunciato sig. cavalier Moroni, e suoi ec., ed a privato suo vantaggio, come effetto della facoltà di subenfiteuticare, che si suppone ridotta all'atto per istromento rogato li tredici marzo mille cinquecento ottantanove da Francesco Ivvio notaro capitolino. Sull'area e suolo di codeste tre sopra riferite case, che furono già interamente demolite dal più volte detto sig. Giovanni Pierantonj, cimentò egli le forze del proprio denaro, elevando con elegante simetria una fabbrica di varj appartamenti con tutti quegli annessi, membri, pertinenze, e pianterreni, quali in oggi formano ben anche l'importante concerto del suo studio di scultura. Il quantitativo della suddetta estensione, e siti, già passati al dominio utile del sig. Pierantonj in vigore degli anzi citati istromenti, e dove si vede innalzata la nuova fabbrica con le sue pertinenze, ed annessi, ascende in globo a canne Romane cento cinquantaquattro e palmi dieci, a forma della specifica delineazione, descrizione, e misura dell'area di esse tre case già comprate dal sig. Pierantonj, e designate con i colori giallo, rosaceo, e di carne sotto la lettera A. B. C. nella pianta concordemente approvata dalle parti, che si consegna a me notaro per inserirla nel presente istromento ec. D'onde ancora si ravvisano i confinanti con l'anzidetta area, e sito indicato di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci, vale a dire da un lato esteriore, e dal prospetto la via del corso, dall'altro lato esterno il vicolo della Fontanella, da un altro lato interno il suolo, e sito in detta mappa colorito di fuligine, e marcato con la lettera D., ove sorgeva una casetta venduta al suddetto sig. Pierantonj con beneplacito apostolico dai padri Carmelitani di Monte Santo liberamente, e senza verun peso di canone, o sub-canone a chicchesia, come da istromento rogato li ventidue giugno dell' anno prossimo passato mille settecento novantadue per gli atti del Bassetti notaro A. C. E dagli altri lati interni il sito, giardino, e fabbriche indicati nella medesima pianta con colore oscuro sotto le lettere GG., di pertinenza del convento di essi religiosi di Monte Santo. Dopo essersi dal medesimo sig. Pierantonj con notabile dispendio ormai ridotto alla sua perfezione il materiale di codesta opera, rivolse egli le sue provide mire alla tranquillità degli eredi suoi, e loro successori, ad oggetto di trasmettergli non meno l'edifizio, che il fondo liberi, ed esenti da quella servitù di canone, che suol essere turbativa dei possessori, e che bene spesso produce consequenze di litigj, e di amare controversie. Diresse perciò sulle prime le ossequiose sue istanze al padron diretto dell'accennato fondo, cioè al reverendissimo padre abbate, ed altri rispettabili individui che compongono la famiglia, e definitorio del venerabile monistero di santa Maria Nuova di questa metropoli, implorando in genere, che volessero alienare a suo favore la proprietà, e dominio diretto del comprensorio, ed isola di Monte Santo, mediante

la vendita di quell' annuo canone di scudi diciotto, che il sig. Pierantonj si assunse di pagare perpetuamente al suddetto venerabile monastero a nome, e vece del sig. cavalier Annibale Moroni e suoi ec. in contemplazione della originaria investitura, ed in ricognizione del dominio diretto sopra l'accennato intero circondario. Ma li lodati reverendissimi monaci non istimarono di condiscendere al trattato in codesta ampiezza, e ristrinsero il loro assenso al trattato per l'alienazione di essa proprietà, e dominio diretto limitatamente a quel sito, ed area di canne Romane cento cinquantaquattro, palmi dieci, che viene indicata dalla qui annessa mappa sotto le lettere A. B. C. e che in parte confina con altro accennato sito di canne Romane ventuno, e palmi trentacinque sotto la lettera D. acquistato come sopra liberamente dal suddetto sig. Pierantonj.

Pacta conventa.

§. 3. Premessa questa generica idea si passò alla specifica delle reciproche condizioni, modi, dichiarazioni, e riserve concentriche alla realizzazione dell'intavolato contratto, e dopo una ben matura discussione delle cose, anche mediante varj congressi in voce fra le parti, coll'opera di benevolo mediatore il tutto fu conciliato, come segue, cioè. Primo, che il venerabile monistero, e reverendissimi monaci Olivetani di santa Maria Nuova dovessero irrevocabilmente, ed abdicativamente alienare a favore del nominato signor Giovanni Pierantonj la proprietà e dominio diretto in profondità, latitudine, e superficie con qualunque interna pertinenza, o cosa ivi contenuta, e racchiusa di quell' area ed estensione soltanto, ove erano situate le sovraccennate tre demolite case, e loro pianterreni, membri, appartenenze, usi, adjacenze, commodità, annessi, e connessi per tanta quanta e tutta insieme, ed unitamente nella sua integrità di canne Romane cento cinquantaquattro, e palmi dieci come sopra confinata, e compresa entro i colori giallo, rosaceo, e di carne sotto le lettere A. B. C. nella suddetta pianta a me consegnata per inserirla ec. — Secondo che inesivamente al cap. primo avessero a cedersi dal venerabile monistero, e monaci in beneficio del menzionato signor Pierantonj, e suoi ec. tutte e singole ragioni, ed azioni ec. niuna affatto eccettuatane, nell' ampiezza, e totalità, in cui ora ad esso competono, e possano competere sul detto suolo, ed area in profondità, latitudine, e superficie: onde il medesimo signor Giovanni Pierantonj compratore, e suoi ec. possano liberamente, ed indipendentemente dallo stesso venerabile monistero esercitarvi ogni ragione di proprietà, e dominio diretto, ed altresì goderne di tutti gli effetti, appendici, e conseguenza, anche per farsi riconoscere in dominum dalla famiglia Moroni perpetua enfiteuta, e suoi ec. Ed anche per surrogare il proprio nome in vece, e luogo di quello da cancellarsi del venerabile monistero nelle tre iscrizioni lapidarie, che si veggono al di fuori delle pareti del nuovo corpo di casa, spettante già in ragione di subenfiteusi al dominio utile dello stesso signor Pierantonj — Terzo che similmente in conseguenza di quanto sopra dovesse perpetuamente promettersi dal venerabile monistero, e monaci al nominato signor Pierantonj, e suoi ec. ogni, e qualunque evizione generale, e particolare, de jure, e de facto rapporto alla suddivisata estensione di canne Romane cento cinquantaquattro, e palmi dieci, e la liberazione da qualsivoglia molestia tanto in giudizio, che fuori ad ogni semplice richiesta, ed interpellazione, che ne venga fatta, diversamente a tutti i danni, interessi, e spese giudiziali, e stragiudiziali, rimossa ogni eccezione, perchè così ec. e non altrimenti ec. e rispettivamente stipolarsi altra obbligazione, e patto connaturale all' indole del contratto, e soliti in consimili istromenti. Quarto che ancora avesse a promettersi dallo stesso venerabile monistero, e monaci di somministrare entro lo spazio di mesi sei dal giorno della esecuzione del contratto alla persona, che verrà a tale oggetto designata dal suddetto signor Giovanni Pierantonj, le notizie opportune, ed analoghe alla proprietà, e dominio diretto dell' accennato fondo di canne Romane cento cinquantaquattro, e palmi dieci, dandogli pure il comodo di estrarre copia di esse notizie, e documenti dai libri dell' archivio monastico coll' assistenza però di alcuno de' revendissimi monaci perchè così ec. Quinto che all' opposto, ed in correspettività l' illustrissimo signor Giovanni Pierantonj in complesso, e per modum unius, e pro omni, et toto ec. e non altrimenti ec. perchè così ec. in nome di prezzo dell' intero acquisto, in qualsivoglia pro-

spetto, e specifica relazione voglia esso considerarsi, dovesse sborsare al venerabile monistero, e monaci Olivetani di santa Maria Nuova, o chi per essi, mediante ordine da trarsi sul deposito corrispondente in questo sagro Monte di Pietà la somma, e quantità di scudi mille di moneta Romana; con la legge da esprimersi in detto ordine, che la stessa somma nell' atto dell' esigenza debba rilasciarsi contestualmente depositata in credito dal suddetto venerabile monistero, e non possa amoversi, se non ad effetto d' investirsi senza cura, e pericolo, e senza obbligo di manutenzione del riferito signor Pierantonj, e suoi ec. in tanti luoghi de' monti camerali, e non vacabili di erezioni s. Pietro cantanti in proprietà, e fruttato in faccia del suddetto venerabile monistero, ovvero in censi con luoghi pii, o comunità dello stato Pontificio, da soggettarsi qualunque dei detti investimenti contestualmente, e specialmente, purchè la specialità non deroghi alla generalità, come in appresso, e non altrimenti ec. al vincolo di perpetua evizione a favore del detto signor Giovanni Pierantonj, e suoi ec. per l' acquisto suddetto: e tanto nelle patenti di detti luoghi di monti, quanto nell' istromenti di censi abbia a farsi menzione, e non altrimenti ec. della provenienza del denaro del prezzo di tale alienazione, con individuarsene ivi il giorno, ed anno, ed il notaro, da cui sia stipolata, ed il beneplacito apostolico, di cui appresso ec. E lo stesso debba perpetuamente osservarsi tutte le volte, che venissero restituite le sorti principali di detti censi, per doverne fare i nuovi investimenti in tutto, e per tutto, come sopra — Sesto. E siccome da ambedue le parti fu espressamente dichiarato perchè così ec. e non altrimenti ec. che al venerabile monistero di Santa Maria Nuova dovessero rimanere ferme, ed intatte, e nel loro pieno vigore, ed operazione, tali quali sono però, e lungi da ogni novazione, le ragionj di proprietà, e dominio diretto nel rimanente dell' isola di Monte Santo, e respettive fabbriche, o siti, che la compongono; perciò il suddetto signor Pierantonj dovesse simultaneamente consegnare a totale discarico al venerabile monistero, e monaci di Santa Maria Nuova un luogo di monte s. Pietro cantante la proprietà in faccia al signor Giovanni Pierantonj, e suoi ec. ma con la invariabile riserva dell' annuo fruttato a favore del medesimo venerabile monistero, e con l' espressione nelle lettere patenti, che lo stesso fruttato si rilascia al medesimo a titolo di annuo canone dovuto dal signor cavalier Annibale Moroni, e suoj ec. per la investitura del rimanente del comprensorio dell' isola di Monte Santo: eccettuata sempre l' area di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci sulla quale deve cadere l' alienazione totale, ed abdicativa a favore del signor Pierantonj, e suoi ec. e su cui il venerabile ministero abbia ad intendersi interamente spogliato di ogni dominio diretto, e proprietà come sopra; in guisa che lo stesso fondo di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci rimanga affatto immune, ed esente da qualunque sequela mediata, od immediata dell' esercizio del dominio diretto del lodato venerabile monistero sul restante dell' isola, o sulli singolari residuali membri, e parti da cui viene la stessa formata, ed in analogia di tutto ciò dall' anzidetto signor Pierantonj acquirente, e suoi ec. non debba mai, e poi mai risentirsi sopra l' accennato fondo per qualunque capo, causa, e titolo, alcuna benchè menoma conseguenza, o appendice, o molestia, o ritorsione, o ripercussione dal detto esercizio di dominio diretto, che resta vegliante, ed attivo nel medesimo venerabile monistero sopra il restante circondario, altrimenti a tutti i danni, interessi, e spese giudiziali, e stragiudiziali, perchè così ec. e non altrimenti ec. — Settimo. Che il signor Giovanni Pierantonj, e suoi ec. compatibilmente alla natura del contratto, di cui parlasi, avesse ad obbligarsi, come successore del venerabile monistero di osservare per quanta è la estensione di detto sito di canne cento cinquantaquattro e palmi dieci le convenzioni, e contratti antecedentemente stipolati tra il monistero medesimo, e l' illustrissima casa Moroni enfiteuta. — Ottavo. Che lo stesso signor Pierantonj dovesse riportare a tutte sue spese, e carico il beneplacito apostolico, sotto la riserva del quale, e non altrimenti ec. fu intavolato il contratto, di cui sopra. Ed a tale effetto i reverendissimi monaci avessero a costituire il menzionato signor Pierantonj procuratore irrevocabile, tamquam in rem propriam, per rappresentare alla Santità di nostro signore papa Pio Sesto felicemente regnante l' utilità evidente, cui va incontro il loro venerabile

monistero nella realizzazione di esso contratto, e per implorarne in conseguenza entro lo spazio di tre mesi la pontificia speciale ratifica. — Nono. Che frattanto avesse a stipolarsi fra le parti sopra le suddette cose pubblico, e giurato istromento, da ottenere il suo plenario effetto, ed esecuzione al momento, e giorno stesso, in cui venga esibito negli atti miei dal signor Giovanni Pierantonj il documento autografo del suddetto beneplacito apostolico, e contemporaneamente consegnati ai detti reverendissimi monaci, o chi per essi tanto il suddetto ordine originale di scudi mille, da rilasciarsene copia collazionata negli stessi atti miei, quanto la patente del luogo di monte s. Pietro, come sopra, da rilasciarsene simile copia collazionata in detti miei atti: de' quali ordine, e luogo di monte dovrà farsene dai medesimi reverendissimi monaci, o chi per essi semplice ricevuta al più volte detto signor Pierantonj, da esibirsi parimente negli atti miei.

Utilis obtenta a monachis in sequelam initae conventionis.

§. 4. Nella conciliazione delle cose a termini di anzi riferiti, viddero intimamente i reverendissimi monaci Olivetani, a qual grado eminente giugnesse il vantaggio perenne del loro venerabile monistero nella effettuazione di codesto ardito contratto. Poichè oltre averne analizzata la utilità in vari altri prospetti, ed oltre l' aver essi all' istante ritrovato entro l' importo così concertato dell' alienazione un lucro, che gli si era procacciato dall' opera, e fatto proprio dello stesso signor Pierantonj, mediante la rinnovazione della superficie, tanto maggiormente aumentata nel valore, e sostanzialmente migliorata dall' antico stato depresso, e meschino, in cui giacevano l' enunciate case demolite; ne rimarcarono da poi la palmare utilità alla ponderazione ancora di due ben sodi, ed assorbenti riflessi, cioè l' uno dacchè il venerabile monistero in vece d' incassare come per lo avanti annui scudi diciotto soltanto a titolo di canone, ne assicurava anzi in ogni anno circa trenta, mediante la spedita esigenza del fruttato de' luoghi di monti indicati, e più ancora nel caso che li suddetti investimenti si facessero in censi come sopra: quale fruttato gli somministrava fin d' ora un esuberante compenso a quegli eventuali, e forse rimoti appendici di dominio diretto, cui potesse andare incontro nella circolazione degli anni. Secondo (che egli è sostanzialissimo) conseguivasi in tal forma dallo stesso monistero non solamente il capitale del tenue canone, che in ragione di giusta proporzione all' originaria investitura graverebbe l' area, ed il suolo delle canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci di cui trattasi; ma di più ottenevasi un capitale molto maggiore, e che si approssimava quasi al valore del canone dell' intera isola di Monte Santo. E nulladimeno rimanevano esercibili a di lui vantaggio, e nel suo vigore, ed operazione, tali, quali sono gli effetti lucrosi, e proficui della proprietà sul rimanente dell' isola.

Stipulatio publici instrumenti super initis conventionibus.

§. 5. Volendosi pertanto univocamente dalle parti ridurre a pubblico, e solenne istromento quanto fra le medesime di buona fede fu convenuto, e concordato, perchè la verità sempre, ed in ogni tempo apparisca; quindi è che avanti di me notaro, e testimonj infrascritti presenti, e personalmente costituiti li reverendissimi padri lettor teologo don Michele Augusti, e padre don Placido Zaramellini cellerario, ambedue monaci olivetani del venerabile monistero di santa Maria Nuova di quest' alma città, come procuratori specialmente deputati dal reverendissimo padre abbate, e dagli altri reverendissimi monaci olivetani di detto venerabile monistero nel capitolo tenuto sotto il dì d' oggi corrente; la di cui fede unitamente alla sottoscrizione di detti reverendissimi monaci in valido numero congregati, resta apposta in calce della presente minuta, che a me notaro si consegna per inserirla nel presente istromento del tenore ec., e che asserirono tacto pectore more sacerdotali ec. di procedere a tale atto con la licenza ancora, e pieno consenso del reverendissimo padre don Benedetto Gazzali abbate di Monte Oliveto, odierno generale del loro inclito ordine in virtù di lettera di approvazione dal detto reverendissimo padre abbate generale scritta, e presso detti reverendissimi monaci esistente, a me notaro cogniti, da una parte: e l' illustrissimo signor Giovanni Pierantonj figlio della bona memoria Pietro Romano a me notaro parimenti cognito dall' altra; affermando tutte, e singole cose di sopra espresse, e narrate, essere state, ed essere vere, e verissime, e quelle come tali ratificando, omologando, ed approvando ec. In esecuzione di esse, di loro spontanea, e deli-

Digitized by Google

berata volontà, ed in ogni altro miglior modo ec.

Reservatio beneplaciti apostolici.

§. 6. Premessa da ambe le parti la espressa riserva, che s' intende ripetuta nel mezzo, e fine della presente stipolazione ec. del beneplacito della Sede apostolica si obbliga in primo luogo il nominato signor Giovanni Pierantonj di riportare il medesimo a tutte sue spese, e carico entro il corso di mesi tre, da computarsi da oggi; ed a tal' effetto dalli suddetti reverendissimi padri lettor Augusti, e padri Zaramellini cellerario procuratori suddetti si costituisce, e deputa in speciale legittimo, ed irrevocabile procuratore di detto venerabile monastero, e monaci a tale atto il divisato signor Giovanni Pierantonj, con tutte le facoltà opportune, e con la clausola alter ego ec. per implorare dalla Santità di Nostro Signore felicemente regnante in nome di esso venerabile monistero l' autorizzazione, e rivalidazione del presente contratto, la cui epòca, ed esecuzione promettono li contraenti sotto le stesse obbligazioni, e vincoli d' inviolabilità, di cui appresso nel fine del presente istromento ec. che abbia ad incominciare e s' intenda realmente incominciata al momento, e giorno stesso, in cui dal nominato signor Pierantonj verranno esibiti negli atti miei il documento originale, comprovante la ratiabizione, ed assenso apostolico al presente contratto; ed inoltre la semplice ricevuta delli detti reverendissimi padri Augusti, e Zaramellini procuratori suddetti d' onde apparisca essere stati loro consegnati dal suddetto sig. Pierantonj gli enunciati ordine originale di scudi mille, e la patente del luogo di monte s. Pietro; il tutto concertato come sopra, ed in coerenza ben' anche dei surriferiti capitoli ottavo, e nono. Secondariamente li detti reverendissimi padri Augusti, e Zaramellini come procuratori suddetti adesso, e per quando, ed al momento stesso, in cui verrà esibito negli atti miei dal sig. Pierantonj il beneplacito apostolico con titolo di pura e perfetta, ed irretrattabile vendita, ed abdicativa alienazione, vendono, ed alienano a favore del precitato signor Giovanni Pierantonj qui presente ec. ed accettante per, e suoi ec. la proprietà, e dominio diretto in profondità, latitudine, e superficie con qualunque interna pertinenza, membri, comodità, uso, e cosa annessa, e connessa, ed ivi contenuta, e racchiusa, niuna eccettuata ec. dell' area, ed estensione di canne Romane cento cinquantaquattro, e palmi dieci, per tanta, quanta è tutta insieme, ed unitamente nella specificata sua integrità, senza segregazione di parte, e parte, senza distinzione di solo, e solo, o di quantità, e quantità; di tutta cioè quella estensione, ove erano situate le tre già demolite case Ciani, Pellegrini, ed Azzoni con i loro pianterreni, membri, appartenenze, adjacenze, usi, comodità, annessi, è connessi, che furono acquistate come sopra, dal riferito signor Pierantonj medianti i separati contratti accennati, e con la successiva indicata ratifica del lodato venerabile monistero, e dell' illustrissimo sig. cavalier Annibale Moroni. Quale area di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci, come sopra confinata rimane compresa entro i colori giallo, rosaceo, e di carne sotto le lettere A. B. C. nella pianta da ambe le parti approvata, ed a me notaro consegnata per inserirla nel presente istromento del tenòre ec. E per causa, e titolo di simile vendita, ed alienazione, adesso e per allora cedono, rinunciano, e trasferiscono a favore dello stesso signor Pierantonj, e suoi ec. tutte, e singole ragioni, ed azioni a detto loro venerabile monistero spettanti, ed appartenenti, niuna affatto esclusa ec. nell' ampiezza, e totalità in cui ora ad esso competono, e possano competere sull' area, e suolo come sopra alienato tanto nella profondità, che nella latitudine, e superficie, ad averle, e possederle ec. colla piena clausola del costituto, e del precario in forma ec. Onde il menzionato signor Giovanni Pierantonj, e suoi ec. possano liberamente, ed indipendentemente dallo stesso venerabile monistero esercitarle, ed altresì goderne in ogni futuro tempo di tutti gli effetti, appendici, e conseguenze, anche all' oggetto di farsi riconoscere in dominum dalla famiglia Moroni perpetua enfiteuta, e suoi ec., ed anche per surrogare il proprio nome in vece, e luogo di quello da cancellarsi del venerabile monistero nelle tre iscrizioni lapidarie, poste all' esterno delle pareti del nuovo corpo di casa, spettante già al dominio utile dello stesso signor Pierantonj, e suoi ec. Ed il tutto in adesione pure delle accennate convenzioni ai capitoli primo e secondo.

Declarationes speciales.

§. 7. Si dichiara bensì espressamente ad ogni maggior cautela dalli riferiti contraenti,

che per la suddetta alienazione non s'intenda indotta alcuna alterazione, o inferita vulnerazione alle ragioni di proprietà, e dominio diretto che competono al venerabile monistero di santa Maria Nuova sul rimanente dell'isola di Monte Santo, e respettive fabbriche, e siti, che la compongono; giacchè queste si lasciano ferme, ed intatte, e nel loro pieno vigore, ed operazione a favore dello stesso monistero, tali quali sono, però lungi da ogni novazione; eccettuata sempre la suddetta area di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci totalmente venduta, ed alienata come sopra a favore del signor Giovanni Pierantonj, e suoi ec. su cui il detto venerabile monistero, e monaci olivetani, e per essi li detti reverendissimi padri procuratori come sopra costituiti, si spogliano affatto di ogni dominio diretto, e proprietà, come sopra: in guisa che lo stesso fondo di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci rimane del tutto immune, ed esente da qualunque sequela mediata, ed immediata dell'esercizio del dominio diretto dell'anzidetto venerabile monistero sul restante dell'isola di Monte Santo. Promettendosi solennemente dalli suddetti reverendissimi padri lettor Augusti, e Zaramellini cellerario a nome come sopra ec. che il signor Giovanni Pierantonj compratore, e suoi ec. mai, e poi mai risentiranno sopra il fondo di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci loro alienato, per qualunque capo, causa, e titolo, alcuna benchè menoma consequenza, o appendice, o molestia, o ritorsione, o ripercussione dal detto esercizio di dominio diretto, che si lascia vegliante, ed attivo a termini in cui è, nel medesimo venerabile monistero sopra il restante circondario dell'isola di Monte Santo: in caso contrario i suddetti reverendissimi padri procuratori suddetti nello stesso nome promettono sotto le infrascritte generali obbligazioni di voler esser tenuti a tutti i danni, interessi, e spese giudiziali, e stragiudiziali perchè così ec. e non altrimenti ec.

Conventio de solutione pretii a Pierantonio solvendi.

§. 8. E questa vendita, ed alienazione adesso per allora li detti reverendissimi padri procuratori suddetti per detto loro venerabile monistero l'hanno fatta, e fanno a favore di detto signor Giovanni Pierantonj come sopra presente, ed accettante per se, e suoi ec. per il prezzo evidentemente utile allo stesso loro monistero, e così concordato in complesso, e per modum unius a correspettività dell'intera alienazione in qualsivoglia prospetto, e specifico rapporto voglia esso considerarsi, e pro omni, e toto ec., perchè così ec., e non altrimenti ec. di scudi mille di moneta Romana a compimento dell'intero prezzo dell'alienazione, e da pagarsi, e rinvestirsi nella maniera, della quale appresso, oltre l'assegna de' frutti di un luogo di monte s. Pietro di cui parimenti si avrà ragione in appresso a totale suo discarico anche relativamente a quanto erasi egli assunto di obbligazione in nome, e vece dell'illustrissimo signor cavalier Annibale Moroni, e suoi ec. a favore del suddetto venerabile monistero; del quale prezzo consistente in scudi mille oltre l'assegna de' frutti del suddetto, ed infradicendo luogo di monte san Pietro adesso, e per quando ne saranno stati consegnati alli detti reverendissimi padri procuratori a quest'atto costituiti l'infrascritto ordine originale sul sagro monte della Pietà di questa metropoli, e l'infrascritta patente di detto luogo di monte s. Pietro, se ne chiamano li suddetti reverendissimi padri procuratori a nome come sopra, ben confenti, e soddisfatti, e ne fanno al divisato sig. Giovanni Pierantonj, e suoi ec. finale, finalissima quietanza in forma ec. assolvendolo ancora espressamente quando faccia d'uopo, da qualunque peso, e carico ad esso addossato per il pagamento dell'annuo canone di scudi diciotto in nome, e vece del sig. cavalier Annibale Moroni, e suoi ec. in conformità del sopraccitato istromento di ricognizione in dominum per gli atti del Gaudenzi notaro dell'eminentissimo vicario sotto li undici aprile mille settecento novantuno. Inesivamente poi al convenuto di sopra, e segnatamente nelli surriferiti capitoli cinque, e sei promette il nominato signor Giovanni Pierantonj adesso, e per quando avrà egli riportato come sopra l'apostolico beneplacito di sborsare la suddetta quantità di scudi mille al suddetto venerabile monistero, e monaci di santa Maria Nuova, e per essi alli detti loro reverendissimi procuratori come sopra costituiti, mediante un ordine di consimile somma sul deposito corrispondente a sua libera disposizione, e credito in detto sagro monte di Pietà; ed all'opposto i suddetti reverendissimi padri Augusti, e Zaramellini procuratori suddetti pro-

Digitized by Google

mettono, e si obbligano in detto nome di adempire esattamente le condizioni, e leggi, che saranno emologate in dett' ordine cioè che nell' atto dell' esigenza di detti scudi mille debbano rilasciarli contestualmente depositati in credito del prefato venerabile monistero, e non possa amoverli, se non ad effetto con loro ordine, o ordini investirli senza cura, e pericolo, e senza obbligo di manutenzione del menzionato signor Giovanni Pierantonj, e suoi ec. in tanti luoghi di monti camerali e non vacabili, di erezione san Pietro, ovvero in censi con luoghi pii, o comunità dello stato Pontificio da soggettarsi li medesimi investimenti contestualmente, e specialmente, purchè la specialità non deroghi alla generalità come in appresso, e non altrimenti ec. al vincolo di perpetua evizione a favore del detto signor Giovanni Pierantonj, e suoi ec. per l' acquisto suddetto; e tanto nelle patenti di detti luoghi di monti, quanto negl' istromenti di censi abbia a farsi menzione della provenienza del denaro dal prezzo di tale alienazione, e con richiamarne l' odierno istromento per gli atti miei, ed il beneplacito apostolico, che parimenti sarà esibito negli stessi atti del suddetto signor Giovanni Pierantonj. E lo stesso debba perpetuamente osservarsi tutte le volte, che venissero restituite le sorti principali di detti censi per doverne fare i nuovi investimenti in tutto, e per tutto come sopra. Come altresì promette l' anzidetto signor Giovanni Pierantonj a totale suo discarico consegnare al detto reverendissimo monistero, e per esso alli detti reverendissimi padri procuratori come sopra la patente di un luogo di monte s. Pietro, cantante la proprietà in faccia allo stesso signor Giovanni Pierantonj, e suoi ec.; ma con la perpetua riserva dell' annuo fruttato a favore del nominato venerabile monistero di santa Maria Nuova, e con l' espressione in esse lettere patenti, che il detto fruttato si rilascia al prefato monistero a titolo di annuo canone dovuto dal sig. cavalier Annibale Moroni, e suoi ec. per la investitura del rimanente dell' isola di Monte Santo; esclusa però sempre l' area di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci, il di cui dominio diretto, e proprietà si aliena come sopra interamente a favore del suddetto signor Pierantonj, e suoi ec. colla presente stipolazione.

Pactum de servandis contractibus a monasterio stipulatis ante alienationem.

§. 9. Di più in esecuzione dei sopra espressi capitoli quarto, e settimo adesso, e per allora promette il signor Giovanni Pierantonj per se, e suoi ec. come successore del suddetto venerabile monistero nella proprietà, e dominio diretto dell' accennata estensione di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci, di osservare, nelle parti però compatibili, e conciliabili colla presente stipolazione, e per quanto è l'importo dell' alienazione a suo favore, le convenzioni, e contratti antecedentemente stipolati fra il suddetto venerabile monistero, e la illustrissima casa Moroni enfiteuta: ed all' opposto si obbligano i detti reverendissimi padri procuratori nel suddetto nome entro lo spazio di sei mesi dal giorno della esibizione del beneplacito apostolico negli atti miei di somministrare alla persona, che verrà destinata dal suddetto signor Pierantonj le notizie opportune, ed analoghe alla proprietà, o dominio diretto del fondo, di cui parlasi; e relativamente pure ai menzionati contratti con la casa Moroni, promettendo ancora di dargli il comodo di estrarre copia di esse notizie, e documenti dai libri dell' archivio monastico, coll' assistenza però di uno de' reverendissimi monaci, perchè così ec.

Aliae conventiones super libertate bonorum.

§. 10. Promettono finalmente li suddetti reverendissimi padri Augusti, e Zaramellini procuratori suddetti per il loro venerabile monistero, che la indicata area, o sito di canne cento cinquantaquattro, e palmi dieci in profondità, e latitudine, e superficie, come sopra alienato, ad essi liberamente spetta, ed appartiene quanto cioè alla sola proprietà e diretto dominio, ed essere libero, immune, ed esente da ogni canone, servitù, censo, fidecommisso purificato, da purificarsi, caducità, e devoluzione, nè ad altro qualsivoglia peso, e vincolo soggiacere, fuorichè all' enunciato sub-canone di annui scudi diciotto, e bajocchi venti riservato a favore della famiglia Moroni enfiteuta in sequela del diritto già esercitato, ed esaurito di subenfiteuticare, che gli fu originariamente transferito, come sopra dallo stesso venerabile monistero di santa Maria Nuova. Come pure adesso, e per allora promettono nello stesso nome la presente vendita, ed alienazione sempre, ed inviolabilmente osservare, averla rata, grata, valida, e ferma, e contro non fare, dire, o venire sotto qualsivoglia pretesto, causa, li-

tolo; a ricercato colore ec. non muover lite, nè fare questa da altri apportare. Anzi ogni lite, e molestia giudiziale, o stragiudiziale in conformità ben anche della convenzione al riferito capitolo terzo, in detto loro venerabile monistero assumere, ed assunta proseguire, e terminare in qualunque istanza, e parte di lite, e tanto fuori di giudizio, che in qualunque giudizio possessorio, petitorio, mero, misto, esecutivo, salviano, e nell'uno, e nell'altro in solidum ec. avocato o no il possesso, ad ogni sola, semplice, ed estragiudiziale richiesta, ed interpellazione da farsi anche dimessa copia nella casa del venerabile monistero a campo Vaccino, o al padre procuratore pro tempore deputato ad lites dal medesimo: ed in assenza da Roma dei reverendissimi monaci, per contradette, editto pubblico, affissione ad valvas curiae, quale così fatta astringa, ed abbia forza e vigore, come se personalmente fosse stata eseguita: ed in analogia di quanto sopra, e del menzionato capitolo terzo promettono ancora adesso, e per allora di mantenere, e conservare il suddetto signor Giovanni Pierantonj, e suoi ec. in quieto, e pacifico possesso di detta area e sito di canne Romane cento cinquantaquattro, e palmi dieci in profondità, latitudine, e superficie indicato, e confinato secondo la pianta concordemente approvata, ed a me consegnata per inserirla ec. obbligandosi (oltre all'ipoteca speciale sopra li detti luoghi di monti, censi da acquistarsi, e soggettarsi al vincolo della suddetta speciale evizione) generalmente per ogni e qualunque evizione universale, generale, e particolare, e della legittima difesa di ragione, e di fatto in forma amplissima, e senza confine anche secondo lo stile della Romana curia, ed a tutti, e singoli danni, interessi, e spese giudiziali, e stragiudiziali ec. de quali ec. rimossa ogni eccezione ec. perchè così ec. e non altrimenti ec.

Quae omnia etc. alias etc. de quibus etc. quod etc. pro quibus etc. praefati reverendissimus pater abbas, et reverendissimi monachi bona, et jura d. venerabilis monasterii, et dictus illustrissimus dominus Joannes Pierantonj se ipsum ejusque haeredes etc. bona etc. et jura etc. in ampliori reverendae camerae apostolicae forma, solitis cum clausulis etc. ultra etc. obligarunt etc. renunciantes etc. consentientes etc. unica etc. sicque tactis etc. pectoribus etc., et scripturis, respective jurarunt etc. — Super quibus omnibus, et singulis praemissis, tamquam rite, recte, valide, legitimeque gestis, et factis, petitum fuit a me notario pubblico infrascripto, ut unum, seu plura, pubblicum, sive publica instrumentum, sive instrumenta conficerem, atque traderem prout opus fuerit, et requisitus ero — Actum Romae in dicto venerabili monasterio sanctae Mariae Novae praesentibus dominis Dominico Alibrandi filio quondam Clementis Romano, et Marco Puscetti filio quondam Stephani pariter Romano testibus etc.

§. 11. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo contractus hujusmodi monasterio praedicto perutilis suum sortiatur effectum, ac firmius subsistat, et servetur exactius memorati exponentes apostolicae confirmationis patrocinio praeinsertum instrumentum communiri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum, quorum interest, singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, praeinsertum instrumentum, et omnia, et singula in eo contenta auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti, siqui desuper in eisdem quomodolibet intervenerint, penitus, et omnino supplemus, et sanamus. Confirmatio apostolica.

§. 12. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores Clausula sublata, et decretum irritans.

judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 13. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ordinis, et congregationis praedictorum, quatenus opus sit, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

CMXXXVI.

Dat. die 26 april. 1793. Anno XIX.

Exemptio perpetua hospitalis terrae Vulsinii Urbevetanae dioecesis ab administratione, et gubernio communitatis ejusdem terrae, illiusque subjectio episcopis Urbevetanis pro tempore existentibus.

Dilecto filio Nostro Paulo Francisco Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Antamoro nuncupato ex dispensatione, et indulto apostolico episcopo Urbevetano.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium. §. 1. Decet Romanum pontificem inter caetera, quae sibi ex pastoralis officii ministerio commissa sunt, ad ea quoque suae providentiae intuitum convertere, per quae bonorum temporalium ad pia loca pertinentium administrationi facile, ac prudenter consulitur, unde quaelibet piorum testatorum fundationes frustrandi tollatur occasio, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Ratio, et tenor concessionis. §. 2. Cum itaque, sicut accepimus, postquam te in apostolicum visitatorem terrae, seu loci Vulsinii tuae Urbevetanae dioecesis deputavimus, inter plurima, quae in vim muneris, seu officii hujusmodi prudenter a te disposita fuere, administrationem quoque, et regimen hospitalis, seu nosocomii pauperum peregrinorum infirmorum inibi erecti per modum provisionis tibi vindicaveris, ac interim in iis, quae tum ad spiritualia, tum ad temporalia spectant, quam maxime profecerit; hinc Nos ejusdem loci pii bono in aevum consulere volentes, tibi praevia, quatenus opus sit, quacumque exemptione, et liberatione ejusdem hospitalis a qualibet praetensa jurisdictione, seu administratione camerarii pro tempore existentis communitatis dictae terrae, seu loci Vulsinii, cui usque ad praedictum tempus subjecit, circumspectioni tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut hospitale, seu nosocomium praedictum tuae, tuorumque successorum episcoporum Urbevetanorum pro tempore existentium omnimodae jurisdictioni, ac gubernio in spiritualibus, ac temporalibus subjicias, eaque propter dilectis filiis hominibus dictae communitatis, seu illius camerario pro tempore existenti harum serie prohibemus, ne in iis, quae ad hospitale, seu nosocomium hujusmodi spirituale, ac temporale gubernium, et administrationem pertinent, deinceps se ullatenus ingerere audeant, seu praesumant.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes has praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Digitized by Google

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non hospitalis, seu nosocomii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 14. maji 1793. Anno XIX.

CMXXXVII.

Extensio literarum apostolicarum anni 1789. ad septem alias dignitates cathedralis Pharaonensis.

Venerabili fratri
Francisco episcopo Pharaonensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Memorantur literae ad rem expeditae de anno 1789.

§. 1. Nuper tui nomine Nobis humiliter expositum fuit, quod Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die vigesima quinta septembris, et undecima decembris anni millesimi septingentesimi octogesimi noni expeditas literas, quo episcopale seminarium ad formam concilii Tridentini erigere, ac quatuor cantoratus in tuo cathedrali ecclesia fundare posses, sex beneficia, dimidios canonicatus, seu semi-praebendas nuncupat., quae in eadem ecclesia jamdiu erecta reperiuntur, auctoritate Nostra apostolica supprimendi, ac extinguendi, ac redditus, et proventus hujusmodi in memoratas causas applicandi plenam, et amplam facultatem impertiti sumus: et cum uni ex dictis beneficiis, seu dimidiis canonicatibus cura animarum veluti parocho principali esset adnexa, voluimus, ut post illius suppressionem cura animarum penes capitulum habitualiter remaneret, ita tamen, ut deinceps cura animarum hujusmodi ab altero ex canonicis dictae tuae cathedralis ecclesiae exerceretur, ac in perpetuum eidem canonicatui, seu praebendae cura animarum hujusmodi esset adnexa, ac possessor dicti canonicatus, seu praebendae de caetero semper esset parochus principalis.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, praeter canonicatus, seu praebendas canonicales aliae septem dignitates in eadem ecclesia tua cathedrali erectae reperiantur, quibus chori dumtaxat interessentiae onus incumbit, ac inter dignitates hujusmodi facilius inveniri possit, qui ad curam animarum magis idoneus sit, licet nomine capituli, canonicorum, ac praebendarum hujusmodi in memoratis Nostris literis ipsae dignitates forsan intelligi possent, nihilominus ad evitandas quaslibet controversias, ac dubia, quae hisce desuper oriri possent, easdem Nostras literas declarari, ac dignitates praedictas ampliari summopere desideras, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessionis tenor.

§. 3. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratarum Nostrarum literarum dispositionem ad septem dignitates praedictas auctoritate apostolica tenore praesentium extendimus, et ampliamus: eaque propter fraternitati tuae curam animarum post suppressionem dimidii canonicatus, cui cura animarum, ut praefertur, adnexa est, eamdem curam animarum uni ex canonicatibus, vel ex dignitatibus tuae cathedralis ecclesiae, illi, scilicet, cujus pos-

Digitized by Google

sessor magis idoneus, et dignior juxta datam tibi a Domino prudentiam reperietur, servata in reliquis earumdem literarum forma, et dispositione, perpetuo uniendi, et adnectendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter interpretandi, et judicandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus iis, quae in memoratis Nostris literis non obstare volumus. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta maji millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 12. maji 1793. Anno XIX.

CMXXXVIII.

Abdicatio nominationis ad duas cappellanias in parochiali collegiata nuncupata antea ad illius vicarium, et benificiatos spectantis cum illius translatione, et reservatione favore principis Brasiliae pro tempore, et cum injunctione duobus futuris cappellanis oneris exercendi per turnum cum dictis beneficiatis curam animarum dictae parochialis ecclesiae.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Indecora contentionum semina ecclesiastica inter usque personas in exercitio nominationis exorta, quae non solum extructum aedificationis templum destruere, sed piarum maxime fundationum exitium praeseferre noscuntur, Romani pontificis providentia circumspecta, ne in dies ultro gradiantur, sedulo studio eliminare dum satagit, meliori, atque utiliori beneficiorum conditione, animarumque simul spirituali profectu jura ipsa nominationis in regios principes, qui de catholica religione benemereri non cessant, et novo semper virtutum specimine militantem Ecclesiam, ejusque visibile caput in medio aquarum multarum exhilarant optima transfert ratione, prout rerum circumstantiis rite quoque perpensis conspicit in Domino plurimum expedire.

Expositio status subortarum contentionum.

§. 2. Cum itaque ex insinuatione dilectissimi in Christo filii Joannis Brasiliae principis, ac magni prioris prioratus nuncupati ordinis, seu hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani de Crato etiam nuncupati Nullius dioecesis provinciae Lisbonensis Nobis nuper facta acceperimus, quod in parochiali, quae ad instar collegiatae ut infra deserviri solet ecclesia, vicaria nuncupata sancti Petri villae de Cortax dictae Nullius dioecesis provinciae praedictae supradicto prioratui subjecta, cujus animarum dilectorum filiorum illius parochianorum cura per illius rectorem vicarium nuncupatum, ac plures beneficiatos tot perpetua simplicia personalem tamen residentiam requirentia beneficia ecclesiastica in ea obtinentes alternatim, ac per turnum exerceri solet, et cujus insuper rector, et beneficiati praedicto choro ipsius parochialis ecclesiae collegialiter inservire, ac divina inibi officia celebrare tenentur usque ab anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo ex pia quondam tunc in humanis agentium Antonii Gomez, et Mariae Lobata conjugum dispositione dum viverent, seu in eorum ultimis sub quibus ab eisdem humanis decesserunt testamentariis tabulis facta, duae itidem perpetuae sine cura cappellaniae fundatae reperiuntur, quae subinde de anno ejusdem Domini millesimo septingentesimo sexagesimo quarto in totidem perpetua beneficia ecclesiastica ordinaria auctoritate erectae fuerunt, quas quidem cappellanias, seu quae posteriora duo beneficia sic erecta hujusmodi respective pro tempore obtinentibus ex fundatorum eorumdem voluntate missam quotidie celebrandi, nec non choro ipsius parochialis ecclesiae interessendi, ibique horas

canonicas recitandi, et canendi, ac statum ipsius chori ad instar rectoris, et aliorum beneficiatorum hujusmodi dictae parochialis ecclesiae observandi respective onera incumbunt, ad quas, seu quae dum illae, seu illa pro tempore vacant, nominatio personarum idonearum, ut infra qualificatarum in eis ad nominationem hujusmodi per ordinarium loci, aut alias instituendarum ad pro tempore existentes dictae parochialis ecclesiae rectorem, et beneficiatos praedictos, cessantibus tamen reservationibus, et affectionibus apostolicis, spectat, et pertinet, et in quarum, seu quorum fundatione praedicta cavetur expresse, quod cappellaniae praedictae, seu posteriora duo beneficia hujusmodi etiam dum illae, seu illa pro tempore vacant, clericis, seu presbyteris idoneis de sanguine dictorum fundatorum usque ad quintum inclusive consanguinitatis gradum descendentibus ad supradictam nominationem conferri debeant, ea tamen in fundatione hujusmodi tunc adjecta lege, quod si duo presbyteri extent eorumdem fundatorum consanguinei intra dictum gradum senior ex iis, qui in praedicta villa habitet, alteri licet in gradu hujusmodi remotior sit, et si presbyter consanguineus non esset, tunc clericus etiam consanguineus in minoribus ordinibus constitutus cuicumque presbytero extraneo, et non consanguineo praeferri debeat, qui tamen clericus praedictas chori obligationes per se ipsum adimplere, missasque per alium celebrari facere teneatur, donec ad aetatem vigintiquinque annorum pervenerit, ita ut ad sacros ordines titulo suae cappellaniae, seu beneficii hujusmodi promoveri possit. Et si ad aetatem hujusmodi perventus ad dictos sacros ordines se promoveri non fecerit, cappellania, seu beneficio hujusmodi per eum tunc obtenta, seu obtento privandus sit; et casu, quo nullus clericus consanguineus existat, illi ex praedicta villa oriundi caeteris extraneis similiter praeferantur.

Declaratur quale remedium fuerit excogitatum a rege Brasiliae pro eliminandis incommodis praedictis.

§. 3. Quoniam vero ex hujusmodi nominationis forma, atque multiplici praelationum lege in dicta fundatione, ut praefertur praescripta saepissime evenit, ut occurrente dictarum cappellaniarum, seu posteriorum duorum beneficiorum hujusmodi vacatione plures inter rectorem, et beneficiatos pro tempore existentes praedictos ejusdem parochialis ecclesiae, super nominatione personarum hujusmodi excitentur dissentiones, ac jurgia. Ob id praedictus Joannes princeps tamquam modernus, ut praefertur, prior ejusdem prioratus, cujus Nos omnimodam administrationem per Nostras in forma Brevis sub annulo piscatoris diei vigesimae quartae mensis novembris anni ipsius Domini millesimi septingentesimi octogesimi noni expeditas literas patrimonio, ac domui de Infantato nuncupatae apostolica auctoritate perpetuo univimus, et incorporavimus, ita ut praefatus Joannes princeps, et infans, et qui deinceps domum, ac statum de Infantato hujusmodi pro tempore administraverit, prioratum praedictum obtineat ordine itidem succedenti praedictae domui aeque ac prioratui hujusmodi in praedictis literis distincte exposito, atque praescripto, prout in eisdem literis plenius continetur, ad avertendas in posterum, penitusque eliminandas eas omnes discordiarum occasiones, quae ecclesiasticae dignitati dedecoris sunt, ac scandalum quoque generant in populo, illud unice expediturum agnovit, ut jure nominandi hujusmodi ad praedictas cappellanias, seu posteriora duo beneficia praedicta ex nunc in posterum a modernis, et pro tempore existentibus dictae parochialis ecclesiae rectore, et beneficiatis praedictis in perpetuum abdicato, illud in praedictum Joannem principem, ejusque in dicta domo, ac statu de Infantato hujusmodi successores, seu administratores eisdem modo, et forma, quibus jus nominandi ad praedictam parochialem ecclesiam, et singula priora beneficia praedicta eidem Joanni principi, ejusque successoribus, seu administratoribus praedictis ratione dicti prioratus competit, etiam perpetuo transferatur, eique, et illis respective reservetur, atque uno eodemque tempore idem Joannes princeps, utpote de animarum Christifidelium in sua ditione degentium salutis incremento satis sollicitus plane compertum habens quam utile, ac fructuosum vineae Domini sit, ut operarii in illa multiplicentur, qui continuo plantent, et irrigent, eamque assidua vigilantia custodiant ad hoc, ut praedictae cappellaniae, seu posteriora duo beneficia hujusmodi singulis dictae villae habitantibus utiliores reddantur, sapientissimo consilio duxit futuris, et pro tempore existentibus cappellaniarum praedictarum, seu posterio-

Digitized by Google

rum duorum beneficiorum possessoribus in infrascriptum tamen eventum, et sub infrascripta conditione onus exercendi curam animarum dictorum parochianorum ejusdem parochialis ecclesiae modo tamen, et ordine infrascriptis perpetuo pariter esse injungendum. Cumque sicut etiam accepimus idem Joannes princeps prae suis, quibus nimirum se praebet in Romanum pontificem obedientia, et obsequio plurimum cupiat, ut praemissa ejus dispositio apostolicae Sedis auctoritate, et favore muniatur.

Confirmat pontifex auctoritate apostolica providentias regis.

§. 4. Nos igitur, qui quanto magis Christiani principes eorum sincerae devotionis affectus Nobis, et huic apostolicae Sedi in dies exhibere conantur, tanto magis eos apostolicae munificentiae favoribus cumulare compellimur, piis ejusdem Joannis principis votis in praemissis favorabiliter annuere volentes, motu proprio, ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine a praedictis modernis, et pro tempore existentibus dictae parochialis ecclesiae rectore, et beneficiatis jus nominandi ad praedictas cappellanias, seu posteriora duo beneficia hujusmodi eis in fundatione praedicta competens ob praemissum effectum ex nunc in posterum apostolica auctoritate praedicta tenore praesentium perpetuo abdicamus, et separamus, dictumque jus nominandi ad praedictas cappellanias, seu posteriora duo beneficia hujusmodi quoties illas, seu illa, et illarum, seu illorum quamlibet, seu quodlibet per cessum, vel decessum, aut alias quomodolibet ex personis illas, seu illa nunc respective obtinentibus vacare contigerit, personas idoneas juxta tamen supradictam fundationem debite qualificatas, et per ordinarium loci prius examinandas, et ad curam animarum exercendam approbandas, et in illis respective instituendas in eumdem Joannem principem, ejusque in dicta domo, ac statu de Infantato hujusmodi successores, seu administratores praedictos, modo tamen, et forma, quibus jus nominandi ad praedictam parochialem ecclesiam, et singula priora beneficia hujusmodi eidem Joanni principi, ejusque successoribus, seu administratoribus praedictis ratione dicti prioratus competere dignoscitur, eorumdem modernorum rectoris, et beneficiatorum dictae parochialis ecclesiae consensui ad id quomodolibet necessario eadem apostolica auctoritate supplendo, simili apostolica auctoritate etiam perpetuo transferimus; ipsique Joanni principi, ejusque successoribus, seu administratoribus prædictis etiam perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus. Ac praeterea ex nunc prout ex tunc, et e contra postquam tamen praedictae cappellaniae, seu posteriora duo beneficia hujusmodi ex personis illas, seu illa nunc obtinentibus vacaverint, futuris, et pro tempore existentibus earumdem cappellaniarum, seu posteriorum duorum beneficiorum hujusmodi possessoribus tam dictorum fundatorum consanguineis, si alias ad id reperiantur idonei, quam extraneis extituris praeter supradictas jam ipsis incumbentes obligationes, onus, ut ipsi curam animarum dictorum parochianorum ejusdem parochialis ecclesiae exercere, aliaque parochialia munia, et officia alternatim, ac per turnum una cum dictae parochialis ecclesiae rectore, et caeteris aliis beneficiatis pro tempore existentibus praedictis obire respective debeant, et teneantur, ea tamen lege quoad dictorum fundatorum consanguineos tantum; qui praedictas cappellanias, seu posteriora duo beneficia praedicta pro tempore obtinebunt, quod si ipsi ad curam animarum hujusmodi exercendam minus habiles, et idonei reperti fuerint, ab hujusmodi onere exempti remaneant simili apostolica auctoritate itidem perpetuo injungimus, et imponimus.

Tollitur omne remedium juris quod fieri posset contra executionem praesentium literarum.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima etiam ex eo, quod causae propter quas eaedem praesentes emanarunt, adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostrae, vel quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quo-

cumque alio capite a jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter, ac quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 6. Sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictaeque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, ac privilegio fungentes, vel honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 7. Non obstantibus fundatione praedicta quoad jus activum tantum nominandi, non tamen quoad passive vocatos, ac Nostra, et dictae cancellariae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque in contrarium praemissorum quomodolibet etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessis, et concedendis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, seu quaelibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem praesentibus pro insertis, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum validissimum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executoris apostolici. §. 8. Nos autem cupientes, ut praemissa omnia sic per Nos, ut praefertur disposita sine ulla haesitatione sortiantur effectum, dilectum quoque filium Nostrum, et dictae Sedis apostolicae nuncium in civitate Lisbonensi commorantem in executorem earumdem praesentium literarum constituimus, et deputamus, eique insuper facultatem, ut ipse super

quacumque oppositione in actu executionis hujusmodi quomodolibet oritura, servatis tamen, quae fuerint de jure servanda, etiam definitive pronunciare libere, et licite valeat dicta apostolica auctoritate concedimus, atque impertimur.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae abdicationis, separationis, translationis, reservationis, concessionis, assignationis oneris, injunctionis, impositionis, decreti, derogationis, constitutionis, deputationis, facultatis, et impartitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, decimo septimo kalendas junii, pontificatus Nostri anno decimonono.

Dat. die 17. maji 1793. Anno XIX.

CMXXXIX.

Confirmatio aggregationis congregationis purissimae Conceptionis B. M. V. civitatis Barchinonensis ad archiconfraternitatem Conceptionis B. M. V. in ecclesia ss. Laurentii, et Damasi de urbe erectam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres congregationis purissimae Conceptionis sub titulo Coronae septem gaudiorum beatae Mariae virginis canonice, ut asseritur, erectae in ecclesia conventus sancti Francisci civitatis Barchinonensis, quod ipsi eamdem congregationem archiconfraternitati Conceptionis beatae Mariae virginis in basilica ecclesia sanctorum Laurentii, et Damasi almae Nostrae urbis pariter erectae aggregari, eique omnes indulgentias, et privilegia dictae archiconfraternitati a diversis Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris concessa per ejusmodi archiconfraternitatem communicari novissime obtinuerunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes praemissa pro firmiori illorum subsistentia apostolicae confirmationis Nostrae robore communiri summopere desiderent.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, aggregationem memoratae congregationis ad praefatam archiconfraternitatem de urbe factam, ut praemittitur, si et quatenus servata in omnibus, et per omnia forma, et dispositione constitutionum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum super similibus aggregationibus editarum facta fuerit, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima septima maji millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Digitized by Google

Dat. die 19. maji 1788. Anno XIV.

CMXL.

Confirmantur nonnullae gratiae alias cappellae beatae Mariae virginis monasterii monachorum ordinis sancti Benedicti loci Eremitarum nuncupat. Constantiensis dioecesis a Romanis pontificibus concessae.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Pastoralis officii, quo catholicae Ecclesiae regimini divina dispositione praesidemus, debitum exigit, ut ea, quae a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris ad divinum cultum augendum, ac sanctorum, et praesertim beatae Mariae virginis venerationem promovendam scite, ac prudenter concessa fuerunt, ne temporum injuria privilegia hujusmodi obliterentur, quoties a Nobis petitur apostolicae Nostrae confirmationis robur, ac firmitatem adjiciamus, prout in Domino expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii abbas, et monachi monasterii beatae Mariae virginis ordinis sancti Benedicti loci Eremitarum nuncupati Constantiensis dioecesis provinciae Moguntinae, quod alias felicis recordationis Leo pp. VIII. praedecessor Noster ad promovendam in beatam Mariam virginem devotionem Christifidelium devotionem, cujus icon in cappella dicti monasterii sita erat, aliisque certis tunc expressis causis omnibus fidelibus contritis, et confessis cappellam hujusmodi devote visitantibus plures gratias, ac privilegia spiritualia concessit, prout censentur in ejusdem Leonis praedecessoris literis sub plumbo anno incarnationis Dominicae CMLXIV. indictione septima datis, quas olim bonae memoriae Henricus, dum vixit, episcopus Constantiensis ex ipsius Leonis praedecessoris literis exemplari, ac transumi fecerat, et cujus exemplum a venerabili fratre Josepho archiepiscopo Beritensi in dominio Helvetiorum, et Rhetorum Nostro, et apostolicae Sedis nuncio authenticatum Nobis nuper oblatum fuit, tenoris qui sequitur.

Leo episcopus servus servorum Dei.

Tenor concessionis factae a Leone X.

§. 3. Convenit apostolico moderamini piis locis religione pollentibus benevola compassione succurrere, et poscentium, sive Nos consulentium animis alacri devotione impertiri assensum, et consilium. Ex hoc enim lucri potissimum praemium a conditore omnium Domino promeremur, dum venerabilia loca ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Igitur omnibus Sanctae Dei Ecclesiae fidelibus praesentibus, et futuris notum esse volumus, quia venerabilis frater, et coepiscopus Noster Constantiensis, nomine Conradus, coram dilectissimo filio Nostro Othone imperatore, et Adelheide sua cara conjuge, cum aliis multis principibus suggessit Nostro apostolatui, quod ad locum quemdam in suo territorio situm, Cella Meinradi vocatum, anno ab incarnatione Domini MCCCCXLVIII. ad hoc vocatus venisset, et cappellam unam in honore sanctae, et superexaltatae Dei genitricis semper virginis Mariae XVIII. kal. octobris illic consecraret. Sed cum circa medium noctis, more solito, causa orationis surrexisset, dixit se dulcissimum canticum cum quibusdam fratribus religiosis ejusdem loci audivisse, et cum diligentius, quod hoc esset, perscrutari voluisset, veraciter comprehendit, talem cantum, et talem ordinem tunc angelos habuisse in illius cappellae, pro qua ipsi venerant consecratione, qualem adhuc episcopi solent habere in ecclesiarum dedicatione. Mane autem facto, et apparatis omnibus episcopum tardantem, et circa medium diem fere differentem, cappellam aggredientes, ut promissum inciperet officium, deprecati sunt. Sed cum residentem, et ejus visionem exponentem acriter apprehenderunt; donec audita tandem voce aperte: *frater cessa, divinitus consecrata est* ter audierunt. Et tunc perterriti rem praedictam gestam veram, et sanctam cognoscentes approbabant ecclesiam praefatam ex illa die coelitus consecratam veraciter affirmantes. Unde praenominatus episcopus et dilectus frater Noster adiens limina sanctorum apostolorum Petri, et Pauli Nostram consulit auctoritatem, si post hanc vitam, et certam veritatem sibi, vel post eum alicui episcoporum manum liceret apponere. Nos enim consultis venerabilibus viris fratribus, et coepiscopis Nostris, Othone scilicet Moguntinae ecclesiae archiepiscopo, Brunone Coloniensis ecclesiae archiepiscopo, Annone Vormatiensis ecclesiae episcopo, Otthuino Hildesinensis ecclesiae episcopo, Okkone Mir-

midmensis ecclesiae episcopo, Erkenbaldo episcopo Argentinensis, Udarico Augustensis ecclesiae episcopo, Hartberto Curiensis ecclesiae episcopo, nec non Egghardo Augiensi abbate, et Burcardo sancti Galli abbate, et aliis quampluribus, quorum consilio nominatae cappellae consecrationem ratam esse confirmamus, et ne praesens episcopus, vel aliquis successorum manum deinceps audeat admittere, auctoritate principum Petri, et Pauli, et praedictorum fratrum, et Nostra sub anathemate inhibemus. Praeterea rogatu, et instinctu dilectissimi filii Nostri Othonis imperatoris, qui non parum eamdem cellam dilexerat, et Deo dilectae uxoris suae Adelheidae, nec non fratrum praedictorum consilio, sub divini judicii obtestatione, et anathematis interdicto statuimus, et praecipimus, ut si quicumque homo potens, vel impotens, spiritualis, vel saecularis ausu temerario contra hoc apostolicae auctoritatis privilegium agere praesumpserit, aut praefatum monasterium cum aliquibus pertinentiis ejus, vel quae in praesenti possidet, vel quae Deo donante in jus, et dominium ejusdem ecclesiae deinceps pervenerint, cuiquam nisi communi, et saniori fratrum Deo ibi famulantium consilio, et consensu concesserit, et abbati, fratrumque suorum usibus subtraxerit, ac aliquo modo de lecto suae quietis excitaverit, sive homines ejus, ubicumque locorum maneant, violenter, et injuste oppresserit, nisi resipuerit, et Deo primum, et post famulis suis satisfecerit, auctoritate Dei, et Nostra non solum anathematis vinculis innodetur, sed a regno Dei alienus existat. Observatores autem omnipotentis Dei gratia benedicat, et a cunctis peccatorum nexibus absolvat. Nos etiam confisi omnipotentis Dei gratia, et apostolorum Petri, et Pauli, et Sacrosanctae Matris Ecclesiae, et apostolicae Sedis gratia, et auctoritate cunctos praedictum locum confessi, et contriti visitantes a culpa, et a poena reddimus absolutos. Scriptum autem per manum Petri notarii, et scriniarii Sanctae Romanae Sedis in mense novembri IV. idus novembris. Lectum III. idus novembris assedente Domino Leone Papa in Sede sua juxta altare sancti Petri, coram Domino Othone imperatore, filioque ejus Othone, atque imperatrice Adelheide, et venerabilibus praedictis fratribus, nec non multis aliis principibus, tam Romanis, quam Teutonicis. Et confirmatum per manum Domini Leonis papae hujus nominis VIII. in ordine autem CXXXVI. anno ab incarnatione Domini DCCCCLXIV. indictione VII. feliciter. Amen.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, concessiones, privilegia spiritualia, ac remissiones peccatorum, ut praefertur, a memorato Leone praedecessore concessa ab aliis Romanis pontificibus felicis recordationis Julio II. Leone X. Gregorio XIII., et Clemente VIII. praedecessoribus Nostris vel specifice, vel generice per suas respective sub plumbo, vel in simili forma Brevis expeditas literas confirmata fuerint, quo ea firmius subsistant, et serventur exactius memorati exponentes Nostrae apostolicae confirmationis et approbationis robur adjicere summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui honestis petentium votis libenter annuimus, eosque favoribus prosequimur opportunis, memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac singularum literarum praedictarum tenores praesentibus pro expressis habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, nec non absolutiones, illarumque confirmationes, et approbationes, ac novas concessiones, gratias, et indulta, ut praefertur, ac concessa, et confirmata, nec non omnes, et singulas memoratorum Leonis VIII. Julii II., Leonis X., Gregorii XIII., et Clementis VIII. praedecessorum desuper confectas auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, ac illis perpetuae, et inviolabilis firmitatis robur adjicimus, nec non illa omnia, et singula quemadmodum, ut praefertur, concessa, et confirmata fuerunt, perpetuo valida, et efficacia fore, et esse, suosque plenarios effectus sortiri debere decernimus.

Confirmatio ejusdem indulti.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque con-

Derogatio contrariorum.

trariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima septima maji millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 17. maji 1793. Anno XIX.

CMXLI.

Responsa data de consilio selectae congregationis cardinalium diversis quaestionibus propositis a clero Galliarum.

Sollicitudo omnium ecclesiarum, qua premitur sanctissimus dominus Noster Pius divina providentia papa Sextus, atque ardens studium iis omnibus opitulandi, qui difficillima nacti tempora Gallicanis praesunt ecclesiis, quemadmodum in causa semper fuit, ita et nunc est, ut nihil omittat eorum quae ostendant in tenebris lumen, ac praemonstrent viam planam in asperis, et semitam bonam, per quam ambulent fideles, ne forte offendant ad lapidem pedes suos. Hujus autem sollicitudinis, et studii innumera jam, et amplissima Galliarum episcopi habuere documenta. Notum enim jam est non in Galliis tantum, sed in omnibus etiam catholicorum principum ditionibus judicium apostolicae Sedis adversus civilem constitutionem cleri regni Galliarum editum, ac pervulgatum variis apostolicis literis, quae jussu sanctitatis Suae typis editae, et circumlatae sunt, ut fideles sibi caverent a perniciosis erroribus, qui in ea continebantur. Novum nunc accedit sollicitudinis documentum, cum Sanctitas Sua volens omnibus, quantum in se est, prodesse, in unum colligi, et typis mandari curat, ac publica fieri, et communia omnibus Gallicanarum ecclesiarum episcopis, atque administratoribus vacantium dioecesium communionem, et gratiam Sedis apostolicae habentibus, nec non aliis fidelibus quibuscumque, illa responsa, illasque decisiones, quae etsi ab eadem Sanctitate Sua, audito prius consilio selectae cardinalium congregationis, nonnullis tantum potentibus traditae sint, non alia de causa, nisi propter peculiares aerumnosas singulorum circumstantias, adjumento tamen quammaximo praefatis episcopis, atque administratoribus esse possunt, qui si forte in eosdem inciderint casus, habeant unde regulam desumant tutissimam, ut et promptius, et accuratius gravissimis fidelium necessitatibus accurrant, nec non *ut in ecclesiarum statu quoquomodo interim componendo, servetur ab omnibus una, et fida consensio*: verba sunt s. Cipriani epist. 32. edit. Balutii.

Peculiaribus hisce responsis, atque decisionibus subjungitur indultum ejusdem Sanctitatis Suae pro fidelibus regni Galliarum, ut ii possint hoc teterrimae insectationis tempore indulgentias lucrari.

RESPONSA DATA

A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

De consilio selectae cardinalium congregationis diversis quaestionibus eidem Sanctitati Suae praepositis.

Quaestio 1. Num fidelibus liceat diebus ferialibus sacrificio eucharistico assistere celebrato a parocho, aut simplici presbytero, qui civicum juramentum emiserint?

Quaestio 2. Num fidelibus liceat dominicis, aliisque festis de praecepto diebus eucharistico sacrificio assistere a praememoratis sacerdotibus celebrato?

Quaestio 3. Num fidelibus liceat assistere vesperis, quae celebrantur, aliisque publicis precibus, quae recitantur sub directione parochi, aut presbyteri jurati?

His tribus quaestionibus responsum fuit, ut sequitur — Non licere fidelibus, sive diebus ferialibus, sive dominicis, aliisque festis de praecepto diebus missae assistere celebratae a parocho, vel simplici presbytero, qui civicum juramentum emiserint: neque eisdem fidelibus licere vesperis, publicisque precibus assistere, quibus parochus, vel simplex presbyter juratus praeest. Cum enim vetita expresse fuerit a sanctissimo domino Nostro per literas apostolicas in forma Brevis diei XIX. martii superioris anni quaevis communicatio, praesertim in divinis cum intrusis, et refractariis quocumque nomine appellentur, evidens profecto est vetitam eo ipso fuisse communicationem in divinis cum parochis, simplicibusque presbyteris juratis, quos refractariorum nomine venire nemo prudens ambiget. Jam vero si fideles assisterent missae sacrificio celebrato a presbyteris juratis, si-

Digitized by Google

ve ferialibus diebus, sive diebus festis de praecepto, aut si assisterent vesperis, aliisque publicis precibus, quae recitantur sub directione parochi, aut presbyteri jurati, cum ipsis profecto in divinis communicarent. Ex quo illud consequitur, abstinere fideles debere ab assistendo tum diebus ferialibus, tum diebus festis de praecepto, missae sacrificio celebrato a parochis, et simplicibus presbyteris juratis, atque ab assistendo vesperis, ac aliis publicis precibus, quae recitantur sub assistentia parochi, aut simplicis presbyteri juramento civico obstricti.

Quaestio 4. Num absolutionem, et communionem quovis anni tempore, praesertim vero tempore paschali a parocho jurato petere fidelibus liceat?

Responsum fuit — Eadem prorsus ratione ac ad praecedentes.

Quaestio 5. Num parochum juratum fideles adire licite possint, pro sacramentis baptismatis, et matrimonii?

Responsum fuit — Non licere, excepto tamen (ubi res sit de baptismo) casu extremae necessitatis, in quo non adesset alius valens baptizare.

Quaestio 6. Num catholicis licitum sit patrini munere fungi in baptismate administrato a parocho, sive presbytero jurato?

Responsum fuit — Non licere fidelibus patrini munere fungi in baptismate administrato a parocho, sive presbytero jurato, ne cum ipso in divinis communicent.

Quaestio 7. Num fidelibus liceat patrini munere fungi in baptismate collato a parocho intruso?

Responsum fuit — Non licere fidelibus munere patrini fungi in baptismate a parocho intruso administrato: cum enim parochus intrusus schismaticus profecto sit, ejusque schisma evidentissime constet, ex eo fit, ut actio catholici infantem de sacro fonte levantis in baptismate a parocho intruso administrato, quacumque ex parte spectetur, vitiosa, mala, et prohibita esse deprehendatur. Nam catholicus hac sua actione cooperatur in schismate; immo schismatis crimen ipso suo facto approbat, intrusumque pro legitimo parocho agnoscit, et colit, ut fusius declaratur in instructione Sanctitatis Suae jussu exarata die XXVI. septembris anni MDCCXCI. super baptismo, matrimonio, et sepulturis.

Quaestio 8. Num mulieribus post puerperium fas sit praesentes se sistere parocho, aut presbytero jurato, ut benedictionem ab ipso accipiant, quae in rituali Romano praescripta legitur — *pro benedictione mulieris post partum* —, itemque missae assistere a parocho, aut presbytero jurato celebrata?

Responsum fuit — Non licere mulieribus puerperio expleto praefatam accipere benedictionem a parocho, vel presbytero jurato, quoniam id esset cum ipso in divinis communicare: eo vel magis quod nullo adstringuntur praecepto mulieres, accipere post partum benedictionem, sed praestare id solent solummodo ex pia, ac laudabili consuetudine, ut legitur in rituali Romano: neque ferendum esse mulieres ea occasione assistere missae celebratae a parocho, vel presbytero jurato, ob rationem saepe saepius indicatam.

Quaestio 9. Num licite fideles in articulo, vel periculo mortis possint absolutionem recipere a sacerdote jurato, et a parocho intruso?

Responsum fuit — Non esse improbandam rationem quam injierunt nonnulli Gallicani praesules, qui in articulo, vel periculo mortis, poenitentiae sacramentum, quod est secunda post naufragium tabula, a sacerdotibus juratis, ac etiam a parochis intrusis recipi posse permiserunt, deficiente quovis alio catholico sacerdote.

Quaestio 10. Num licitum sit sacerdotibus non jejunis hostias consumare a sacerdotibus catholicis consecratas, ne in manus deveniant intrusorum?

Responsum fuit — Licere sacerdotibus non jejunis hostias consumare a catholicis sacerdotibus consecratas, ne in manus intrusorum veniant, quoties alius sacerdos jejunus non adsit, nec alia ratione consuli possit reverentiae iisdem hostiis debitae.

Quaestio 11. Num fidelibus liceat genua flectere coram hostiis consecratis ab intrusis?

Responsum fuit — Fideles genua flectere debere coram hostiis consecratis ab intrusis, cum in iis contineatur vere, realiter, et substantialiter Corpus, et Sanguis, una cum anima, et Divinitate D. N. J. C. Ne vero in ejusmodi cultu praestando immiscere se videantur catholici cum schismaticis, curabunt iidem catholici occasiones declinare occursus schismaticorum, cum sacramentum deferunt.

Quaestio 12. Quibus poenis subjiciendi sint

Digitized by Google

sive ecclesiastici, sive laici, qui praestiterunt juramentum de libertate, et aequalitate servanda?

Responsum fuit—Non esse locum pro nunc poenis canonicis, nondum edito per sanctissimum dominum Nostrum judicio super praefato juramento, sed monendos esse et laicos, et ecclesiasticos, qui idem juramentum praestiterunt, ut consulant conscientiae suae, cum in dubio jurare non liceat.

Quaestio 13. Postulata interdum fuit a Sanctissimo Domino Nostro pro aliquo ex vicariis generalibus dioecesium regni Galliarum, et pro aliis simplicibus sacerdotibus facultas consecrandi oleum infirmorum, oleum cathecumenorum, et sanctum chrisma extra tempora, eo quod deerat triplex oleum commemoratum, et deerat pariter episcopus consecrator tum in dioecesi carente triplici oleo supradicto, tum in viciniis dioecesibus legitimo pastore orbatis?

Huic petitioni satisfactum est sequentem in modum. Non expedire videlicet facultatem tribui simplicibus sacerdotibus consecrandi triplex oleum praememoratum, cum deprehensum fuerit insuetum esse in ecclesia latina hujusmodi potestate simplices presbyteros ab apostolica Sede insigniri: a qua quidem regula eo minus recedi non debere judicatum est, quod impossibile non sit triplex oleum a catholico episcopo benedictum, si non ex proximis, ex remotis saltem dioecesibus habere. Ne autem propter deficientiam sancti chrismatis, et olei infirmorum carere cogantur fideles sacramentis tum confirmationis, tum extremae unctionis, opportunum visum est monere vicarium generalem proponentem hujusmodi petitionem, muneris sui esse luctuosissimis hisce temporibus curare, ut vel ex proximis, vel saltem ex remotis regionibus in dioecesim, in qua ipse fungebatur munere vicarii generalis, transferretur citius ac fieri posset oleum infirmorum, et sanctum chrisma: quod profecto deprehensum fuit non esse difficile, si debita cum cautione oleorum transportatio perageretur. Iis autem habitis, ne in posterum deficerent, insinuatum ei fuit, ut prae oculis haberet regulam, quae in rituali Romano praescribitur *tit.* 2. *cap.* 1. §. 23. — Si deficere videantur vetera olea, et chrisma, aut oleum benedictum haberi non possit; aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, sed in minori quantitate —: neque praetermissum fuit eumdem certiorem reddere posse oleo benedicto adjungere non benedictum pluribus vicibus, ita ut oleum adjunctum consideratum separatim, et in unaquaque admixtione, sit in minori quantitate, quam oleum benedictum, quamvis consideratis omnibus additionibus simul, fiat quantitas major non benedicti; quemadmodum resolutum fuit a sacra congregatione Concilii die 23. septembris anni 1682.—

Epistola ad Episcopum Lucionensem.

Perlatae sunt sanctissimo domino Nostro amplitudinis tuae literae cum literis quas Lucionensis dioecesis parochi ad te transmiserunt. Ex his incredibile dictu est quanto Sanctitas Sua superabundaverit gaudio in omni tribulatione fidelium Lucionensis dioecesis, audiens eorum fidem, ac studium in catholica religione tuenda, nec non patientiam in perferendis malis, quibus luctuosissimis hisce temporibus ipsi affliguntur. Hinc, ut quantocitius fieri posset, eisdem fidelibus opitularetur, atque petitionibus tuis satisfaceret, eas selectae cardinalium congregationi examinandas commisit; quae autem a praefata congregatione decreta sunt, ac probata ab eadem Sanctitate Sua, amplitudini tuae me significare mandavit.

Exponis itaque non ita pridem a nationali conventu conditum decretum fuisse, quo praescribitur, matrimonia imposterum in regno Galliarum celebrari debere coram municipalitate, sive coram officiali a municipalitate delecto; a municipalitate vero, seu a praememorato officiali recipi coram quatuor testibus debere declarationem a futuris conjugibus emittendam sub hac forma verborum — *Declaro me sumere N. N. in matrimonium* —: qua declaratione vicissim a duobus conjugibus facta, ab officiali publico pronunciandum esse, eos in nomine legis conjunctos fore: praefato autem nationalis conventus decreto nihil cautum esse, ais, circa formam a Tridentino concilio praescriptam, quae profecto si nihil aliud obstaret, in vim tantummodo praememorati decreti observari adamussim posset,

At formam a praelaudato Tridentino concilio praescriptam pro conjugiis ineundis, in ea parte, quae respicit parochi praesentiam,

Digitized by Google

observari modo non posse a majori parte fidelium dioecesis Lucionensis moleste fers, propter legittimorum parochorum deficientiam: qua ex re, mala, et incommoda gravissima oboritura praevides. Hinc ut praememorati Lucionensis dioecesis fideles in circumstantiis adeo luctuosis constituti, liberi declarentur ab observantia decreti Tridentini concilii pro conjugiorum celebratione, primum animadvertis, non posse certo statui, notissimum concilii Tridentini decretum, quod legitur *Sess. 24. de reformat. matrim. cap.* 1. publicatum reapse fuisse in singulis Galliarum ecclesiis, quam quidem publicationis formam expresse requirit Tridentinum, ut post triginta dies a publicatione facta, incipiat obligare.

Sed de hoc ne tu quidem nimis instas, quoniam non magni momenti esse probe agnoscis: illud potius urges, et conficere conaris, quod posito etiam Tridentini concilii decretum fuisse in singulis Galliarum paraeciis publicatum, non idcirco nulla, ac irrita censeri deberent matrimonia sine parochi praesentia contracta iis in locis, in quibus parochi praesentia haberi non possit. In cujus rei confirmationem, et clarissimorum virorum testimonia profers, et auctoritatem potissimum sacrae congregationis Concilii. Ab ea enim pluries resolutum esse adnotas, satisfieri menti Tridentini concilii celebrando matrimonium coram testibus, ubi parochi praesentia haberi nequeat. Ex quo inferre te posse arbitraris, valida censeri debere matrimonia sine parochi praesentia celebrata ab iis fidelibus Lucionensis dioecesis, qui parocho carere coguntur, quoniam in vim praememorati decreti nationalis conventus, matrimonia contrahi debent coram municipalitate, seu officiali ab ipsa municipalitate delecto, quodque multum interest ad id de quo agitur, etiam coram quatuor testibus.

Haec summa est eorum, quae in tua epistola continentur, atque ferme haec ipsa complectitur epistola, quam Lucionensis dioecesis parochi ad te transmiserunt.

Ut igitur iis omnibus, quae proponuntur, opportunum daretur responsum, haec, quae sequuntur, a praefata cardinalium congregatione constituta fuerunt.

I. Frustra quaestionem modo moveri, num Tridentini concilii decretum publicatum in singulis Galliarum ecclesiis fuerit. Cum enim certo certius constet in ecclesiis Galliarum jam usu receptum esse, ut matrimonia celebrentur coram parocho, et duobus, vel tribus testibus tamquam in executionem decreti concilii Tridentini, hoc profecto satis debet esse, ut praesumatur facta ejusdem decreti publicatio, sicut aperte legitur in resolutione edita a sacra congregatione Concilii die XXVI. septembris anni MDCII., quae refertur lib. 10. decretorum pag. 47. *publicationem praesumi ubi id decretum fuerit aliquo tempore in parochia tamquam decretum concilii observatum*: Idemque statutum legitur in alia resolutione die XXX. martii anni MDCLXIX.

II. Lucionensis dioecesis fideles abstinere omnino debere a contrahendo matrimonio coram municipalitate, aut coram officiali a municipalitate selecto: cum enim tum ii, qui municipalitatem componunt, tum officialis a municipalitate electus, sint publici functionarii, ut ajunt, juramentum a conventu nationali praescriptum emiserint necessum est; quapropter tamquam schismatici, aut ad minus tamquam schismatis fautores jure merito reputantur. Ex his autem illud consequens est, abstinere omnino fideles debere a contrahendo matrimonio coram municipalitate, seu coram officiali a municipalitate delecto, ne ulla schismatis contagione polluantur.

III. Curare idcirco fideles debere contrahere matrimonium coram testibus, et quidem quoad fieri possit catholicis, priusquam municipalitati se praesentes sistant, ut praescriptam a nationali conventu declarationem faciant. Et quoniam complures ex istis fidelibus non possunt omnino parochum legittimum habere, istorum profecto conjugia contracta coram testibus, et sine parochi praesentia, si nihil aliud obstet, et valida, et licita erunt, ut saepe saepius declaratum fuit a sacra congregatione concilii Tridentini interprete.

IV. Nihil tamen impedimento esse, quominus fideles, ut civilibus potiantur effectibus, praescriptam a nationali conventu declarationem faciant, illud semper prae oculis habentes, nullum ab ipsis tunc contrahi matrimonium, sed actum mere civilem exerceri.

V. Demum in praefata declaratione facienda prae oculis habere debere saluberrimas regulas, quae ea de re leguntur in instructione jussu Sanctitatis Suae exarata die XXVI. septembris anni MDCCXCI. super quibusdam

quaestionibus a Galliarum episcopis propositis.

Atque haec quidem cum praefatae particularis congregationis cardinalium, tum etiam maxime Sanctitatis Suae nomine amplitudini tuae significanda habui, dum ego meo nomine observantiae meae testimonium amplitudini tuae defero, perennemque tibi a Domino felicitatem precor.

Ex aedibus Vaticanis die XXVIII. maji an. MDCCXCIII.

F. X. card. De Zelada.

Indultum Sanctissimi Domini Nostri pro fidelibus regni Galliarum, ut possint hoc persecutionis tempore indulgentias lucrari.

Sanctitas Sua de consilio selectae cardinalium congregationis benigne indulget fidelibus regni Galliarum ad annum, si tamdiu horum temporum calamitas perduraverit, ut deficientibus sacerdotibus, qui confessiones excipere valeant praefixo tempore, fideles utriusque sexus ejusdem regni indulgentias consequi possint tum ab eadem Sanctitate Sua, tum a Romanis pontificibus praedecessoribus concessas, sacramentali confessione non praemisso, modo actum contritionis eliciant, cum proposito confitendi quamprimum fieri poterit.

Item eadem Sanctitas Sua benigne indulget, ut iidem fideles propter deficientiam ecclesiarum, indulgentias consequi valeant, preces a Sanctitate Sua, aut praedecessoribus suis praescriptas recitantes privatis in domibus ad instar oratoriorum decenter redactis, in quibus catholici coguntur sacra facere.

Ex aedibus Vaticanis die prima aprilis an. MDCCXCIV.

F. X. card. De Zelada

CMXLII.

Dat. die 4. junii 1793. Anno XIX.

Concessio alternativae servandae inter provincias Cismontanam, et Ultramontanam ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo in electione prioris generalis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Sacrosancti apostolatus officium humilitati Nostrae per divinae bonitatis abundantiam nullo licet meritorum Nostrorum suffragio creditum salubriter exequi jugiter satagentes ad ea per quae felici prosperoque regularium regimini consulitur libenter intendimus, munerisque Nostri pastoralis partes libenter interponimus, sicut Nos locorum, personarum, rerum, et temporum qualitatibus mature pensatis ad omnipotentis Dei gloriam, et religionis incrementum expedire in Domino arbitramur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii provinciales multarum provinciarum fratrum ordinis beatae Mariae virginis de monte Carmelo nuncupatae, antiquae observantiae, ac praesertim in regnis Hispaniarum commorantes, quod ipsi serio et unanimi consilio prospicientes tranquillo sui ordinis regimini, ac suarum respective provinciarum in aevum duraturae cum supremo capite ejusdem ordinis unioni, ut solidior inter caput, et membra exurgat concordia, et regularis disciplina magis magisque in dies promoveatur, cum ex rerum usu compertum sit, jurgia, scandala, ac partium studia, quae non raro in electione prioris generalis totius ordinis exorta sunt, ex eo praesertim proficisci, quod licet in utraque familia Cismontana scilicet, et Ultramontana dicti ordinis semper extiterint viri doctrina, prudentia, ac in rebus gerendis dexteritate commendabiles, nulla tamen inter easdem familias constituta reperiatur alternativa ad gradum generalatus hujusmodi, quo propterea huic malo firmum, ac praesens remedium adhibeatur, in id conferre quammaxime posse putant, quatenus, uti nonnullis aliis ordinibus regularibus, aut a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, aut a Nobis fuit concessum; sic quoque in electione prioris generalis totius ordinis praedicti alternativa sub certis modis inter dictas familias Cismontanam scilicet, et Ultramontanam per Nos constituatur, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inno-

Digitized by Google

datae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ut in ordine praedicto quantum cum Deo fieri potest, et prout decet Christifideles, qui nedum praecepta, sed ipsa Jesu Christi consilia adamussim custodire elegerunt, pax conservetur, et charitas magis magisque nutriatur, statuimus, et decernimus, ut de caetero prior generalis per unum sexennium ex familia Cismontana, persequens vero sexennium ex familia Ultramontana eligatur, ac ubi prior generalis erit ex familia Cismontana, procurator generalis ex Ultramontana, ac vicissim ubi illa ex Ultramontana, iste ex Cismontana sit assumendus, sicque alternis vicibus in perpetuum volumus observari. Quapropter in proximo futuro capitulo generali in conventu sanctae Mariae de Transpontina almae Nostrae urbis convocando, cum ultimus prior generalis dicti ordinis ex familia Cismontana fuerit electus, et procurator generalis ex familia Ultramontana, et alternativa hujusmodi incipiatur, novus deputandus prior generalis ex familia Ultramontana, et procurator generalis ex familia Cismontana erunt respective constituendi, mandamus propterea ut priores generales dicti ordinis pro tempore existentes, qui in Romana curia cujuscumque nationis sint residere semper consueverunt, si ab ea, aut Nostra et Romanae Ecclesiae ditione juxta sui ordinis exigentiam, et utilitatem discesserint, ne ordinis negotia retardentur, unum commissarium in eadem Romana curia cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis constituere teneantur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari, et inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciarum praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta junii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

CMXLIII.

Dat. die 12. junii 1793. Anno XIX.

Ut in ecclesia confraternitatis s. Josephi civitatis de Buenos Ayres in Indiis missa votiva per septem dies de s. Josepho quotannis celebrari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis sancti Josephi, et animarum purgantium coemeterii hospitalis Bethlehem nuncupati civitatis sanctissimae Trinitatis de Buenos Ayres in Indiis, quod ipsi pro eo, quem erga eumdem sanctum Josephum gerunt devotionis affectu in septemnario, quod in ejus honorem quotannis celebrare consueverunt, seu intendunt, unam missam votivam solemnem propriam, ut in die ejus festo celebrari facere posse summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas

Digitized by Google

forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris, eisdem, ac pro tempore existentibus confraternitatis praedictae confratribus, ut in posterum in eorum ecclesia per septem dies, in quibus quotannis peragetur dictum septenarium in honorem ejusdem sancti Josephi, una missa votiva solemnis propria, ut in die ejus festo ad instar votivae quotidie, dummodo non occurrat festum duplex primae, et secundae classis, vel dominicae, aut feria privilegiata celebrari libere, et licite possit, et valeat auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque confraternitatis, ejusque ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda julii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

CMXLIV.

Dat. die 17. junii 1793. Anno XIX.

Allocutio habita in consistorio diei XVII. junii MDCCXCIII. super obitu regis Galliarum.

Vénérables freres,

Prooemium.

§. 1. Pourquoi Nôtre voix n'est elle point étouffée dans ce moment, par nos larmes et par nos sanglots? N'est-ce pas plutôt par nos gémissemens que par nos paroles, qu'il Nous convient d'exprimer cette douleur sans bornes, que Nous sommes obligés d'épancher devant vous, en vous retraçant le spectacle de cruauté et de barbarie, que l'on vit à Paris, le vingt-un du mois de janvier dernier?

Relatio processus habiti pro decernenda morte regis, quae illegalis, et injusta detegitur.

§. 2. Le roi très chrétien, Louis XVI. a été condamné au dernier supplice par une conjuration impie, et ce jugement s'est exécuté. Nous vous rappellerons en peu de mots les dispositions et les motifs de cette sentence. La convention nationale n'avoit ni droit, ni autorité pour la prononcer. En effet après avoir abrogé la monarchie, le meilleur des gouvernements (1), elle avoit transporté toute la puissance publique au peuple, qui ne se conduit ni par raison, ni par conseil, ne se forme sur aucun point des idées justes, apprécie peu de choses par la vérité, et en évalue un grand nombre d'après l'opinion; qui est toujours inconstant, facile à être trompé et entrainé à tous les excès, ingrat, arrogant, cruel; qui se réjouit dans le carnage, et dans l'effusion du sang humain, et se plait à contempler les angoisses qui précédent le dernier soupir: comme on alloit voir expirer autrefois les gladiateurs dans les amphithéâtres (2) des anciens. La portion la plus féroce de ce peuple, peu satisfaite d'avoir dégradé la majesté de son roi, et déterminée à lui arracher

(1) Bossuet, politique tirée des propres paroles de l'écriture sainte, livre second, article premier, tome 7. de ses oeuvres pag. 289. 290. edit. Paris, 1748.

Proposition 7. — La monarchie est la forme de gouvernement la plus commune, la plus ancienne, et aussi la plus naturelle.

Proposition 8. — Le gouvernement monarchique est le meilleur.

Proposition 9. — De toutes les monarchies la meilleure est la successive ou héréditaire.

Adam Contzen. De la politique, ou de la forme d'une république parfaite, liv. 1. chap. 21. §. 9., assûre que les saintes peres Justin, Cyprien, Athanase, Jerôme, Thomas d'Aquin se sont réunis dans le même sentiment. Vous ne trouveriez pas aisément des partisans de l'opinion contraire, parmi ceux même qui ayant été élevés dans un république libre, y ont obtenu des honneurs et exercé des emplois publics.

(2) Contzen dans l'ouvrage cité cy dessus. Chap. 22. §. 10.

Digitized by Google

la vie, voulut qu' il fût jugé par ses propres accusateurs, qui s'étoient déclarés hautement ses plus implacables ennemis. Déja, dès l'ouverture du procès, on avoit appellé tout à coup parmi les juges quelques députés plus particulièrement connus par leurs mauvaises dispositions, pour mieux s' assurer de faire prévaloir l' avis de la condamnation par la pluralité des opinants. On ne put cependant pas en augmenter assez le nombre, pour empêcher que le roi ne fût sacrifié, en vertu d' une minorité légale de voix (1). A quoi ne devoit-on pas s' attendre; et quel jugement exècrable à tous les siècles ne pouvoit-on pas préssentir, en voyant le concours de tant de juges pervers, et de tant de manoeuvres employées pour capter les suffrages? Toute fois plusieurs d' entr' eux ayant reculé d' horreur, au moment de consommer un si grand forfait, on imagina de revenir aux opinions, et les conjurés ayant ainsi voté de nouveau, prononcérent que la condamnation étoit légitimement décretée. Nous passons ici sous silence une foule d' autres injustices, de nullités et d' invalidités que l' on peut lire dans les courts plaidoyers des avocats (2), et dans les pa-

(1) La vie et le martyre de Louis XVI., avec un examen du décret régicide par M. de Limon a Ratisbonne 1793. page 58. Malheureux! Ne rendez pas cette sentence horrible, suspendez cet épouvantable sacrifice: votre compte est une erreur, et cette erreur est le plus grand des attentats. Sur 736. membres dont les voix devoient nécessairement être comptées il falloit 369. voix pour avoir la majorité d' une seule, et il n' y a eu que 365. comme l' attestent tous les journaux: par conséquent Louis XVI. fut immolé par la minorité. Et que seroit ce donc encore si sur ces 365. voix on retranchoit celui que la nature et la loi obligeoient de se récuser, et tous ces folliculaires forcenés qui depuis long temps sollicitoient la mort du roi comme ses parties adverses, et qui par cette raison ne pouvoient jamais être admis à l' ordonner comme ses juges, et tous les députés qui ayant opiné pour la vie ont entendu compter leurs suffrages parmi les opinions pour la mort sans oser, comme l' a fait Valazé seul, afficher courageusement dans toutes les places publiques et leur réclamation et leur démenti formel de l' odieuse infidélité des secretaires, et ces prêtres imposteurs, qui ont apostasié une seconde fois pour devenir des bourreaux, et cet infame Dupont qui donnant un démenti aux cieux, à la terre, à la nature entiére, à sa propre conscience, ne croit pas, mais professe hypocritément qu' il n' y a point de Dieu. Malheureux! comment croirai-je à ta justice si tu nies la justice éternelle?

Le même Limon. Examen du décret régicide. Vingt-uniéme prévarication art. 28. pag. 75. Si sur 12. jurés 3. voix fussent pour la décharge de l' accusé il en faut donc 10. sur 12. c' est à dire les 5/6 pour le faire condamner, et la convention a ordonné l' assassinat du roi à la simple puluralite des 366 vois sur 721. quoique il eut dans cette hypothese 234. voix au delà de ce qu' il en falloit pour le sauver. Mais il y a plus: le roi a été massacré par la minorité et je le prouve en relevant les erreurs de leurs calculs. La convention étoit composée de 748. membres y compris la députation d' Avignon. Un étoit mort, restoit 747. Onze étoient absens par commission, restoit 736. Les absens volontaires sans cause, ou sous un prétendu prétexte de maladies, ceux qui n' ont pas opiné, n' ont pas voulu évidemment voter pour la mort; et le sr. Castel qui s' est fait porter dans l' assemblée tout malade qu' il étoit pour demander le bannissement en est la preuve. Or sur 736. membres il falloit 369. voix pour avoir la majorité d' une seule, et il n' y en a eu que 366. comme l' attestent tous les journaux. Et que seroit-ce donc encore si sur ces 366. voix on retranchoit, et ce parent denaturé que toutes les loix obligeoient de se recuser, et ces prêtres apostats, et les voix qui, comme celle de Valazé, ont été comptées pour la mort par des sécretaires infidèles quoique données pour sauver la vie du Roi, et tous les députés, tous les folliculaires qui avoient manifesté antérieurement une haine pour le roi qui devoit les exclure de le juger, et l' athée Dupont qui ne croit point en Dieu, et qui veut qu' on croye à sa justice, et tous ces députés foibles que les violences et les menaces ont forcé de voter contre leur propre voeu.

Ainsi une minorité de 3. voix a consommé, soidisant légalement, au nom d' une nation corrompue, ou paralisée le plus grand des attentats.

Manuel étonné pourtant du réveil de sa conscience, effrayé de ce qu' on si grand et si horrible événement étoit consommé par 5. voix, dans le cacul le plus favorable au crime, a donné sa démission. Kersaint si violent contre le roi lui-même, qui avoit eu la démence de le déclarer coupable a suivi l' exemple de Manuel, et la convention epouvantée de ces remords pour en arrêter le cours a fait faire le lendemain un second appel.

(2) Défense de Louis prononcée à la Barre de la convention Nationale par le citoyen de Séze l' un de ses défenseurs officieux, imprimée à Paris de l' imprimerie nationale 1792.

Dat. die 1. julii 1793. Anno XIX.

Instantibus monialibus monasterii Conceptionis oppidi Matriti Toletanae dioecesis confirmatur decretum congregationis Rituum super facultate celebrari faciendi a die octava decembris usque ad diem decimam sextam inclusive ejusdem mensis missam so-

lemnem propriam, prout in festo Conceptionis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor resolutionis editae a s. congregatione Rituum.

§. 1. Emanavit nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sacris ritibus praepositorum decretum tenoris sequentis videlicet — Toletana — Sanctissimus dominus Noster Pius sextus pontifex maximus ad preces equitis domini Josephi Nicolai de Azara nomine serenissimae reginae catholicae, referente r. p. d. Karolo Erskine fidei promotore, benigne indulsit, ut in ecclesia monialium asceterii sub titulo Conceptionis beatae Mariae virginis ordinis sancti Bernardi nuncupati de Pinto Matriti dioecesis Toletanae in diebus a die octava decembris usque ad diem decimam sextam ejusdem inclusive, in quibus novendiale in honorem Conceptionis B. M. V. peragitur, celebrari possit una missa solemnis propria, ut in die ejus festo ad instar votivae, non omissa conventuali de die, etiamsi occurrat festum dupl. primae, vel secundae classis, vel aliqua dominica adventus. Quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Die 15. junii 1793.

Loco ✠ Signi

I. card. Archintus praefectus
D. Coppola S. R. E. Secretarius

Preces porrectae pro confirmatione, quae conceditur.

§. 2. Cum autem sicut dilectae filiae in Christo abbatissa, seu priorissa, et moniales praedictae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsae quo decretum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, decretum praeinsertum hujusmodi auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque monialibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter interpetrandi, et judicandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictique monasterii, ejusque ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Digitized by Google

Dat. die 5. julii 1793. Anno XIX.

CMXLVIII.

Instante episcopo Conchensi confirmatur decretum congregationis Rituum super elevatione ritus officii sancti Vincentii martyris a semiduplici ad duplicem minorem cum lectionibus propriis.

Pius Papa VI.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor decreti editi a s. Rituum congregatione.

§. 1. Emanavit nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sacris ritibus praepositorum decretum tenoris sequentis videlicet. Conchen. Sanctissimus dominus Noster Pius Sextus pontifex maximus ad humillimas preces reverendissimi episcopi Conchensis, referente r. p. d. Carolo Erskine fidei promotore, benigne concessit elevationem ritus officii sancti Vincentii martyris a semiduplici ad dup. min. cum lectionibus propriis secundi nocturni, jam alias adprobatis pro provincia Valentina, et cum lectionibus tertii nocturni ex homilia s. Gregorii papae in evangelium » *Siquis vult* ec. de communi unius martyris, secundo loco, recitandam in tota dioecesi Conchensi in die ejus festo. Die 15. junii 1793.

Loco ✠ Signi

I. card. Archintus praefectus
D. Coppola S. R. E. secretarius

Preces porrectae pro confirmatione decreti.

§. 2. Cum autem sicut venerabilis frater modernus episcopus Conchensis praedictus Nobis nuper exponi fecit, ipse decretum hujusmodi quo firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum praeinsertum hujusmodi auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illique apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum, insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimonono.

Digitized by Google

Dat. die 21. julii 1793. Anno XIX.

CMXLIX.

Damnatio cujusdam scripti sub titulo — *Manifeste de l'armée chretienne, et royale au peuple français à Clisson ce pramier juin* 1793 — in quo de pseudo episcopo, et vicario apostolico disseritur.

Dilectis filiis Nostris S. R. E. cardinalibus, ac venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, et dilectis filiis capitulis, clero, et populo Regni Galliarum.

Pius PP. VI.

**Dilecti filii Nostri,
venerabiles fratres, ac dilecti filii salutem,
et apostolicam benedictionem.**

Exponitur quid in damnato scripto continetur.

§. 1. Ad Nostras manus devenit scriptum quoddam, cui titulus — *Manifeste de l'armée chretienne, et royale au peuple français à Clisson ce premier juin* 1793 — Hoc itaque scripto, nomine generalium ducum christiani exercitus in vulgus typis edito illud inter caetera declaratur, quod volentes ipsi, quoad eorum fieri poterat, religionem catholicam pristino statui restituere, florentemque illam reddere, invitabant curatos et vicarios, generalibus facultatibus legitimorum episcoporum destitutos, ut se converterent ad episcopum Agrae, vicarium apostolicum in quodam oppido nuncupato — *Saint Laurent sur Sevèrs* — commorantem, postulantes ab eo, quomodo se gerere, et quam agendi rationem deberent inire (1).

Fallaciae in eo contentae deteguntur, et damnantur.

§. 2. Nos equidem ignoramus, num scriptum hujusmodi sit authenticum nec ne; qui enim illud vulgavit in eo monito, quod hujusmodi scripto praefixit (2), liberum Gallis relinquit, ut eam scripto adjungant fidem, quam scriptum ipsum sibi vindicare arbitrentur. Nihilominus sicut catholicae religionis restitutio, ad quam non sine maxima laude consilia praedictorum ducum spectare videntur fuit semper praecipua et singularis causa Nostrarum apostolicarum sollicitudinum; et sicut memorati duces eligentes hanc ipsam ob causam virum hujusmodi, qui se episcopum Agrae et apostolicum vicarium appellat, nedum propositum sibi finem minime assequerentur, sed etiam latiorem errori patefacerent viam non sine gravissima fidelium deceptione, cum Nobis constet titularem hujusmodi episcopum nullibi existere, et nunquam a Nobis vicarium hunc apostolicum destinatum fuisse; ita ad omnem ambiguitatem in re tanti momenti avertendam consilium coepimus monendi vos, dilecti filii Nostri, ven. fratres, ac dilecti filii, ut si quis ausus fuerit uti titulo episcopi Agrae, et vicarii apostolici nomen accipere, tanquam talis habeatur a nemine, imo ut omnes illum aversentur atque devitent tamquam utriusque dignitatis invasorem, cujus quotquot essent actus cum sacrilegii, tum nullitatis labe essent infecti. Haud patet ex scripto, cujus superius facta mentio est, quo pseudo iste episcopus nomine nuncupetur, sed aliunde innotescit ipsum appellari *Guillot de Folleville*.

Monita ad ordinarios, et populos ne pseudo episcopum, et vicarium ullo modo recognoscant.

§. 3. Hinc hortamur in Domino unumquemque vestrum, ven. fratres, ut singulos populos, ac dioecesanos vestros de hujusmodi fraude admoneatis. Quoniam vero pseudo-episcopus et vicarius apostolicus iste moram trahere dicitur in praefato oppido s. Laurentii dioecesis Pictaviensis, quae haud procul abest a dioecesi Leonensi, ita vos, ven. fratres Pictaviensis, et Leonensis episcopi, vosque etiam, quorum dioeceses existunt in provinciis Pictavii, et Britanniae, eum zelum adhibeatis oportet, qui vobis communis est cum aliis regni Galliarum episcopis, et in id maxime debetis incumbere, ut dioecesanos vestros quo meliori per vos fieri modo poterit commonefaciendos curetis.

Idem ut supra.

§. 4. Ad fidelium monitiones, ven. fratres, vestras quoque monitiones adjungite erga pseudo-episcopum, et vicarium, illi praecipientes, veluti Nos per Nostras hasce literas eidem praecipimus, ut abstineat se a quocumque munere usurpatarum dignitatum obeundo, utque nefario crimine sancte, et sincere ejurato ecclesiae satisfaciat, quo veniam et absolutionem obtineat ab iis gravissimis poenis, quibus se subjecit juxta sanctorum canonum sanctiones, commemoratas aliis Nostris apostolicis literis (3).

(1) §. Voulant.

(2) Avertissement.

(3) Diei 13. aprilis 1791., 19. martii, et 13. junii 1792.

Conclusio. §. 5. Equidem dubitare non possumus, ven. fratres, quin per unumquemque vestrum semel ac fuistis ad vestras sedes relinquendas adacti, consultum satis fuerit spirituali populorum necessitati, adhibitis etiam iis extraordinariis facultatibus alios delegandi, quae per Nos concessae vobis fuerunt. Nihilo tamen minus si iniquorum hominum insectatio eo devenerit, ut vestras curas inutiles, aut irritas fecerit, ita ut quidam sit locus, qui careat legitimo superiore ecclesiastico, hanc adeant apostolicam Sedem ii, qui tanta cum laude causam sacerdotii defendere se gloriantur; Nos enim prompto ac legitimo occurremus auxilio, quod locum habebit, donec vos dioeceses vestras regere, atque administrare possitis. Interim faxit Deus, ut Nostra, et communia vota compleantur, ut vobis primo quoque tempore liceat ad vestras sedes reverti, et pastorali ministerio libere fungi, utque inclyto Galliarum regno pax et religio reddatur, veluti assiduis precibus imploramus, et futurum confidimus, dum vobis, dilecti filii Nostri ven. fratres, ac dilecti filii apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem die xxxi. julii MDCCXCIII. pontificatus Nostri anno decimonono.

Dat. die 8. sept. 1793. Anno XIX.

CML.

Facultas dismembrandi curam animarum parochialis et collegiatae ecclesiae terrae Luci Imolensis dioecesis, ac erigendi duas vicarias.

Dilecto filio Nostro Gregorio Barnabae Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Chiaramonti nuncupato, ex indulto, et dispensatione apostolica episcopo Imolensi.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum, in qua et ratio concessionis exponitur. §. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod cum cura animarum collegiatae ecclesiae ss. Petronii, et Prosperi in oppido, seu terra Luci istius tuae Imolensis dioecesis numerosa quam maxime sit non solum tres mille circiter oppidanos, sed etiam mille circiter villicos campestria, et praesertim hyemali tempore accessu difficilissima loca habitantes comprehendens praepositus collegiatae ecclesiae hujusmodi, qui eamdem curam animarum gerit, vel ejus cappellanus licet quamaxime vigilantes, ac solliciti sint in fungendo sibi concredito ministerio, ob viarum tamen, ac coeli intemperiem popularis suis adeo praesto esse nequeunt, quin in magis dissitis domibus commorantes sine sacrorum ministrorum, divinorumque sacramentorum auxilio e vivis migrasse interdum evenisse constet; quamobrem Nos bonae memoriae Caroli, dum vixit Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Bandi nuncupati ex indulto pariter, et dispensatione apostolica episcopi Imolensis immediati decessoris tui precibus Nobis hisce desuper humiliter porrectis annuentes, quo huic tanto incommodo firmum aliquod remedium adhiberetur, eidem Carolo cardinali commisimus, ut memoratam paroeciam dictae collegiatae ecclesiae, in alias duas parochiales ecclesias in loca aptiora suo arbitrio, ac prudentia eligenda erigendas dismembraret, ac suppressa, et extincta confraternitate sub titulo sanctae Crucis, ac denominatione Crucisignatorum, ex suis bonis congruam novis erigendis paraeciis hujusmodi constitueret, aliaque disponeret, pro ut latius in Nostris hisce desuper in simili forma Brevis diei decimae januarii millesimi septingentesimi octuagesimi tertii expeditis literis continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat morte praeventus memoratus Carolus cardinalis Nostras literas hujusmodi exequi nequiverit, ac interim tibi curam, et regimen dictae ecclesiae Imolensis demandaverimus, licet in pastoralibus visitationibus de necessitate erigendi memoratas duas paroecias magis magisque tibi compertum fuerit, circa tamen modum illarum erectionis, nec non applicationis bonorum ad dictam supprimendam confraternitatem spectantium earumdem Nostrarum literarum dispositionem rerum, ac temporum circumstantiis mature pensatis, mutandam esse censeres: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis ex- Episcopo facultas tribuitur pro suo

arbitrio, et prudentia novas constituendi vicarias.

communicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, ac earumdem Nostrarum literarum integrum tenorem, quatenus opus sit pro expresso, ac de verbo ad verbum inserto habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati circumspectioni tuae, de cujus prudentia, fide, integritate, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus per praesentes committimus, ac mandamus, ut firma remanente cura animarum in dicta collegiata ecclesia ss. Petronii, et Prosperi jamdiu existente ab illius tamen territorio, seu jurisdictione eam partem, quam pro tuo arbitrio, ac prudentia ad constituendas memoratas duas paraecias, seu vicarias ad tui, ac episcoporum Imolensium pro tempore existentium nutum amovibiles, dictisque incommodis antevertendum opportuna videbitur auctoritate Nostra apostolica segreges, ac separes, atque duas ecclesias intra septa ejusdem terrae consistentes, quas in hunc finem aptiores erunt in paraecias, seu vicarias hujusmodi cum omnibus, et singulis juribus, praerogativis, privilegiis, honoribus, et gratiis, quibus caeterae paraeciae, seu vicariae ad nutum amovibiles tam de jure, usu et consuetudine, ac alias quomodolibet, utuntur, fruuntur, et gaudent, vel uti, frui et gaudere possunt, vel poterunt, iis etiam omnibus oneribus, parochis, seu vicariis hujusmodi pro tempore existentibus juxta sacri Tridentini dispositione eligendis injunctis, quae in Dei cultum augendum, ac Christifidelium salutem procurandam conducibiliora fore cognoveris, auctoritate praedicta erigas, et instituas.

Novae provinciae, seu vicariae congruis redditibus ditantur.

§. 3. Praeterea quo tum erigendae novae paroeciae, seu vicariae hujusmodi congruis redditibus, ac proventibus ditentur, tum etiam quammaxime utilibus duobus unitis puellarum pauperum conservatoriis sub invocatione ss. Luciae, et Theresiae ejusdem terrae opportune consulatur, quam dicta confraternitas sub titulo sanctae Crucis, et denominatione Crucisignatorum in oppido praedicto erecta bonis temporalibus affluat, nullumque aliud ei onus incumbat praeter quotidianam celebrationem unius missae in suo oratorio, ac hospitio excipiendi pauperes ecclesiasticos illuc adventantes, quorum tamen numerus minimus est, hinc tibi injungimus eadem; ut, praevia dictae confraternitatis suppressione, et extinctione omnia, et singula sua bona mobilia, et immobilia, semoventia, jura, et actiones quascumque dictis conservatoriis etiam cum facultate ecclesiam, et adnexam domum ejusdem confraternitatis praevia illius profanatione alienandi, demptis expensis necessariis pro costructione, quatenus opus sit, domorum parochialium pro vicariis auctoritate praedicta unias, applices, et adnectes, ea tamen lege, ut administratores pro tempore existentes dicti conservatorii, ex bonorum hujusmodi fuctibus singulis parochis, seu vicariis praedictis annua scuta centum monetae Romanae in duobus, aut pluribus ratis arbitrio tuo praefiniendis persolvant, seu persolvere faciant, quotidie dictum sacrosanctum missae sacrificium offerri studeant, ac pauperes ecclesiasticos illuc adventantes hospitio excipiantur, seu excipi curent; Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam circa praemissa faciendi, exequendi, et exequi mandandi facultatem auctoritate, et tenore praedictis impertimur.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, quarumcumque piorum benefactorum, seu testatorum testamentis, dispositionibus, codicillis, ac ultimis voluntatibus, quas quoad praemissa sufficienter, et expresse commutamus, de jure quaesito non tollendo ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, dismembrationibus, unionibus, seu applicationibus, illisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac aliis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohiben-

Derogatio contrariorum.

tis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non collegiatae ecclesiae, et confraternitatis praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die sexta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 6. sept. 1793. Anno XIX.

CMLI.

Indulgetur capitulo collegiatae ecclesiae terrae de Bagnaja Viterbiensis dioecesis, ut rocchettum gestare valeat.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio et tenor concessionis.

§. 1. Dum insignem collegiatae ecclesiae s. Mariae, ac s. Joannis Baptistae terrae de Balnearia Viterbiensis dioecesis fidei constantiam et eximiae devotionis affectum, quo dilecti filii ejusdem collegiatae ecclesiae rectoris curati, et canonici erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, pensamus, dignum arbitramur illorum petitionibus, quae ad ipsius ecclesiae splendorem augendum, illiusque rectores curatos, et canonicos novis honoribus honestandos pertinere dignoscuntur congruum dare suffragium prout in Domino salubriter expedire conspicimus. Nos igitur eosdem rectores, et canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut rectores curati, ac canonici dictae collegiatae ecclesiae nunc, et pro tempore existentes, nec non aliis, quos per novam forsan erectionem in posterum in canonicos recipi contingat, perpetuis futuris temporibus rocchettum, et mozzettam sericam violacei coloris cum parvo caputio, ac nodulis rubreis, et ei subsuto serico rubro tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque ecclesiasticis functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, ac valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus; utque propterea eadem collegiata ecclesia, ejusque canonici hujusmodi omnibus, et singulis privilegiis, honoribus, gratiis, et indultis, quibus aliae collegiatae ecclesiae, suique canonici utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, vel poterunt in futurum, pari modo, uti frui, et gaudere licite, ac libere possint, et valeant de speciali dono gratiae auctoritate et tenore praedictis indulgemus.

§. 2. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausulae sublatae, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo tertio pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 14. sept. 1793. Anno XIX.

CMLII.

Confirmatio articuli VII. constitutionum collegii doctorum civitatis Caesenatensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Gratum Nobis semper est patriae, ac civitati Nostrae Caesenatensi nova praebere testimonia paternae charitatis, qua eamdem civitatem, Nostrosque concives prosequimur.

Expositio precum. §. 2. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii major pars collegii juris utriusque doctorum civitatis Caesenatensis, inter quos, dum in minoribus essemus, post inibi susceptam lauream doctoralem, cooptati fuimus, ac ejusdem collegii sessionibus interfuimus, quod inter constitutiones collegiales anno MDCCLXVII. editas in septimo illarum capitulo de renunciatione per collegialem facienda dispositum est ut — Si quis de collegio nostro sive ecclesiasticus, sive laicus locum suum dimittere, aut renunciare velit, non possit in cujusvis favorem etiam salva collegii adprobatione, sed locum libere dimittere debeat ab ipso collegio conferendum, data cuique concurrendi facultate. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quamvis lex hujusmodi ad ipsius collegii decus, et ornamentum pertineat, nuper tamen nonnulli illam perfringere tentaverint, hinc memorati exponentes, quibus cordi maxime est, ut praeinserta dispositio dicti capituli VII. sarta tectaque in aevum habeatur, utque in posterum nullam umquam fraudem quovis titulo, aut causa in eam committetur, sed firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae Nostrae confirmationis patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt praedicti exponentes, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati praeinsertum capitulum septimum dictarum collegialium constitutionum auctoritate apostolica confirmamus, et approbamus, illique apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, siqui desuper quomodolibet in eodem capitulo intervenerint supplemus, et sanamus.

Declaratio specialis. §. 4. Volumus praeterea, ac harum serie statuimus, ut si deinceps aliquis ex doctoribus collegialibus pro tempore existentibus dicti collegii, vel ratione officii, non tamen publici dictae civitatis, vel alia quacumque de causa ita a civitate Caesenatensi abesse contigerit, ut in ea amplius residere nequeat, aut nolit, tunc suus locus in dicto collegio vacet eo ipso, eidem collegio in locum absentis hujusmodi alium sibi benevisum, servata tamen earumdem constitutionum forma, sufficiendi plenam, et amplam facultatem, et auctoritatem tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit dicti collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et

aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XXIV. septembris millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 1. octob. 1793. Anno XIX.

CMLIII.

Archipresbytero, et canonicis collegiatae ecclesiae terrae de Bictonia Assisiensis dioecesis indulgetur, ut rocchettum cum mantelletta nigri coloris uti valeant.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur alia concessio facta eidem ecclesiae.

§. 1. Nos alias insignem terrae Nostrae de Bictonia Assisiensis dioecesis, quae inter caeteras provinciae nostrae Umbriae terras tum ob honorem episcopalis dignitatis quo, ut asseritur, in primis ecclesiae saeculis fulgebat, conspicua videtur, fidei constantiam, ac dilectorum filiorum hominum terrae hujusmodi erga Nos, et hanc sanctam Sedem devotionis affectum, quo ipsi gerere comprobantur, considerantes, supplicationibus cleri ejusdem terrae annuentes suam parochialem ecclesiam beatae Mariae virgini dicatam in collegiatam ereximus, in ea decem constitutis praebendis, seu canonicatibus, ac dignitate cum titulo archipresbyteri, qui curam animarum gereret, usum rocchetti, et mozzettae violaceae ipsis indulsimus, prout in Nostris hisce desuper sub plumbo expeditis literis uberius continetur.

Preces porrectae pro nova gratia.

§. 2. Cum autem nuper pro parte dilectorum filiorum archipresbyteri, ac canonicorum dictae collegiatae ecclesiae expositum fuerit, quod ipsi ad magis magisque suae ecclesiae augendum splendorem novis honoribus archipresbyterum pro tempore existentem dictae collegiatae ecclesiae per Nos condecorari summopere desiderant.

Concessionis tenor.

§. 3. Nos eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut archipresbyter pro tempore existens dictae collegiatae ecclesiae perpetuis futuris temporibus mantellettam nigri coloris cum rocchetto, in choro, ac in quibusvis functionibus, processionibus, ac actibus publicis, et privatis gestare libere, ac licite possit, et valeat auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictae collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis qui-

buscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die prima octobris millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno XIX.

Dat. die 1. octob. 1793. Anno XIX.

CMLIV.

Confirmantur pacta, et conventiones favore Montis Pietatis, et Redemptionis insulae Melitae.

Dilecto filio magno magistro hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni procuratores communis aerarii istius hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, ac praesidens, et commissarii Montis Pietatis, et Redemptionis civitatis, et insulae Melitensis, quod inter memoratos procuratores ex una, et praesidentem, et commissarios praedictos ex altera parte pro commodiori ejusdem montis Pietatis, et Redemptionis collocatione fuerunt conventa quaedam pacta a te, et a dilectis itidem filiis consilio hospitalis praedicti sub reservatione beneplaciti apostolici approbata tenoris, qui sequitur.

Tenor pactorum conventorum sub reservatione apostolici induiti.

§. 2. Die septima mensis novembris 1792. perlecto supplici libello venerandae congregationis Montium Redemptionis, et Pietatis una cum chirographo venerandorum procuratorum communis aerarii, quorum tenor hic est, ut sequitur nempe.

Altezza Eminentissima

Il presidente ed i commissarj della congregazione del monte di Redenzione, e Pietà umilissimi servitori religiosi obbedientissimi, e rispettivamente vassalli fedelissimi di V. A. E. e S. con pieno ossequio espongono, che per trasferire il monte di Pietà nel luogo ove oggi si trova era necessario fare acquisto di due case contigue da ridursi in solo edificio, che fosse atto al bisogno. L'una di tali case si prese in enfiteusi perpetua dal barone Diego Antonio Galea.

Per l'altra, che è propria del comun tesoro, si è trattato colli venerandi suoi procuratori, e si è conchiuso, dopo varj progetti, di adottare quello della vendita per il prezzo di scudi cinque mila quattrocento sessantacinque, comprese nella vendita alcune pertinenze della casa principale, come unico mezzo a conciliare i vicendevoli interessi nello stato presente sotto i seguenti patti: cioè che la congregazione del Monte dia in affitto al tesoro quelle due botteghe, che si trovano in oggi destinate per l'uficio degli spogli, senzachè mai possa rivocarsi l'affitto fintantochè vorrà il tesoro servirsi delle medesime botteghe per uso degli spogli, secondo, che l'annua pigione sia inamovibilmente l'importo de' lucri al tre per cento del capitale di cui resta debitore il monte verso il tesoro pel prezzo della casa, e sua pertinenza, consistente nella somma restante di scudi quattrocento quindici, il quale capitale resterà in mano del monte senza potersi sbancare finchè il tesoro riterrà per uso degli spogli le divisate due botteghe, ritenendo i suoi lucri annualmente ascendenti a scudi venti, baj. 5. e otto decimi per pigione delle medesime, senzachè mai possa accrescersi questa loro pigione, che dovrà continuare sull'istesso piede per tutto il tempo che il tesoro terrà le stesse per uso degli spogli.

Quello che indusse i reverendi procuratori del tesoro, e gli amministratori del monte, a conchiudere questo trattato nelle divisate forme, e la necessità, e l'utilità, che ne risulta per la causa, e ben publico, perciò gli oratori supplicano umilmente L. A. R. E. e S. perchè si degni col sagro suo consenso approvare e confermare l'indicato trattato, in manierachè si possa tra li contraenti stipulare il corrispondente publico istromento colle facoltà opportune, e necessarie, riservato, quatenus opus sit, il beneplacito apostolico. E l'avranno a grazia ec. — mag. hospitalis Hierosolymitani — Communicentur preces reverendis procuratoribus nostri communis aerarii. Datum in palatio die vigesima secunda septembris millesimo septingentesimo nonagesimo secundo. R. C. Xeni aud.

Eminentissimo Signore

§. 3. Nel ricorso della veneranda congregazione del monte di Pietà, e Redenzione che — Votum a secretis thesauri.

si è degnata L' A. V. E. communicarci si rappresenta qual trà noi, ed i suoi presidenti, e commissarj conchiuso il trattato per la vendita della casa al tesoro spettante, e si è dovuto nelle rappresentate forme conchiudere, attesa la necessità delle circostanze, e l'utilità, e causa pubblica, nè sembrato ci è svantaggioso il trattato, onde aderendo anche non alla medesima domanda crediamo che l' A. V. E. col sagro suo consenso possa onorarlo della sua approvazione, e conferma con attribuirci le facoltà opportune per istipolare il corrispondente publico istromento, salvo quatenus opus sit, il beneplacito apostolico. Ci rimettiamo per altro a superiori lumi, e risoluzioni, che stimerà migliori, e ossequiosamente ci inchiniamo.

Dal Tesoro li 18. ottobre 1792.

Bosredon de Ransyat segretario del comun tesoro.

Decretum concilii.

§. 4. Eminentissimus, ac reverendissimus dominus magnus magister, et venerandum concilium inhaerentes praeinserto chirographo, prout petitum fuit, sub conditionibus in dicto chirographo expressis cum suffragio secretarii decreverunt, et concesserunt.

Ex lib. conciliorum.

P.^or Hiberniae Fr. Franciscus de Carvalho Pinto vice-cancellarius commendator.

Preces porrectae pro confirmatione decreti.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo praeinsertae conventiones, et decretum suum sortiantur effectum, ac firmius subsistant, et serventur exactius apostolicae Nostrae confirmationis patrocinio memorati exponentes communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Apostolica confirmatio.

§. 6. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi praeinserta pacta, et conventiones, ac decretum ea approbans auctoritate Nostra apostolica confirmandi, et approbandi, illisque apostolicae firmitatis robur adjiciendi, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, siqui desuper in eisdem quomodolibet intervenerint, supplendi, et sanandi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate, et tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non hospitalis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima octobris millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

CMLV.

Dat. die 10. dec. 1793. Anno XIX.

Revocatio literarum apostolicarum diei XXVII. augusti 1782. pro collegio missionariorum fratrum ordinis s. Francisci de observantia excalceatorum nuncupatorum provinciae Castellae Novae editarum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii definitorium fratrum ordinis minorum san-

cti Francisci de observantia excalceatorum nuncupatorum provinciae sancti Josephi Castellae Novae, nec non modernus praefectus collegii fratrum missionariorum ejusdem ordinis conventus sancti Bernardini extra muros oppidi civitatis nuncupati Matriti Toletanae dioecesis, quod Nos alias per Nostras in simili forma Brevis sub die vigesima septima mensis augusti anni millesimi septingentesimi octuagesimi secundi expeditas literas quasdam constitutiones, et statuta pro erectione collegii praedicti in capitulo provinciali in mense junii ejusdem anni unanimi vocalium consensu approbata, ac Nobis exhibita apostolica auctoritate confirmavimus, prout in eisdem literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Narratur qua de causa nonnulla statuta in melius fuerint emendata.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quaedam inter statuta hujusmodi temporis progressu nimis gravia, ac exorbitantia deprehensa sint, hinc ab eadem provincia oblatae sunt preces anno millesimo septingentesimo octuagesimo nono carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico, ut suo patrocinio dictarum literarum revocationem Nobis obtineret: ne autem inconsulto postulationibus hujusmodi obsecundaret memoratus Carolus rex catholicus, totius negotii cognitionem suo regio consilio remisit; quamobrem auditis per regium consilium hujusmodi tum provinciali, ac praefecto collegii praedicti ex altera parte, tandem inter eos conventa est concordia, ipso auctoritate consilio de ac super statutis, de quorum moderatione, ac revocatione apud Nos agendum esset: ast dum haec fiebant, cum novem ex duodecim missionariis, qui totum constituunt dictum collegium sancti Bernardini, omnibus juribus, ac privilegiis sibi vigore earumdem Nostrarum apostolicarum literarum competentibus, et acquisitis renunciaverint, ac libere, et sponte dispositioni dictae provinciae habita suorum respective meritorum ratione sese subjecerint a memorato definitorio eidem praefecto demandatum fuit, ut modum proponeret, quo missionariorum hujusmodi merita remunerari possent: quocirca eidem concordiae tria alia capitula adjecta fuere, quae simul cum dicta concordia in definitorio dictae provinciae die undecima octobris millesimo septingentesimo nonagesimo primo habito approbata fuerunt.

Immutatio facta circa collationem muneris praefecti.

§. 3. Capitula vero concordiae hujusmodi sunt: Primum conventum fuit, ut licet in capitulo sub numero quarto dictarum apostolicarum literarum praescribebatur, ut munere praefecti dicti collegii semper unus ex missionariis fungatur, hoc tamen intelligendum sit, ut non requiratur ipsum actu missionarium existere, sed sufficiat ipsum per plures annos laudabiliter missiones exercuisse: visum quippe est aequum non esse eos ab officio hujusmodi excludere, quorum caeteroquin nulli ad definiendos conscientiae in collationibus exponendos ex rerum usu, et experientia magis idonei essent.

Immutatio alia circa munus praedicatorum.

§. 4. Secundo, ut licet in capitulo sub numero sexto dictarum literarum, ne missionarii alia occupentur sollicitudine, quam circa ea, quae ad missiones spectant, statuatur, ut ipsi aut officiis, aut concionibus quadragesimalibus, aut panegiricis, quae ad missiones unice directa non sint, non graventur, nihilominus, quo ipsi statui oeconomico communitatis aliquo ipsi modo conferant, panegiricos, ac sermones morales, qui tamen cum suo ministerio compatibiles sint, recitare possint: siquidem munus viri apostolici est de quavis re concionari, quatenus id fiat, ut oportet, exhortando nempe ad sanctorum virtutum imitationem, ac vitiorum, quae inter mundanos regnant, fugam.

Alia similis circa officia lectorum, et praedicatorum.

§. 5. Tertio: ut quamvis in capitulo sub numero nono dictarum constitutionum caveatur, ut si lectores, et praedicatores, qui cursum duodecim annorum impleverint, per alios duodecim missionum ministerium exercuerint, eis in premium omnes praeeminentiae, exemptiones, titula, graduationes, suffragia, et quidquid in vim legum provinciae iis, qui canonice electi per triennium munere definitoris perfuncti erunt, debentur, omnino concedantur: nihilominus in aevum statutum erit, primum ut nemo in collegium admittatur, qui ultra sex annos praedicationis munere functus sit, compertum quippe est quam bonum, quamque utile sit ab adolescentia tam arduum suscipere ministerium. Secundo, ut ille dumtaxat lector in collegio praedicto recipiatur, qui laudabiliter suum cursum impleverit, quod post duodecim annos fieri solet, nunquam vero si intra terminum hujusmodi illum non im-

plevisset, itaut per alios duodecim annos in eodem collegio permanere debeat ad obtinendum praescriptum praemium: tertio, ut concionator, seu praedicator, qui post sex annos praedicationis ad missiones, seu illarum collegium se convertisset, in eo per integros duo de viginti annos, si vero post quatuor dumtaxat annos per viginti continuos annos permanebit: quarto demum ut caeteri, qui impleto per octo annos praedicationis cursu, in aliis conventibus ante haec tempora munus missionariorum susceperunt, eodem munere per sexdecim annos fungi teneantur, ut sic praemia obtineant sicut jam ad collegia provinciarum internarum regni Mexicani concessa reperiuntur, quorum statuta hoc temporis spatium exigunt, ut honoribus definitorum frui possit, non enim idem est, neque labor cujuscumque concionatoris aequivalet illorum laboribus, qui in missionibus se exercent.

Alia similia pro missionariis graduatis ac honoribus donati.

§. 6. Quarto, ut etsi per statuta a memoratis Nostris literis, ut praefertur, confirmata, et approbata constitutum reperiatur, ut missionarii graduati, ac honoribus, ut praefertur, donati praelatione pro eo, quod ad definitores sequentium triennorum spectat, uti debeant, nihilominus deinceps definitores per electionem semper definitoribus, qui ex qualitate missionariorum titulo, et graduatione definitoris fruuntur, praecedent, ita ut hi ultimum locum inter eos, qui vel sunt, vel fuerunt inter definitores actuales provinciae, obtinebunt, et ipsi inter se juxta tempus, in quo impleverunt tempus requisitum, ad graduationem, et praerogativas ex-definitorum praecedent. Tandem inter eos conventum est, ut postulanda esset annullatio, et cassatio duorum ex capitulis per memoratas Nostras literas approbata, primum nempe, in quo statuitur, ut si quis ex dictis fratribus defuncto per triennium laudabiliter officio guardianatus missionum exercitio se addixisset, ei tres anni guardianatus hujusmodi aestimentur perinde ac si in missiones eos occupasset: sic etiam de omnibus iis capitulis, in quibus praescribitur, ut qui duo guardianatus pro octo annis ministerii, tres pro undecim annis habeantur, tunc quippe missionarii labor, ac opera haud remunerata esset: secundo ubi cavetur, ut si quis candidatus magis idoneus videretur, quam quisque ex missionariis, qui jam in collegio non tamen a sex annis commorantur, ille in exclusionem istius admitti possit: qua de re necessum erit, ut praefectus, ac duo missionarii collegii antiquiores in munere de ac super imperitia ulterius ex actualibus missionariis definitorio provinciae referant, ut in ejus locum alterum magis idoneum sufficiat. Haec pro eo quod ad primam concordiam spectant: capitula vero quae in vim renunciationis jurium ac praerogativarum a novem ex duodecim missionariis totum collegium componentibus, ut praefertur, factae adjecta eidem concordiae fuerunt, sunt quae sequuntur. Primo statutum fuit, ut tolleretur lex, qua cavetur, ut missionarii in guardianos eligi nequaquam possint, ministerium quippe apostolicum, quo ipsi funguntur, eis impedimentum esse non debet, quominus sicut caeteri filii provinciae ad praelaturas, seu superioritates eligantur. Quoniam vero pluries ex eis, quo magis magisque missionibus se addicant, ad hosce honores non aspirabunt, decet, ut a provincia praemia laborum ferant, eos ab onere hebdomadae eximendo, ac praecedentiam omnibus ex guardianis concedendo, quatenus ipsi per decem, et octo annorum spatium in collegio commorati sint, praeter sex, quos in concionatorum munere insumisse constabit. Secundo, ut par praemium eis tribuatur, qui peractis decem annis in missionibus praeter alios duodecim annos in concionatoris munere insumptos laudabiliter officio guardianatus defuncti sunt: quod siquis ex dictis fratribus ad collegium praedictum venerit, postquam per quatuor annos munus concionatoris exercuerit, tunc in eodem collegio ad hoc ut memoratum praemium consequi valeat, per viginti annorum cursum omnino permanebit. Tertio tandem, cum aequum sit, ut merito missionarii, qui valetudinis, aut alia rationabili de causa suo ministerio absistet, ac interim in iis operam suam impendat, quae a provincia ei erunt demandata, praesertim vero si dum per multos annos in dicto collegio degit, semel aut iterum guardiani officio functus sit, et si officium hujusmodi in conventibus sancti Ægidii, sancti Bernardini, seu de Arenques juxta eorumdem conventuum graduationem exercuerit, aliquid rependatur, propterea ei honores, et praerogativae ex-definitorum erunt concedendae.

Confirmatio apostolica.

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat memorati definitorium, ac praefe-

ctus dicti collegii dictas Nostras literas in simili forma Brevis expeditas literas juxta praedicta conventionis, et concordiae moderari, ac respective revocari summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, nec non ejusdem Caroli Hispaniarum regis catholici precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis annuentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratas Nostras diei vigesimae septimae mensis augusti anni millesimi septingentesimi octuagesimi secundi expeditas literas ad formam capitulorum conventionis, seu concordiae praedictae auctoritate apostolica tenore praesentium moderamus, restringimus, ac respective revocamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon ordinis, et collegii praedictorum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xx. decembris millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, pontificatus Nostri anno decimo nono.

CMLVI.

Dat. die 14. jan. 1794. Anno XIX.

Indultum, ut in honorem beatae Maphaldae Sancii I. regis Portugalliae filiae officium de communi virginum cum lectionibus, et oratione propriis recitari possit ab utroque clero.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilectissimus in Christo filius Noster Joannes Maria Joseph princeps Brasiliae, ac Portugalliae, et Algarbiorum regni regens, dilectus filius Noster Joseph Franciscus Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis de Mendoca nuncupatus ex dispensatione, et indulto apostolico patriarcha Lisbonensis, nec non venerabilis frater Joannes Antonius episcopus Lamacensis, dilectus filius abbas generalis congregationis Cisterciensis Lusitanae, ac tandem dilectae in Christo filiae superiorissa, seu abbatissa, ac moniales regii monasterii sanctae Mariae de Arouca Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga beatam Maphaldam virginem Sancii I. regis Portugalliae filiam gerunt devotionis affectu, officium de communi virginum in honorem ejusdem beatae Maphaldae ab universo clero tam saeculari, quam regulari, atque monialibus recitari posse summopere cupiant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere,

et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum consilio, referente dilecto filio Nostro Joanne Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Archinto nuncupato ejusdem congregationis praefecto pro venerabili fratre Nostro Andrea ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali episcopo Sabinensi Corsini nuncupato absente, ut in posterum ab universo clero tum saeculari, tum regulari, ac monialibus totius regni Portugalliae officium de communi virginum cum lectionibus, et oratione propriis ab eadem congregatione approbatis in honorem beatae Maphaldae virginis sub ritu duplici minori, a religiosis vero seu monachis, ac monialibus ordinis Cisterciensis sub ritu duplici majori, a monialibus autem asceterii, seu monasterii sanctae Mariae de Arouca praedictis sub ritu duplici primae classis cum octava recitari quotannis in die secunda maji, nec non in suis respective ecclesiis missam de eodem communi cum praefata oratione propria, ut praefertur, approbata celebrari in dicta die possit libere, ac licite valeat auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, salva tamen semper ejusdem congregationis auctoritate.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et dioecesis Lamacensis, quatenus opus sit, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima januarii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo nono.

CMLVII.

Dat. die 14. jan. 1794. Anno XIX.

Erectio universitatis artis Aromatariorum in civitate Bononiae cum concessione privilegiorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii massarius, et officiales artis Aromatariorum civitatis Nostrae Bononiae, quod jamdiu, et a pluribus retro saeculis homines hujus artis corpus cum suis statutis, et legibus constituunt, ac ab ipsa institutione in dicta civitate Bononiensi magistratus de collegio nuncupatus semper massarii dictae artis pro tempore existentes locum obtinuerunt. Quamobrem quemadmodum alias collegium notariorum ejusdem civitatis, ac urbis Venetiarum, Ferrariae, aliarumque civitatum status Nostri ecclesiastici, quorum corpus collegium nuncupatur, sic exponentes praedicti alio honorificentiori titulo eorum corpus massarium, et socios uti posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eo-

rumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis, sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audito prius dilecti filii Nostri Joannis Andreae Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Archetti nunc in dicta civitate Bononiensi, suoque comitatu Nostro et apostolicae Sedis de latere legati consilio, qui cum eorumdem exponentium desiderio dilecti filii collegium medicorum ejusdem civitatis se interponerent, accitis tum dicti collegii, tum artis praedictae deputatis totam controversiam pro sua prudentia composuit eisdem exponentibus, ut deinceps, et perpetuis futuris temporibus corpus suum—Universitas—massarius—praefectus—ac officiales—consiliarii vocentur; ita ut in posterum illius inscriptio sit. Nos praefectus, et consiliarii universitatis Pharmacopolarum—pro ea quam in anteactis temporibus uti consueverunt auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Volumus tamen, et harum serie statuimus, ut in literis patentalibus quas universitas hujusmodi deinceps iis, qui hanc artem exercere desiderant concedere solet praeter verba facultatem impertimur, immediate adjiciantur alia quoad Nos.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae universitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimaquarta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo nono.

CMLVIII.

Dat. die 14. jan. 1794. Anno XIX.

Indulgetur prioribus, bajulivis, ac praeceptoribus linguarum Provinciae et Alverniae hospitalis s. Joannis Hierosolymitani, ut durantibus hodiernis regni Galliarum perturbationibus, a solutione annatae, et pensionum, ac renovatione cabreorum exempti sint, et nihilominus praeceptorias, et dignitates dicti hospitalis consequi, et obtinere valeant.

Dilecto filio magno magistro hospitalis s. Joannis Hierosolymitani

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Religionis zelus, vitae, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita super quibus dilecti filii priores, ac bajulivi, et praeceptores, seu commendatarii linguarum Provinciae, et Alverniae istius hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani apud Nos fide dignis commendantur testimoniis, Nos inducunt, ut eos specialibus favoribus, et gratiis prosequamur. Prooemium.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dicti priores, bajulivi, et praeceptores, seu commendatarii, quod Nos alias per Nostras in simili forma Brevis diei vigesimae quintae junii mox praeteriti anni millesimi septingentesimi nonagesimi tertii expeditas li-

teras tibi, ut eisdem exponentibus, licet ipsi ob hodiernas regni Galliarum perturbationes annatam responsionem suarum dignitatum, ac praeceptoriarum, seu commendarum etiam, ex gratia magistrali ad totum mensem aprilis ejusdem anni millesimo septingentesimo nonagesimo tertio communi aerario dicti hospitalis debitam, vel in posterum durantibus dictis perturbationibus decurrendas annatas hujusmodi non persolvissent, dummodo huic oneri intra tempus arbitrio tuo praefigendum satis fecissent, nihilominus quascumque praeceptorias, seu commendas, ac dignitates dicti hospitalis sibi obvenientes, vel etiam ex gratia magistrali petere, consequi, et obtinere libere, ac licite possent, auctoritate Nostra apostolica concedendi plenam, et amplam facultatem impertiti sumus, prout in eisdem literis uberius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, exponentes praedicti ob easdem causas, etiam annatam pensionum, et responsionum usque ad totum mensem aprilis anni millesimi septingentesimi nonagesimi secundi decursam debent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur praedictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, eisdem exponentibus licet communi aerario dicti hospitalis etiam annatam pensionum, et responsionum usque ad totum mensem aprilis anni millesimi septingentesimi nonagesimi secundi decursam debeant, nihilominus dummodo illam intra tempus arbitrio pariter tuo praefigendum persolvant, quascumque praeceptorias, seu commendas, ac dignitates dicti hospitalis sibi respective obvenientes, vel etiam et gratia magistrali petere, consequi, et obtinere, libere, ac licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia perinde, ac si ob annatam pensionum, ac responsionum hujusmodi usque ad totum mensem aprilis millesimi septingentesimi nonagesimi secundi decursam nihil omnino communi aerario dicti hospitalis deberent, auctoritate Nostra apostolica concedendi: eisdemque exponentibus, at licet ipsi ob easdem causas neque melioramenta fecerint, neque cabrea renovaverint in suis respective praeceptoriis, seu commendis, ac dignitatibus, nihilominus etiam in sua a conventu dicti hospitalis absentia per suos legitimos procuratores antianitatem justitiae, ac quascumque praeceptorias, seu commendas, ac dignitates hujusmodi sibi obvenientes petere, consequi, et obtinere libere, ac licite respective possint, et valeant, in omnibus, et per omnia perinde, ac si tempore concessionis antianitatis justitiae, ac praeceptoriarum, seu commendarum, ac dignitatum hujusmodi in dicto conventu personaliter residerent, ac in suis respective dignitatibus, ac praeceptoriis, seu commendis melioramenta fecisse, ac cabrea renovasse reperirentur, dicta auctoritate indulgendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, et harum serie decernimus, ut exponentes praedicti, pacatis dicti regni Galliarum perturbationibus, intra terminum arbitrio tuo praefigendum sumptus ad dicta melioramenta facienda, et cabrea renovanda suis successoribus in dignitatibus, ac praeceptoriis, seu commendis praedictis praestare debeant, et omnino teneantur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub

annulo piscatoris die decima quarta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 28. jan. 1794. Anno XIX.

CMLIX.

Facultas administro generali mensae abbatialis Sublacensis ineundi contractum perpetuum decimarum ejusdem mensae.

Dilecto filio Josepho Catani administro generali mensae Nostrae abbatialis Sublacensis.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii homines, ac publici rappraesentantes oppidi Nostri Canterano nuncupati nullius dioecesis Sublacensis in districtu Urbis, quod cum incolis terrae hujusmodi religio non esset, quominus mensam abbatialem abbatiae Nostrae Sublacensis in decimarum, aliarumque contributionum solutionem defraudassent, ipsi, quo conterraneorum suorum conscientiae consulerent, in publicis comitiis, seu consiliis tum diei XIII. maji anni millesimi septingentesimi octuagesimi noni, tum XXVII. aprilis elapsi anni millesimi septingentesimi nonagesimi tertii de conducendo a mensa abbatiali praedicta solutione decimarum, aliarumque contributionum, ac terrenorum ad eamdem mensam spectantium in dicto oppido, suoque territorio existentium agere statuerunt: quamobrem tibi, qui ejusdem mensae abbatialis Noster administer generalis existis, contractum perpetuae locationis, et conductionis hujusmodi proposuerunt, ac annuam pensionem, seu canonem scutorum nonaginta monetae Romanae promiserunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, contractus hujusmodi mensae abbatiali praedictae aliqualiter sit perutilis, ipsique exponentes jam a venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus bono regimini status ecclesiastici praepositis opportunam stipulandi contractum hujusmodi licentiam obtinuerint, hinc, quo illum ex parte Nostra perficere possit, tibi necessarias, et opportunas facultates impertiri summopere desiderant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, discretioni tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, et postquam compereris in dictae Nostrae mensae abbatialis utilitatem esse cessurum perpetuae locationis, et conductionis hujusmodi contractum praedictum cum annuo canone, seu pensione scutorum nonaginta, ac aliis conditionibus proficuis, eumdem contractum inire, ac auctoritate Nostra apostolica stipulare possis, et valeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Pauli pp. II. praedecessoris Nostri de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava januarii, millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Digitized

ANNO VIGESIMO

Dat. die 11. febr. 1794. Anno XX.

CMLX.

Concessio favore priorum de Ucles, et de sancto Marco de Leon nuncupato ordinis militaris sancti Jacobi de Spatha nullius dioecesis in Hispaniarum regnis promovendi ad cathedrales ecclesias in partibus infidelium.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Venerabili fratri archiepiscopo Toletano salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Catholica Mater ecclesia noscens militiam esse vitam hominis super terram, fidelibus suis, quos materno sinu sacro baptismatis lavacro regeneratos excepit, caetera inter sacramenta, quae Christus Dominus proprio sanguine conquisita sibi carissimae sponsae suae, velut arma filiis ministranda reliquit, illud praecipue confirmationis per episcopos suos curat impartiri frequentius, per quod Spiritu Sancto suscepto, qui spiritus est fortitudinis, valeant postmodum assumpto clypeo fidei, et lorica charitatis induti, non adversus carnem, et sanguinem, sed adversus invisibilem tenebrarum rectorem et principem sine formidine, ac fortiter in agone resistendo lucrare. Haec eadem cura, ubi Nos fuimus divino primum favente consilio ad ipsius Ecclesiae regimen licet immerito vocati, quum pectori Nostro altius insederit, in eo quam maxime studere nunquam destitimus, ut Dominici gregis pars nulla ex deficientia, aut obice distantia nimis incomoda pastorum hoc vel debeat fraudari, vel raro saltem muniri subsidio; et si quandoque corde moerentes eam hoc deprehendimus laborare defectu, modos exquisivimus omnes, fieri satagentes, ut novi illic sivè instituerentur, sive alii eo mitterentur antistites. Efferbuit tamen in eo genere indagationis sollicitudo Nostra hac potissimum tempestate laqueis, et periculis plena, quae nequissimus humani generis hostis illud omnigenum invidiae suae tamquam de ore putei abyssi virus egurgitans, infinitis propemodum hominibus, ut cadant, parare non cessat, ut multiplicatis episcoporum industriis, atque custodiis ovile Christi circuentium tela venantium, et circumstantium luporum omnium insidias valeat, largiente Domino, declinare.

§. 2. Ea siquidem animo dum volveremus impense, desiderio Nostro, atque indagini obvius occurrens dilectus filius Josephus Nicolaus eques de Azara nomine charissimi in Christo filii Nostri Caroli quarti Hispaniarum regis catholici, cujus idem Josephus Nicolaus apud Nos, et Sedem apostolicam minister plenipotentiarius existit, humiliter Nobis nuper exposuit, quod universum militaris ordinis sancti Jacobi de Spatha in Hispaniarum regnis instituti territorium duas inter extat, Manicae nempe, ac Veteris Castellae provincias comprehensum: earumque prior, unum videlicet de Ucles Toletanae, prior autem alterum respective continent prioratus conventuales ejusdem ordinis sancti Marci de Leon respective nuncupatos nullius respective dioecesis Compostellanae respective similiter pro- Expositio precum porrectarum nomine catholici regis.

vinciarum per triennales, et respective solitos regi et gubernari.

Explicantur privilegia quibus utuntur priores ordinis.

§. 3. Priores, qui pontificalibus licet ex apostolico illis dudum respective concesso indulto utantur insigniis, ac particulare quisque suum penitus exemptum, ac separatum territorium habeant; et in eo jurisdictionem quasi episcopalem exerceant, synodum convocent, in eaque examinatores deputent, atque in clerum, et populum eis respective subjectos in causis judicent ecclesiasticis: itemque ad excipiendas sacramentales Christifidelium confessiones presbyteros, verbique Dei concionatores approbent, literas demum dimissoriales pro sacrorum ordinum collatione impertiantur, aliave gerant, quae hujusmodi sunt jurisdictionis, in eo tamen, quod maximum est, et non confirmationis modo sacramenti administrationem, sed vel ordines ipsos conferendi facultatem respicit episcopali dumtaxat ordini reservatam, non sine ingenti utrique populo eis respective subjecto resultante impedimento, et spirituali detrimento deficere dignoscuntur.

Providentiae captae, ut diligentius consuleretur necessitatibus populorum regimini prioratus subjectorum.

§. 4. Quo factum est, ut saepe numero necessitate obveniente, huic renovato populorum incommodo providere operae pretium ducens capitulum dicti ordinis in generalibus ea prae caeteris super re sexto jam supra decimum ineunte saeculo tunc coactis comitiis, atque adeo ad formam ejusdem ordinis statutorum capite nono titulo duodecimo recte statuerit, ut quilibet ex tunc deinceps pro tempore futuris prioribus antedictis in singulo cujusque triennii anno eorum regiminis primo limitrophos sibi episcopos arcessere, qui in utramque mitterentur jurisdictionem, in primis sacramentum confirmationis ministraturi stipe tamen eis de proprio collata respective labori, et expensis idcirco per eos habitis respondente omnino deberent. Quod cum inde coeptum, aliquove licet temporis intervallo fuerit rite exequutum, haud tamen multo sic a prioribus advocati episcopi, vel quod proprio aliquo, gravique exercere negocio distenti, seu nimia potius difficultate perterriti a longo se itineri committendo abhorrent: verius tamen, quod minimam ipsi vel nullam de alieni gregis pabulo curam gererent, eo diutius respective accedere renuerunt.

Aliae providentiae ad eumdem effactum captae attenta inefficacia primarum.

§. 5. Iterumque proinde pristinae loco facto indigentiae, ultroque necessitate cogente, ipsum ordinis praefati generale capitulum novis hac de re sollicitudine, studiisque susceptis se se coram facere clarae memoriae Philippo eo nomine secundo dum viveret similiter Hispaniarum rege catholico, eum instantissime rogaturi, quatenus regii sui muneris partes apud apostolicam hanc Sedem interponere dignaretur, ut ex fratribus aliquem praedicti ordinis militibus delectum charactere, et titulo episcopi tantum in partibus infidelium ad effectum praemissum decorari decerneret: iis quippe rationibus, aequissimisque supplicationibus pientissimus ille rex probe permotus, literis ad id Pio pp. V. praedecessori Nostro redditis, in eisque incommodorum hujusmodi apteque illis adhibendi remedii facta recensione, simulque designata, quam tunc in humanis agentis Bartholomaei, seu Bernardi Peres tunc, et dum viveret fratris, ac militis praedicti ordinis uti dignioris habiti persona, adjunctisque precibus, eidem Bartholomaeo, seu Bernardo de quadam tunc expressa in partibus eisdem episcopali ecclesia pastoris solatio tunc destituta a pontifice praedicto per suas literas apostolicas sub datum sextodecimo kalendas junii anni Domini millesimi quingentesimi septuagesimi primi expeditas provideri, illique in episcopum praefici obtinuit; universoque hinc praedicti ordinis territorio sic constitutus episcopus prout et caeteri, qui ei ad praesentationem hujusmodi successerunt (tricis quibuslibet, enatisque tunc propterea ex vicinorum parte episcoporum oppositionibus uti futilibus omnino rejectis, atque suppressis) apostolica itidem auctoritate praefecti singulis peragratis anno quolibet ipsorum prioratuum jurisdictionibus antedictis, confirmationis, et ordinis sacramenta praedicta sine episcopi alterius ope, cum non levi respectivorum incolarum solamine usque ad annum ejusdem Domini millesimum septingentesimum octuagesimum secundum administrarunt.

Aliae similes ut supra.

§. 6. Ultimo tamen, qui ecclesiae Gerrensi in partibus hujusmodi praefuit, et dicta episcopalia munera in eisdem jurisdictionibus exercuit, episcopo titulari venerabili nempe fratre Nostro Alphonso Solis e Gragera similiter fratre et milite praedicti ordinis a vinculo, quo ecclesiae Gerrensis praedictae, cui tunc, ut praefertur, praeerat, tenebatur, anno superius expresso praefato de venerabi-

lium pariter fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio, et apostolicae potestatis plenitudine per Nos absoluto, et ad ecclesiam Pacensem certo pariter tunc expresso modo pastoris solatio destitutam de simili consilio dicta apostolica auctoritate translato, illique in episcopum praefecto atque pastorem, existente, alterius fratris, ac militis episcopali sic dignitate donandi praesentatione aliquanto neglecta, seu dilata, hoc quidem tempore medio quum militarium ordinum senatus, seu consilium clarae etiam memoriae Carolo tertio tunc, et etiam dum viveret Hispaniarum regi catholico in ejus habita consultatione diei duodecimae mensis maji anni ejusdem Domini millesimi septingentesimi sexagesimi noni proposuerit expendendum fundorum, bonorum capita sive sortes respectivorum locorum, civitatum, et hominum ei eisdem jurisdictionibus existentium pro earum cujusque viribus expensas iis episcopis congruentes de caetero conferre non posse: et eodem tunc pro dotationis episcopi hujus titularis augumento supplicante praefatus rex, quamquam id exequendi desiderio flagraret, animi tamen perpendens utrum novi hujus episcopi praesentationem denuo fieri, an magis pristinam viciniores episcopos arcessendi consuetudinem revocare expediret, universum dictae consultationis negocium congregationi adjunctae Apostolicae nuncupatae pro examine remittendum esse censuerit: auditis hoc procuratoribus, fiscalique militarium ordinum senatus, seu consilii hujusmodi sub die decima octava mensis martii anni praedicti Domini millesimi septingentesimi octogesimi quinti, unanimi quippe sententia plerisque omnium suffragiis nullum esse vicinis episcopis in ipso dicti ordinis territorio jurisdictionem asserendi locum, rationemve, maxime secus urgere, suadereque causarum momenta omnia, ut ordini praedicto s. Jacobi episcopus hic titularis similibus modo et forma, quibus de praedicto anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo, fuerat elargitus, non modo restitueretur, sed insuper ejus dotatio, quae bis mille ducatis monetae illarum partium ante constabat ad alia quatuor millia ducatorum hujusmodi de thesauro totius ordinis annuatim promendorum merito foret adaugenda; eidem Carolo regi praedecessori respondendo suam consultationem exhibuit.

Providentiae in suspensum relictae pro obitu Caroli tertii, executioni mittuntur a successore Carolo rege quarto, toto plaudente ordine.

§. 7. Porro dum isthaec tam provida resolutio in limine executionis existeret, dicto Carolo rege praedecessore e vivis erepto, restitit suspensa parumper, usquequo successor ejus Carolus rex antedictus Hispaniarum regna capessitus, paterni diadematis nedum pietatis haeres pariter, atque aemulator huic incoepto, tantique momenti negocio, ut sibi primum innotuit manum fortiter admovere, prorsusque modum imponere cupiens, itemque ut suae hac in parte conscientiae fieret satis, non unius modo, particularis ad id selectae congregationis, sed triplicis successive requisitae, videlicet sub diebus vigesima tertia junii millesimi septingentesimi nonagesimi secundi ac dominica tertia augusti millesimi septingentesimi nonagesimi tertii, nec non vigesima septima junii respective mensium proxime praeteriti millesimi septingentesimi nonagesimi quarti annorum respective habitis pleni senatus, seu consilii dictorum ordinum militarium consultationis judicio, ac sententia probatum, plane habuit, atque perspectum, nihil omnino obicis esse, quominus ea spiritualis, et ecclesiastica tot literis, decretisque apostolicis sibi, uti magno praedicti ordinis magistro, nec non prioribus, ac singulorum militarium ordinum Hispaniarum praelatis attributa jurisdictio debeat immutari; quin potius utile valde, necessumque fore pro totius ordinis sancti Jacobi territoriûm incolentium supradictorum promptiori, facilique sacramentorum hujusmodi administratione, ut vice et loco episcopi hujus titularis, cui nullus fuit hactenus constitutus residentiae locus, sive grex ullus, quem regeret, nondum commissus, duos deinceps habeat suos ordo praefatus milites fratres, qui ad unum, et alterum prioratus hujusmodi, veteri triennali relicto, perpetuoque ex nunc titulo adepto, ac nova quadam in eis inducta electionis forma, ad id nempe assumantur, ut a Sede ipsi apostolica praefata valeant inde Caroli regis praedicti, ejusque successorum regum, ut infra intercedente praesentatione in partibus infidelium etiam ut infra episcopi renunciari: sicque eo insigniti charactere priores utrique possint cum propria, tum aliarum totius ordinis sancti Jacobi respective jurisdictionum loca singula eis respective, ut infra, assignanda discurrere, confirmationis, et ordinis sacramenta praefata ministraturi, aliaque pontifi-

cali ordini adnexa exercere: nullatenus ad id repugnante, imo vel maxime requirente prioratus utriusque conditione, eosque obvenientium simillimo in omnibus Hispaniarum episcopis indumentorum genere, ornatuque exteriori, et inspecta potissimum utrorumque opulentia conventuum, seu monasteriorum, vereque magnifica respectivorum aedium prioralium structura: decoris denique implemento, splendore, auctoritate, quibus in ecclesiis unius, et alterius prioratuum hujusmodi divina solvuntur officia, cunctis ut inde hominibus appareant ipsi digni propemodum, ut praedictis cumulentur honoribus.

Preces porrectae pro obtinenda apostolica confirmatione super omnibus ut supra dispositis.

§. 8. Quare pro parte dicti Josephi Nicolai nomine supradicto Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus tam pia ejusdem Caroli regis vota, coeptaque studia apostolici favoris auxilio prosequi, ejusque subditis praedictis, quos vel rei domesticae angustia, vel locorum distantia pro manuum impositione obtinenda episcopos nequeuntes adire tanti sacramenti beneficio charitas sua destitui non patitur, quin secus pro munere, ac zelo catholicae religionis vehementer exoptat, ut illi stante in fide dudum in sacro fonte suscepta ministerio confirmationis Spiritu Sancto juvante fortitudinem induant, quae maximum ejus est donum, et ita vere Christi milites facti, valeant, sicut tradit apostolus bonum certamen certare, cursuque sic consummato dierum, paratam eis a Domino coronam assequi justitiae, in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis in qua primo disponitur, ut duo prioratus dignis fratribus ordinis concedantur, qui episcopalia munera fungenda idonei reperiantur a nuncio apostolico.

§. 9. Nos igitur eidem Carolo regi, quem tam recta sapere, et a primordiis usque sui tam bene auspicati regni, cui semper Domino placitum sit benedicere, subditos sibi commissos in veritate, et justitia plenum sapientiae regere, maxima quidem Nostri cordis exultatione conspicimus, in iis omnibus, quae a Nobis per eum postulata fuere, libentissime annuere, ac morem gerere cupientes: fraternitati, et circumspectioni tuae per haec apostolica scripta committimus, atque mandamus, quatenus unum de Ucles, et alterum sancti Marci de Leon prioratus antedictos, qui per triennales priores hactenus, ut praefertur, obtineri consueverunt; quique ultimo respectivi prioris regimine finito triennio, seu illo adhuc respective durante per liberam dilectorum etiam filiorum unius, et alterius prioratuum hujusmodi modernorum respective possessorum cessionum de illis, quos eorum quilibet nuper respective obtinebat, coram notario publico, et testibus, ac alios ad effectum infrascriptorum sponte, ac legitime factam, ut accepimus, ad praesens vacant, ex nunc deinceps in prioratus vere electivos, atque in titulum perpetuum respective conferendos pro duobus fratribus militibus ejusdem ordinis sancti Jacobi praedicti expresse professis de universo illius gremio prae caeteris vita, scientia, moribus aeque dignioribus, omnesve demum qualitates ad episcopale munus obeundum requisitas, et ex processu a Nostro, et dictae Sedis apostolicae nuncio in eodem Hispaniarum regno nunc et pro tempore commorante, seu alias de more conficiendo resultantes habentibus, desumendis ad prioratus utrosque tam hac prima vice, uti a primaeva illorum infrascripta erectione vacantes, quam in posterum, dum illos pro tempore quovis modo vacare contigerit per dictorum ordinum militarium nunc, et pro tempore existentes senatum, seu consilium hujusmodi ad infrascriptum praesentationis, et respective praefectionis effectum eligendis futuris unius, et alterius prioratuum praefatorum, ut infra erigendorum prioribus perpetuis, qui in hac sic electorum priorum qualitate in quacumque dictorum prioratuum vacatione praedicta a dicto Carolo rege, ejusque successoribus Hispaniarum regibus Nobis, et Romano pontifice pro tempore existenti debeant ad hoc, videlicet praesentari, ut a Nobis, ac successoribus Nostris pontificibus valeant postmodum vigore praesentis gratiae concessionis de una, et altera ex episcopalibus ecclesiis, quae in similibus infidelium partibus consistere noscuntur, tunc pro tempore respectivi pastoris solatio destitutis provideri, illisque respective in episcopos, praefici, atque pastores; in modum ut dicti duo prioratus, sic ut infra erigendi, ex nunc perpetuo fratribus illis militibus tantum ad effectum praesentationis, et praefectionis hujusmodi modo, et forma praemissis eligendis, et non alias, specialiter reservati, et affecti omnino sint, et esse censeantur.

Praefinitur quo modo unus, et alter ex electis episcopis in posterum ae-

§. 10. Atque hic unus, et alter sic electi priores, et praefecti episcopi, ut bina eorum qualificatio servetur, non aliter quam N. episcopus prior de Ucles, et N. episcopus prior

Digitized by Google

minari debeant, et uti jurisdictione eisdem tributa.

sancti Marci de Leon nominari, inscribi, et subscribi ullo tempore queant, auctoritate Nostra perpetuo erigas et instituas. Ac quandoquidem ea mens est dicti Caroli regis, ut in hujusmodi rerum dispositione, quae sub dictorum bonorum tantummodo commodum procurandum collimant, res omnes in eo, quo reperiuntur, statu remaneant, nullumque propterea vel minimum cuiquam praejudicium afferri, seu novitas aliquatenus invehi possit; atque adeo nequis ex prioribus eisdem tempore subeunte sibi plus aequo in hoc dignitatis augmento tributum esse praesumat, omnisque locus fallendi, ambigendique ratio tollatur: quoad exercitium jurisdictionis videlicet: ut tam primo futuri, quam pro tempore existentes priores praefati statim habita sui quisque prioratus, suaeque ita assignandae episcopalis ecclesiae respectiva possessione, et munere consecrationis suscepto, eam ipsam solummodo tam intra, quam extra eorum respective prioratus conventus, seu monasteria super clerum, et populum in eorum respective districtu, seu peculiari territorio unius et alterius prioratus hujusmodi, et non ultra comprehensos, spiritualem, aeque ac temporalem jurisdictionem, qua triennales priores praefati usque hac usi fuerunt, atque potiti, et non alias exercere possint: quacumque alia cum immediatorum, seu viciniorum, tum ipsius ordinis territorii hujusmodi vicariorum jurisdictione, eorumque respective juribus, et regaliis, non secus ac praeeminentiis utriusque capituli dictorum prioratuum, etiam quoad jus nominationis ad singula respective illorum officia (utraque priorali excepta dignitate) de caetero ut antea per eos, modo tamen ac tempore in praedictis ejusdem ordinis constitutionibus, statutisque praescriptis faciendae, firmis, et illaesis remanentibus eadem auctoritate Nostra perpetuo statuas, atque decernas.

De exercitio potestatis ordinis ipsis episcopis concessae disseritur.

§. 11. Quo vero ad potestatem ordinis per eosdem futuros priores episcopos respective exercendam attinet, licet quilibet ex duobus prioratibus antedictis per te, ut praefertur, vigore praesentium erigendis suum peculiarem limitibus conclusum habeat, ut supra, districtum, nihilominus, ut universi territorii dicti ordinis incolae ab eis utrumque sacramentum praedictum absque ulteriori incommodo, et impendio valeant recipere: pro eo quod infrascripta loca, quae intra ordinis territorium hujusmodi comprehenduntur, absque ullius episcopatus intermissione, se se invicem attingunt, atque succedunt, eaque singula in eadem Manicae provincia, et in regno Muriae proportionabili satis distantia, unde unus, idemque prior episcopus frequenter, ac facile possit illa petere, consistunt: prioratui de Ucles praefato, seu illius pro tempore existentis prioris episcopi ordinis potestati hujusmodi, praeter omnia, et singula loca, terras, et oppida sub sua priorali jurisdictione existentia, unam de Villanuova, ac aliam de los Infantes, ac aliam Villa-Rodrigo, ac aliam Beas, ac aliam Segura della Sierra, ac aliam Caravaca, ac aliam Aledo, reliquam Toletana respective nuncupatas ejusdem ordinis territorii vicarias, in quarum respectivo ambitu unum supra septuaginta frequenti sane incolarum numero bene referta loca, non comprehensis insuper in iis oppidulis, et pagis, aliisque fundis, seu tenimentis enumerantur: alteri vero prioratui sancti Marci de Leon, ut praefertur, nuncupato alias similes terras, oppida, et loca, quae nonaginta numerum excedunt, praeter itidem unam de Xeres de los Cavalleros, et alteram vicarias de la Calera respective similiter nuncupatas, aliaque plura in diversis nempe Castellae de Estramadura, ac Vandalusiae provinciarum dioecesibus respective posita loca, ad ipsum secundo dictum prioratum jam pertinentia, simili auctoritate Nostra itidem perpetuo respective supponas, et assignes, ita ut eorumdem futurorum priorum quilibet statim habita, ut praefertur, episcopalis ecclesiae eis, ut supra, respective assignandae provisione, dictoque consecrationis munere etiam, ut praefertur, suscepto, ad singula eis, et eorum cuilibet respective supposita, et assignata loca hujusmodi, de uno scilicet ad alium continuatim, et successive annis singulis suis statis temporibus pro administrandis inibi confirmationis, et ordinis sacramentis praedictis tantum se conferre respective debeant: relicto tamen per eorum quemque durante cujuslibet absentiae respectivo tempore in uno, et altero sic per te erigendorum prioratuum praedictorum conventibus, seu monasteriis respectivo sub priore, qui munera, et obbligationes utrique priori incumbentia respective adimpleat. At quemadmodum temporis facta emensione per

eos in quolibet itinere, moraque in invisendis locis hujusmodi eis respective assignatis impendendi, satis utrique eorum anno quolibet spatii superesse videtur, unde possint, et ipsi in infrascriptos agros commode quoque migrare: eam ob rem episcopo priori scilicet de Ucles, ut ipse in agrum de Calatrava nuncupatum, alteri vero episcopo priori respective pro tempore extituris sancti Marci de Leon praefatis, ut ipse pariter in agrum de Alcantara similiter nuncupatum, ejusque territorium, ac prioratus, quoties ad id specialiter requisiti, nec ipsi de caetero legitimi fuerint impedimento detenti, libere divertere, ibique praedictum confirmationis sacramentum (sine tamen praejudicio, ac salva cujuscumque jurisdictione, et alia qualibet praerogativa etiam quoad loca illa dicti ordinis sancti Jacobi huc illuc posita, in quibus finitimarum dioecesum episcopi sua possident respectiva jura, in omnibus remanente) etiam administrare valeant, refusis caeterum illis in casibus eorum utrique itinerum, moraeque sumptibus, eo prorsus modo, quo vicinioribus episcopis praefatis, cum nondum erat ordini sancti Jacobi praedicti episcopus titularis hujusmodi concessus, refundebantur.

Quae sint observanda in casu vacationum praefinitur.

§. 12. Quod itidem erat qualibet utriusque sedis prioralis vacatione durante pro episcopi alicujus accessione observandum simili auctoritate Nostra pariter perpetuo respective indulgeas. Ac insuper utrique episcoporum priorum hujusmodi facultatem, ut ipsi nedum in proprio eis respective assignato territorio, verum et extra illud, sive cujuslibet eorum jurisdictionis confinia, praevia respectivorum ordinariorum licentia sacros ordines praedictos cuicumque se ad illos promoveri petenti, dimissoriales tamen caeterorum militarium ordinum praelatorum, seu ex episcoporum aliorum literas legali forma recognitas exhibenti ad levandum praecipue promovendos hujusmodi majoribus impensis, et incommodo, conferre etiam libere possint, auctoritate Nostra praedicta similiter perpetuo concedas, et elargiaris.

Ampliatio dotationis utriusque mensae episcopalis.

§. 13. Jam vero, ingentia cum sint, atque tam multa, quae per ipsos priores episcopos cum pro decenter episcopali dignitate fulcienda, tum in frequenti perpetuaque ad loca singula praedicta accessione, recessuque subeunda dispendia, egeantque propterea utraeque priorales mensae non modico respective dotationis augmento. Hinc praeter illas hactenus uni et alteri prioribus per utrumque dictorum prioratuum, monasteriorum, seu conventuum praestari solitas pecuniarum quantitates, aliasque subventiones, cuilibet ex duobus pro tempore futuris prioribus episcopis annuam summam quatuormillium ducatorum similium super tam utrisque monasteriis, seu conventibus hujusmodi, quam magistrali mensa, atque thesauris totius ordinis ejusdem sancti Jacobi pro aequali inter eos portioni, uni, et alteri prioribus episcopis praedictis, vel eorum respective legitimis procuratoribus annis singulis in termino, seu terminis inter ipsos priores episcopos, ac monasteria, seu conventus hujusmodi, nec non magistralis mensae, ac thesaurorum dicti ordinis praedictorum respective administratores statuto vel statuendo, seu statutis, vel statuendis, datam tamen earumdem praesentium minime antecedente, seu minime antecedentibus sub poenis contra non solventes, seu retinentes ecclesiasticas pensiones infligi solitis, ab eisdem monasteriis, seu conventibus, nec non administratoribus pro tempore existentibus, absque ulla etiam minima diminutione respective persolvendam; loco dotationis utriusque mensae prioralis hujusmodi pro nunc, ac donec, et quousque eidem dotationi per ipsum Carolum regem aliter provisum non fuerit, seu respectivae assignationi praedictae, ut infra faciendae, per viam unionis, et applicationis alicujus praedicti ordinis, commendae fructuum, redditutum, et proventuum aequalis tamen respectivi valoris apostolica auctoritate perpetuo respective faciendarum non substinetur, simili auctoritate Nostra reserves, constituas, et assignes; cum hoc, quod centum illi, et viginti quinque aurei nummi vulgo doblones sumenti ad hanc usque diem utrique triennali priori per unumquodque dictorum prioratuum, monasteriorum, seu conventuum in actu eorum respective possessionis efferri consueti, adhuc in posterum, ac perpetuo unicuique ex duobus pro tempore futuris prioribus episcopis primo eorum ingressu, expensis praesto exantlatis, debeant ministrari. Mox deinde, ut quae nonnunquam orisi, ac vel maxime tempore vacationis respectivorum prioratuum per te, ut praefertur, erigendorum hujusmodi praetimeri possunt, difficultates, et

incommoda caveantur; dilectis pariter filiis modernis, et pro tempore existentibus provisoribus, et generali vicario de Estremadura respective unitis facultatem quoque, ut ipsi, et eorum quilibet quandocumque in posterum advenienti cujuslibet ex eisdem prioratibus per te, ut praefertur, erigendis respectiva vacatione, possint ea non obstante in respectivo munere vel officio per ipsos eatenus obtento manere, eorumque respective jurisdictionis actus exercere, donec et quousque novus advenerit electus respective prior episcopus, qui vel eos in dicto munere, vel officio confirmet, vel alios eorum loco provisores, et vicarium (quoad quem simul cum capitulo respectivi prioratus) eligat, seu deputet, dicta auctoritate Nostra similiter perpetuo concedas, et impartiaris.

Jus praesentandi militer, et episcopos regi pro tempore reservatur.

§. 14. Ac demum pro totius praemissorum a Nobis factae dispositionis veluti summa, et coronide eisdem modernis, et pro tempore existentibus dictorum ordinum militarium senatui, seu consilio jus eligendi ad unum, et alterum prioratus in titulum perpetuum per te, ut praefertur, erigendos praedictos, tam hac prima vice a primaeva illorum erectione supradicta vacantes, quam deinceps etiam, ut praefertur quomodolibet vacaturos, unam et alteram personas de gremio fratrum militum totius ordinis sancti Jacobi praedicti, ut praefertur desumendas, dictisque supra caeteros qualitatibus ita pollentes, ut mereantur a praefato Carolo rege, ejusque successoribus regibus Romano pontifici pro tempore existenti ad supradictum effectum valide praesentari: Carolo autem regi, ejusque successoribus regibus antedictis jus aliud praesentandi scilicet Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti praedicto ambos sic pro tempore electos priores, ut ipsi per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes uni et alteri ex episcopalibus ecclesiis in praedictis partibus infidelium, ut praefertur, consistentibus, quae tunc fuerint suis respective, ut praefertur, viduatae pastoribus, ad formam praesentis gratiae concessionis similiter, ut praefertur, in episcopos respective praeficiantur, auctoritate Nostra praefata etiam perpetuo reserves. Nos enim si erectionem institutorum, statutum, decretum, suppositionem, assignationem, indultum, priorem, et posteriorem facultatis concessionem, elargitionem, et impartitionem, reservationem, constitutionem, ac posteriores assignationem, et reservationem, aliaque praemissa per te earumdem praesentium vigore fieri contigerit, ut praefertur, jus eligendi hujusmodi, eisdem modernis, et pro tempore existentibus eorumdem ordinum militarium senatui, seu consilio ex privilegio apostolico competere.

Quodcumque juris remedium tollitur quod facere posset pro retardanda executione praesentium literarum.

§. 15. Praedictum vero jus praesentandi regium exercere, ac uti talia sub quacumque derogatione etiam cum quibusvis efficacioribus, et efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione, etiam per vias constitutionis, legis, regulae cancellariae apostolicae, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendi, neque illis ullo umquam tempore, et ex quavis causa derogari posse, neque debere, ac collationes, provisiones, et quasvis alias dispositiones de uno, et altero prioratibus per te, ut praefertur erigendis hujusmodi, nec non praefectiones personarum earumdem uni et alteri episcopalibus ecclesiis praedictis absque militarium ordinum senatus, seu consilii hujusmodi pro tempore ut supra facienda electione, et respectiva ipsius Caroli regis, ejusque successorum regum praesentatione pro tempore factas, processusque desuper habendos, et inde sequenda quaecumque nulla, et invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore, et esse, ac pro nullis, et infectis haberi, nec jus, vel coloratum titulum cuiquam per illas tribui posse: easdem quoque praesentes, et in eis contenta quaecumque nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis legitima, pia, privilegiata, ac speciali nota digna de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae etiam ex eo quod causae, propter quas praemissa emanarunt, coram Nobis, vel alibi adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, aut alio quolibet quantumvis substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specialem mentionem, et expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine concesso, et impetrato quem-

piam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae praedictae regulas hactenus editas, et quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium praedictorum, et cujuslibet eorum ad summi apostolatus apicem, ac alias sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat in posterum edendas, comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et quos nunc spectat; et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, et ita ab omnibus censeri.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 16. Sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac praedictae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios praefatos judicari, et definiri debere; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et cancellariae apostolicae praedictae regula de jure quaesito non tollendo, ac quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictique ordinis sancti Jacobi, ac unius, et alterius prioratuum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis, ac praesertim ordini sancti Jacobi praedicti, ejusque fratribus militibus hujusmodi in genere vel in specie sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, ac pluries innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime et plenissime ad validissimum praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse, nec non opportune, et valide harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, quarto idus februarii, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXI.

Dat. die 25. febr. 1794. Anno XX.

Confirmatio transactionis inter episcopum Urgellensem ex una, et abbatem regii monasterii de Ripoll ex altera partibus initae.

Dilecto filio Nostro
Hippolyto Sanctae Romanae Ecclesiae
presbytero cardinali Vincenti
nuncupato.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster salutem,
et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Decet Romanum pontificem in his auctoritatis suae partes interponere, per quae controversiae, et lites praesertim inter eccle-

Digitized by Google

siasticas personas dirimantur, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum. §. 2. Siquidem Nobis nuper exponi fecerunt venerabilis frater Joseph episcopus Urgellensis, ac dilectus filius modernus abbas monasterii de Ripoll ordinis sancti Benedicti, nullius dioecesis provinciae Tarraconensis, quod jampridem inter eumdem episcopum Urgellensem ex una, et abbatem dicti monasterii de Ripoll ex altera parte gravis exarsit controversia de ac super pertinentia, ac jurisdictione trium paroeciarum sancti Juliani scilicet de Aja, sancti Christophori de Bontola, et sancti Stephani loci de Llus, nec non capellae sancti Petri de Rivas: uterque siquidem jurisdictionem in memoratas paroecias, et cappellam, populumque eis subjectum pro sua vindicabat. Quo tamen omnis controversiae causa praecideretur, memorati exponentes de consensu dilectorum filiorum tum capituli, tum cathedralis ecclesiae Urgellensis, tum monasterii praedicti de Ripoll, reservato beneplacito, et confirmatione apostolica, transactionem inter se stipularunt tenoris, qui sequitur.

Tenor initae transactionis §. 3. Primieramente sua signoria illustrissima pro bono pacis coll' approvazione, e consentimento del suo molto illustre capitolo per se, e suoi successori nella dignità vescovile di Urgel spontaneamente cede al molto illustre abbate, e regio monastero di Ripoll, abbenchè assente, ed in suo nome all' illustre signor don fra Giuseppe de Parella, e Rialp suo procuratore presente, ed accettante la parrocchia di san Michele di Caballera di pertinenza della sua dignità con il suo distretto, e giurisdizione in guisa che previo il beneplacito apostolico si possa erigere in territorio separato, e s' intenda dismembrata et extra limites del vescovado di Urgel, e sia un regio, e vero nullius, potendo il detto molto illustre signor abbate, e regio monistero esercitare nella parrocchia ceduta ogni autorità e giurisdizione così ordinaria, che delegata nei termini, e circostanze, con cui l' hanno esercitata, e potuta esercitare gl' illustrissimi signori vescovi di Urgel, e nel possesso, seu quasi di questo medesimo esercizio rimanere, o sia persistere in perpetuo quietamente, e pacificamente, ed a questo effetto cede, e trasferisce sua signoria illustrissima a favore dell' indicato signor abbate, e monistero tutti i diritti, ed azioni, annessi e connessi di autorità episcopale, e giurisdizione delegata, ed ordinaria, e qualsiansi altri, che gli competano, e debbano, e possano competergli; ed essergli dovuta sulla detta parrocchia de Caballera suo distretto, e giurisdizione in guisa che in forza di questa espressione, o di quell' altra, che meglio de jure proceda, si tenga e reputi per aggregata, ed unita al territorio di detto signor abbate, e regio monistero di Ripoll, e come dismembrata, e separata dal territorio diocesano di Urgel di modochè il signor abbate, e regio monistero di Ripoll tanto in sede piena, che vacante l' abbia, possegga, ed eserciti in essa ogni, e qualsivoglia privativa giurisdizione spirituale, ancorchè di sua natura sia delegata dal sacrosanto concilio di Trento agli illustrissimi signori vescovi, e nella stessa forma, con cui il detto signor abbate, e regio monistero l' hanno, posseduno, ed esercitano nel loro stesso territorio separato della villa, parrocchia, e chiesa di Ripoll, ed altre del suo distretto, convocando il sinodo, e chiamando a concorso quante volte siegua la vacanza di detta parrocchia di Caballera, conferendola da per se solo nelli quattro mesi ordinarj, e soggettandola ne' rimanenti alla regia presentazione sulla previa formazione della terra, e per ultimo esercitando, ed eseguendo sulla medesima parrocchia tutta la giurisdizione spirituale, ordinaria, giudiciale, economica, volontaria, e contenziosa, siccome la esercita, ed eseguisce nel suo proprio particolare, e privativo territorio senza contradizione, ed opposizione alcuna degli illustrissimi signori vescovi di Urgel, abdicandosi, sicomme sua signoria illustrissima con il tenore del presente si abdica dell' uso di detto esercizio, o del menomo atto di giurisdizione, ancorchè voglia portarsi per scusa, per causa, o motivo alcuno. Acconsente espressamente sua signoria illustrissima, che il detto signore abbate, e regio monistero di Ripoll impetrino da Sua Santità qualsiasi beneplacito apostolico, o mandato di entrare, possedere, e ritenere la detta parrocchia di Caballera, come aggregata, unita, e accumulata al suo territorio separato, e spettante ad esso non solamente in qualità di vere nullius, ma pur anche con potestà di conferire la prima clericale tonsura, e li quattro ordini minori alli suddetti secolari, e regolari

residenti nella medesima parrocchia concedendo le lettere dimissoriali per tutti, e singoli gli ordini maggiori, ancorchè sia del presbiterato, ordinando l'amministrazione del santo sagramento della confermazione a qualunque illustrissimo signor vescovo cattolico. E per tutto il fin qui detto, e per il di più, che sia di mestiere, ed in jure proceda, e debbasi abdica, e si apparta sua signoria illustrissima, e cede a favore di detto signore abbate, e monistero ogni, e qualunque diritto alla dignità vescovile di Urgel in qualsiasi modo competente sulla detta parrocchia di Caballera. Correlativamente il nominato signor don fra Giuseppe di Parella procuratore in nome di detto signor abbate, e regio monistero di Ripoll per suo particolare interesse, egualmente pro bonis pacis, e con l'approvazione, e consentimento dell'illustre capitolo di Ripoll per il medesimo illustre signore abbate, e regio monistero spontaneamente cede, e rinunzia perpetuamente a favore di sua signoria illustrissima presente, ed accettante, e de' suoi successori nella dignità vescovile di Urgel tutti, e singoli diritti, giurisdizioni, voci, azioni attive, e passive, principali, ed accessorie, preeminenze, e prerogative in qualunque modo appartenenti, e spettanti al riferito signor abbate, e regio monistero di Ripoll sulle tre riferite parrocchie di Aja, Bentola, e Lius e cappella di san Pietro di Rivas assoggettando le loro rispettive popolazioni, ed abitanti in tutto, e per tutto alla giurisdizione degli illustrissimi signori vescovi di Urgel con tale restrinzione, che mai il signore abbate, e regio monistero di Ripoll possano, tentino, nè presumano pretendere, ed intentare nelle medesime parrocchie, e cappella giurisdizione alcuna, presentazione, e collazione, riservandosi solamente la mera, e semplice presentazione del parroco nelle vacanze della chiesa parrocchiale di Bentola colla espressa circostanza di dovere sua signoria illustrissima, e suoi successori nella dignità vescovile di Urgel approvare il presentato extra concursum, come fin qui si è praticato, e di fatto dargli sua signoria illustrissima la collazione, e canonica istituzione come suo ordinario, acconsentendo pur anche, che dal presente giorno in avvenire le tre sopraccennate parrocchie, e cappella di s. Pietro con tutti i loro diritti, prerogative, giurisdizioni, ed altre spirituali pertinenze, si abbiano, e siano benefici curati, e parrocchie proprie della diocesi di Urgel, salva, come si è detto, la mera, e semplice presentazione del rettore nelle vacanze della parrocchia di Bentola, colla circostanza di sopra espressa, rinunziando il detto procuratore, cedendo, e passando a favore di sua signoria illustrissima, e suoi successori nella dignità vescovile di Urgel li diritti avuti, o pretesi di avere, e che per qualunque titolo, o causa potessero competere a detto signore abbate, e regio monistero di Ripoll. E per maggiore validità di quanto si è riferito, e mediante la presente concordia, e divisione di territorio si evitino in avvenire nuove controversie, il riferito signor procuratore in nome del suo illustre principale cede, e rinunzia a tutti, e singoli diritti, che potessero competergli su di qualsiansi altre parrocchie della diocesi di Urgel per ragione di giuspadronato, e giurisdizione spirituale ad eccezione di quella di Caballera, che è stata ceduta nell'antecedente separazione. Vuole però il detto signor procuratore, che senza pregiudizio di quelle, che spettino alle tre rettorie indicate, e loro rettori, per mezzo del presente capitolo, ed articolo non s'intendano cedute, e trasferite le decime, e primizie spirituali, e nemmeno le decime, censi, emolumenti, e rendite temporali, che tanto nelle dette, quanto in qualsiansi altre parrocchie del vescovado di Urgel percepiscano, ed esiggano, e percepire, ed esiggere debbano il signore abbate, e capitolo de' monaci, dignità, ed offici del monistero di Ripoll; ed affinchè questo accomodamento, transazione, e concordia abbia la dovuta sua stabilità, e consieguano le parti contraenti gli effetti che si promettono, e per le quali si sono compromessi sua signoria illustrissima, ed il riferito signor procuratore in nome del suo illustre principale, ed entrambi de' loro respettivi successori, e capitoli per la sua perfetta osservanza, e nel concetto di non doversi contradire per alcun pretesto, reciprocamente si obbligano beni, e rendite spirituali, e temporali delle loro respettive mense, e dignità vescovile, ed abbaziale, dando, e concedendo a tutti e singoli signori giudici competenti ampla, e sufficiente potestà, quale de jure si richiede, ed è necessaria, affinchè possano astringerli all'adempimento di tutto, e cadau-

na delle espressioni, e cose che abbraccia questa concordia, come se fosse sentenza definitiva pronunziata da giudice competente, e passata in autorità di re judicata, rinunziando a qualunque eccezione di lesione, privilegio, difetto di solennità, ed altri qualsiansi diritti a ciascuno di essi competente in virtù di apostoliche costituzioni, sagri canoni, ed altre ordinazioni, ed a quella, che divieta la generale rinunzia. Per ultimo sua signoria illustrissima, ed il signor procuratore vogliono, ed acconsentono, che di unanime consenso per l'approvazione di questa concordia, e transazione si chiegga la conferma, ed approvazione regia, e pontificia, e che fino a tanto che non sia ottenuta non produca forza, nè effetto alcuno. E per maggior validità di questa concordia l'hanno corroborata col giuramento, che hanno prestato sua signoria illustrissima sulla croce pettorale, ed il riferito signor procuratore more sacerdotali, tacto pectore sull'anima del suo principale.

Ed io notaro infrascritto ho avvertito sua signoria illustrissima, e signor procuratore che il presente istromento si debba registrare entro il termine di un mese ne' respettivi uffici delle ipoteche della città di Urgel, e della villa di Ripoll, senza il quale requisito non sortirebbero il suo dovuto effetto, e così si sono espressi sua signoria illustrissima, e signor procuratore, essendo presenti per testimonj il sacerdote don Pietro Sevillano familiare di sua signoria illustrissima, ed il sacerdote dottore don Giuseppe Barnola, e de Chaors parroco del luogo di Mossol di questa diocesi, e sua signoria illustrissima, e signor procuratore (a me notaro cogniti, di che faccio fede) si sono di proprio pugno sottoscritti di che faccio, fede.

Fra Giuseppe vescovo di Urgel.
Fra don Giuseppe di Parella, e di Rialso procuratore predetto —

Ita est

Stefano Guarda e Ninon notaro.

Approbatio transactionis ex parte capituli de Ripoll.

§. 4. Posteriormente nello stesso giorno il detto signor don fra Giuseppe de Parella procuratore in nome di detto illustre capitolo di Ripoll, giusta la procura di sopra inserta per il particolare interesse del medesimo capitolo fattosi carico dell'antecedente concordia l'approva, rattifica in tutte le sue parti sotto la speranza di ottenere il beneplacito apostolico, e regio di che in essa si fa menzione, e non altrimenti, promettendo la sua osservanza coll'obbligo de' beni del riferito capitolo e sua respettiva mensa, e rinunzia, e clausole di sopra espresse, cui si riporta, ed approvandola in questi termini si è sottoscritto, essendo presenti per testimonj il sopraddetto don Pietro Sevillano, ed il sacerdote dottore don Ignazio Giberga parroco del luogo di Allz in questa diocesi, di che faccio fede.

Don fra Giuseppe Parella procur. predetto

Ita est

Stefano Guarda e Ninon notaro.

Mandatum procurae relaxatum a capitulo cathedralis ecclesiae Urgel pro confirmanda transactione.

§. 5. Nella città di Urgel questo di 4 agosto 1788. l'illustre signore don Giovanni Antonio de Quevedo sacerdote, e canonico prelato di questa cattedrale in nome del molto illustre capitolo de' canonici prelati della medesima cattedrale, ed in virtù della commissione appoggiatagli fino dalli due di questo stesso mese, che così è espresso.

Io dottor Giuseppe Marques scrivano di questi regni abitante nelle città di Urgel, che lo sono pur anche segretario con regia approvazione dell'illustrissimo capitolo de' canonici prelati di questa santa chiesa cattedrale, e per sua maestà della regia curia della vice contea di Castellebo attesto, che nel libro delle risoluzioni di detto capitolo fra le altre leggesi la seguente — A dì due di agosto del mille settecento ottantotto convocato il capitolo della cattedrale di Urgel nell'aula capitolare, presenti gli illustri signori dottori don Ignazio de Arenij decano, don Giuseppe Jordana arcidiacono maggiore, don Carlos Martin capo coro, don Domenico Soler, don Raimondo Tella penitenziere, don Giacomo Coll magistrale, don Girolamo Brach, don Silvestro de Leiis, don Francesco Xaverio de la Torre, don Pietro Gambius, don Giuliano Forran dottorale, don Antonio Marti lettorale, e don Giovanni Antonio de Quevedo sacerdoti, e canonici prelati di detta chiesa, è stato risoluto da sua signoria di dare la commissione,

siccome la dà in ampla forma al detto signore de Quevedo, ad oggetto, che in nome dell'indicato capitolo possa approvare, ed approvi per quello, che interessi il capitolo la transazione fatta dall'illustrissimo, e reverendissimo monsignor vescovo di Urgel, ed illustre signore abbate del regio monistero di Ripoll sulla reciproca cessione rispetto alle parrocchie di Caballera, Aja, Bentola, Llus, e cappella di san Pietro della Villa di Rivas colle circostanze espresse nella medesima concordia, sscrivendo per l'effetto gli opportuni istromenti con tutte le clausole di stile, ed altre, che più confacenti sembrino a detto signor de Quevedo, promettendo, che il detto capitolo la terrà per ferma, valida e senza contradirla in tempo alcuno, sotto l'obbligo de beni, rendite, ed emolumenti della medesima santa chiesa, colla rinunzia a qualsivoglia legge, o diritto che favorire possa il detto capitolo, ed alla generale della legge in forma corroborandola pur anche col giuramento se fosse necessario — come risulta da detto libro in Urgel tre del mille settecento ottantotto —

✠ Dottor Giuseppe Marques.

Tenor confirmationis reservato beneplacito apostolico.

§. 6. Ragguagliato da me infrascritto notaro del tenore della concordia antecedente, e fattosi carico del suo contenuto per il particolare interesse del capitolo l'approva, e ratifica in tutte le sue parti sub spe, che ottenga il beneplacito pontificio, e regio in essa espresso, e non altrimenti. Promettendo la sua osservanza coll'obbligo dei beni del riferito illustre capitolo, e sua rispettiva mensa, e colle medesime rinunzie, e clausole in detta concordia espresse cui si riporta, e vuole qui aver per ripetute, ed approvandolo sua signoria in questi termini si è sottoscritta, essendo presenti per testimonj il reverendo Guglielmo Iscala suddiacono, e don Martino de Echauz officiale interventore della regia dogana di questa città, di che faccio fede, come pure di essermi cognito. Licenziato don Giovanni Antonio di Quevedo commissario » Ita est » Stefano Guarda, e Ninon » lo stesso Stefano Guarda, e Ninon per regia autorità notaro publico della città di Urgel l'ho fatto scrivere in carta del primo regio bollo, ed a dì cinque agosto mille settecento ottantotto vi ho apposto il segno, e mi sono sottoscritto in attestato di verità » Stefano Guarda, e Ninon notaro ».

Confirmatio apostolica.

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, praeinserta transactio jam a carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum rege catholico pro suo tum ecclesiae episcopalis Urgellensis, tum dicti monasterii jurepatronatus, cui hactenus in aliquo non invenitur derogatum, confirmata, et approbata fuerit, hinc dicti exponentes, quo eadem praeinserta transactio suum sortiatur effectum, ac firmius subsistat, ac servetur exactius, apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati circumspectioni tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut quatenus vera sint exposita, praeinsertam transactionem pro tuo arbitrio auctoritate Nostra apostolica confirmes, et approbes, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicias, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, suppleas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et aucto-

ritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dictae ecclesiae Urgellensis, et monasterii de Ripoll etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quinta februarii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXII.

Dat. die 11. martii 1794. Anno XX.

Instantibus monialibus B. M. V. Remediorum de Potosi Charcasensis dioecesis in Indiis indulgetur eisdem, ut officium sanctissimi Sacramenti semel in mense, diebus non impeditis, recitare valeant sub ritu duplici.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum, sicut dilectae in Christo filiae abbatissa, seu priorissa, et moniales monasterii beatae Mariae virginis Remediorum nuncupatae ordinis sancti Augustini oppidi de Potosi Charcasensis dioecesis in Indiis exponi Nobis nuper fecerunt, ipsae pro eo, quem erga sanctissimum Sacramentum gerunt devotionis affectu, semel in mense officium ejusdem sanctissimi Sacramenti recitare posse summopere cupiant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito etiam dilecto filio Aloysio Gardelini pro-promotore fidei, ut imposterum dictis exponentibus liceat semel in mense, die non impedita ab officio novem lectionum, recitare officium sanctissimi Sacramenti ritu semiduplici, exceptis tamen temporibus adventus, quadragesimae, quatuor temporum, vigiliarum, sive cum jejunio, sive absque jejunio, nec non feria secunda rogationum, atque aliis feriis in quibus secundum rubricas sit reponendum officium dominicae, aut de festo duplici, vel semiduplici translato, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus, facta etiam potestate sacerdotibus omnibus in earum ecclesiam ad sacrificandum convenientibus missam respondentem eidem officio celebrandi.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii, et ordinis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima prima martii millesimo se-

pingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXIII.

Dat. die VI. martii 1794. Anno XX.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui occasione capituli generalis visitaverint ecclesias sancti Pauli decollati Barnabitarum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio et tenor concessionis.

§. 1. Cum, sicut accepimus, capitulum generale clericorum regularium congregationis s. Pauli decollati Barnabitarum nuncupatorum in collegio sanctae Luciae congregationis hujusmodi civitatis Bononiensis prope diem, benedicente Domino, celebrandum sit; Nos ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui praedictam, vel aliquam ex ecclesiis collegiorum congregationis hujusmodi ubicumque existentem die, quo incohabitur capitulum generale hujusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Conditiones adnexae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Praesentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint, utque earundem praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima martii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXIV.

Dat. die 21. martii 1794. Anno XX.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui occasione capituli generalis visitaverint ecclesias ordinis s. Augustini.

Pius Papa VI.

Universis christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Cum sicut accepimus capitulum generale canonicorum regularium sanctissimi Salvatoris ordinis sancti Augustini in ecclesia, seu domo sancti Salvatoris canonicorum regularium civitatis Bononiensis propediem benedicente Domino celebrandum sit; Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, animarumque salutem coelestibus Ecclesiae thesauris, pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui praedictam vel aliquam ex ecclesiis domorum canonicorum regularium sanctissimi Salvatoris ordinis sancti Augustini, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Conditiones adnexae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Praesentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint, utque earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitu-

Digitized by Google

tae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava martii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 28. martii 1794. Anno XX.

CMLXV.

Reformatio nonnullarum rubricarum statuti terrae Roccontradae dioecesis Senogalliensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium: §. 1. Decet Romanum pontificem in iis auctoritatis suae partes interponere, per quae litibus ac controversiis praesertim inter suos subditos firmiter occurritur, ut facilius ea consequatur animorum tranquillitas, quae homini christiano tantum congruit, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis humiliter fecerunt dilecti filii homines communitatis terrae Roccontradae Senogalliensis dioecesis, quod per suum municipale statutum alias a fel. recor. Julio II., Leone X., Clemente VII., et Gregorio XIII. Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris confirmatum ad antevertenda jurgia, et controversias, quae inter possessores sui territorii enasci poterant per rubricam, seu caput ducentesimum quintum sic disponitur.

Tenor rubricarum statutorum. §. 3. Item statuimus et ordinamus quod si contingat aliquem habere vel tenere terram suam infra terram alterius in coccata, potestas et judex alteri ipsorum petenti teneantur, et debeant ipsam facere dirizzari, et dare convicino dictam coccam, recepto cambio in eo loco a dicto convicino, vel data sibi pecunia condecenti secundum arbitrium duorum amicorum communium, qui praedicta facere possint, et teneantur, et cocca valens ultra X. libras peti non possit ullo modo — Item dicimus quod quicumque, unus vel plures tenuerit terram vel possessionem a duobus lateribus continue, et ab alio usque ad medietatem, vel ultra possessionem alicujus vel aliquorum, et ille talis vellet eam emere, rector faciat eam sibi dari, et dare teneatur justo pretio, vel cambio arbitrio duorum amicorum communium sine suspecto; si vero tenuerit a duobus lateribus tantum, et valuerit possessio C. B. tantum, vel minus ipse idem modus servetur in hoc; et cocca valens ultra X. libras quantumcumque jaceat incoccata nullo modo valeat vel possit ab aliqua persona peti, et praedicta fiant summarie sine libello, et salario, dummodo ille a quo cambium petitur non teneatur, nec cogatur dare cambium in loco quod valeat ultra X. libras omni dolo, et fraude cessantibus; sit autem in arbitrio petentis utrum pecuniam vel cambium pro ipsa possessione dari velit. Quae omnia potestas servari faciat, teneatur, et debeat ad poenam X. librarum Ravennatensium.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ex dispositione statutaria hujusmodi non solum non ea consequatur tranquillitas, quam statutum praedictum prae oculis habuit, immo ex illa quamplurimum diuturnarum litium occasionem arripiant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutas fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati; accepta prius relatione et voto dilecti filii Marchiae praesidis, et audito dilecti filii Nostri Aurelii Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Roverella nuncupati pro-auditoris Nostri consilio, praeinsertam rubricam ducentesimam quintam dicti statuti terrae praedictae auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis firmitatis robur adjicimus; eamdemque statutariam dispositionem ad retractum praelativum inter eosdem finitimos possessores extendimus, et ampliamus; illamque per simplici retractu praelativo in alienationibus bonorum stabilium cujuscumque valoris, facta tamen semper a venditore vicinis

Praedictae rubricae in genere confirmantur, additis declarationibus, et ampliationibus.

possessoribus interpellatione judiciali cum termino unius mensis ad declarandum, an uti velint praelationis hujusmodi beneficio, servata in reliquis etiam in retractu praelativo forma dictae statutariae dispositionis servari auctoritate, et tenore praesentis statuimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non communitatis praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava martii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXVI.

Dat. die 1. aprilis 1794. Anno XX.

Indulgetur sodalibus titulo s. Josephi civitatis de Buenos Ayres in Indiis, ut quolibet mense missa votiva de eodem s. Josepho celebrari facere valeant.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Quum sicut dilecti filii sodales titulo sancti Josephi, et animarum defunctorum coemeterii hospitalis Bethelem in ecclesia constituti civitatis de Buenos Ayres in Indiis exponi Nobis nuper fecerunt, pro eo ipsi, quo sunt incensi in patronum suum principem, studio, ac pietate, ejus cultum invalescere in dies, proferrique latius exoptent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praefatos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito etiam dilecto filio Hieronymo Napulioni promotore fidei, ut in praedicta ecclesia posthac die decimanona cujusque mensis, vel ea impedita, dominica sequenti celebrari una missa votiva propria valeat, ut in festo sancti Josephi sponsi Beatae Mariae Virginis cum cantu, vel sine cantu, duplicibus tamen primae, et secundae classis exceptis, rubricisque diligenter servatis, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae civitatis consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscum-

que. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 11. aprilis 1794. Anno XX.

CMLXVII.

Instante abbate infulato ecclesiae sancti Petri, et Pauli Lucanae dioecesis: extensio usus pontificalium.

Dilecto filio Dominico Joanni Giovannetti abbati infulato parochialis ecclesiae Castri novi de Garfiniana Lucanae dioecesis.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Quae a Nobis nuper postulasti quamvis difficilissime concedenda esse arbitramur, ne nimia privilegiorum facilitate ea vilescerent, quum tamen tuum fidei, ac religionis zelum, tuamque summam in Nos, et in hanc Sedem, devotionem perpendimus, tuis precibus annuere statuimus.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod Nos alias precibus dilectorum filiorum publicorum rappraesentantium illius terrae, et communitatis de Castro Novo de Grafiniana Lucanae dioecesis Nobis humiliter porrectis annuentes, hanc parochialem tuam ecclesiam sub titulo ss. Petri, et Pauli in abbatiam priorralem infulatam perpetuo instituimus, atque ereximus, tibique, ac abbatibus hujusmodi tuis successoribus legitime intrantibus, ac pro tempore existentibus sub certis conditionibus usum pontificalium concessimus, prout in Nostris diei vigesimae quartae maji millesimo septingentesimo nonagesimo primo hisce desuper expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, indultum hujusmodi per Nos ampliari summopere desideres, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos meritorum tuorum intuitu te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, audito prius venerabili fratri Philippo archiepiscopo Lucano, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi tantum, ut in actu benedicendi populum cum sanctissimo Eucharistiae sacramento, qui orationi quadraginta horarum per annum consuetae interfuit pontificalibus vestibus indutus e sacrario tuae ecclesiae praedictae egredi, in pontificalibus praeter consuetas festivitates in aliis etiam quatuor solemnioribus anni diebus tuo arbitrio eligendis celebrare, in aliis pariter quatuor solemnioribus, ac frequentioribus anni diebus solemni missae in cathedra sine tamen baldachino, ac cum faldistorio assistentibus dumtaxat diacono, et subdiacono, et adsistente interesse, ac in diebus festis purificationis beatae Mariae virginis, feriae quartae cinerum, dominicae palmarum, et sabathi majoris hebdomadae mitra uti libere, ac licite respective possis, et valeas, servata tamen in reliquis earumdem Nostrarum literarum forma, ac dispositione auctoritate apostolica tenore praesentium de speciali dono gratiae concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, tibique in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus omnibus, et singulis quae in memoratis Nostris literis voluimus non obstare, caeterisque quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima prima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Digitized by Google

Dat. die 6. maji 1794. Anno XX.

CMLXVIII.

Instantibus monialibus monasterii de Arouca ordinis Cistercensis Portugallensis dioecesis eisdem indulgetur, ut propriam ecclesiam ingredi valeant aliquoties in anno ad effectum eam ornandi.

Venerabili fratri episcopo Portugallensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater,
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae abbatissa, et moniales monasterii ordinis Cistercensis de Arouca nuncupati istius Portugallensis dioecesis, quod ipsae exteriorem suam ecclesiam in aliquos anni dies ad ornandum altare ubi exuviae sanctae Maphaldae suae fundatricis, et reformatricis, illudque visitandum, nec non eamdem ecclesiam perpoliendam occasione festivitatis sancti Bernardi fundatoris, ac in duos dies feriam quintam majoris hebdomadae praecedentes ad paranda ea, quae pro sacra illius diei functione sunt necessaria ingredi posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur easdem exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut eisdem modernis, et pro tempore existentibus monialibus, aliisque puellis in eodem monasterio degentibus in dies primae, et secundae maji, decimae nonae mensis augusti, ac in duos dies praecedentes feriam quintam majoris hebdomadae, pro adornando, instruendoque sepulchro Domini Nostri Jesu Christi, ecclesiam praefatam omnibus viris, ac mulieribus exclusis, claustrique exterioribus januis, et iis tantum ministris ad praemissorum effectum dumtaxat necessariis remanentibus ingredi, et egredi possint, pro tuo arbitrio, ac conscientia auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas.

Clausula conservativa, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, monasterii, et ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta maji millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Digitized

Dat. die 4. maji 1794. Anno XX.

CMLXIX.

Confirmatio instrumenti perpetuae locationis bonorum, ac proventuum ad mensam abbatialem Sublacensem spectantium.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii homines communitatis Cerbariae nullius dioecesis Sublacensis in districtu urbis, quod alias nempe die vigesima quarta octobris millesimo septingentesimo nonagesimo secundo vigore facultatum dilecto filio Josepho Catani administro generali mensae Nostrae abbatialis Sublacensis a Nobis per organum dilecti itidem filii Josephi Coppari intimi cubicularii Nostri, ac super negotiis ejusdem mensae abbatialis Sublacensis per Nos deputati concessarum per eumdem Josephum administrum instrumentum perpetuae locationis omnium bonorum, ac proventuum, quos eadem mensa abbatialis in territorio dictae communitatis possidet, sub certis tunc expressis pactis, et conditionibus cum eadem communitate fuit stipulatum tenoris, qui sequitur.

Tenor instrumenti perpetuae locationis. §. 2. Praesenti, publico, concessionis bonorum, ac proventuum in perpetuum, instrumento, cunctis ubique pateat evidenter, ac notum sit, quod anno a salutifera Domini Nostri Jesu Christi Nativitate, millesimo septingentesimo nonagesimo secundo, indictione Romana decima, die vero vigesima quarta octobris, pontificatus autem sanctissimi in eodem Christo Patris, et D. N. D. Pii PP. VI. anno ejus XVIII.

Essendo, conforme a me notaro, e testimonj infrascritti viene asserito, che la mensa commendataria abbaziale di questa città di Subiaco, tra gli altri beni, e proventi, quali possiede nei respettivi luoghi della stessa abbazia abbia ancora, e goda in quella di Cervara più e diversi beni, e rendite, descritti già in quel catasto pubblico locale, ed abbia ancora più diritti, risultanti dal registro di essa mensa, quali rendite siano state mai sempre date in puro, e semplice affitto di triennio in triennio, e presentemente trovansi affittate per annui scudi cento dieci a favore del signor Giuseppe Rossi di detto luogo, che termina a tutto il prossimo mese di dicembre del corrente anno mille settecento novantadue. Ed essendo ancora, che il progetto fatto dalla magnifica comunità di Cervara stessa alla Santità di nostro signore Pio pp. VI. felicemente regnante (a cui piace ritenere, non meno l' ordinaria giurisdizione, che la mensa medesima per diffondere più oltre le sue beneficenze verso il prediletto special gregge), di avere cioè con perpetua concessione li beni suddetti, e diritti di sopra accennati, e pagare l' annuo invariabil canone a contanti nella somma di scudi cento cinque moneta Romana a favore di detta mensa commendataria, oltre altri annui scudi venticinque moneta consimile al clero locale per la tangente delle decime concordata tra essi loro, sia stato preso nella più seria considerazione, di modo che sulla traccia del concordato tra li publici rappresentanti di essa comunità, e questo signor soprintendente generale si proventi di detta mensa, siasi implorata dalla comunità non che ottenuta la corrispondente approvazione dalla sagra congregazione del Buon Governo fin sotto li quindici del caduto settembre, ed in seguito abbia la Santità sua, con supremo rescritto, emanato sotto il di tre del cadente per organo di monsignore illustrissimo Giuseppe Coppari delegato le facoltà tutte necessarie, ed opportune al prefato signor soprintendente per la stipolazione dell' istromento, come si disse il tutto risultare da detta approvazione, e rescritto, quali originalmente, con copia di risoluzione consiliare, presa nel giorno ventisei agosto passato, si consegna a me ec., in tre distinti fogli del tenore ec. per inserirli ec. conforme ec., ed in ora vogliasi quanto è stato concordato, ridurre a solenne pubblico istromento, perchè in ogni futuro tempo apparisca la verità delle suddette, ed infradicende cose, ed abbiano queste la pienissima osservanza. Quindi è che.

§. 3. Avanti di me notaro, testimonj infrascritti e suddetti, e presenti, e personalmente costituiti l' illustrissimo signor Giuseppe Catani figlio della buona memoria Filippo di questa città di Subiaco, come soprintendente generale ai proventi di detta mensa commendataria abbaziale da una parte, ed il signor Romualdo Zanna figlio del fu Odorisio del castello di Cervara suddetta, attuale contestabile di Stipulatio concessionis.

quella comunità locale, ed autorizzato a fare l'atto presente, come disse risultare da documento autentico del segretario comunitativo, che a me ec. consegna in un foglio del tenore ec. per unirlo ec. conforme ec. dall'altra parte ambedue a me notaro pienamente cogniti, i quali asserendo, e con respettivo loro giuramento tactis ec., conforme ec. hanno giurato ec. affermando le cose tutte, e singole di sopra espresse, e notate essere vere, verissime, e quelle per tali, e come tali emologando, approvando, e pienamente confermando con la clausola ita quod etc. In esecuzione delle medesime il prefato signore Catani soprintendente, in virtù di detto facoltativo rescritto, ed a forma del convenuto spontaneamente, ed ogni altro miglior modo ec. a nome di detta mensa commendataria, ha dato, e conceduto a canone perpetuo, a favore della suddetta magnifica comunità di Cervara abbazia di Subiaco, presente per essa, ed accettante il nominato signor Romualdo Zanna di lei attuale contestabile, ed assieme con me notaro legittimamente stipolante ec. li beni tutti, stagli, canoni, risposte, decime, e diritti qualunque, quali sono di appartenenza di essa mensa, stati finora affittati, e compresi nell'affitto, che va come sopra a spirare nel prossimo dicembre, in persona del signor Giuseppe Rossi posti, ed esistenti tali proventi, o rendite in detto castello di Cervara, e suo territorio, l'identità de' quali, loro qualità e quantità, con li vocaboli, e confini si trovano colla maggior precisione, segnati non meno nel catasto pubblico locale, che nel registro di detta mensa di cui copia asserisce detto signor contestabile Zanna, avere avuta, per la più esatta nozione, dal suddetto signor soprintendente Catani, ed a quali catasto, e registro hanno protestato hinc inde aver pienissima relazione, ec., e non altrimenti ec. a riserva però dell'annuo affitto a cui è tenuta la stessa comunità a favore di detta mensa per la montagna in somma di scudi cento oltre le consuete regalie, ed a riserva ancora della prestazione a contanti, che detta comunità deve del pari alla stessa mensa per le calcare in ogni settennio, quale affitto, e prestazione non si vogliano compresi in questa concessione, ma restino esclusi non che vigenti a libera disposizione di detta mensa commendataria, perchè così per via di condizione, e per patto assolutivo, e non altrimenti ec. del che ec. Cedendogli, e rinunziandogli per causa di questa tassativa concessione perpetua tutte e singole ragioni ec. tali quali sono state mai sempre cedute, rinunziate, e comprese nei respettivi precedenti affitti stipolati sinora, niuna riservata ec. ad avere ec. anche con la piena clausola ec. del costituto ed effetto del precario in forma amplissima, e con la promessa della solita evizzione in forma di ragione valida, e nella città di Roma consueta, competente a questo contratto, in ogni modo migliore ec.

§ 4. E questa concessione de' beni, rendite, e diritti come sopra, in perpetuo, il suddetto signor soprintendente nel nome medesimo l'ha fatta, e fa a favore di detta comunità di Cervara, perchè appunto relativamente al convenuto, il nominato signor Zanna contestabile, con le facoltà tutte state ad esso lui delegate come sopra spontaneamente, ed in ogni modo migliore ec., a nome di detta comunità ha promesso, e si è solennemente obbligato in forma di ragione valida pagare a detta mensa commendataria, e rispettivi abbati pro tempore, ed a chi sarà soprintendente in questa città di Subiaco, in ciascun anno, in titolo di canone perpetuo, la somma di scudi centocinque moneta Romana di giuli dieci per scudo la rata parte cioè di scudi cinquantadue, e bajocchi cinquanta in ogni posticipato semestre, liberamente ec. senza diminuzione alcuna per qualunque capo, e causa pensata, e non pensata, e che bisogno avesse della più speciale, ed individua menzione perchè così per via di condizione ec. da principiare detto semestre dal primo del prossimo gennaro dell'anno mille settecento novantatre, e così continuare, di semestre in semestre postecipato oltre la regalia di uno scudo al signor soprintendente pro tempore, ogni eccezione rimossa ec. Ed inoltre perchè lo stesso signor contestabile Zanna, nel nome suddetto ha del pari promesso, e si è obbligato in forma ec. pagare di anno in anno, sempre, ed in perpetuo la somma di altri scudi venticinque moneta consimile a favore del clero locale, in titolo di tangente, concordata già, come si disse, tra detta comunità, e clero per le decime, e somigliante pagamento effettuare nei tempi convenuti, ogni, e qualunque eccezione rimossa ec. e non altrimenti ec. Pacta conventa.

Declaratio super aliis.

§. 5. Con special dichiarazione, che in ordine alli dazi, e gravezze qualunque territoriali, camerali, e privilegiate, imposte, o da imporsi, sia tenuta la detta mensa commendataria tassativamente per il capitolo, a corrispondenza di detto annuo convenuto canone in causa della presente concessione, perchè così, e non altrimenti ec.

Promettendo il signor soprintendente la presente perpetua concessione esser buona, valida, e legittima, bene e legittimamente fatta, come tale sempre attendere, ed in ogni futuro tempo inviolabilmente osservare, e fare in essa acconsentire ogni persona, non che mantenere detta comunità nel quieto e pacifico possesso, e difenderla, o liberarla da ogni lite e molestia, a tutte spese della stessa mensa concedente, anche di procuratore, e di avvocato, senza opera, e cura alcuna di detta comunità, altrimenti, in ogni caso alle premesse cose contrarie, anche di invalidità, o rescissione della presente concessione in forza di qualunque uso, ha voluto nel nome suddetto, oltre la plenaria osservanza della medesima, esser tenuto a tutti, e singoli danni de' quali ec.

Quae omnia etc. alias ad omnia damna etc. de quibus etc. quod etc. pro quibus dictus d. Catani quo supra nomine etc., bona, ac jura ejusdem etc., mensae commendatariae; praefatus vero d. Zanna comestabilis bona, ac jura dictae communitatis Cerbariae in ampliori etiam R. C. A. forma solitis cum clausulis citra etc. obligaverunt ad invicem, ac respective etc. reservantes etc. consistentes etc. unica etc. sicque tactis scripturis respective juraverunt etc. super quibus etc.

Actum Sublaci domi dicti domini Catani positae in regione Plateae juxta etc. praesentibus ibidem audientibus, et intelligentibus dominis Joanne Hieronymo Bagnani filio bonae memoriae Gelasii, et Joachimo Leodori filio bonae memoriae Josephi ambobus de Sublaco praedicta testibus ad praemissa omnia vocatis, habitis specialiter, atque rogatis etc.

Confirmatio apostolica.

§. 6. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo praeinsertum instrumentum firmius subsistat, et servetur exactius memorati exponentes apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri plurimum desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque causa latis, si qua forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, praeinsertum instrumentum, omniaque et singula in eo contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus apostolicis, ac in generalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta maji millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXX.

Dat. die 28. maji 1794. Anno XX.

Concessio perpetua pro monialibus monasterii sub titulo Corporis Christi ordinis sanctae Clarae civitatis Foroliviensis gestandi processionaliter sacramentum Eucharistiae die festivitatis Corporis Christi intra claustra cum sacerdote, et ministris.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater, salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae abbatissa, seu superiorissa, ac moniales monasterii sub titulo Corporis Christi ordinis sanctae Clarae istius civitatis Foroliviensis, quod alias ab apostolica Sede privilegium, ac indultum impetrarunt, ut die solemni Corporis Christi venerabile Eucharistiae sacramentum intra claustra tantum processionaliter gestari possat; ac subinde quo in supplicatione hujusmodi magis magisque decori tantae festivitatis consuleretur, a Nobis per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium episcoporum, et regularium negotiis praepositorum obtinuerunt, ut praeter sacerdotem in pluviali, etiam ministri scilicet diaconus, et subdiaconus dalmatica, et tunicella respective induti eidem supplicationi interesse, ac ministrare possent. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ad triennium tantum indultum hujusmodi a dicta congregatione obtinuerint, licet illud postmodum ad alia triennia fuerit prorogatum, nihilominus quo eorum majori supplicationis hujusmodi solemnitati prospiciatur, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illarumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus narratis eisdem exponentibus petitam facultatem, servata in reliquis priorum concessionum forma in perpetuum auctoritate Nostra apostolica concedas, ac impertiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non monasterii, et ordinis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima tertia maji millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXXI.

Dat. die 27. maji 1794. Anno XX.

Indulgetur confraternitati tertii ordinis s. Francisci civitatis Lisbonensis, ut licet ea in ecclesia fratrum minorum ordinis s. Francisci non sit erecta, attamen privilegiis ac indulgentiis, quibus fruuntur aliae confraternitates in ecclesiis eorumdem fratrum minorum s. Francisci erectae, uti, frui, et gaudere possint et valeant confratres dictae confraternitatis Lisbonensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Quoties a Nobis petitur, quod religioni, et honestati conveniens dignoscitur, animo Nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis, quam vocant, tertii ordinis de Poenitentia saecularium sancti Francisci de Ghabregas provinciae Algarbiorum in propria ecclesia, et hospitali sub titulo Pueri Dei erectae intra limites parochiae sancti Thomae apostoli civitatis Ulysipponensis, ac sub jurisdictione ordinarii, quod cum sua ecclesia praedicta tribus sit exornata altaribus, sufficientique suppellectili ditata, frequens populus in eam conveniat, illique adnexum sit tum aedificium, in quo suus

commissarius visitator, suusque socius regularis sacerdos, ac quinque fratres tertiarii dicti tertii ordinis commorantur, tum etiam conservatorium puellarum ejusdem tertii ordinis, ac plures sacrae functiones frequententur, quo illorum spirituali consolationi per Nos consuletur. Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eorumdem exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, confraternitati praedictae, seu ejus officialibus, et confratribus nunc, et pro tempore existentibus, ut licet eadem confraternitas in ecclesia fratrum ordinis minorum sancti Francisci erecta minime sit, sed in propria ecclesia, nihilominus iisdem privilegiis, gratiis, indultis, indulgentiis, ac peccatorum remissionibus, quibus coeterae confraternitates tertii ordinis hujusmodi in ecclesiis fratrum minorum sancti Francisci erectae tam de jure, usu, et consuetudine, quam alios quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, vel poterunt in futurum, pari modo, et absque ulla differentia uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia, perinde ac si in ecclesia fratrum praedictorum eadem confraternitas erecta esset, de speciali dono gratiae auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXXII.

Dat. die 6. junii 1794. Anno XX.

Suspensio capituli generalis in ordine s. Francisci de Paula minimorum nuncupatorum, et electio superiorum ad sexennium.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio cur capituli celebratio suspenditur.

§. 1. Cum, sicut accepimus, propediem, ac in pervigilio Pentecostes sexennium administrationis superiorum majorum fratrum ordinis s. Francisci de Paula minimorum nuncupatorum expleatur, ac propterea capitulum generale fratrum ordinis praefati esset convocandum: ob hodierna vero turbulentissima non Italiae solum, sed universae propemodum Europae tempora haberi nequeat: hinc Nos supplicationibus plurimarum provinciarum, et praesertim Hispaniarum, fratrum dicti ordinis Nobis hisce desuper humiliter porrectis annuere, ac pro pastoralis humilitati Nostrae ex alto commissi officii sollicitudine, inter tot, tantasque miserrimas rerum vicissitudines re-

by Google

ctae administrationi, ac gubernio dicti ordinis, quantum cum Domino possumus, prospicere cupientes, statuimus, quemadmodum felicis recordationis Innocentium pp. XIII. praedecessorem Nostrum, neque tam gravibus, neque tam universalibus de causis, anno MDCCXXII. adhibuisse constat, omnes superiores majores ordinis praefati ad proximum futurum sexennium auctoritate Nostra apostolica eligere, ac deputare.

Deputatio superiorum de consilio cardinalis protectoris ordinis.

§. 2. Quocirca audito prius venerabilis fratris Nostri Caroli Sanctae Romanae Ecclesiae episcopi cardinalis Portuensis Rezzonico nuncupati, apud Nos, et apostolicam Sedem ejusdem ordinis protectoris consilio, ac de infra nominandorum fratrum dicti ordinis expresse professorum fide, prudentia rerum, nec non doctrina, charitate, integritate, vigilantia, et religionis zelo plurimum in Domino confisi, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes; motu proprio, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae auctoritatis plenitudine dilectos filios Seraphinum dall'Era actualem provincialem provinciae Januensis dicti ordinis in correctorem generalem, Vincentium Pignattari lectorem jubilatum, studiorumque regentem, qui suum terminat collegatum, non obstante dispositione capituli generalis Barchinonensis anni MDCCLXX. ubi in sessione IV. statuitur alternativa inter provincias regni Neapolitani, et Lombardiae pro collega Italiae, cui dispositioni expresse derogare intendimus pro Italica; Josephum Brouchier lectorem jubilatum, et actualem collegam nationis Gallicae pro Gallica; Joannem a Pablo et Puerta lectorem jubilatum, qui mortuo Romae collega Hispano, illi in officio successit anno MDCCXCI. pro Hispanica respective nationibus in collegas, seu assistentes generales, ac Vincentium Castrillo, licet nunc munere correctoris generalis obeat, quapropter dispositioni capituli generalis Avenionensis diei XXIX. maji MDXCIX., in quo statutum fuit inviolabili lege, ne deinceps aliquis generalis, expleto sui generalatus tempore, immediate zelosus eligatur, ob graves causas, et rationes in capitulo propositas, expresse derogamus; nec non statuto alterius capituli generalis, habito Massiliae XIV. junii MDCCXXXIV. in procuratorem generalem, seu zelosum ejusdem ordinis respective ad sexennium a die, qua capitulum generale supradictum, ut praefertur, celebrari deberet, computandum cum omnibus, et singulis facultatibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, gratiis, et indultis, ac honoribus, et oneribus solitis, et consuetis tenore praesentium constituimus, et deputamus.

Praeceptum de celebrando novo capitulo de anno 1800.

§. 3. Volentes, et apostolica auctoritate decernentes, ut pro hac vice praetermittatur dicti capituli generalis celebratio, successivumque capitulum generale in festo Pentecostes anni millesimi octingentesimi, in aliquo ex conventibus Italiae per Nos designando fieri debeat. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis, aliisque arbitrii Nostri poenis omnibus, et singulis ordinis praefati superioribus, fratribus, et personis, caeterisque, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, ut supramemoratos fratres ad officia eis respective per praesentes demandata, eorumque liberum exercitium juxta earumdem tenorem praesentium recipiant, et admittant, eosque recognoscant, ac illis in omnibus officia hujusmodi concernentibus respective pareant, et obediant, faveantque, et assistant.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Ac decernentes pariter, easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradictis Seraphino, Vincentio, Josepho, Joanni, et Vincentio in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictorum capitulorum generalium dicti ordinis, caeterisque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis

vis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, praesentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter; et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die tertia junii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXXIII.

Dat. die 6. junii 1794. Anno XX.

Suspensio celebrationis capituli generalis pro fratribus ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, et deputatio superiorum ad sexennium.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium

§. 1. Exigit pastoralis solicitudo, qua in universum Dominicum gregem excubare tenemur, ut quodam majori studio, ac cura in eos Christifideles providentiae Nostrae intuitum convertamus, qui in religione propius Deo famulari susceperunt, ut ex eis, quae foris, ac in seculo fiunt, quam minimum patiantur incomodum, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Ratio cur suspenditur celebratio capituli generalis.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus propediem, ac in ipso pervigilio Pentecostes sexennium administrationis, ac gubernii superiorum majorum fratrum ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo antiquae observantiae expleatur, ac admodum difficile sit ob pessima mala, quae totam Europam miserrime perturbant capitulum generale convocare, cum major vocalium pars praepediretur, quominus ad conventum sanctae Mariae de Transpontina almae Urbis, in quo esset habendum capitulum generale praedictum, conveniret: atque aliqua provincia Italiae, multae vero Hispanae, aut ultramontanae provinciae dicti ordinis Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut novos superiores majores ad proximum futurum sexennium eligere, ac deputare dignaremur.

Deputatio superiorum.

§. 3. Hinc Nos, cum jam per Nostras in simili forma Brevis diei IV. junii anni MDCCXCIII. expeditas literas fuerit praescriptum, ut alternativa pro priore generali, et procuratore generali servaretur, prout in pluribus ordinibus regularibus jam praefinitum reperitur, utque ad servandam unitatem, ac ordinis integritatem prior generalis per unum sexennium ex familia cismontana, per sequens vero sexennium ex familia ultramontana eligatur, et ubi prior generalis erit ex familia cismontana, procurator generalis ex ultramontana, ac vicissim ubi ille ex ultramontana, iste ex cismontana sit assumendus, sicque alternis vicibus in perpetuum volumus observari, cum hodiernus prior generalis sit ex familia cismontana, ac procurator generalis ex ultramontana, reliquum est, ut nunc primum dispositio Nostra praefata ad exequutionem demandetur, proindeque ad rectum dicti ordinis regimen, ac de infra nominandorum fratrum dicti ordinis expresse professorum fide, prudentia rerum, nec non doctrina, charitate, integritate, vigilantia, et religionis zelo plurimum in Domino confisi, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus praedictis inclinati, motu proprio, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine dilectos filios Rochum Melchor hodiernum assistentem generalem provinciarum Hispaniarum in priorem generalem, Joannem Baptistam Onesti examinatorem hujus cleri Romani in procuratorem generalem, Joannem Baptistam Commandini actualem priorem dicti conventus san-

ctae Mariae de Transpontina in assistentem generalem Italiae, omnes fratres expresse professos dicti ordinis respective ad sexennium a die, qua capitulum generale supradictum, ut praefertur, celebrari deberet, computandum cum omnibus, et singulis facultatibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, gratiis, et indultis, ac honoribus, et oneribus solitis, et consuetis, tenore praesentium constituimus, et deputamus. Pro caeteris vero assistentibus generalibus exterarum nationum dicto Rocho Melchor a Nobis, ut praefertur, in priorem generalem deputato postquam officium hujusmodi inierit, eos pro suo arbitrio, et prudentia nominandi, et eligendi plenam, et amplam facultatem, auctoritate, et tenore praefatis tribuimus, et impertimur, ita tamen ut prius provincias interrogare, et audire teneatur, et hi quoque ad sexennium, et non ultra in officio suo remanere debeant.

Praeceptum de celebrando novo capitulo de anno 1800.

§. 4. Volentes, et apostolica auctoritate decernentes, ut pro hac vice praetermittatur dicti capituli generalis celebratio, successivumque capitulum generale in festo Pentecostes anni MDCCC. fieri debeat. Quocirca venerabili fratri Nostro Andreae Sanctae Romanae Ecclesiae episcopo cardinali Sabinensi Corsini nuncupato apud Nos, et apostolicam Sedem ejusdem ordinis protectori committimus, et mandamus, ut harum praesentium Nostrarum literarum, ac omnium, quae in eis contenta sunt, promptam, ac facilem executionem procuret, ac studeat.

Sanctio poenalis.

§. 5. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis, omnibus, et singulis ordinis praefati provincialibus, prioribus, ac superioribus cujuscumque sint nominis, fratribus, et personis, caeterisque ad quos spectat, et pro tempore spectabit, ut supra memoratos fratres ad officia eis respective per praesentes demandata, vel per priorem generalem, ut praefertur, demandanda, eorumque liberum exercitium juxta earumdem tenorem praesentium recipiant, et admittant, eosque recognoscant, ac illis in omnibus officia hujusmodi concernentibus respective pareant, et obediant, faveantque, et assistant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Ac decernentes pariter, easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradictis Rocho, Joanni Baptistae Onesti, et Joanni Baptistae Commandini, caeterisque, ut praefertur, a priore generali nominandis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicae nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta junii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXXIV.

Dat. die 6 junii 1794. Anno XX.

Dismembratio collegii sancti Lazari dioecesis Placentinae provinciae Bononiensis a provincia Lombardiae congregationis Missionis, illiusque restitutio provinciae Romanae ejusdem congregationis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus superior generalis presbyterorum saecularium congregationis Missionis, quod in actu fundationis collegii sancti Lazari Placentinae dioecesis provinciae Bononiensis factae in hospitali, seu nosocomio sub eodem titulo, clarae memoriae Julio, dum vixit, Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Alberonio nuncupato commendato, ac ab eo suis bonis ditato, felicis recordationis Clemens pp. XII. praedecessor Noster, dum illius regimen, atque administrationem presbyteris saecularibus dictae congregationis Missionis concredit, inter caeteras conditiones septimo loco statuit, ut rector — sunt verba illius constitutionis hisce desuper emanatae, quae incipit — *In apostolicae* — officiales, aliaeque personae congregationis servitio ejusdem collegii tam in ejus aperitione, quam progressu temporis destinandae non solum uniti, et unitae capiti, et corpori congregationis remanere debeant, ut praefertur, sed etiam specialiter aggregati, et aggregatae sint, et esse censeantur provinciae Romanae.

Ratio concessionis.

§. 2. Non obstante tamen hac satis manifesta dictae constitutionis dispositione, postmodum, cum scilicet memoratus Julius cardinalis scripsit suum testamentum sub die trigesima mensis maji anni millesimi septingentesimi quinquagesimi secundi fuit prorsus neglecta: siquidem ipse inter caetera voluit, ut superiores congregationis praedictae in eodem collegio cum aliis clericis Placentinis etiam sex ex clericis studentibus dictae congregationis e provincia tamen Lombardiae seligendis collocare possent, utque collegium praedictum eidem provinciae esset omnino incorporatum: quae quidem testamentaria dispositio cum deinde in exequutionem decreti a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum emanati ab episcopo Placentino tunc in vivis agente fuerit confirmata, ad haec usque tempora sex clerici studentes dictae congregationis alumni a provincia Lombardiae fuerunt semper electi, ac collegium a superioribus ejusdem provinciae administratum veluti illi unitum, atque aggregatum. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, pluribus rationabilibus de causis opportunius, ac satius videatur, collegium hujusmodi, illiusque gubernium, ac regimen juxta formam Clementinae constitutionis praedictae provinciae Romanae, illiusque alumnis restitui, ita ut deinceps uni visitatori dictae Romanae provinciae pro tempore existenti subjectum sit, ac etiam sex clericos praedictos pro arbitrio, et prudentia dicti visitatoris provinciae Romanae pro tempore existentis ex utraque provincia Romana scilicet, et Lombarda seligi: Nobis propterea memoratus exponens humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, audito prius dilecti filii Nostri Aurelii Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Roverella nuncupati proauditoris Nostri consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratum collegium sancti Lazari dioecesis Placentinae provinciae Bononiensis cum omnibus, et singulis illius bonis, adnexis, et connexis, ac pertinentiis universis ad formam dictae Clementinae constitutionis ab omni prorsus cura, regimine, et administratione visitatoris dictae provinciae Lombardae pro tempore existentis tam in spiritualibus, quam in temporalibus, cui vigore dicti testamenti Julii cardinalis, ac rescripti, et decreti praedictorum ad haec usque tempora subjectum fuit, dictis non obstantibus, auctoritate apostolica tenore praesentium auferimus, dismembramus, et separamus, collegiumque praedictum sic per praesentes a provincia Lombarda congregationis praedictae separatum, et divisum cum omnibus, et singulis illius bonis tam mobilibus, quam immobilibus, adnexis, et connexis, ac pertinentiis universis provinciae Romanae dictae congregationis auctoritate, et tenore praedictis unimus perpetuo, et incorporamus, ac tam in spiritualibus, quam in temporalibus visitatori provinciae Romanae ejusdem con-

gregationis subjicimus, et supponimus, atque in perpetuum subjectum esse, et fore volumus, decernimus, ac declaramus. Visitatori porro dictae provinciae Romanae pro tempore existenti, ut pro suo arbitrio, et prudentia sex alumnos suae congregationis in dicto collegio studiorum causa collocandos sive ex Romana, sive ex Lombarda provincia deligere, ac destinare valeat, auctoritate, et tenore praedictis perpetuo pariter concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas ipsae praesentes literae emanaverint, adductae, specificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, pia, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, aut individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, sive impetrato, aut etiam quomodolibet concesso, vel emanato quempiam in judicio, aut extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non testamento, ac rescripto, et decreto praedictis, nec non dicti collegii, et congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta junii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXXV.

Dat. die 6. junii 1794. Anno XX.

Instantibus collegio vicariorum cathedralis ecclesiae Cracoviensis et praeposito Scarbimiriensi confirmatur transactio inter eos inita.

Venerabili fratri Laurentio archiepiscopo Thebarum apud carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Augustum Poloniae regem illustrem Nostro, et apostolicae Sedis nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Decet Romanum pontificem auctoritatis suae partes in his libenter interponere, per quae inveteratae lites, ac controversiae inter ecclesiasticos praesertim facili pactione diriguntur, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii collegium vicariorum cathe-

dralis ecclesiae Cracoviensis, et praepositus Scarbimiriensis, quod jamdiu exarsit lis inter eos de, ac super jurisdictione, et regimine oppidanorum Scarbimiriensium, nuper tamen nempe sub die vigesima quinta mensis septembris anni millesimi septingentesimi nonagesimi secundi inita fuit inter eos concordia tenoris, qui sequitur.

Tenor initae concordiae.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quamvis per duo deinceps saecula eadem vestis semper integra, atque intacta servata fuerit, dein tamen provinciales provinciae praedictae, quo Christifidelium pietati facerent satis, ex illa aliqua frusta secare susceperint, hinc factum est, ut vestis hujusmodi non parum attenuata sit; quo itaque ipsius vestis conservationi ut par est, consulatur, Nobis memoratus Ambrosius humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Prohibet pontifex ne in posterum id ipsum perpetretur sub poena excommunicationis latae sententiae.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, discretioni tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut, veris existentibus narratis, ne de caetero quisquam quavis auctoritate, officio, et superioritate fungens quodvis frustillum quantumvis minimum dictae vestis sub quovis quaesito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione secare audeat, vel praesumat, seu permittat sub excommunicationis latae sententiae per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrendae, a qua nemo absolutionis beneficium a quoquam praeter quam a Nobis, aut Romano pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus valeat obtinere, et quoad regulares privationis vocis activae et passivae poenis auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, ac prudentia gratis edicas ac declares, prohibeas, atque interdicas.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, dicti conventus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die prima julii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXXIX.

Dat. die 1. julii 1794. Anno XX.

Supplicante moderno abbate Campidonense, revocantur literae apostolicae super imminutione festorum in territorio abbatiae praedictae alias editae, et festa hujusmodi restituuntur.

Dilecto filio Joanni Francisco ex marchionibus Guerrieri Nostro, et apostolicae Sedis in dominio Helvetiorum, et Rhetorum internuncio.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Decet Romanum pontificem, quae alias ad spiritualem Christifidelium utilitatem, aliisque justis ac rationabilibus de causis concessit, quatenus ex rerum usu constet in scandalum potius, ac in perniciem reipublicae, et status converti, ea aut interpretare, aut moderari, vel interdum etiam penitus abolere, prout pensatis rerum, ac temporum vicibus, in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Castolus e liberis baronibus de Reichlin de Melolegg modernus abbas monasterii abbatiae ducalis, et imperialis nuncupatae B. M. V. in coelos Assumptae oppidi civitatis nuncupatae Campidonensis, quod Nos alias precibus bonae memoriae Honorii Roll de Schiekinstein, dum vixit, abbatis Campi-

donensis mediati praedecessoris sui Nobis humiliter porrectis annuentes, quo incommodis, quae e festorum dierum numero in tali ampla paroecia sancti Laurentii sibi tunc subjecta continuo emanabant, occurreretur, venerabili fratri Joanni Baptistae archiepiscopo leoniensi tunc Nostrae et apostolicae Sedis in dominio Helvetiorum, et Rhetorum nuncio, nunc Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali per Nostras in simili forma Brevis die nona martii millesimo septingentesimo octuagesimo secundo expeditas literas commisimus, ac mandavimus, ut in nonnullis tunc expressis diebus, in quibus per dictam paroeciam jampridem, ac ex veteri ecclesiae instituto, ac disciplina Christifideles sacris adesse, atque a servilibus operibus abstinere, et jejunium in eorumdem vigiliis, quibus adnexum sit, observare tenebantur, eos ab hisce oneribus auctoritate Nostra apostolica eximeret, ac liberaret, eisque, ut in hisce diebus laboriosis suarum artium exercitationibus, et servilibus operibus vacare possent, eos etiam a quacumque jejunii lege in diebus praecedentibus, vel a praecepto audiendi missam absolvendo auctoritate praedicta apostolica concederet, ita tamen, ut in eisdem abrogatis festis diebus sicut prius officia, et missae aut de vigilia, aut de solemnitate currenti in ecclesiis essent celebranda: sacrum vero jejunium ad quartas, et sextas ferias adventus esset transferendum, ac in die vigesima nona mensis junii praeter solemnitatem praecipuam ss. apostolorum Petri, et Pauli, de aliis ss. apostolis, et in die vigesima sexta mensis decembris ultra praecipua sancti Stephani protomartyris festivitatem etiam de aliis martyribus commemoratio addenda esset, prout in dictis Nostris literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ab acatholicis, qui in finitimis regionibus habitant, quamplures ex his abrogatis festis diebus religiose custodiantur, ac in aliis Germaniae partibus, ut asserit, in quibus jam ex apostolico indulto dies festi praedicti fuerant abrogati, deinde revocati sint. Nobis propterea memoratus Castolus abbas humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibus excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, discretioni tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut omnes abrogatos dies praefatos cum suis vigiliis in pristinum auctoritate Nostra apostolica reducas, ac tum jejunii praeceptum quartis, et sextis feriis adventus vigore dictarum Nostrarum literarum affixum, tum commemorationem omnium apostolorum a die vigesima nona mensis junii, ac omnium martyrum a die vigesima sexta mensis decembris, ut praefertur, volitam tollas, ac abroges, ac omnia quae jam in dictis diebus festis antequam Nostrae praefatae literae emanassent, servabantur, deinceps pariter observari in omnibus, et per omnia perinde, ac si imminutio festorum dierum hujusmodi, ac praefatae Nostrae literae nunquam fuissent concessae, aut emanatae dicta auctoritate edicas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis omnibus per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima julii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 9. julii 1784. Anno X.

CMLXXX.

Concessio graduum fratribus ordinis praedicatorum, qui munere missionarii in Caliphornia functi sint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Inter multa, atque praeclara, quae reges Hispaniarum catholici pro sua pietate ad catholicam religionem propagandam, divinumque cultum augendum usque gesserunt, omnem etiam curam, ac studium impenderunt, ut in Caliphornia sibi subjecta, depulsis idolatriae tenebris, evangelicum lumen per vigilantes, ac sedulos operarios undique diffunderetur: quamobrem haec difficilis, atque operosa provincia dilectis filiis fratribus ordinis Praedicatorum concredita fuit.

Ratio concessionis. §. 2. Verum quia carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus avitae pietatis, et religionis aemulus, et imitator, ne fratres ordinis praedicti interdum spe graduum, quos in sua religione obtinuissent, quatenus in suis respective conventibus ad eos promerendos commorati essent, ab hoc ministerio suscipiendo averti possint, veretur; hinc memoratus Carolus rex catholicus aliquos gradus iis, qui in munere hujusmodi praeclare se praebuerunt juxta illorum merita per Nos concedi summopere desiderat: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur, qui ex pastoralis officii humilitati Nostrae ex alto concrediti debito, de iis, quae ad religionem, et animarum salutem pertinent, quammaxime solliciti esse tenemur, piis ipsius Caroli regis catholici votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ac omnes, et singulares personas, quibus haec praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnibus, et singulis juribus dicti ordinis, de quibus per literas testimoniales vicarii provincialis missionum, ordinarii ecclesiastici, et pro-patroni regii etiam quatenus opus erit, apud consilium regium Indiarum ejusdem Caroli regis catholici exhibendas in regnis Indiarum se in optimos ministros evangelicos gessisse constet, si per duodecim annos gradum praedicatoris, seu concionatoris generalis, si per sexdecim annos gradum praesentati, si per viginti annos gradum magistri, et quatenus etiam praeterea munere vicarii provincialis per quinquennium functi sint gradum ex-provincialis in omnibus, et singulis suis provinciis, ac conventibus cum omnibus respective honoribus, privilegiis, juribus, gratiis, et indultis, quae gradibus praedictis juxta ejusdem ordinis statuta, et stabilimenta vel de jure, usu, et consuetudine adnexa sunt, in omnibus, et per omnia perinde ac si eosdem gradus de justitia obtinuissent, auctoritate apostolica sine ulla necessitate literarum patentalium magistri generalis dicti ordinis, sed vigore dumtaxat praesentium, concedimus, et indulgemus.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis, omnibus, et singulis superioribus, provincialibus, ac fratribus, et personis, caeterisque quibuscumque, ad quos quomodolibet spectat, et in futurum spectabit, ut eos gradibus, honoribus, ac privilegiis praedictis uti, frui, et gaudere sinant, et permittant. Sanctio poenalis.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et autoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apo- Derogatio contrariorum.

stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 11. julii 1794. Anno XX.

CMLXXXI.

Confirmatio donationis factae pro restauratione congregationis s. Philippi Nerii in civitate Urbinatensi.

Venerabili fratri Spiridioni Berioli archiepiscopo Urbinatensi.

Pius pp. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Exponitur quo modo alienata fuerint bona ad congregationem pertinentia.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod alias cum opes ad frontem tuae metropolitanae ecclesiae perficiendam, exornandamque, ad reparandum ruinosum arcum suae testudinis, nec non ad tui archiepiscopalis seminarii aedes laxandas tibi non suppeterent: contra vero congregatio presbyterorum saecularium s. Philippi Nerii jamdudum in hac Nostra civitate Urbinatensi erecta pluribus ab hinc annis esset alumnis orbata, neque tunc spes esset, fore ut quamprimum aliqui in eam cooptari expostulassent, hinc Nos tuis precibus humiliter hisce desuper Nobis porrectis annuentes tibi commisimus, ac mandavimus, ut alienatis omnibus, et singulis bonis tum mobilibus, tum immobilibus ad eamdem congregationem quomodolibet spectantibus valoris circiter scutorum viginti quinque mille, protracta interim in aliud opportunius tempus quacumque nova alumnorum in eamdem congregationem cooptatione, illorum pretium partim pro summa scilicet scutorum quindecim mille in dictas necessarias, ac utiles reparationes, ac causas auctoritate Nostra apostolica erogares, partim vero reliquam nempe summam scutorum decem mille circiter fenori dares, ea lege, ut ex usuris inde lucrandis, prius detractis legatis, aliisque piis oneribus, quibus bona praedicta tenebantur, in novo fenore positis, semperque multiplicatis integra sors bonorum hujusmodi brevi fieret, qua in integrum restituta, ac ad optimum statum eadem congregatione revocata iterum ad illam aditus pateret, prout in Nostris hisce desuper in simili forma Brevis diei XVI. decembris anni MDCCLXXXVIII. expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Quocirca alienatis a te bonis praedictis jam illorum valor pro summa scutorum quindecim mille in memoratas causas fuit erogatus, pro summa vero scutorum dumtaxat septem mille nongentorum triginta octo, cum aliquo ex dictis bonorum mobilia, tum immobilia pretii circiter scutorum duorum mille, et sexagintorum adhuc invendita sint, juxta earumdem Nostrarum literarum tenorem in fenus fuit collocatus, quae quidem summa supputatis usuris inde perceptis, et subinde multiplicatis in scutorum mille nongentis septuaginta tribus circa colligit scuta novem mille sexcenta undecim pro parte sortis alienatorum bonorum.

Memoratur facta donatio, ut citius congregatio in pristinum statum restitui posset.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quod universi ferme cives Urbinatenses citius quam fieri potest eamdem congregationem in pristinum restitui exoptant, ideo dilecti filii compatroni, ut asseritur, ecclesiae sub titulo s. Andreae in hac civitate Urbinatensi alias erectae ad omnem removendam difficultatem, quae ad hoc ex defectu ecclesiae creari posset, per publicum instrumentum per acta Josephi Ubaldi notarii stipulatum eamdem ecclesiam non solum, verum etiam quaedam bona eidem ecclesiae a suo fundatore Joanne Andrea Rossi assignata eidem congregationi irrevocabiliter cesserint,

ac donaverint, hinc cum ex sorte alienatorum dictorum bonorum huc usque, ut praefertur, in summa scutorum novem mille sexcentorum undecim circa restituta jam in fenore posita annua scuta quadringenta triginta octo, quae ex duobus legatis eidem congregationi debitis, et ex pensionibus duarum domorum invenditarum annua scuta decem, et novem, et obulos triginta tres percipiantur, qui redditus tum ad adimplenda pia onera praedicta, tum ad exhibitionem, et substentationem trium presbyterorum, ac duorum inservientium, tum ad danda annua scuta quinquaginta in fenus in restitutionem dictae sortis satis superque essent, praesertim vero si eadem legata a dictis presbyteris adimplerentur, ac hisce redditibus addantur annui fructus praedioli ex bonis, ut praefertur, donatis, quo votis ejusdem tui gregis satisfacias Nobis humiliter supplicari fecisti, ut tibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio praedictae donationis.

§. 3. Nos igitur te specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; fraternitati tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut in primis dictum instrumentum cessionis, et donationis tum ecclesiae s. Andreae, tum adnexorum bonorum praedictorum, ut praescribitur, stipulatum, cujus tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expressum, ac de verbo ad verbum insertum habere volumus auctoritate Nostra apostolica confirmes, ac valides, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui in eodem quomodolibet intervenerint, suppleas, ac sanes.

Mandatum de reintegranda congregatione cum suis alumnis.

§. 4. Dein vero in eamdem ecclesiam sancti Andreae congregationem presbyterorum saecularium sancti Philippi Nerii praedictam auctoritate praedicta renoves, ac restituas; ac novae in ea alumnorum cooptationi diem venisse declares: omnia vero bona, census, jura, et actiones tum in sortes alienatorum bonorum piorum usque adhuc empta, et acquisita, tum alias eidem congregationi quomodolibet spectantia, ac invendita huic restauratae, ac restitutae congregationi dicta auctoritate applices, et adnectas, ac applicata, et adnexa esse, et fore decernas: ea tamen lege, ut novi cooptandi presbyteri, caeterique pro tempore existentes annua legata, ac onera pia, quibus alias eadem congregatio tenebatur adimplere, seu adimpleri facere, ac in singulos annos quinquaginta scuta in fenore poni in sortem eorumdem bonorum usque ad integram illius restitutionem omnino curent, et teneantur. Quo praeterea eadem congregatio commodas aedes habeat, ac ecclesia praedicta, si licuerit, in ampliorem formam restaurari possit, tibi omnes domusculas in dicta donatione, seu cessione jurispatronatus comprehensas vendendi, et alienandi, ut illarum pretium in hasce causas erogetur, plenam et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas firmas, et efficaces fore, et existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima julii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXXXII.

Dat. die 14. julii 1794. Anno XX.

Indultum episcopo Visensi imminuendi festos dies, nec non concedendi, ut sui dioecesani abdomine ac larido uti possint.

Venerabili fratri Francisco episcopo Visensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
salutem, et apostolicam benedictionem.

Laudes episcopi Visensis pro bona facta in visitatione suae dioecesis.

§. 1. Literis fraternitatis tuae, quae Nobis nuper redditae sunt, quod a te ea gesta esse cognoscimus, quae paternorum canonum regulis, et apostolicis congruunt institutis, valde Nobis gaudendum esse credimus. Per eas siquidem significasti, quod inter primas episcopalis ministerii tibi novissime commissi curas, pastoralem tuae dioecesis visitationem instituisti, quodque in eo praesertim omnem tuam operam navasti, ac studium, ut bonos mores tuereris, pravos corrigeres, ac populum tibi concreditum cohortationibus, et admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accenderes: quae cum bonum pastorem praeseferant, laeto animo certo confidimus fore, ut, te episcopo, divinus cultus, ac catholica religio apud tuos subditos in dies susceperit incrementum. Quae porro non sine intimo animi tui sensu scribis de non servatis per totam tuam dioecesim festis diebus, ac illorum servilibus operibus prophanatione, nec non de prava, ac prorsus irreligiosa, quae apud pauperes, miserrimasque personas jamdiu inolevit, consuetudine, ut nempe ipsi indiscriminatim non raro ob olei penuriam tam in quadragesima, quam in aliis esurialibus diebus porcino abdomine, seu adipe, ac larido abutantur, eaque propter per Nos hisce desuper apostolica auctoritate provideri vehementer efflagitas.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos quamvis pro apostolici ministerii humilitati Nostrae ex alto commissi officio omnem curam adhibere teneamur, ut antiqua Ecclesiae disciplina ubique locorum intemerata, ac integra servetur, quod tamen sicut quaedam sunt, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quae aut pro consideratione aetatum, aut pro necessitate rerum temperari queunt, eaque propter apostolica haec sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, clarissimis Romanorum pontificum, et praesertim felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessorum Nostrorum, qui praevio maturo examine, pluribus dioecesibus, ac locis, ut illorum incolae in nonnullis, ac praescriptis anni festis diebus servilibus operibus incumbere, sub certis tamen tunc expressis conditionibus, libere, ac licite possent, indulserunt, ac pro dioecesibus Colimbricensi, Bracharensi, et Portugallensi ne miserabilibus, ac vere pauperibus dumtaxat abdominis, adipis, ac laridi in esurialibus anni diebus abusus in culpam verteretur ob olei penuriam dispensarunt, vestigiis inhaerentes, te, tuumque populum, ac gregem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, dictique tui gregis singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae in primis committimus, ac mandamus; ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in tua dioecesi existentibus, ut deinceps exceptis omnibus diebus dominicis, natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, circumcisionis, epiphaniae, resurrectionis, et sequenti, ascensionis Domini, pentecostes, et sequenti itidem diebus, Corporis Christi, sancti Joannis Baptistae, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, et commemorationis omnium sanctorum, praeterea quinque dicatis beatae Mariae virgini immaculatae, scilicet purificationis, annuntiationis, assumptionis, nativitatis, et conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci duntaxat, in quibus integra maneat praecepti obligatio: in reliquis diebus festis sive per hanc sanctam Sedem praeceptis, sive per synodales ejusdem dioecesis constitutiones, sive quacunque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, praeceptis, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiae scrupulo auctoritate Nostra apostolica concedas, indulgeas, et permittas, ac statuas, praecipias, ac mandes.

Dispensatio certis sub conditionibus tributa.

§. 3. Tibi insuper injungimus, ut postquam tibi legitime constiterit, magnam in istis par-

tibus inopiam olei existere, et vigere, ac dioecesanos tuos ita miserabiles esse, ut nullus eis suppetat modus sibi comparandi oleum, cum eisdem pauperibus dumtaxat, ut ipsi diebus ab Ecclesia prohibitis, nempe quadragesima, vigiliis, seu diebus anni esurialibus, nec non feriis sextis, ac sabatho totius anni abdomine, seu pinguedine, seu succida pingui, aut larido, observata omnino jejunii lege, uti, et vesci, ac edilia condire possint, pro tua prudentia, et conscientia auctoritate praedicta dispenses: ea tamen lege, ut ii, qui oleum trahere possunt, praeceptum Ecclesiae omnino servare debeant, et teneantur, auctoritate praedicta cures, et mandes, ac praecipias.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non hujus dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 26. julii 1794. Anno XX.

CMLXXXIII.

Ut officium cum missa jam approbata sancti Joannis Nepomuceni quotannis die decima sexta mensis maji ritu duplici minori recitari possit in civitate et dioecesi de Popejan in Indiis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum et ratio concessionis.

§. 1. Quum sicut venerabilis frater episcopus, et dilecti filii decanus, et capitulum cathedralis ecclesiae de Popejan in Indiis nuper Nobis exponi fecerunt pro eo, quo ipsi studio flagrant, ac pietate in sanctum Joannem Nepomucenum fortissimum Christi martyrem, valde cupiant illius cultum apud se radices agere, lateque diffundi; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut desuper opportune providere dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praefatos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis sacrorum Rituum secretario, ut quotannis die XVI. mensis maji a clero saeculari ejus civitatis, et dioecesis, nec non a religiosis, et monialibus, calendario dioecesano utentibus, recitari officium possit cum missa jam adprobata sancti Joannis Nepomuceni ritu dupl. min. servatis quidem diligenter rubricis, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque civitatis, et dioecesis consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo pisca-

Digitized by Google

toris die vigesima sexta julii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 29. julii 1794. Anno XX.

CMLXXXIV.

Concessio cappae cum pellibus, et rocchetto pro canonicis, et dignitatibus ecclesiae Nucerinae in Umbriis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Dum insignem cathedralis ecclesiae Nucerinae, quae, ut asseritur a primis usque Ecclesiae saeculis inter caeteras Umbriae episcopales sedes recensetur, dignitatem, ac singularem fidei constantiam, et eximiae devotionis affectum, quo dilecti filii ejusdem cathedralis ecclesiae dignitates, ac canonici erga Nos, et hanc s. Sedem gerere comprobantur, pensamus, dignum arbitramur illorum postulationibus, quae ad ipsius ecclesiae splendorem augendum, illiusque dignitates, ac canonicos novis honoribus honestandos pertinere dignoscuntur congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur easdem dignitates, et canonicos, specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, ac suspensionis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut omnes, et singulae dignitates, et canonici dictae cathedralis ecclesiae Nucerinae perpetuis futuris temporibus cappas cum pellibus, et rocchettum ad instar aliorum canonicorum, qui simili indulto utuntur, tam in praedicta ecclesia Nucerina, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, ac licite possint, et valeant tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit in futurum inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dictae ecclesiae Nucerinae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima nona julii millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 28. aug. 1794. Anno XX.

CMLXXXV.

Damnatio quamplurium propositionum excerptarum ex libro italico idiomate impresso sub titulo » Atti, e decreti del concilio diocesano di Pistoja nell' anno 1786. » In Pistoja per Atto Bracali stampatore vescovile. Con approvazione » Cum prohibitione ejusdem libri, et aliorum quorumcumque in ejus defensionem tam forsan editorum, quam posterum edendorum.

Digitized by Google

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Universis Christifidelibus salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Auctorem fidei, et consummatorem Jesum aspiciente nos jubet apostolus (1) sedulo recogitare qualem, quantamque ille substinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, ut ne laboribus, et periculis defatigati deficiamus aliquando animis nostris, peneque concidamus. Hac saluberrima cogitatione muniri nos, ac refici tum maxime necessum est, cum adversus corpus ipsummet Christi, quod est Ecclesia (2), dirae istius, nec umquam desiturae conjurationis aestus acrius exardescit: ut a Domino confortati, et in potentia virtutis ejus, scuto fidei protecti resistere possimus in die malo, et omnia tela iniquissimi ignea extinguere (3). In hoc sane motu temporum, in hac rerum perturbatissima conversione gravis est quidem bonis omnibus contra omnes cujusque generis christiani nominis hostes colluctatio subeunda: gravior Nobis quibus pro credita pastorali Nostrae sollicitudini gregis totius cura, et moderatione, *major cunctis, christianae religionis zelus incumbit* (4). Verum in hac ipsa oneris gravitate, quae humeris nostris imposita est, *portandi onera omnium, qui gravantur*, quo magis conscii Nobis sumus infirmitatis Nostrae, eo firmiorem in spem erigit Nos, et sublevat apostolici hujusce muneris in persona b. Petri divinitus instituta ratio, ut qui semel tradita sibi a Christo ecclesiae gubernacula nunquam derelicturus erat, ipse apostolicae gubernationis onera in illis portare non desineret, quos ei Deus protegendos perpetua successione, ac tuendos haeredes dedisset.

Temporum erumnae referentur. §. 2. Et in hisce quidem aerumnis quae undique circumstant, ad caeterarum molestiarum velut cumulum accessit, ut unde oportuerat Nos gaudere, majorem inde tristitiam hauriremus. *Quippe cum aliquis sacrosanctae Ecclesiae Dei praepositus sub sacerdotis nomine ipsum Christi populum a tramite veritatis in praeceps deviae persuasionis avertit, et hoc in amplissima urbe, tum plane est geminanda lamentatio, et major sollicitudo adhibenda* (5).

Mala agendi ratio episcopi Pistoriensis, et Pratensis reprobatur. §. 3. Fuit sane non in ultimis terris, verum in media luce Italiae, sub oculis urbis, et prope apostolorum limina; fuit episcopus duplicis sedis honore insignis, (Scipio de Riccis antea episcopus Pistoriensis, et Pratensis) quem ad Nos pro pastorali munere suscipiendo accedentem paterna charitate complexi sumus: qui vicissim Nobis, atque huic apostolicae Sedi in ipso sacrae suae ordinationis ritu debitam fidem, et obedientiam solemnis jurisjurandi religione obstrinxit. Atque is ipse non longo intervallo posteaquam a complexu Nostro cum osculo pacis dimissus ad commissas sibi plebes accessit, coacervatorum perversae sapientiae magistrorum fraudibus circumventus eo coepit intendere, ut quam superiores antistites ex ecclesiastica regula laudabilem, et pacatam christianae institutionis formam jam pridem invexerant, ac pene defixerant, non ille pro eo ac debebat, tueretur, coleret, perficeret, sed contra per speciem fictae reformationis importunis inducendis novitatibus perturbaret, convelleret, funditus everteret.

Synodum indixisse refertur unde novum vulnus fuit religioni illatum. §. 4. Quin etiam cum et hortatu Nostro ad synodum dioecesanam animum adjunxisset, praefracta ejus in suo sensu pertinacia effectum est: ut unde remedium aliquod vulnerum petendum erat, inde gravior pernicies enasceretur. Sane postquam synodus haec Pistoriensis e latebris erupit, in quibus aliquandiu abdita delituit, nemo fuit de summa religione pie, sapienterque sentiens, qui non continuo adverterit, hoc fuisse auctorum consilium, ut quae antea per multiplices libellos pravarum doctrinarum semina sparserant, ea in unum velut corpus compingerent, proscriptos dudum errores exsuscitarent, apostolicis, quibus proscripti sunt, decretis fidem, auctoritatemque derogarent.

Acta synodalia theologis, et sacrae congregationi revidenda commisit pontifex. §. 5. Quae cum cerneremus, quo graviora sunt per se se, tanto impensius pastoralis Nostrae sollicitudinis opem efflagitare, mentem convertere non distulimus ad ea capienda consilia, quae surgenti malo vel sanando, vel comprimendo accommodatiora videren-

(1) Ad Hebr. 12.
(2) Ad Coloss. 1.
(3) Ad Ephes. 6.
(4) S. Siricius ad Himerium Tarrac. *Epist.* 1. *ap. Coust.*
(5) S. Coelest. 1. *ep.* 12. *apud Coust.*

Digitized by

tur. Atque in primis sapientis moniti memores praedecessoris nostri b. Zosimi (1), *ea quae magna sunt, magnum pondus examinis desiderare*, synodum ab episcopo editam primum quatuor episcopis, aliisque adjunctis e clero saeculari theologis examinandam commisimus; tum et plurium S. R. E. cardinalium, aliorumque episcoporum congregationem deputavimus, qui totam actorum seriem diligenter perpenderent, loca inter se dissita conferrent, excerptas sententias discuterent, quorum suffragia coram Nobis voce, et scripto edita excepimus: qui et synodum universe reprobandam, et plurimas inde collectas propositiones, alias quidem per sese, alias attenta sententiarum connexione plus minusve acribus censuris perstringendas censuerunt: quorum auditis perpensisque animadversionibus, illud quoque Nobis curae fuit, ut selecta ex tota synodo praecipua quaedam pravarum doctrinarum capita, ad quae potissimum fusae per synodum reprobandae sententiae directe vel indirecte referuntur, in certum deinceps ordinem redigerentur, eisdemque sua cuique peculiaris censura subjiceretur.

Remedia adhibita ut errores irrepti in actibus synodalibus corrigerentur, et reprimerentur.

§. 6. Ne vero ex hac ipsa tametsi accuratissime peracta sive locorum collatione, sive sententiarum disquisitione, pervicaces homines obtrectandi occasionem arriperent, ut huic forte jam paratae calumniae obviam iretur, sapienti consilio uti statuimus, quod in emergentibus hujusmodi periculosis, noxiisve novitatibus reprimendis plures Nostri sanctissimi praedecessores, tum et gravissimi antistites, ac generales etiam synodi rite, cauteque adhibitum, illustribus exemplis testatum, commendatumque reliquissent. Norant illi versutam novatorum fallendi artem, qui catholicarum aurium offensionem veriti, captionum suarum laqueos persaepe student subdolis verborum involucris obtegere, ut inter discrimina sensuum (2) latens error lenius influat in animos, fiatque ut corrupta per brevissimam adjectionem, aut commutationem veritate sententiae, confessio quae salutem operabatur, subtili quodam transitu vergat in mortem. Atque haec quidem involuta, fallax disserendi ratio, cum in omni orationis genere vitiosa est, tum in synodo minime ferenda, cujus est haec laus praecipua, eam in docendo dilucidam consectari dicendi rationem, quae nullum offensionis periculum relinquat. Quo in genere proinde si quid peccatum sit, hac nequeat, quae afferri solet, subdola excusatione defendi, quod quae alicubi durius dicta exciderint, ea locis aliis planius explicata, aut etiam correcta reperiantur, quasi procax isthaec affirmandi, et negandi, ac secum pro libito pugnandi licentia, quae fraudulenta semper fuit novatorum astutia ad circumventionem erroris, non potius ad prodendum, quam ad excusandum errorem valeret: aut quasi rudibus praesertim, qui in hanc vel illam forte inciderint partem synodi vulgari lingua omnibus expositae, praesto semper essent alia, quae inspicienda forent, dispersa loca, aut his etiam inspectis satis cuique facultatis suppeteret ad ea sic per se se componenda, ut, quemadmodum perperam isti effutiunt, erroris omne periculum effugere valerent. Exitiosissimum profecto insinuandi erroris artificium, quod in Constantinopolitani antistitis Nestorii literis jam olim sapienter detectum gravissima reprehensione praedecessor Noster Coelestinus (3) coarguit; quibus nempe in literis vestigatus veterator ille, deprehensus, et tentus, suo se multiloquio labefaciens, dum vera involvens obscuris, rursus utraque confundens vel confiteretur negata, vel niteretur negare confessa. Ad quas depellendas insidias nimium saepe omni aetate renovatas non alia potior via inita est, quam ut iis exponendis sententiis, quae sub latibulo ambiguitatis periculosam, suspiciosamque involvunt discrepantiam sensuum, perversa significatio notaretur, cui subesset error, quem catholica sententia reprobaret.

Idem ut supra.

§. 7. Quam et Nos moderationis plenam rationem eo libentius amplexi sumus, quo magis ad reconciliandos animos, et ad unitatem spiritus in vinculo pacis adducendos, (quod favente Deo in pluribus gaudemus jam feliciter evenisse) magno fore adjumento prospeximus, providere primum, ne pertinacibus, si qui supererunt, quod Deus avertat, synodi sectatoribus integrum sit posthac ad novas turbas ciendas, justae suae damnationis con-

(1) S. Zosimus *ep.* 2. *ad Coust.*

(2) S. Leo M. ep. 129. edit. Baller.

(3) S. Coelestinus ep. 13. n. 2. ap. Coust.

sortes veluti ac socias sibi adsciscere scholas catholicas, quas invitas plane ac repugnantes, per detortam quamdam affinium vocabulorum similitudinem in expressa, quam illae testantur sententiarum dissimilitudine, in partes suas pertrahere nituntur. Deinde si quos imprudentes aliqua fefellit adhuc praeconcepta mitior opinio de synodo, his etiam omnis conquerendi locus praecludatur, qui si recte sapiunt, ut videri volunt, aegre ferre nequeant doctrinas damnari sic denotatas, quae errores praeseferant, a quibus ipsi profitentur se longissime abesse.

Idem ut supra.

§. 8. Nec dum tamen satis ex animo lenitati nostrae factum putavimus, seu verius charitati, quae urget Nos erga fratrem nostrum, cui omni ope volumus, si adhuc possumus subvenire (1). Charitas nempe illa urget Nos, qua inductus praedecessor Noster Coelestinus (2) etiam contra fas, seu majori quam fas esse videretur, patientia sacerdotes corrigendos expectare non abnuebat. Magis enim cum Augustino, Milevitanisque patribus volumus, et optamus homines prava docentes *pastorali cura in Ecclesia sanari, quam desperata salute ex illa resecari, si necessitas nulla compellat* (3).

Monita adhibita cum episcopo, ut recederet ad limina s. Sedis errores retractaret.

§. 9. Quam ad rem, ne quod genus officii ad lucrandum fratrem praetermissum videretur, praefatum episcopum, antequam ad ulteriora progrederemur, amantissimis literis ad eum jussu Nostro datis ad Nos acciendum duximus, polliciti fore, ut benevolo animo a Nobis exciperetur, nec vetaretur, quin, quae in rem suam facere sibi viderentur, libere, aperteque exprimeret. Nec vero spes Nos omnis deseruerat fieri posse, ut siquidem animum illum docibilem afferret, quem ex apostoli sententia in episcopo maxime Augustinus (4) requirebat, cum simpliciter, et candide, omni remota concertatione, et acerbitate recognoscenda ea proponerentur praecipua doctrinarum capita, quae visa essent majori animadversione digna, tum facile sese colligens non dubitaret, quae ambigue posita essent, in sapiorem sensum exponere, quaeve manifestam pravitatem praeseferrent, aperte repudiare: atque ita magna cum sui nominis existimatione, tum laetissima bonorum omnium gratulatione, pacatissima, qua fieri posset ratione orti in Ecclesia strepitus optatissima correctione comprimerentur (5).

Excusationes propositae ab episcopo ne ad s. Sedem accederet.

§. 10. Nunc vero cum ille oblato beneficio incommodae valetudinis nomine minus utendum sibi esse censuerit, differre jam non possumus, quin apostolico Nostro muneri satisfaciamus. Non unius tantummodo, alteriusve dioecesis periculum agitur: *universalis Ecclesia quacumque novitate pulsatur* (6). Undique jam pridem non expectatur modo, verum assiduis repetitis precibus efflagitatur supremae apostolicae Sedis judicium. Absit, ut vox Petri in illa umquam Sede sua conticescat, in qua perpetuo vivens ille ac praesidens praestat quaerentibus fidei veritatem (7). Tuta non est in talibus longior conniventia, quia tantumdem pene criminis est connivere in talibus, quanti est tam irreligiosa praedicare (8). Abscidendum igitur tale vulnus, quo non unum membrum laeditur, sed totum corpus Ecclesiae sauciatur (9). Atque divina opitulante pietate providendum, ut amputatis dissensionibus fides catholica inviolata servetur, et his, qui prava defendunt, ab errore revocatis, Nostra auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniantur (10).

Damnatio propositionum erronearum in libro contentarum.

§. 11. Implorato itaque cum assiduis nostris, tum et piorum Christifidelium privatis publicisque precibus, Spiritus Sancti lumine, omnibus plene et mature consideratis, complures ex actis et decretis memoratae synodi propositiones, doctrinas, sententias, sive expresse traditas, sive per ambiguitatem insinuatas, suis, ut praefatum est, cuique appositis notis, et censuris damnandas, et reprobandas censuimus, prout hac Nostra perpetuo valitura constitutione damnamus, et reprobamus:

Sunt autem quae sequuntur.

(1) S. Coelest. ep. 12. ad populum C. P. n. 8. ap. Coust.

(2) Ep. 13. ad Nestor. n. 9.

(3) Ep. 176. n. 4, 178. n. 2. edit. Maur.

(4) L. 4. de Bapt. cont. Donat. c. 5. et l. 5. c. 26.

(5) S. Coelest. ep. 16. n. 2. ap. Coust.

(6) S. Coelest. ep. 21. ad episcopos Galliarum.

(7) S. Chrys. ep. ad. Eutychem.

(8) S. Coelest. ep. 12. n. 2.

(9) Idem ep. 11. Cyrillo n. 3.

(10) S. Leo m. ep. 23. Flaviano C. P. n. 2.

Digitized by Google

De obscuratione veritatum in Ecclesia.

Ex decr. de Grat. §. 1.

I.

Tenor propositionum damnatarum.

§. 12. Propositio, quae asserit *postremis hisce saeculis sparsam esse generalem obscurationem super veritates gravioris momenti, spectantes ad religionem, et quae sunt basis fidei, et moralis doctrinae Jesu Christi.*

Haeretica.

De potestate communitati Ecclesiae attributa, ut per hanc pastoribus communicetur.

Epist. Convoc.

II.

Alia similis supra potestatem Ecclesiae tributam.

§. 13. Propositio, quae statuit *potestatem a Deo datam Ecclesiae, ut communicaretur pastoribus, qui sunt ejus ministri pro salute animarum;*

Sic intellecta, ut a communitate fidelium in pastores derivetur ecclesiastici ministerii, ac regiminis potestas.

Haeretica.

De capitis ministerialis denominatione Romano pontifici attributa.

Decr. de Fid. §. 8.

III.

Alia de capitis ministerialis denominatione Romano pontifici tributa.

§. 14. Insuper quae statuit *Romanum pontificem esse caput ministeriale;*

Sic explicata, ut Romanus pontifex non a Christo in persona beati Petri, sed ab Ecclesia potestatem ministerii accipiat, qua velut Petri successor, verus Christi vicarius, ac totius Ecclesiae caput pollet in universa Ecclesia.

Haeretica.

De potestate Ecclesiae quo ad constituendam et sanciendam exteriorem disciplinam.

Decr. de fide §§. 13. 14.

IV.

§. 15. Propositio affirmans, *abusum fore auctoritatis Ecclesiae transferendo illam ultra limites doctrinae, ac morum, et eam extendendo ad res exteriores, et per vim exigendo id quod pendet a persuasione, et corde,* tum etiam, *multo minus ad eam pertinere, exigere per vim exteriorem subjectionem suis decretis;*

Aliae de potestate Ecclesiae super disciplina exteriori.

Quatenus indeterminatis illis verbis *extendendo ad res exteriores* notet velut abusum auctoritatis Ecclesiae, usum ejus potestatis acceptae a Deo, qua usi sunt et ipsimet apostoli in disciplina exteriore constituenda, et sancienda.

Haeretica.

V.

Qua parte insinuat, Ecclesiam non habere auctoritatem subjectionis suis decretis exigendae aliter quam per media, quae pendent a persuasione;

Quatenus intendat Ecclesiam non *habere collatam sibi a Deo potestatem non solum dirigendi per consilia, et suasiones, sed etiam jubendi per leges, ac devios, contumacesque exteriore judicio, ac salubribus poenis coercendi, atque cogendi.*

Ex Bened. XIV. In Brevi *Ad assiduas.* anni 1755. primati, archiepiscopis, et episcopis regni Poloniae.

Inducens in systema alias damnatum ut haereticum.

Jura episcopis praeter fas attributa.

Decr. de Ord. §. 25.

VI.

§. 16. Doctrina synodi, qua profitetur *persuasum sibi esse, episcopum accepisse a Christo*

Aliae de juribus episcoporum.

Digitized by Google

omnia jura necessaria pro bono regimine suae dioecesis;

Perinde ac si ad bonum regimen cujusque dioecesis necessariae non sint superiores ordinationes spectantes sive ad fidem, et mores, sive ad generalem disciplinam, quarum jus est penes summos pontifices, et concilia generalia pro universa Ecclesia.

Schismatica, ad minus erronea.

VII.

Item in eo quod hortatur episcopum *ad prosequendam naviter perfectiorem ecclesiasticae disciplinae constitutionem*, idque, *contra omnes contrarias consuetudines, exemptiones, reservationes, quae adversantur bono ordini dioecesis, majori gloriae Dei, et majori aedificationi fidelium;*

Per id quod supponit episcopo fas esse proprio suo judicio, et arbitratu statuere, et decernere contra consuetudines, exemptiones, reservationes, sive quae in universa Ecclesia, sive etiam in unaquaque provincia locum habent, sine venia, et interventu superioris hierarchicae potestatis, a qua inductae sunt, aut probatae, et vim legis obtinent,

Inducens in schisma et subversionem hierarchici regiminis, erronea.

VIII.

Item quod et sibi persuasum esse ait, *jura episcopi a J. C. accepta pro gubernanda Ecclesia nec alterari, nec impediri posse; et ubi contigerit horum jurium exercitium quavis de causa fuisse interruptum, posse semper episcopum, ac debere in originaria sua jura regredi, quotiescumque id exigit majus bonum suae ecclesiae;*

In eo quod innuit jurium episcopalium exercitium nulla superiori potestate praepediri, aut coerceri posse, quandocumque episcopus proprio judicio censuerit minus id expediri majori bono suae ecclesiae.

Inducens in schisma, et subversionem hierarchici regiminis, erronea.

Jus perperam tributum inferioris ordinis sacerdotibus in decretis fidei, et disciplinae.

Epist. convoc.

IX.

§. 17. Doctrina, quae statuit, *reformationem abusuum circa ecclesiasticam disciplinam in synodis dioecesanis ab episcopo, et parochis aequaliter pendere, ac stabiliri debere: ac sine libertate decisionis indebitam fore subjectionem suggestionibus, et jussionibus episcoporum,* Aliae de juribus perperam tributis sacerdotibus inferioris ordinis, in decretis fidei, et disciplinae.

Falsa, temeraria, episcopalis auctoritatis laesiva, regiminis hierarchici subversiva, favens haeresi Arianae a Calvino innovatae.

Ex ep. convoc. ex ep. ad vic. for. ex orat. ad syn. §. 8. *ex sess.* 3.

X.

Item doctrina, qua parochi, aliive sacerdotes in synodo congregati pronuntiantur una cum episcopo judices fidei, et simul innuitur judicium in causis fidei ipsis competere jure proprio, et quidem etiam per ordinationem accepto,

Falsa, temeraria, ordinis hierarchici subversiva, detrahens firmitati definitionum, judiciorumve dogmaticorum Ecclesiae, ad minus erronea.

XI.

Orat. synod. §. 8.

Sententia enuntians veteri majorum instituto ab apostolicis usque temporibus ducto, per meliora Ecclesiae saecula servato, receptum fuisse ut *decreta, aut definitiones, aut sententias etiam majorum sedium non acceptarentur, nisi recognitae fuissent, et approbatae a Synodo dioecesana,*

Falsa, temeraria, derogans pro sua generalitate obedientiae debitae constitutionibus apostolicis, tum et sententiis ab hierarchica superiore legitima potestate manantibus, schisma fovens, et haeresim.

Digitized by Google

Calumniae adversus aliquas decisiones in materia fidei ab aliquot saeculis emanatas.

De fide §. 12.

XII.

Aliae super decisionibus, in materia fidei.

§. 18. Assertiones synodi complexive acceptae circa decisiones in materia fidei ab aliquot saeculis emanatas, quas perhibet velut decreta ab una particulari ecclesia, vel paucis pastoribus profecta, nulla sufficienti auctoritate suffulta, nata corrumpendae puritati fidei, ac turbis excitandis, intrusa per vim, e quibus inflicta sunt vulnera nimium adhuc recentia,

Falsae, captiosae, temerariae, scandolosae, in Romanos pontifices et Ecclesiam injuriosae, debitae apostolicis constitutionibus obedientiae derogantes, schismaticae, perniciosae, ad minus erroneae.

De pace dicta Clementis IX.

Or. synod. §. 2. *in nota.*

XIII.

Aliae supra pacem dictam Clementis IX.

§. 19. Propositio relata inter acta synodi, quae innuit Clementem IX. pacem Ecclesiae reddidisse per approbationem distinctionis juris, et facti in subscriptione formularii ab Alexandro VII. praescripti,

Falsa, temeraria, Clementi IX. injuriosa.

XIV.

Quatenus vero ei distinctioni suffragatur, ejusdem fautores laudibus extollendo, et eorum adversarios vituperando,

Temeraria, perniciosa, summis pontificibus injuriosa, schisma fovens, et haeresim.

De coagmentatione corporis Ecclesiae.

Append. n. 28.

XV.

Alia de coagmentatione corporis Ecclesiae.

§. 20. Doctrina, quae proponit Ecclesiam *considerandam velut unum corpus mysticum coagmentatum ex Christo capite, et fidelibus, qui sunt ejus membra per unionem ineffabilem, qua mirabiliter evadimus cum ipso unus solus sacerdos, una sola victima, unus solus adorator perfectus Dei patris in spiritu, et veritate;*

Intellecta hoc sensu, ut ad corpus Ecclesiae non pertineant nisi fideles, qui sunt perfecti adoratores in spiritu, et veritate,

Haeretica.

De statu innocentiae.

De grat. §§. 4. 7. *de sacr. in gen.* §. 1. *de poenit.* §. 4.

XVI.

Alia de statu innocentiae.

§. 21. Doctrina synodi de statu felicis innocentiae, qualem eum repraesentat in Adamo ante peccatum, complectente non modo integritatem, sed et justitiam interiorem cum impulsu in Deum per amorem charitatis, atque primaevam sanctitatem aliqua ratione post lapsum restitutam;

Quatenus complexive accepta innuit statum illum sequelam fuisse creationis, debitum ex naturali exigentia, et conditione humanae naturae, non gratuitum Dei beneficium;

Falsa, alias damnata in Bajo, et Quesnellio, erronea, favens haeresi Pelagianae.

De immortalitate spectata ut naturali conditione hominis.

De bapt. §. 2.

XVII.

Alia de immortalitate spectata ut naturali conditione hominis.

§. 22. Propositio his verbis enuntiata: *Edocti ab apostolo spectamus mortem non jam ut naturalem conditionem hominis, sed revera ut justam poenam culpae originalis;*

Quatenus sub nomine apostoli subdole allegato insinuat, mortem, quae in praesenti statu inflicta est velut justa poena peccati per justam subtractionem immortalitatis, non fuisse naturalem conditionem hominis, quasi immortalitas non fuisset gratuitum beneficium, sed naturalis conditio;

Captiosa, temeraria, apostolo injuriosa, alias damnata.

Digitized by Google

De conditione hominis in statu naturae.

De grat. §. 10.

XVIII.

Alia ut supra de conditione hominis in statu naturae.

§. 23. Doctrina synodi enuntians *post lapsum Adami Deum annuntiasse promissionem futuri liberatoris, et voluisse consolari genus humanum per spem salutis, quam J. C. allaturus erat*, tamen *Deum voluisse, ut genus humanum transiret per varios status, antequam veniret plenitudo temporum*, ac primum ut in statu naturae *homo relictus propriis luminibus disceret de sua caeca ratione diffidere, et ex suis aberrationibus moveret se ad desiderandum auxilium superioris luminis*,

Doctrina, ut jacet, captiosa, atque intellecta de desiderio adjutorii superioris luminis in ordine ad salutem promissam per Christum, ad quod concipiendum homo relictus suis propriis luminibus supponatur se se potuisse movere;

Suspecta, favens haeresi Semipelagianae.

De conditione hominis sub lege.

Ibid.

XIX.

Alias ut supra de conditione hominis sub lege.

§. 24. Item quae subjungit, hominem sub lege *cum esset impotens ad eam observandam praevaricatorem evasisse, non quidem culpa legis, quae sanctissima erat, sed culpa hominis, qui sub lege sine gratia magis magisque praevaricator evasit*, superadditque, *legem, si non sanavit cor hominis, effecisse, ut sua mala cognosceret, et de sua infirmitate convictus desideraret gratiam mediatoris*;

Qua parte generaliter innuit hominem praevaricatorem evasisse per inobservantiam legis, quam impotens esset observare; quasi *impossibile aliquid potuerit imperare qui justus est, aut damnaturus sit hominem pro eo quod non potuit evitare, qui pius est*,

Ex s. Caesario serm. 73. in append. s. Augustini.
Serm. 273. edit. Maur.
Ex s. Aug. de Nat. et Gr. c. 43.
De grat. et lib. arb. c. 16.
Enar. in psal. 56. n. 1.

Falsa, scandalosa, impia, in Bajo damnata.

XX.

Qua parte datur intelligi, hominem sub lege sine gratia potuisse concipere desiderium gratiae mediatoris ordinatum ad salutem promissam per Christum; quasi *non ipsa gratia faciat ut invocetur a nobis*,

Ex concil. Araus. II. can. 3.

Propositio, ut jacet, captiosa, suspecta, favens haeresi Semipelagianae.

De gratia illuminante, et excitante.

De grat. §. 11.

XXI.

A... gratia ... minante ... exc...

§. 25. Propositio, quae asserit, *lumen, gratiae, quando sit solum, non praestare, nisi ut cognoscamus infelicitatem nostri status, et gravitatem nostri mali: gratiam in tali casu producere eumdem effectum, quem lex producebat: ideo necesse esse, ut Deus creet in corde nostro sanctum amorem, et inspiret sanctam delectationem contrariam amori in nobis dominanti: hunc amorem sanctum, hanc sanctam delectationem esse proprie gratiam J. C., inspirationem charitatis, qua cognita sancto amore faciamus; hanc esse illam radicem, e qua germinant bona opera, hanc esse gratiam novi testamenti, quae nos liberat a servitute peccati, et constituit filios Dei*;

Quatenus intendat eam solam esse proprie gratiam Jesu Christi, quae creet in corde sanctum amorem, et quae facit ut faciamus, sive etiam qua homo liberatus a servitute peccati constituitur filius Dei, et non sit etiam proprie gratia Christi ea gratia, qua cor hominis tangitur per illuminationem Spiritus Sancti (Trid. sess. 6. cap. 5), nec vera detur interior gratia Christi, cui resistitur;

Falsa, captiosa, inducens in errorem in secunda propositione Jansenii damnatum, ut haereticum, eumque renovans.

De fide velut prima gratia.

De fide §. 1.

XXII.

Ali... velu... grat...

§. 26. Propositio, quae innuit, fidem, *a qua incipit series gratiarum, et per quam velut*

Digitized by Google

primam vocem vocamur ad salutem, *et Ecclesiam*, esse ipsammet excellentem virtutem fidei, qua homines fideles nominantur, et sunt;

Perinde ad prior non esset gratia, illa, quae *ut praevenit voluntatem*, *sic praevenit et fidem*;

Ex s. Aug. de dono persev. c. 16. num. 41.

Suspecta de haeresi, *eamque sapiens*, *alias in Quesnellio damnata*, *erronea*,

De duplici amore.

De grat. §. 8.

XXIII.

Alia de duplici amore. §. 27. Doctrina synodi de duplici amore dominantis cupiditatis, et charitatis dominantis, enuntians hominem sine gratia esse sub servitute peccati; ipsumque in eo statu per generalem cupiditatis dominantis influxum omnes suas actiones inficere, et corrumpere;

Quatenus insinuat in homine, dum est sub servitute, sive in statu peccati, destitutus gratia illa, qua liberatur a servitute peccati, et constituitur filius Dei, sic dominari cupiditatem, ut per generalem hujus influxum omnes illius actiones in se inficiantur, et corrumpantur: aut opera omnia, quae ante justificationem fiunt, quacumque ratione fiant, sint peccata;

Quasi in omnibus suis actibus peccator serviat dominanti cupiditati.

Falsa, *perniciosa*, *inducens in errorem a Tridentino damnatum*, *ut haereticum*, *iterum in Bajo damnatum artic.* 40.

§. 12.

XXIV.

Qua vero parte inter dominantem cupiditatem, et charitatem dominantem nulli ponuntur affectus medii a natura ipsa insiti, suapteque natura laudabiles, qui una cum amore beatitudinis, naturalique propensione ad bonum *remanserunt velut extrema lineamenta*, *et reliquiae imaginis Dei*;

Ex s. August. de Spir. et lit. c. 28.

Perinde ac si *inter dilectionem divinam*, *quae nos perducit ad regnum*, *et dilectionem humanam illicitam*, *quae damnatur*, non daretur *dilectio humana licita*, *quae non reprehenditur*.

Ex s. August. serm. 349. de carit. edit. Maur.

Falsa, *alias damnata*.

De timori servili.

De poenit. §. 3.

XXV.

§. 28. Doctrina, quae timorem poenarum generatim perhibet *dumtaxat non posse dici malum*, *si saltem pertingit ut cohibendam manum*; Alia super timore servili.

Quasi timor ipse gehennae, quam fides docet peccato infligendam, non sit in se bonus, et utilis, velut donum supernaturale, ac motus a Deo inspiratus praeparans ad amorem justitiae;

Falsa, *temeraria*, *perniciosa*, *divinis donis injuriosa*, *alias damnata*, *contraria doctrinae concilii Tridentini*, *tum et communi patrum sententiae*, opus esse, *juxta consuetum ordinem praeparationis ad justitiam*, ut intret timor primo, per quem veniat charitas: timor medicamentum, charitas sanitas.

Ex s. August. in epist. Johan. c. 4. tract. 9. n. 4. 5.
In Johan. evang. tract. 41. n. 10.
Enarratione in psal. 127. n. 7.
Sermone 157. de verbis apostoli c. 13.
Sermone 161. de verbis apostoli n. 8.
Sermone 349. de charitate n. 7.

De poena decedentium cum solo originali.

De bapt. §. 3.

XXVI.

§. 29. Doctrina, quae velut fabulam Pelagianam explodit locum illum inferorum, (quem limbi puerorum nomine fideles passim Alia de poena decedentium cum solo originali peccato.

designant) in quo animae decedentium cum sola originali culpa poena damni citra poenam ignis puniantur;

Perinde ac si hoc ipso quod qui poenam ignis removent, inducerent locum illum, et statum medium expertem culpae, et poenae inter regnum Dei, et damnationem aeternam, qualem fabulabantur Pelagiani.

Falsa, temeraria, in scholas catholicas injuriosa.

De sacramentis, ac primum de forma sacramentali cum adjuncta conditione.

De bapt. §. 12.

XXVII.

Alia super sacramentis, et forma sacramentali sub conditione.

§. 30. Deliberatio synodi, qua praetextu adhaesionis ad antiquos canones in casu dubii baptismatis propositum suum declarat de omittenda formae conditionalis mentione.

Temeraria, praxi, legi, auctoritati Ecclesiae contraria.

De participatione victimae in sacrificio missae.

De euch. §. 6.

XXVIII.

Alia de participatione victimae in sacrificio missae.

§. 31. Propositio synodi, qua postquam statuit *victimae participationem esse partem sacrificio essentialem*, subjungit, *non tamen se damnare ut illicitas missas illas, in quibus adstantes sacramentaliter non communicant, ideo quia isti participant licet minus perfecte de ipsa victima, spiritu illam recipiendo;*

Quatenus insinuat ad sacrificii essentiam deesse aliquid in eo sacrificio, quod peragatur sive nullo adstante, sive adstantibus, qui nec sacramentaliter, nec spiritaliter de victima participant: et quasi damnandae essent ut illicitae missae illae, in quibus solo sacerdote communicante, nemo adsit, qui sive sacramentaliter, sive spiritaliter communicet.

Falsa, erronea, de haeresi suspecta, eamque sapiens.

De ritus consecrationis efficacia.

De euch. §. 2.

XXIX.

§. 32. Doctrina synodi, qua parte tradere instituens fidei doctrinam de ritu consecrationis, remotis quaestionibus scholasticis circa modum, quo Christus est in eucharistia, a quibus parochos docendi munere fungentes abstinere hortatur, duobus his tantum propositis: 1. Christum post consecrationem vere, realiter, substantialiter esse sub speciebus: 2. Tunc omnem panis, et vini substantiam cessare solis remanentibus speciebus, prorsus omittit ullam mentionem facere transubstantiationis, seu conversionis totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam velut articulum fidei Tridentinum concilium definivit, et quae in solemni fidei professione continetur; Alia de efficacia consecrationis ritus.

Quatenus per inconsultam istiusmodi, suspiciosamque omissionem notitia subtrahitur tum articuli ad fidem pertinentis, tum etiam vocis ab Ecclesia consecratae ad illius tuendam professionem adversus haereses, tenditque adeo ad ejus oblivionem inducendam, quasi ageretur de quaestione mere scholastica.

Perniciosa, derogans expositioni veritatis catholicae circa dogma transubstantiationis, favens haereticis.

De applicatione fructus sacrificii.

De euch. §. 8.

XXX.

§. 33. Doctrina synodi, qua dum profitetur *credere sacrificii oblationem extendere se ad omnes, ita tamen ut in liturgia fieri possit specialis commemoratio aliquorum tum vivorum, quam defunctorum, precando Deum peculiariter pro ipsis;* dein continuo subjicit: *Non tamen quod credamus in arbitrio esse sacerdotis applicare fructus sacrificii cui vult; immo damnamus hunc errorem velut magnopere offendentem jura Dei, qui solus distribuit fructus sacrificii cui vult, et secundum mensuram, quae ipsi placet:* unde et consequenter traducit velut *falsam opinionem invectam in* Alia super applicatione fructus sacrificii.

Digitized by Google

populum, quod illi, qui eleemosynam subministrant sacerdoti sub conditione, quod celebret unam missam, specialem fructum ex ea percipiant;

Sic intellecta, ut praeter peculiarem commemorationem, et orationem specialis ipsa oblatio, seu applicatio sacrificii, quae fit a sacerdote, non magis prosit, caeteris paribus, illis, pro quibus applicatur, quam aliis quibusque; quasi nullus specialis fructus proveniret ex speciali applicatione, quam pro determinatis personis, aut personarum ordinibus faciendam commendat, ac praecipit Ecclesia, speciatim a pastoribus pro suis ovibus: quod velut ex divino praecepto descendens a sacra Tridentina synodo diserte est expressum.

Sess. 23. cap. 1. de reform.
Bened. XIV. constit. *Cum semper oblatas* §. 2.

Falsa, temeraria, perniciosa, Ecclesiae injuriosa, inducens in errorem alias damnatum in Wicleffo.

De convenienti ordine in cultu servando.

De euch. §. 5.

XXXI.

Aliae de convenienti ordine in cultu servando.

§. 34. Propositio synodi enuntians conveniens esse pro divinorum officiorum ordine, et antiqua consuetudine, ut in unoquoque templo unum tantum sit altare, sibique adeo placere morem illum restituere.

Temeraria, perantiquo, pio, multis abhinc saeculis in Ecclesia praesertim latina vigenti, et probato mori injuriosa.

Ibid.

XXXII.

Item praescriptio vetans, ne super altaria sacrarum reliquiarum thecae, floresve apponantur.

Temeraria, pio, ac probato Ecclesiae mori injuriosa.

Ibid. §. 6.

XXXIII.

Propositio synodi qua cupere se ostendit, ut causae tollerentur, per quas ex parte inducta est oblivio principiorum ad liturgiae ordinem spectantium, *revocando illam ad majorem rituum simplicitatem, eam vulgari lingua exponendo, et elata voce proferendo;*

Quasi vigens ordo liturgiae ab Ecclesia receptus, et probatus aliqua ex parte manasset ex oblivione principiorum, quibus illa regi debet.

Temeraria, piarum aurium offensiva, in Ecclesiam contumeliosa, favens haereticorum in eam conviciis.

De ordine poenitentiae.

De poenit. §. 7.

XXXIV.

Aliae circa ordinem poenitentiae.

§. 35. Declaratio synodi, qua postquam praemisit ordinem poenitentiae canonicae sic ad apostolorum exemplum ab Ecclesia statutum fuisse, ut esset communis omnibus, nec tantum pro punitione culpae, sed praecipue pro dispositione ad gratiam, subdit, se *in ordine illo mirabili, et augusto totam agnoscere dignitatem sacramenti adeo necessarii, liberam a subtilitatibus, quae ipsi decursu temporis adjunctae sunt;*

Quasi per ordinem, quo sine peracto canonicae poenitentiae cursu hoc sacramentum per totam Ecclesiam administrari consuevit, illius fuisset dignitas imminuta.

Temeraria, scandalosa, inducens in contemptum dignitatis sacramenti, prout per Ecclesiam totam consuevit administrari, Ecclesiae ipsi injuriosa.

De poenit. §. 10. *n.* 4.

XXXV.

Propositio his verbis concepta. *Si charitas in principio semper debilis est, de via ordinaria ad obtinendum augmentum hujus charitatis, opor-*

tet ut sacerdos praecedere faciat eos actus humiliationis, et poenitentiae, qui fuerunt omni aetate ab Ecclesia commendati: redigere hos actus ad paucas orationes, aut ad aliquod jejunium post jam collatam absolutionem videtur potius materiale desiderium conservandi huic sacramento nudum nomen poenitentiae, quam medium illuminatum, et aptum ad augendum illum fervorem charitatis, qui debet praecedere absolutionem, longe quidem absumus ab improbanda praxi imponendi poenitentias etiam post absolutionem adimplendas: si omnia nostra bona opera semper adjunctos habent nostros defectus, quanto magis vereri debemus, ne plurimas imperfectiones admiserimus in difficillimo, et magni momenti opere nostrae reconciliationis.

Quatenus innuit poenitentias, quae imponuntur adimplendae post absolutionem, spectandas potius esse velut supplementum pro defectibus admissis in opere Nostrae reconciliationis, quam ut poenitentias vere sacramentales, et satisfactorias pro peccatis confessis: quasi ut vera ratio sacramenti non nudum nomen servetur, oporteat de via ordinaria, ut actus humiliationis, et poenitentiae, qui imponuntur per modum satisfactionis sacramentalis praecedere debeant absolutionem.

Falsa, temeraria, communi praxi Ecclesiae injuriosa, inducens in errorem haeretícali nota in Petro de Osma confixum.

De praevia necessaria dispositione pro admittendis poenitentibus ad reconciliationem.

De grat. §. 15.

XXXVI.

Aliae super dispensatione pro admittendis poenitentibus ad reconciliationem.

§. 36. Doctrina synodi, qua postquam praemisit: *Quando habebuntur signa non aequivoca amoris Dei dominantis in corde hominis, posse illum merito judicari dignum, qui admittatur ad participationem sanguinis Jesu Christi, quae fit in sacramentis*, subdit, *suppositítias conversiones, quae fiunt per attritionem, nec efficaces esse solere, nec durabiles*: consequenter *pastorem animarum debere insistere signis non aequivocis charitatis dominantis, antequam admittat suos poenitentes ad sacramenta*, qui signa, ut deinde tradit (§. 17.) *Pastor deducere poterit ex stabili cessatione a peccato, et fervore in operibus bonis*, quem insuper *fervorem charitatis* perhibet (*de poenit.* §. 10.) *velut* dispositionem, *quae debet praecedere absolutionem*;

Sic intellecta, ut non solum contritio imperfecta, quae passim attritionis nomine donatur, etiam quae juncta sit cum dilectione, qua homo incipit diligere Deum tanquam omnis justitiae fontem, nec modo contritio charitate formata, sed et fervor charitatis dominantis, et ille quidem diuturno experimento per fervorem in operibus bonis probatus, generaliter, et absolute requiratur, ut homo ad sacramenta, et speciatim poenitentes ad absolutionis beneficium admittantur;

Falsa, temeraria, quietis animarum perturbativa, tutae, ac probatae in Ecclesia praxi contraria, sacramenti efficaciae detrahens, et injuriosa.

De auctoritate absolvendi.

De poenit. §. 10. n. 6.

XXXVII.

Aliae de auctoritate absolvendi.

§. 37. Doctrina synodi, quae de auctoritate absolvendi accepta ordinationem enuntiat, *post institutionem dioecesium, et parochiarum conveniens esse, ut quisque judicium hoc exerceat super personas sibi subditas sive ratione territorii, sive jure quodam personali*, propterea quod *aliter confusio induceretur, et perturbatio*;

Quatenus post institutas dioeceses, et parochias enuntiat tantummodo, *conveniens esse ad praecavendam confusionem, ut absolvendi potestas exerceatu rsuper subditos*; sic intellecta tanquam ad validum usum hujus potestatis non sit necessaria ordinaria, vel subdelegata illa jurisdictio, sine qua Tridentinum declarat nullius momenti esse absolutionem a sacerdote prolatam;

Falsa, temeraria, perniciosa, Tridentino contraria, et injuriosa, erronea.

Ibid. §. 11.

XXXVIII.

Item doctrina, qua postquam synodus professa est, *se non posse non admirari illam adeo*

venerabilem disciplinam antiquitatis, quae, ut ait, *ad poenitentiam non ita facile, et forte nunquam eum admittebat, qui post primum peccatum, et primam reconciliationem relapsus esset in culpam*, subjungit, *per timorem perpetuae exclusionis a communione, et pace, etiam in articulo mortis magnum fraenum illis injectum iri, qui parum considerant malum peccati, et minus illud timent*,

Contraria can. 13. concilii Nicaeni I., decretali Innocentii I. ad Exuperium Tholos., tum et decretali Coelestini I. ad episcopos Viennen. et Narbonen. provinciae, redolens pravitatem, quam in ea decretali sanctus pontifex exhorret.

De peccatorum venialium confessione.

De poenit. §. 12.

XXXIX.

Alia super peccatorum venialium confessione. §. 38. Declaratio synodi de peccatorum venialium confessione, quam optare se ait non tantopere frequentari, ne nimium contemptibiles reddantur ejusmodi confessiones,

Temeraria, perniciosa, sanctorum, ac piorum praxi a s. conc. Trid. probatae contraria.

De indulgentiis.

De poenit. §. 16.

XL

Aliae super indulgentiis. §. 39. Propositio asserens, *indulgentiam secundum suam praecisam notionem aliud non esse quam remissionem partis ejus poenitentiae, quae per canones statuta erat peccanti;*

Quasi indulgentia praeter nudam remissionem poenae canonicae non etiam valeat ad remissionem poenae temporalis pro peccatis actualibus debitae apud divinam justitiam,

Falsa, temeraria, Christi meritis injuriosa, dudum in artic. 19. Lutheri damnata.

Ibid.

XLI.

Item in eo quod subditur, *scholasticos suis subtilitatibus inflatos invexisse thesaurum male intellectum meritorum Christi, et sanctorum, et clarae notioni absolutionis a poena canonica substituisse confusam, et falsam applicationis meritorum;*

Quasi thesauri Ecclesiae, unde papa dat indulgentias non sint merita Christi, et sanctorum,

Falsa, temeraria, Christi, et sanctorum meritis injuriosa, dudum in artic. 17. Lutheri damnata.

Ibid.

XLII.

Item in eo quod superaddit, *luctuosius adhuc esse quod chimerea isthaec applicatio transferri volita sit in defunctos;*

Falsa, temeraria, piarum aurium offensiva, in Romanos pontifices, et in praxim, et sensum universalis Ecclesiae injuriosa, inducens in errorem haereticali nota in Petro de Osma confixum, iterum damnatum in artic. 22. Lutheri.

Ibid.

XLIII.

In eo demum quod impudentissime invehitur in tabellas indulgentiarum, altaria privilegiata etc.,

Temeraria, piarum aurium offensiva, scandalosa, in summos pontifices, atque in praxim tota Ecclesia frequentatam contumeliosa.

De reservatione casuum.

De poenit. §. 19.

XLIV.

§. 40. Propositio synodi asserens, *reservationem casuum nunc temporis aliud non esse quam improvidum ligamen pro inferioribus sacerdotibus, et sonum sensu vacuum pro poenitentibus assuetis non admodum curare hanc reservationem;* Aliae super reservatione casuum.

Falsa, temeraria, male sonans, perniciosa, concilio Tridentino contraria, superioris hierarchicae potestatis laesiva.

Ibid.

XLV.

Item de spe quam ostendit fore, *ut reformato rituali, et ordine poenitentiae, nullum amplius locum habiturae sint hujusmodi reservationes;*

Prout attenta generalitate verborum innuit per reformationem ritualis, et ordinis poenitentiae factam ab episcopo, vel synodo aboleri posse casus, quos Tridentina synodus (sess. 14. c. 7.) declarat pontifices maximos potuisse pro suprema potestate sibi in universa Ecclesia tradita peculiari suo judicio reservare,

Propositio falsa, temeraria, concilio Tridentino, et summorum pontificum auctoritati derogans, et injuriosa.

De censuris.

De poenit. §§. 20. 22.

XLVI.

Aliae de censuris. §. 41. Propositio asserens, *effectum excommunicationis exteriorem dumtaxat esse, quia tantummodo natura sua excludit ab exteriore communicatione Ecclesiae;*

Quasi excommunicatio non sit poena spiritualis, ligans in coelo, animas obligans.

Ex s. Aug. ep. 250. Auxilio episcopo. tract. 50. in Johan. n. 12.

Falsa, perniciosa, in art. 23. Lutheri damnata, ad minus erronea.

§§. 21. 23.

XLVII.

Item quae tradit, necessarium esse juxta leges naturales, et divinas, ut sive ad excommunicationem, sive ad suspensionem praecedere debeat examen personale, atque adeo sententias dictas *ipso facto*, non aliam vim habere, nisi seriae comminationis sine ullo actuali effectu,

Falsa, temeraria, perniciosa, Ecclesiae potestati injuriosa, erronea.

§. 21.

XLVIII.

Item quae pronuntiat, *inutilem, ac vanam esse formulam nonnullis abhinc saeculis inductam absolvendi generaliter ab excommunicationibus, in quas fidelis incidere potuisset;*

Falsa, temeraria, praxi Ecclesiae injuriosa.

§. 24.

XLIX.

Item quae damnat ut nullas, et invalidas *suspensiones ex informata conscientia,*

Falsa, perniciosa, in Trid. injuriosa.

Ibid.

L.

Item in eo quod insinuat soli episcopo fas non esse uti potestate, quam tamen ei defert Tridentinum (sess. 14. c. 1. de ref.) suspensionis *ex informata conscientia* legitime infligendae,

Jurisdictionis praelatorum Ecclesiae laesiva.

De ordine.

De ordine §. 4.

LI.

§. 42. Doctrina synodi, quae perhibet, in promovendis ad ordines hanc de more, et instituto veteris disciplinae rationem servari consuevisse, *ut siquis clericorum distinguebatur sanctitate vitae, et dignus aestimabatur, qui ad ordines sacros ascenderet, ille solitus erat promoveri ad diaconatum, vel sacerdotium, etiamsi inferiores ordines non suscepisset: neque tum talis ordinatio dicebatur per saltum, ut postea dictum est;* Aliae super ordine.

§. 5.

LII.

Item quae innuit non alium titulum ordinationum fuisse, quam deputationem ad aliquod speciale ministerium, qualis praescripta est in concilio Calcedonensi: subjungens

Digitized by Google

(§. 6.), quamdiu Ecclesia sese his principiis in delectu sacrorum ministrorum conformavit, ecclesiasticum ordinem floruisse, verum beatos illos dies transiisse, novaque principia subinde introducta, quibus corrupta fuit disciplina in delectu ministrorum sanctuarii.

§. 7.

LIII.

Item quod inter haec ipsa corruptionis principia refert, quod recessum sit a vetere instituto, quo, ut ait (§. 3.), Ecclesia insistens apostoli vestigiis, neminem ad sacerdotium admittendum statuerat, nisi qui conservasset innocentiam baptismalem.

Quatenus innuit corruptam fuisse disciplinam per decreta, et instituta.

1. Sive quibus ordinationes per saltum vetitae sunt.

2. Sive quibus pro ecclesiarum necessitate, et commoditate probatae sunt ordinationes sine titulo specialis officii, velut speciatim a Tridentino ordinatio ad titulum patrimonii: salva obedientia, qua sic ordinati ecclesiarum necessitatibus deservire debent iis obeundis officiis, quibus pro loco, ac tempore ab episcopo admoti fuerint, quemadmodum ab apostolicis temporibus in primitiva Ecclesia fieri consuevit.

3. Sive quibus jure canonico facta est criminum distinctio, quae delinquentes reddunt irregulares: quasi per hanc distinctionem Ecclesia recesserit a spiritu apostoli, non excludendo generaliter, et indistincte ab ecclesiastico ministerio omnes quoscumque, qui baptismalem innocentiam non conservassent.

Doctrina singulis suis partibus falsa, temeraria, ordinis pro ecclesiarum necessitate, et commoditate inducti perturbativa, in disciplinam per canones, et speciatim per Trid. decreta probatam injuriosa.

§. 23.

LIV.

Item quae velut turpem abusum notat umquam praetendere eleemosynam pro celebrandis missis, et sacramentis administrandis, sicuti et accipere quemlibet proventum dictum *stolae*, et generatim quodcumque stipendium, et honorarium, quod suffragiorum, aut cujuslibet parochialis functionis occasione offerretur.

Quasi turpis abusus crimine notandi essent ministri Ecclesiae, dum secundum receptum, et probatum Ecclesiae morem, et institutum utuntur jure promulgato ab apostolo accipiendi temporalia ab his, quibus spiritualia ministrantur,

Falsa, temeraria, ecclesiastici, ac pastoralis juris laesiva, in Ecclesiam, ejusque ministros injuriosa.

§. 14.

LV.

Item qua vehementer optare se profitetur, ut aliqua ratio inveniretur minutuli cleri (quo nomine inferiorum ordinum clericos designat) a cathedralibus, et collegiatis submovendi, providendo aliter, nempe per probos, et provectioris aetatis laicos, congruo assignato stipendio, ministerio inserviendi missis, et aliis officiis velut acolythi etc., ut olim, inquit, fieri solebat, quando ejus generis officia, non ad meram speciem pro majoribus ordinibus suscipiendis redacta erant.

Quatenus reprehendit institutum, quo cavetur, ut *minorum ordinum functiones per eos tantum praestentur, exerceanturve, qui in illis constituti, adscriptive sunt* (Concil. prov. IV Mediol.): idque ad mentem Tridentini (Sess. 23. c. 17.), *ut sanctorum ordinum a diaconatu ad ostiariatum functiones ab apostolicis temporibus in Ecclesia laudabiliter receptae, et in pluribus locis aliquandiu intermissae juxta sacros canones revocentur, nec ab haereticis tanquam otiosae traducantur,*

Suggestio temeraria, piarum aurium offensiva, ecclesiastici ministerii perturbativa, servandae, quoad fieri potest, in celebrandis mysteriis decentiae imminutiva, in minorum ordinum munera, et functiones, tum in disciplinam per canones, et specialim per Trid. probatam injuriosa, favens haereticorum in eam conviciis, et calumniis.

Digitized by Google

§. 18.

LVI.

Doctrina, quae statuit conveniens videri in impedimentis canonicis, quae proveniunt ex delictis in jure expressis ullam umquam nec concedendam, nec admittendam esse dispensationem,

Aequitatis, et moderationis canonicae a sacro concilio Tridentino probatae laesiva, auctoritati, et juribus Ecclesiae derogans.

Ibid. §. 22.

LVII.

Praescriptio synodi, quae generaliter, et indiscriminatim velut abusum rejicit quamcumque dispensationem, ut plus quam unum residentiale beneficium uni, eidemque conferatur: item in eo quod subjungit, certum sibi esse juxta Ecclesiae spiritum plus quam uno beneficio tametsi simplici neminem frui posse.

Pro sua generalitate derogans moderationi Tridentini sess. 7. c. 5. et sess. 24. c. 17.

De sponsalibus, et matrimonio.

Libel. memor. circa sponsalia etc. §. 2.

LVIII.

Alia super sponsalibus, et matrimonio. §. 13. Propositio, quae statuit sponsalia proprie dicta actum mere civilem continere, qui ad matrimonium celebrandum disponit, eademque civilium legum praescripto omnino subjacere;

Quasi actus disponens ad sacramentum non subjaceat sub hac ratione juri Ecclesiae,

Falsa, juris Ecclesiae quoad effectus etiam e sponsalibus VI. canonicarum sanctionum profluentes laesiva, disciplinae ab Ecclesia constitutae derogans.

De matrim. §§. 7. 11. 12.

LIX.

Doctrina synodi asserens, *ad supremam civilem potestatem dumtaxat originarie spectare contractui matrimonii apponere impedimenta ejus generis, quae ipsum nullum reddunt, dicunturque dirimentia*, quod *jus originarium* praeterea dicitur cum *jure dispensandi essentialiter connexum*, subjungens, *supposito assensu, vel conniventia principum potuisse Ecclesiam juste constituere impedimenta dirimentia ipsum contractum matrimonii;*

Quasi Ecclesia non semper potuerit, ac possit in christianorum matrimoniis jure proprio impedimenta constituere, quae matrimonium non solum impediant, sed et nullum reddant quoad vinculum, quibus christiani obstricti teneantur etiam in terris infidelium, in eisdemque dispensare,

Canonum 3. 4. 9. 12. sess. 24. Concil. Trid. eversiva, haeretica.

Cit. libel. memor. circa sponsal. §. 10.

LX.

Item rogatio synodi ad potestatem civilem, ut *e numero impedimentorum tollat cognationem spiritualem, atque illud quod dicitur publicae honestatis, quorum origo reperitur in collectione Justiniani*, tum ut *restringat impedimentum affinitatis, et cognationis ex quacumque licita, aut illicita conjunctione provenientis ad quartum gradum juxta civilem computationem per lineam lateralem, et obliquam, ita tamen ut spes nulla relinquatur dispensationis obtinendae;*

Quatenus civili potestati jus attribuit sive abolendi, sive restringendi impedimenta Ecclesiae auctoritate constituta, vel comprobata: item qua parte supponit Ecclesiam per potestatem civilem spoliari posse jure dispensandi super impedimentis ab ipsa constitutis, vel comprobatis,

Libertatis, ac potestatis Ecclesiae subversiva, Tridentino contraria, ex haereticali supra damnato principio profecta.

De officiis, exercitationibus, institutionibus ad religiosum cultum pertinentibus,

Et primum de adoranda humanitate Christi.

De fide §. 3.

Digitized by Google

LXI.

Aliae de officiis, exercitationibus, institutionibus ad religiosum cultum pertinentibus.

§. 44. Propositio, quae asserit, *adorare directe humanitatem Christi, magis vero aliquam ejus partem fore semper honorem divinum datum creaturae;*

Quatenus per hoc verbum *directe* intendat reprobare adorationis cultum, quem fideles dirigunt ad humanitatem Christi, perinde ac si talis adoratio, qua humanitas, ipsaque caro vivifica Christi adoratur non quidem propter se, et tanquam nuda caro, sed prout unita divinitati, foret honor divinus impertitus creaturae, et non potius una, eademque adoratio, qua verbum incarnatum cum propria ipsius carne adoratur,

Ex concil. C. P. V. gen. can. 9.

Falsa, captiosa, pio, ac debito cultui humanitati Christi a fidelibus praestito, ac praestando detrahens, et injuriosa.

De orat. §. 10.

LXII.

Doctrina, quae devotionem erga sacratissimum cor Jesu rejicit inter devotiones, quas notat velut novas, erroneas, aut saltem periculosas;

Intellecta de hac devotione, qualis est ab apostolica Sede probata,

Falsa, temeraria, perniciosa, piarum aurium offensiva, in apostolicam Sedem injuriosa.

De orat. §. 10. *et append. n.* 32.

LXIII.

Item in eo quod cultores cordis Jesu hoc etiam nomine arguit, quod non advertant sanctissimam carnem Christi, aut ejus partem aliquam, aut etiam humanitatem totam cum separatione, aut praecisione a divinitate adorari non posse cultu latriae;

Quasi fideles cor Jesu adorarent, cum separatione, vel praecisione a divinitate, dum illud adorant, ut est cor Jesu, cor nempe personae verbi, cui inseparabiliter unitum est, ad eum modum, quo exangue corpus Christi in triduo mortis sine separatione, aut praecisione a divinitate adorabile fuit in sepulchro,

Captiosa, in fideles cordis Christi cultores injuriosa.

De ordine praescripto in piis exercitationibus obeundis.

De orat. §. 14. *append. n.* 34.

LXIV.

Aliae de ordine praescripto in exercitationibus obeundis.

§. 45. Doctrina, quae velut superstitiosam universe notat *quamcumque efficaciam, quae ponatur in determinato numero precum, et piarum salutationum;*

Tanquam superstitiosa censenda esset efficacia, quae sumitur non ex numero in se spectato, sed ex praescripto Ecclesiae certum numerum precum, vel externarum actionum praefinientis pro indulgentiis consequendis, pro adimplendis poenitentiis, et generatim pro sacro, et religioso cultu rite, et ex ordine peragendo,

Falsa, temeraria, scandalosa, perniciosa, pietati fidelium injuriosa, Ecclesiae auctoritati derogans, erronea.

De poenit. §. 10.

LXV.

Propositio enuntians, *irregularem strepitum novarum institutionum, quae dictae sunt exercitia, vel missiones . . . . . forte nunquam, aut saltem perraro eo pertingere, ut absolutam conversionem operentur; et exteriores illos commotionis actus, qui apparuere, nil aliud fuisse, quam transeuntia naturalis concussionis fulgura;*

Temeraria, male sonans, perniciosa, mori pie, salutariter per Ecclesiam frequentato, et in verbo Dei fundato injuriosa.

De modo jungendae vocis populi cum voce Ecclesiae in precibus publicis.

De orat. §. 24.

LXVI.

Alia de modo jungendae vocis populi cum voce Ecclesiae in precibus publicis.

§. 46. Propositio asserens, *fore contra apostolicam praxim, et Dei consilia, nisi populo faciliores viae pararentur vocem suam jungendi cum voce totius Ecclesiae;*

Intellecta de usu vulgaris linguae in liturgicas preces inducendae,

Falsa, temeraria, ordinis pro mysteriorum celebratione praescripti perturbativa, plurium malorum facile productrix.

De lectione sacrae scripturae.

Ex nota in fine decr. de gratia.

LXVII.

Alia super lectione sacrae scripturae.

§. 47. Doctrina perhibens a lectione sacrarum scripturarum *nonnisi veram impotentiam excusare*, subjungens ultro se prodere obscurationem, quae ex hujusce praecepti neglectu orta est super primarias veritates religionis,

Falsa, temeraria, quietis animarum perturbativa, alias in Quesnellio damnata.

De proscriptis libris in Ecclesia publice legendis.

De orat. §. 29.

LXVIII.

Alia de proscriptis libris legendis.

§. 48. Laudatio, qua summopere synodus commendat Quesnellii commentationes in novum testamentum, aliaque aliorum Quesnellianis erroribus faventium opera, licet proscripta, eademque parochis proponit, ut ea tanquam solidis religionis principiis referta in suis quisque paraeciis populo post reliquas functiones perlegant,

Falsa, scandalosa, temeraria, seditiosa, Ecclesiae injuriosa, schisma fovens, et haeresim.

De sacris imaginibus.

De Orat. §. 17.

LXIX.

Alias super sacris imaginibus.

§. 49. Praescriptio, quae generaliter, et indistincte inter imagines ab Ecclesia auferendas, velut rudibus erroris occasionem praebentes, notat imagines Trinitatis incomprehensibilis,

Propter sui generalitatem temeraria, ac pio per Ecclesiam frequentato mori contraria, quasi nullae extent imagines sanctissimae Trinitatis communiter approbatae, ac tuto permittendae.

Ex brevi *Sollicitudinis nostrae*.
Benedicti XIV. anni 1745.

LXX.

Item doctrina, et praescriptio generatim reprobans omnem specialem cultum, quem alicui speciatim imagini solent fideles impendere, et ad ipsam potius quam ad aliam confugere,

Temeraria, perniciosa, pio per Ecclesiam frequentato mori, tum et illi providentiae ordini injuriosa, quo ita Deus nec in omnibus memoriis sanctorum ista fieri voluit, qui dividit propria unicuique prout vult.

Ex S. Aug. ep. 78. clero, senioribus, et universae plebi Ecclesiae Hipponen.

LXXI.

Item quae vetat ne imagines praesertim B. Virginis ullis titulis distinguantur praeter quam denominationibus, quae sint analogae mysteriis, de quibus in sacra scriptura expressa fit mentio;

Quasi nec adscribi possent imaginibus piae aliae denominationes, quas vel in ipsismet publicis precibus Ecclesia probat, et commendat,

Temeraria, piarum aurium offensiva, venerationi b. praesertim Virgini debitae injuriosa.

Digitized by Google

LXXII.

Item quae velut abusum extirpari vult morem, quo velatae asservantur certae imagines,

Temeraria, frequentato in Ecclesia, et ad fidelium pietatem fovendam inducto mori contraria.

De Festis.

Libell. memorial. pro fest. reform. §. 3.

LXXIII.

Aliae de festis.

§. 50. Propositio enuntians novorum festorum institutionem ex neglectu in veteribus observandis, et ex falsis notionibus naturae, et finis earumdem solemnitatum originem duxisse,

Falsa, temeraria, scandalosa, Ecclesiae injuriosa, favens haereticorum in dies festos per Ecclesiam celebratos conviciis.

Ibid. §. 8.

LXXIV.

Deliberatio synodi de transferendis in diem Dominicum festis per annum institutis: idque pro jure, quod persuasum sibi esse ait episcopo competere super disciplinam ecclesiasticam in ordine ad res mere spirituales; ideoque et praeceptum missae audiendae abrogandi diebus, in quibus ex pristina Ecclesiae lege viget etiamnum id praeceptum: tum etiam in eo, quod superaddit de transferendis in adventum episcopali auctoritate jejuniis per annum ex Ecclesiae praecepto servandis;

Quatenus adstruit episcopo fas esse jure proprio transferre dies ab Ecclesia praescriptos pro festis, jejuniisve celebrandis: aut indictum missae audiendae praeceptum abrogare,

Propositio falsa, juris conciliorum generalium; et summorum pontificum laesiva, scandalosa, schismati favens.

De juramentis.

Libell. memorial. pro juram. reform. §. 5.

LXXV.

§. 51. Doctrina, quae perhibet beatis temporibus nascentis Ecclesiae juramenta visa esse a documentis divini praeceptoris, atque ab aurea evangelica simplicitate adeo aliena, ut *ipsummet jurare sine extrema, et ineluctabili necessitate reputatus fuisset actus irreligiosus, homine Christiano indignus:* insuper *continuatam patrum seriem demonstrare juramenta communi sensu pro vetitis habita fuisse:* indeque progreditur ad improbanda juramenta, quae curia ecclesiastica, jurisprudentiae feudalis, ut ait, normam secuta in investituris, et in sacris ipsis episcoporum ordinationibus adoptavit: statuitque adeo implorandam a saeculari potestate legem pro abolendis juramentis, quae in curiis etiam ecclesiasticis exiguntur pro suscipiendis muniis, et officiis, et generatim pro omni actu curiali,

Aliae de juramentis.

Falsa, Ecclesiae injuriosa, juris Ecclesiastici laesiva, disciplinae per canones inductae, et probatae subversiva.

De collationibus ecclesiasticis.

De collat. ecclesiast. §. 1.

LXXVI.

§. 52. Insectatio, qua synodus scholasticam exagitat, velut eam, *quae viam aperuit inveniendis novis, et inter se discordantibus systematibus, quoad veritates majoris pretii, ac demum adduxit ad probabilismum, et laxismum;*

Aliae de collationibus ecclesiasticis.

Quatenus in scholasticam rejicit privatorum vitia, qui abuti ea potuerunt, aut abusi sunt,

Falsa, temeraria, in sanctissimos viros, et doctores, qui magno catholicae religionis bono scholasticam excoluere injuriosa, favens infestis in eam haereticorum conviciis.

Ibid.

LXXVII.

Item in eo quod subdit, *mutationem formae regiminis ecclesiastici, qua factum est, ut mini-*

by Google

stri Ecclesiae in oblivionem venirent suorum jurium, quae simul sunt eorum obligationes, eo demum rem adduxisse, ut obliterari faceret primitivas notiones ministerii ecclesiastici, et sollicitudinis pastoralis;

Quasi per mutationem regiminis congruentem disciplinae in Ecclesia constitutae, et probatae obliterari umquam potuerit, et amitti primitiva notio ecclesiastici ministerii, pastoralisve sollicitudinis,

Propositio falsa, temeraria, erronea.

LXXVIII.

Praescriptio synodi de ordine rerum tractandarum in collationibus, qua posteaquam praemisit, *in quolibet articulo distinguendum id quod pertinet ad fidem, et ad essentiam religionis ab eo quod est proprium disciplinae*, subjungit, *in hac ipsa* (disciplina) *distinguendum quod est necessarium, aut utile ad retinendos in spiritu fideles ab eo quod est inutile, aut onerosius, quam libertas filiorum novi foederis patiatur, magis vero ab eo, quod est periculosum aut noxium, utpote inducens ad superstitionem, et materialismum;*

Quatenus pro generalitate verborum comprehendat, et praescripto examini subjiciat etiam disciplinam ab Ecclesia constitutam, et probatam, quasi Ecclesia, quae spiritu Dei regitur, disciplinam constituere posset non solum inutilem, et onerosiorem, quam libertas christiana patiatur, sed et periculosam, noxiam, inducentem in superstitionem, et materialismum,

Falsa, temeraria, scandalosa, perniciosa, piarum aurium offensiva, Ecclesiae, ac spiritui Dei, quo ipsa regitur, injuriosa, ad minus erronea.

Convicia adversus aliquas sententias in scholis catholicis usque adhuc agitatas.

Orat. ad synod. §. 2.

LXXIX.

Aliae respicientes convicia adversus aliquas sententias in scholis catholicis usque adhuc agitatas.

§. 53. Assertio, quae conviciis, et contumeliis insectatur sententias in scholis catholicis agitatas, et de quibus apostolica Sedes nihil adhuc definiendum, aut pronunciandum censuit,

Falsa, temeraria, in scholas catholicas injuriosa, debitae apostolicis constitutionibus obedientiae derogans.

De tribus regulis fundamenti loco a synodo positis pro reformatione regularium.

Libell. memorial. pro reform. regularium §. 9.

LXXX.

Aliae de tribus regulis fundamenti loco a synodo positis pro reformatione regularium.

§. 54. Regula 1. quae statuit universe, et indiscriminatim *statum regularem, aut monasticum natura sua componi non posse cum animarum cura, cumque vitae pastoralis muneribus, nec adeo in partem venire posse ecclesiasticae hierarchiae, quin ex adverso pugnet cum ipsiusmet vitae monasticae principiis,*

Falsa, perniciosa, in sanctissimos Ecclesiae patres, et praesules, qui regularis vitae instituta cum clericalis ordinis muneribus consociarunt, injuriosa, pio, vetusto, probato Ecclesiae mori, summorumque pontificum sanctionibus contraria: quasi monachi quos morum gravitas, et vitae, ac fidei institutio sancta commendat, *non rite, nec modo sine religionis offensione, sed et cum multa utilitate Ecclesiae* clericorum officiis *aggregentur.*

Ex s. Siricio epist. decret. ad Himerium Tarracon. c. 13.

LXXXI.

Item in eo quod subjungit, sanctos Thomam, et Bonaventuram sic in tuendis adversus summos homines mendicantium institutis versatos esse, ut in eorum defensionibus minor aestus, accuratio major desideranda fuisset,

Scandalosa, in sanctissimos doctores injuriosa, impiis damnatorum auctorum contumeliis favens.

Digitized by Google

LXXXII.

Regula 2. *multiplicationem ordinum, ac diversitatem naturaliter inferre perturbationem, et confusionem:* item in eo quod praemittit §. 4. *regularium fundatores* qui post monastica instituta prodierunt, *ordines superaddentes ordinibus, reformationes reformationibus nihil aliud effecisse, quam primariam mali causam magis magisque dilatare;*

Intellecta de ordinibus et institutis a sancta Sede probatis, quasi distincta piorum munerum varietas, quibus distincti ordines addicti sunt, natura sua perturbationem, et confusionem parere debeat,

Falsa, calumniosa, in sanctos fundatores, eorumque fideles alumnos, tum et in ipsos summos pontifices injuriosa.

LXXXIII.

Regula 3. qua postquam praemisit, *parvum corpus degens intra civilem societatem, quin fere sit pars ejusdem, parvamque monarchiam figit in statu semper esse periculosum,* subinde hoc nomine criminatur privata monasteria, communis instituti vinculo sub uno praesertim capite consociata, velut speciales totidem monarchias civili reipublicae periculosas, et noxias,

Falsa, temeraria, regularibus institutis a sancta Sede ad religionis profectum approbatis injuriosa, favens haereticorum in eadem instituta insectationibus, et calumniis.

De systemate, seu ordinationum complexione ducta ex allatis regulis, et octo sequentibus articulis comprehensa pro reformatione regularium.

§. 10.

LXXXIV.

Aliae de Systemate pro reformatione regularium.

§. 35. Art. 1. *De uno dumtaxat ordine in Ecclesia retinendo, ac de seligenda prae caeteris regula sancti Benedicti, cum ob sui praestantiam, tum ob praeclara illius ordinis merita: sic tamen ut in his, que forte occurrent temporum conditioni minus congrua, instituta vitae ratio apud Portum-regium lucem praeferat ad explorandum quid addere, quid detrahere conveniat.*

2. *Ne compotes fiant ecclesiasticae hierarchiae, qui se huic ordini adjunxerint, nec ad sacros ordines promoveantur, praeterquam ad summum unus, vel duo, initiandi tanquam curati, vel capellani monasterii, reliquis in simplici laicorum ordine remanentibus.*

3. *Unum in unaquaque civitate admittendum monasterium, idque extra moenia civitatis in locis abditioribus, et remotioribus collocandum.*

4. *Inter occupationes vitae monasticae pars sua labori manuum inviolate servanda, relicto tamen congruo tempore psalmodiae impendendo, aut etiam, si cui libuerit, literarum studio. Psalmodia deberet esse moderata, quia nimia ejus prolixitas parit praecipitantiam, molestiam, evagationem. Quo plus auctae sunt psalmodiae, orationes, preces, tantundem peraequa proportione omni tempore imminutus fervor est, sanctitasque regularium.*

5. *Nulla foret admittenda distinctio monachos inter sive choro, sive ministeriis addictos; inaequalitas isthaec gravissimas omni tempore lites excitavit, ac discordias, et a communitatibus regularium spiritum charitatis expulit.*

6. *Votum perpetuae stabilitatis nunquam tolerandum. Non illud norant veteres monachi, qui tamen Ecclesiae consolatio, et christianismi ornamentum extiterunt. Vota castitatis, paupertatis, et obedientiae non admittentur instar communis, et stabilis regulae. Si quis ea vota, aut omnia, aut aliqua facere voluerit, consilium, et veniam ab episcopo postulabit, qui tamen nunquam permittet, ut perpetua sint, nec anni fines excedent. Tantummodo facultas dabitur ea renovandi sub iisdem conditionibus.*

7. *Omnem episcopus habebit inspectionem in eorum vitam, studia, progressum in pietate: ad ipsum pertinebit monachos admittere, et expellere, semper tamen accepto contubernalium consilio.*

8. *Regulares ordinum, qui adhuc remanent, licet sacerdotes in hoc monasterium admitti etiam possent, modo in silentio, et solitudine propriae sanctificationi vacare cuperent: quo casu dispensationi locus fieret in generali regula numer. 2. statuta, sic tamen ne vitae institutionem sequantur ab aliis discrepantem, adeo ut non plus quam una, aut ad summam duae in diem missae celebrentur, satisque ceteris sacerdotibus esse debeat una cum communitate concelebrare.*

Digitized by Google

Item pro reformatione monialium.

§. 11.

Vota perpetua usque ad annum 40. aut 45. non admittenda. Moniales solidis exercitationibus, speciatim labori addicendae: a carnali spiritualitate, qua pleraeque distinentur, avocandae: expendendum, utrum, quod ad ipsas attinet, satius foret monasterium in civitate relinqui;

Systema vigentis, atque jam antiquitus probatae, ac receptae disciplinae subversivum, perniciosum, constitutionibus apostolicis, et plurium conciliorum etiam generalium, tum speciatim Tridentini sanctionibus oppositum, et injuriosum, favens haereticorum in monastica vota, et regularia instituta stabiliori consiliorum evangelicorum professioni addicta conviciis, et calumniis.

De nationali concilio convocando.

Libell. memorial. pro convoc. concil. national. §. 1.

LXXXV.

Aliae super convocatione concilii nationalis.

§. 56. Propositio enuntians qualemcumque cognitionem ecclesiasticae historiae sufficere, ut fateri quisque debeat convocationem concilii nationalis unum esse ex viis canonicis, qua finiantur in Ecclesia respectivarum nationum controversiae spectantes ad religionem;

Sic intellecta, ut controversiae ad fidem, et mores spectantes in ecclesia quacumque subortae, per nationale concilium irrefragabili judicio finiri valeant: quasi inerrantia in fidei, et morum quaestionibus nationali concilio competeret;

Schismatica, haeretica.

Prohibitio ne quis damnatas doctrinas profiteatur, et recipiat.

§. 57. Mandamus igitur omnibus utriusque sexus Christifidelibus, ne de dictis propositionibus, et doctrinis sentire, docere, praedicare praesumant, contra quam in hac Nostra constitutione declaratur, ita ut quicumque illas, vel earum aliquam conjunctim, vel divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputando publice, vel privatim tractaverit, nisi forsitan impugnando, ecclesiasticis censuris, aliisque contra similia perpetrantes a jure statutis poenis, ipso facto, absque alia declaratione subjaceat.

Reservatio super aliis in synodo contentis.

§. 58. Ceterum per hanc expressam praefatarum propositionum, et doctrinarum reprobationem, alia in eodem libro contenta nullatenus approbare intendimus; cum praesertim in eo complures deprehensae fuerint propositiones, et doctrinae sive illis, quae supra damnatae sunt, affines, sive quae communis ac probatae cum doctrinae, et disciplinae temerarium contemptum, tum maxime infensum in Romanos pontifices, et apostolicam Sedem animum praeseferunt.

Declarationes respicientes propositiones de sanctissima Trinitate.

§. 59. Duo vero speciatim notanda censemus, quae de augustissimo sanctissimae Trinitatis mysterio §. 2. decreti de fide, si non pravo animo, imprudentius certe synodo exciderunt, quae facile rudes praesertim et incautos in fraudem impellere valeant. Primum, dum posteaquam rite praemisit Deum in suo esse unum, et simplicissimum permanere, continuo subjungens, ipsum Deum in tribus personis distingui, perperam discedit a communi, et probata in christianae doctrinae institutionibus formula, qua Deus unus quidem in tribus personis distinctis dicitur, non in tribus personis distinctus: cujus formulae commutatione hoc vi verborum subrepit erroris periculum, ut essentia divina distincta in personis putetur, quam fides catholica sic unam in personis distinctis confitetur, ut eam simul profiteatur in se prorsus indistinctam.

Alia ut supra.

§. 60. Alterum, quod de ipsismet tribus divinis personis tradit, eas secundum earum proprietates personales, et incommunicabiles exactius loquendo exprimi, seu appellari patrem, verbum, et Spiritum sanctum, quasi minus propria, et exacta foret appellatio filii tot scripturae locis consecrata, voce ipsa patris e coelis, et e nube delapsa, tum formula baptismi a Christo praescripta, tum et praeclara illa confessione, qua beatus ab ipsomet Christo Petrus est pronuntiatus; ac non potius retinendum esset quod edoctus ab Augustino Angelicus praeceptor (1) vicissim ipse docuit

(1) S. Th. 1. p. q. 34. art. 2. ad 3.

Digitized by Google

in nomine verbi eamdem proprietatem importari, *quae in nomine filii*, dicente nimirum Augustino (1), *eo dicitur verbum quo filius*.

Alia super laudibus tributis declarationi conventus Gallicani anni 1682.

§. 61. Neque silentio praetereunda insignis ea fraudis plena synodi temeritas, quae pridem improbatam ab apostolica Sede conventus Gallicani declarationem an. 1682. ausa sit non amplissimis modo laudibus exornare, sed quo majorem illi auctoritatem conciliaret, eam in decretum *de fide* inscriptum insidiose includere, articulos in illa contentos palam adoptare, et quae sparsim per hoc ipsum decretum tradita sunt, horum articulorum publica, et solemni professione obsignare. Quo sane non gravior longe se Nobis offert de synodo, quam praedecessoribus Nostris fuerit de comitiis illis expostulandi ratio, sed et ipsimet Gallicanae ecclesiae non levis injuria irrogatur, quam dignam synodus existimaverit, cujus auctoritas in patrocinium vocaretur errorum, quibus illud est contaminatum decretum.

Idem ut supra.

§. 62. Quamobrem quae acta conventus Gallicani, mox ut prodierunt praedecessor Noster ven. Innocentius XI. per literas in forma Brevis die XI. aprilis anni MDCLXXXII., post autem expressius Alexander VIII. Constit. *Inter multiplices* die 4. augusti anni 1690. pro apostolici sui muneris ratione improbarunt, resciderunt, nulla, et irrita declararunt, multo fortius exigit a Nobis pastoralis sollicitudo recentem horum factam in synodo tot vitiis affectam adoptionem, velut temerariam, scandalosam, ac praesertim post edita praedecessorum Nostrorum decreta, huic apostolicae Sedi summopere injuriosam reprobare, ac damnare, prout eam praesenti hac Nostra constitutione reprobamus, et damnamus, ac pro reprobata, et damnata haberi volumus.

Improbantur etiam alii articula de fide alias rejecta a s. Sede.

§. 63. Ad id genus fraudis pertinet, quod synodus in hoc ipso decreto de fide quamplures articulos complexa, quos Lovaniensis facultatis theologi ad Innocentii XI. judicium detulerunt, tum et alios duodecim a card. de Noailles Benedicto XIII. oblatos, non dubitaverit ex reprobato secundo Ultrajectensi concilio vanum, vetusque commentum exsuscitare, temereque his verbis jactare in vulgus, nempe universae Europae notissimum esse, eos articulos Romae severissimo examini subjectos fuisse, et non solum a qualicumque censura immunes exiisse, sed etiam a laudatis Romanis pontificibus fuisse commendatos: cujus tamen assertae commendationis non modo nullum extat authenticum documentum, quin potius eidem refragantur acta examinis, quae in Nostrae supremae inquisitionis tabulis asservantur, e quibus id tantum apparet, nullum super iis prolatum fuisse judicium.

Damnatio libri, et poenae contra inobedientes.

§. 64. Hisce propterea de causis librum hunc ipsum, cui titulus — *Atti, e decreti del concilio dioecesano di Pistoja dell' anno MDCCLXXXVI.* » *In Pistoja per Atto Bracali stampatore vescovile. Con approvazione;* sive praemisso, sive quovis alio titulo inscriptum, ubicumque, et quocumque idiomate, quavis editione, aut versione hactenus impressum, aut imprimendum, auctoritate apostolica tenore praesentium prohibemus, et damnamus, quemadmodum etiam alios omnes libros in ejus, sive ejus doctrinae defensionem, tam scripto, quam typis forsan jam editos, seu, quod Deus avertat, edendos, eorumque lectionem, descriptionem, retentionem, et usum omnibus, et singulis Christifidelibus sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto incurrendae, prohibemus pariter, et interdicimus.

Brachii saecularis invocatio.

§. 65. Praecipimus insuper venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, aliisque locorum ordinariis, nec non haereticae pravitatis inquisitoribus, ut contradictores, et rebelles quoscumque per censuras, et poenas praefatas, aliaque juris, et facti remedia, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio, omnino coerceant, et compellant.

Fides habenda transumptis.

§. 66. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quae ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 67. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, et interdictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indi-

(1) Aug. de Trinit. l. 7. c. 2.

Digitized by Google

gnationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, quinto kalendas septembris, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 5. sept. 1794. Anno XX.

CMLXXXVI.

Electio B. M. V. in patronam principalem ordinis Bethlehemitici.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum, pro dilectis filiis praefecto generali, et definitorio generali ordinis Bethlehemitici nuncupati decretum est factum tenoris qui sequitur.

Ordinis Bethlehemitici.

Decretum s. congregationis Rituum. §. 2. Relatis ad sacram Rituum congregationem ab eminentissimo, et reverendissimo domino cardinali Archinto praefecto humillimis precibus praefecti generalis, et definitorii generalis ordinis Bethlehemitici supplicantium pro confirmatione electionis Beatae Mariae Virginis sub titulo de Bethlehem in patronam principalem ejusdem ordinis, licet ut alterum patronum principalem venerentur sanctum Josephum: sacra eadem congregatio comperiens hujusmodi electionem servatis servandis, et legitime factam fuisse, eamdem confirmavit, et approbavit, atque festivitati ipsius beatae Mariae virginis de Bethlehem in patronam principalem electae praerogativas omnes sanctorum protectorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit, quibuscumque in contrarium disponentibus minime obstantibus. Die vigesima tertia augusti millesimo septingentesimo nonagesimo quarto.

Loco ✠ Signi.

L. Card. Archintus praef.

§. 3. Quum autem sicut ejusdem praefecti, et definitorii nomine expositum Nobis fuit, decreto hujusmodi, quo majorem vim habeat, confirmationem Nostram accedere vehementer illi cupiant, Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum supra insertum auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae congregationis cardinalium. Confirmatio apostolica.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo. Derogatio contrariorum.

CMLXXXVII.

Dat. die 10. sept. 1794. Anno XX.

Facultas archiepiscopo Januensi, caeterisque ecclesiasticis deferendi vasa argentea, et aurea ad divini cultus usum pertinentia in novum erigendum montem in civitate Januensi.

Venerabili fratri Joanni archiepiscopo Januensi, ac dilectis filiis rectoribus, localibus, aliisque administratoribus ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et locorum piorum civitatis, et dioecesis Januensis.

Digitized by Google

Pius PP. VI.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Quo studio paternae providentiae apostolica haec Sancta sedes ad sublevandas necessitates supremorum principum, et rerumpublicarum, a quibus eximia semper fidei, ac venerationis erga catholicam Romanam religionem, ipsamque apostolicam Sedem obsequia prodierunt, non semel consuevit ecclesiastica etiam, et pia loca, resque, et personas divino servitio addictas adstringere, ut ad communia onera pro bono publico ferenda una cum laicis, quorum substantiae, ac vires extraordinariis quibusdam reipublicae indigentiis pares non esse dignoscuntur, pro virili parte concurrerent, juxta statutum concilii Lateranensis relatum in cap. *Non minus de immunitate ecclesiastica*, et Innocentius pp. III. *in cap. Adversus eod. tit.* Eodem Nos hoc tempore, non sine magno animi Nostri dolore adducimur, ut ad gravissimas calamitates, quibus dilecti filii nobiles viri dux, et gubernatores reipublicae Januensis de Nobis semper, deque hac eadem apostolica Sede optime meritae propter acerbas temporum conditiones urgentur, animum Nostrum intendamus, iisque quantum cum Domino possumus, per apostolicae benignitatis remedia consulamus.

Exponitur gravissima ratio cur novi montis erectio sit decernenda cum applicatione rerum ad pia loca pertinentium. §. 2. Cum itaque, sicut Nobis gravium virorum, omnique fide dignorum attestationibus innotuit, praefata Januensis respublica pro publicis, et urgentissimis, quibus involvitur, necessitatibus, praesentaneo, paratoque subsidio numeratae pecuniae in auro, et argento summopere indigeat, quo valeat occurrentes magnas, atque inevitabiles pecuniarum solutiones explere, atque ita ipsius civitatis, ac totius subjectae sibi ditionis securitatem, et incolumitatem, cum divini cultus, et catholicae religionis tranquillitate semper conjunctam, obtinere, atque asserere, eique rei solas laicorum vires, atque substantias minime sufficere dignoscatur.

Tenor concessionis. §. 3. Idcirco Nos felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri vestigia sectantes, qui in aliis urgentissimis ejusdem reipublicae necessitatibus similia concessit, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, fraternitati tuae Joanni archiepiscopo, ac discretionibus vestris omnibus, et singulis tam istius metropolitanae ecclesiae, aliisque ecclesiarum collegiatarum etiam insignium capitulis, et canonicis, quam aliarum quarumcumque ejusdem civitatis, et dioecesis ecclesiarum saecularium, et cujuscumque ordinis etiam mendicantium, congregationis, et instituti, et militiae, etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, utriusque sexus monasteriorum, conventuum, collegiorum, et domorum regularium, nec non hospitalium, societatum, et confraternitatum laicalium, aliorumque piorum locorum rectoribus, superioribus localibus, et administratoribus quomodolibet nuncupatis, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ut ipsi, et singuli eorum, etiam non petita, aut obtenta cujusvis superioris mediate, vel immediate ordinum, congregationum, institutorum, et militiarum hujusmodi licentia, ac postpositis aliis quibuscumque solemnitatibus, alias de jure, vel consuetudine forsan observandis, vel adimplendis, omnia, et singula quaecumque, et qualiacumque illa fuerint aurea, et argentea ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et piorum locorum hujusmodi vasa, cruces, candelabra, thuribula, et alia utensilia (calicibus, patenis, pyxidibus, et aliis sacra unctione delibutis, et ad immediatum divini sacrificii usum, ac Dominici Corporis cultum pertinentibus dumtaxat exceptis) ad novum montem in domo, sive mensa nummaria sancti Georgii ejusdem Januensis civitatis creandum, et erigendum, afferre, eaque certis personis ab ipsius reipublicae magistratibus cum consensu fraternitatis tuae ad hunc effectum eligendis, et deputandis, tradere, et consignare libere, et licite possint, et valeant.

§. 4. Hac tamen lege, ut iidem ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et locorum piorum rectores, superiores, et administratores, seu personae ab ipsis deputatae, in actu traditionis hujusmodi, opportunas cautiones, seu cautionis schedulas, a praefatis, seu aliis ad id deputatis, publica fide subscriptas, de unius cujusque vasis, et utensilibus aureis, et argenteis, eorumque pondere, valore, et qualitate, recipere, et reportare teneantur, ad hoc, ut omni tempore appareat, et constet Leges servandae in recipiendis rebus locorum piorum.

Digitized by Google

vera, et praecisa quantitas summae per hujusmodi vasorum, et utensilium traditionem a singulis ecclesiis, monasteriis, domibus, et locis piis in praefatum montem respective collatae, quas quidem summas, tam quoad earum restitutionem intra certum tempus integre explendam, quam quoad fructus earumdem ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et locorum piorum favore ab ipso die realis traditionis hujusmodi decurrendos, et respective solvendos, omnibus, et singulis legibus, quae in praefati montis erectione, et creatione provide statuentur, subjectas remanere concedimus, atque decernimus: quapropter summo, quo possumus pontificiae voluntatis Nostrae studio, enixe hortamur, tam fraternitatem tuam, Joannes archiepiscope, quam vos omnes, et singulos dilectos filios rectores, superiores locales, et administratores utriusque sexus saeculares, et regulares ecclesiarum, et monasteriorum, conventuum, collegiorum, domorum, et locorum piorum praefatae civitatis, et dioecesis Januensis cujuscumque ordinis, congregationis, instituti, ac militiae hospitalis praefatarum, aliosque etiam laicos locorum piorum hujusmodi administratores, seu curatores quomodocumque nuncupatos, ut in praesentibus urgentissimis ejusdem civitatis, et reipublicae necessitatibus, seposita quacumque excusatione, aut tergiversatione, praefata omnia vasa, et utensilia aurea, et argentea ad vestras respective ecclesias, monasteria, conventus, collegia, domos, et loca pia pertinentia, ubicumque locorum existant (retenta dumtaxat ex ipsis ea quantitate, quae ad debitum divini cultus exercitium vere necessaria reputabitur) ad hujusmodi montem, ut praefertur creandum, et erigendum, quamprimum afferri, et personis ad id, ut supra deputatis tradi, et consignari curetis, ut ipsius reipublicae providi rectores, hujusmodi subsidio adjuti, necessarias pro communi bono solutiones, et expensas explere, et perficere valeant: super quibus, vobis omnibus, et singulis omnes, et quascumque necessarias, et opportunas facultates tribuimus, et impertimur.

Declaratio specialis.

§. 5. Quoniam vero ab omni ratione, et a praescripto sacrorum canonum omnino absonum esset, ut aurea, et argentea ecclesiarum, piorumque locorum, vasa, et utensilia ad supradictum effectum, priusquam profana laicorum, et saecularium hominum vasa, et suppellectilia tradita, et consignata essent, traderentur, atque consignarentur: idcirco fraternitati tuae, Joannes archiepiscope, earumdem praesentium serie committimus, et districte mandamus, ut pro tua pastorali sollicitudine, et vigilantia, advertas, quod ad praefatum montem profana primitus hominum saecularium vasa, et suppellectilia hujusmodi declarata fuerint, non quidem omnia, et singula, sed ea dumtaxat, quae supra cujusque necessarium, atque decentem usum pro singulorum statu, et conditione, apud eosdem saeculares exuberare dignoscantur. Ut quum de hujusmodi saltem aequabili, et moderata collatione pro parte laicorum, et saecularium hominum adimpleta tibi constiterit, tunc demum praefatis ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et locorum piorum rectoribus, superioribus, et administratoribus, praemissa omnia, Nostro etiam nomine indicas, atque denuncies, Nos enim minime dubitamus, quin omnes, et singuli praedicti prompto, libentique animo, hujusmodi aurea, et argentea vasa, et utensilia ad supradictum montem conferre studeant; quo praesentibus urgentissimis communis patriae necessitatibus subveniatur, majoraque pericula, Deo propitio, avertantur, quae alias universae civitati ac ditioni, ipsisque adeo ecclesiis, monasteriis, domibus, et locis piis imminerent, et publica securitas, atque tranquillitas obtineatur, et afferatur.

Praeceptum erogandis fructibus in reintegratione rerum habitarum a locis piis.

§. 6. Volumus autem, ut quoties summae in hujusmodi vasis, et utensilibus ad praedictum montem collatae singulis respective ecclesiis, monasteriis, domibus, et locis piis redditae fuerint, nec non omnes earum fructus, qui juxta leges in ejusdem montis erectione statuendas, interea temporis persolventur, in conficiendis, sive emendis aliis similibus vasis, et utensilibus pro earumdem ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et locorum piorum usu, atque servitio omnino erogentur: prohibentes omnibus, et singulis rectoribus, superioribus, et administratoribus supra latius expressis, eorumque in hujusmodi rectoratuum, superioritatum, et administrationum exercitio successoribus, pro tempore existentibus sub excommunicationis latae sententiae quoad saeculares, quo vero ad utriusque sexus regulares sub irregularitatis,

et suspensionis a divinis, et privationis vocis activae, et passivae respective poenis ipso facto incurrendis, ne sub quocumque praetextu, aut obtentu hujusmodi summas, aut fructus etiam in minima parte, in alios quoscumque usus, erogare audeant, seu praesumant. Quapropter, volumus, atque praecipimus ut pecuniarum ex praemissis redigendarum rationes, et computa apud singulas ecclesias, monasteria, domos, et loca pia seorsim, et distincte habeantur, et retineantur, ad hoc ut omni tempore appareat, et constet, quantum in hujusmodi vasis, et utensilibus emendis, aut conficiendis respective oporteat erogari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quarumcumque ecclesiarum, monasteriorum, collegiorum, domorum, et locorum piorum, ac ordinum, congregationum, societatis, militiarum etiam hospitalis praefati, confraternitatum, et hospitalium praefatorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem ecclesiis, collegiis, monasteriis, domibus, et locis piis, ac ordinibus, congregationibus, societati, militiis etiam hospitalis praefati, et confraternitatibus; illorumque praesulibus capitulis, abbatibus, et aliis superioribus, ac personis quibuslibet, etiam in limine fundationis, et erectionis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die duodecima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMLXXXVIII.

Dat. die 12. sept. 1794. Anno XX.

Instante republica Januensi tribuitur facultas archiepiscopo Januensi, ut renuentes afferre vasa argentea, et aurea in erigendum montem, de quo in contemporaneis apostolicis literis, compellere possit.

Venerabili fratri
Joanni archiepiscopo Januensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
salutem, et apostolicam benedictionem.

Exponitur tenor aliarum literarum, quibus decreta fuit erectio montis pietatis.

§. 1. Ad graves, et urgentissimas calamitates, quibus civitas ista, et universa Januensis respublica affictari non desinit, paternae providentiae Nostrae oculos intendentes, easque etiam, quantum in Nobis est pro veteribus, et illustribus ejusdem reipublicae in Nos Romanamque hanc Sedem meritis aliqua ratione sublevare cupientes, apostolicas in forma Brevis literas hac ipsa die direximus fraternitati tuae, omnibusque rectoribus, superioribus localibus, et administratoribus ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et locorum piorum istius civitatis, et dioecesis, per quas tibi, et praemissis omnibus de apostolicae potestatis plenitudine facultatem tribuimus afferendi in novum quemdam montem in domo seu mensa nummaria sancti Georgii praefatae civitatis erigendum, omnia, et singula ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et locorum piorum hujusmodi aurea, et argentea vasa, et utensilia quaecumque ad immediatum divini sacrificii usum, et Dominici corporis cultum non pertineant, ut receptis ab unoquoque eorum opportunis cautionibus de quantitate summae per hujusmodi vasorum, et utensilium traditionem in praefatum montem respective collatae, et intra certum tempus restituendae, ex illius fructibus a die traditionis hujusmodi decurrendis, atque solvendis,

by Google

et ex earumdem summarum recuperatione, nova deinceps aurea, et argentea vasa, et utensilia pro ipsarum ecclesiarum, monasteriorum, domorum, et locorum piorum usu, atque servitio, omnino confici et provideri debeant. Cumque tibi etiam expresse indicaverimus, quibus in circumstantiis, hujusmodi literarum Nostrarum tenorem praemissis omnibus denunciare, earumque executionem debeas procurare, fraternitatem tuam, praedictosque omnes enixe hortati sumus, ut tali medio communibus reipublicae necessitatibus subvenire non renuant. Sperantes, quod intuitu praesentium gravissimorum incommodorum, majorumque eidem civitati, et reipublicae impendentium periculorum, quibus paterna viscera Nostra commota sunt, omnes, et singuli praedicti significatam sibi pontificiam voluntatem Nostram implere certabunt.

Praevidetur casus quod aliqui inobedientes plenum effectum praedictarum literarum suspendant, et deputatur commissarius apostolicus pro paranda executione.

§. 2. Quoniam vero contingere posset, ut aequabilia hujusmodi consilia a Nobis inita, plenum, quem deberent effectum minime sortirentur, ac plures tam saeculares, quam regulares hujusmodi rectores, superiores, et administratores variis insubsistentibus praetextibus, et excusationibus aurea, et argentea suarum ecclesiarum, monasteriorum, domorum, piorumque locorum vasa, et utensilia etiam divino cultui nullo pacto necessaria ad praefatum montem transmittere obfirmate recusarent; acerbae autem istius civitatis, et reipublicae calamitates, et formidanda pericula, necessarium hujusmodi subsidium, quatenus sibi a suis denegatum fuerit, a Nostra, et apostolicae Sedis providentia, et auctoritate expetere, vel potius postulare dignoscuntur. Idcirco Nos motu proprio, et ex certa scientia Nostra, proque ea apostolicae potestatis plenitudine, quam in ecclesiasticas res, et personas specialiter obtinemus; fraternitati tuae per haec apostolica scripta committimus, et mandamus, ut in hujusmodi casu, et non alias auctoritate Nostra, quam tibi ad hunc effectum, cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis praesentium serie delegamus, et impertimur, omnes, et singulos istius civitatis, et dioecesis Januensis ecclesiarum, etiam metropolitanae, et collegiatarum insignium, monasteriorum, etiam quomodolibet exemptorum, et huic apostolicae Sedi immediate subjectorum, conventuum, collegiorum, domorum, hospitalium, aliorumque locorum piorum, etiam de jure patronatus laicorum, etiam nobilium, et illustrium ex fundatione, vel dotatione, aut privilegio apostolico existentium, confraternitatum, et societatum quarumcumque, praelatos, capitula, et canonicos, abbates, rectores, superiores locales, syndicos, administratores, et curatores quomodocumque nuncupatos, saeculares, et cujuscumque ordinis, etiam mendicantium, congregationis, instituti, militiarum, etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani utriusque sexus regulares, ad exhibendam tibi, seu in actis cancellariae tuae archiepiscopalis, fidelem, atque juratam descriptionem, seu notam omnium, et singulorum vasorum, et utensilium ex auro, et argento, ad eorum ecclesias, monasteria, conventus, collegia, domos, hospitalia, aliaque loca pia, confraternitates, et societates pertinentium, et ubicumque locorum existentium, ad eamque ipsorum vasorum, et utensilium quantitatem, quam ipse pro tuo arbitrio, et prudentia (relictis nimirum cuilibet, quae ad divini cultus exercitium, et necessarium ipsarum ecclesiarum, et piorum locorum usum sufficere videbuntur), decreveris, atque praescripseris, ad praefatum montem reipsa conferendam, atque personis ad id rite deputatis, cum debitis jam praescriptis cautionibus tradendam, et consignandam, opportunis juris, et facti remediis, et per censuras, et poenas ecclesiasticas tam a contumacibus, et inobedientibus, quam a fraudantibus, et minus fideles notas exhibentibus incurrendas, omni, et quacumque appellatione, recursu, reclamatione, et exceptione remotis, cogas, et compellas.

Reservatio specialis, et derogatio contrariorum.

§. 3. Firmis remanentibus, quaecumque in praeallegato Nostro Brevi, tam de subeundis legibus, quoad summarum restitutiones, et fructuum constitutionem in praedicti montis erectione statuendis, quam de omnimoda earundem summarum, et fructuum erogatione in aliis similibus vasis, et utensilibus emendis, seu conficiendis, deque retinendis seorsim hujusmodi rationibus, et computis, latius, atque distinctius praescripsimus, et statuimus, et non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in eisdem Nostris literis non obstare decrevimus, atque etiam si praefatis, et quibusvis aliis communiter, vel divisim sit a Sede apostolica indultum, quod excommunicari,

suspendi, et interdici non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 12. sept. 1794, Anno XX.

CMLXXXIX.

Confirmatio decreti a domino cardinali Livizzani protectore ordinis Cisterciensis congregationis reformatae s. Bernardi, ad dirimendas controversias inter provinciam Romanam ex una, ac Pedemontanam ex altera partibus ordinis praedicti exortas.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Declarantur facultates concessae cardinali Livizzanio.

§. 1. Nos alias ad dirimenda dissidia, ac plures controversias, quae de ac super nonnullis articulis inter dilectos filios monachos ordinis Cisterciensis congregationis reformatae sancti Bernardi provinciarum Romanae, et Pedemontanae exorta erant, quae si inter ecclesiasticas personas, praesertim vero inter eos, qui despectis hujus saeculi illecebris, Deo in religione propius famulari susceperunt, dedecent, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris illarum cognitionem, ac decisionem dilecto filio Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Livizzani nuncupato, apud Nos, et hanc sanctam Sedem ordinis, et congregationis praedictorum protectori cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis delegavimus. Cum autem nuper memoratus Carolus cardinalis auditis partibus voce, ac scriptis informantibus sub die trigesima prima mensis augusti currentis anni emanaverit suum decretum tenoris, qui sequitur.

Tenor decreti editi a dicto cardinali Livizzanio.

§. 2. Nos Carolus Livizzani Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis presbyter tituli sancti Silvestri in Capite apud sanctam Sedem ordinis monachorum Cisterciensium protector et a sanctissimo domino Nostro etiam cum facultatibus apostolici visitatoris specialiter delegatus ad componendas, transigendas, et dirimendas omnes, et singulas controversias obortas inter Romanam, et Pedemontanam provincias congregationis monachorum reformatorum sancti Bernardi, quarum prima sequentes proposuit petitiones.

I.

In Roma non vi siano altri individui della provincia di Piemonte oltre que' due, che accordano le costituzioni.

II.

Essendo generale uno della provincia di Piemonte abbia per segretario un individuo della provincia Romana.

III.

Essendo procurator generale un piemontese, o non debba avere il compagno, o tutto al più lo prenda anche egli dalla provincia Romana.

IV.

La provincia di Piemonte somministri a que' due, che accordano le costituzioni, tutte le spese di vitto, vestiario, medicinali, viaggi etc.

V.

La provincia di Piemonte somministri anche la metà delle spese per il mantenimento tanto del segretario del generale, quanto del compagno del procuratore generale ancorchè il segretario, ed il compagno fosse della provincia Romana.

VI.

Essendo generale, o ex generale un individuo della provincia di Piemonte, la di lui provincia pensi a mantenere il laico.

VII.

Si determini una volta per sempre in quale de' due monasteri debbano risiedere, cioè o in quello di santa Pudenziana, o in quello di san Bernardo, o ripartitamente.

Digitized by Google

VIII.

Si assegnino loro una volta per sempre le camere che dovranno avere.

IX.

Si reintegri quel moltiplico di cinque mila scudi in circa svincolato ed appropriato per metà alla provincia di Piemonte.

X.

La provincia di Piemonte somministri anche la metà delle spese fatte per la fabbrica del capitolo generale.

XI.

Domanda finalmente la provincia Romana, che ritorni quella perfetta alternativa di giurisdizione, e di onori, che prescrivono le costituzioni, tantochè l'una non abbia maggior preponderanza dell'altra.

Facultates concessae superiori generali, et procuratori generali.

§. 3. Visis apostolicis literis in forma Brevis expeditis tam a s. m. Urbano VIII. sub datum XXII. maji MDCXXX. quam a s. m. Innocentio X. sub datum diei X. martii MDCXLV., resolutionibus capitulorum generalium, constitutionibus dictae congregationis, libris redditus, et exitus monasteriorum, aliisque visis videndis, et consideratis considerandis, nec non pluries auditis partibus tam in voce, quam in scriptis informantibus, dicimus, decernimus, declaramus, et arbitramur, non tantum superiori generali secretarium, verum etiam procuratori generali jus competiisse, et competere eligendi, et retinendi socium sibi benevisum tam ex Romana quam ex Pedemontana provincia ab eodem superiori generali approbandum, alimenta vero, et indumenta superiori generali, et procuratori generali, eorumque secretario, et respective socio, ac adsistentibus cujuscumque provinciae in urbe morantibus exhibenda, et suppeditanda fore, et esse sumptibus illius monasterii, in quo degant; qui tamen omnia onera subeant, perinde ac si eidem monasterio addicti reperirentur, factaque amplius per modum amicabilis compositionis a provincia Pedemontana intra terminum trium mensium a die publicationis praesentis Nostri decreti computandum cessione in forma juris valida favore provinciae Romanae omnium, et singulorum jurium eidem quomodolibet competentium super domo a procuratore generali congregationis Fuliensis inhabitata, ejusque adnexa ecclesia, sacris suppellectilibus, mobilibus, pecuniis, aliisque rebus repertis occasione obitus nuper sequuti ejusdem procuratoris generalis, factaque insuper obligatione de non disponendo, quoties superior generalis provinciae sit Pedemontanae nisi favore monasteriorum Romanae provinciae de tertia illa parte utilium provenientium a munere, et officio agnum Dei in cera signandi, et fractum renovandi, cujus disponendi jus, atque facultas forte competere possit eidem superiori generali.

Emolumenta constituta pro accessibus ad urbem, et aliis impensis necessariis.

§. 4. Pro accessibus autem ad urbem, et ad capitula generalia, ac pro recessibus ab iisdem capitulis, et ab urbe, quos quandocumque fieri contingat a monachis Pedemontanis praedicta munera obeuntibus, viatici, vel alio quocumque nomine Romanam provinciam ad nihilum teneri volumus, atque mandamus; servatis in reliquis, quae quoad taxam viaticorum decreta fuerunt in dieta generali X. habita mense maji anni MDCCLXXV. et subinde confirmata in capitulo generali anno MDCCLXXVIII. celebrato.

Assignatio conversi qui inserviat superiori.

§. 5. Superiori vero generali et ex-generali munus procuratoris generalis, vel adsistentis obeunti assignandum fore, et esse donatum, seu conversum sibi benevisum ex familia monasterii sanctae Pudentianae, vel alterius, in quo illi degant, pro necessario, et convenienti unius cujusque famulatu, nec ab ejus actuali servitio distrahi, aut a quocumque superiori removeri possit; ea tamen lege, et conditione, quod dictus conversus, absoluto generalis, et respective ex-generalis servitio, se praestare debeat caeteris indigentiis, et famulatui supradicti monasterii, et religiosae familiae: superiorem generalem una cum secretario suam residentiam, et Sedem ordinariam habere debere in monasterio sanctae Pudentianae ad formam supracitati Brevis sa. me. Urbani VIII., et procuratorem generalem, ejus socium, et adsistentes, qui non sint de familia sanctae Pudentianae in prioratu sancti Bernardi, nisi juxta casuum contingentias Nobis, vel Nostris in munere prote-

Digitized by Google

ctoris successoribus secus expedire videbitur, et pro hujusmodi effectu jus Nobis reservamus unicuique adsignandi mansiones, quae eorum gradui, et dignitati conveniant.

Declaratur nullum jus competere provinciae Romanae petendi reintegrationem multiplici a provincia Pedemontana.

§. 6. Nullum vero jus, nullamque actionem competiisse, et competere provinciae Romanae petendi a Pedemontana tam reintegrationem medietatis illius multiplici, quod destinatum pro redimenda congregatione ab annuo censu procuratori generali Fuliensi rependendo, apostolica auctoritate distractum fuit ad occurrendum indigentiis, quibus utraque provincia premebatur, quam etiam solutionem medietatis expensarum erogatarum in ampliationem fabricae monasterii Ariminensis, ideoque dictam Pedemontanam provinciam ab impetitis absolvendam, et liberandam fore et esse, prout pro absoluta, et liberata haberi volumus, atque mandamus.

Distributio jurisdictionis ad formam decreti editi in capitulo generali.

§. 7. Quoniam vero tum quando in capitulo generali anno MDCXLV. praevia apostolica auctoritate celebrato ventum fuit ad erectionem provinciarum Romanae, et Pedemontanae, patres illi capitulares nihil magis tranquillitati, et unioni utriusque provinciae expedire comperierunt, quam ut par esset vicissim utriusque auctoritas, et jurisdictio, nec altera alteri praecellere deberet, ideo ut haec perfecta unio, atque tranquillitas perpetuo servetur, inhaerentes iis, quae in praecitato capitulo generali laudabiliter, et sancte constituta sunt, atque decreta, stricte praecipimus, atque mandamus, ut qui quoad novitiatus, et professoria ad formam decretorum a s. congregatione super statu regularium de mandato sa. me. Alexandri VII. aeditorum quoad visitationem monasteriorum, aliique in utramque provinciam a superioribus generalibus provinciae Pedemontanae jurisdictionales actus exerciti huc usque fuere, iidem a superioribus generalibus provinciae Romanae omnimode exerceantur, quibus propterea in omnibus iis, quae ad regulare attinent institutum, et disciplinam, monachi, et alumni provinciae Pedemontanae subesse debeant, ac obedientiam praestare non secus, ac praestant qui sunt de provincia Romana, ampliusque modis omnibus curare, ut in dicta provincia Pedemontana iidem superiores generales ad exercitium omnium jurisdictionalium actuum admittantur, ne secus discordiae, simultates, et scandala oriantur, et sanctum unionis vinculum frangatur. Datum Romae hac die XXXI. augusti MDCCXCIV.

Ita decrevi, et pronunciavi ego Carolus cardinalis Livizzani protector, et apostolicus delegatus.

Confirmatio apostolica.

§. 8. Hinc quo decretum hujusmodi firmius subsistat, ac servetur exactius, dictus Carolus cardinalis apostolicae confirmationis patrocinio communiri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Carolum cardinalem, dictumque ordinem, ac congregationem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac illorum singulares personas quarum favorem concernunt hae praesentes Nostrae literae a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praeinsertum decretum, ac omnia, et singula in eo contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

Clausulae validatae, et decretum irritans.

§. 9. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub qui-

buscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 23. sept. 1794. Anno XX.

CMXC.

Instante rege catholico revocantur literae apostolicae in forma Brevis die XXVII. novembris MDCCLXXXVII. editae super alternativa in officiis custodiae Terrae Sanctae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur tenor praecedentium literarum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus, quod Nos alias precibus clarae memoriae Karoli III., dum vixit, earumdem Hispaniarum regis catholici Nobis humiliter porrectis annuentes per Nostras in simili forma Brevis diei vigesimae septimae novembris anni millesimi septingentesimi octogesimi septimi expeditas literas, quo spirituali, ac temporali regimini custodiae Terrae Sanctae dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum accuratius consuleretur, ac animi fratrum hujusmodi variarum nationum inibi commorantium magis magisque mutuae charitatis vinculo devincerentur, alternativam in tribus officiis, seu muneribus guardiani scilicet, vicarii, et procuratoris dictae custodiae Terrae Sanctae inter nationes eorumdem fratrum Hispanam, Gallicanam, Lusitanam, et Cismontanam, ad sexennium respective a capitulo provinciali totius custodiae praedictae eligendis fratribus fore servandam constituimus, ac voluimus insuper, ut quatuor discreti, qui jus suffragii, in dicto capitulo provinciali habebunt ex quatuor nationibus Italiana, Hispana, Gallica, et Germanica in singula triennia assumerentur, prout in eisdem literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Ratio cur literarum praedictarum revocatio imploratur.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, mutatis provinciarum Galliae circumstantiis, noxium prorsus, ac statui tum spirituali, tum temporali dictae custodiae Terrae Sanctae alienum esset, si adhuc dictarum literarum Nostrarum dispositio esset custodienda, hinc cum memoratus Carolus rex catholicus hisce desuper per Nos prospicere summopere desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor revocationis.

§. 3. Nos igitur ejusdem regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac illorum singulares personas, quarum favorem praesentes Nostrae literae concernunt a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, literas Nostras praedictas tenore praesentium revocamus, cassamus, irritamus, et annullamus, viribusque, et effectu penitus, et omnino vacuamus, ac proinde, ut electiones ad dicta officia, seu munera deinceps ad formam statutorum, ac constitutionum dicti ordinis, quae ante emanatas Nostras literas praedictas servabantur, ita ut frater familiae Cismontanae munere guardiani custodis sancti montis Sion, frater natione Hispanus, procuratoris, ac munere, seu officio vicarii, quod alias a fratre natione Gallo exercebatur, deinceps in ejus locum, et usque dum perturbationes regni Galliarum durabunt, ac provinciae ordinis, et nationis hujusmodi erunt in pristinum statum restitutae, is fungatur, qui a dilectis filiis discretorio dictae custodiae Terrae Sanctae, cujuscumque sit nationis, eligetur, auctoritate, ac tenore praedictis constituimus, atque declaramus.

Digitized by Google

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et custodiae praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima tertia septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMXCI.

Dat. die 30. sept. 1794. Anno XX.

Instantibus monachis ordinis Cisterciensis congregationis B. M. de Trappe Lausanensis dioecesis committitur nuncio apostolico apud Helvetios, ut quaedam bona a dictis monachis nuperrime empta in abbatiam ordinis et congregationis praedictorum erigat.

Venerabili fratri Petro archiepiscopo Niciensi Nostro, et apostolicae Sedis in dominio Helvetiorum, et Rethorum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Officii humilitati Nostrae ex alto commissi est, ut omnibus quidem Christifidelibus, sed iis potissimum adesse studeamus, qui despectis hujus saeculi deliciis in jejuniis multis, in orationibus, ac in omni vitae austeritate Deo propius in religione famulari susceperunt.

Ratio concessionis.

§. 2. Quamobrem, cum sicut accepimus dilecti filii frater Augustinus, caeterique ejus socii monachi ordinis Cisterciensis congregationis B. M. V. de Trappe nuncupatae, quo inter nunquam satis deplorandas turbas, ac novitates, quae hisce maximis Ecclesiae temporibus in regno Galliarum a sacerdotii aeque, ac imperii hostibus committuntur catholicam fidem a suis majoribus sibi traditam, ac difficile vitae institutum ab eis professum sancte, ac pure custodirent, e sua sede exturbati maluerint peregrinationis injuriam, ac aerumnas pati, quam ulla impietatis contagione violari; Nos laboribus ab eis inde susceptis compatientes, eorum votis, quantum in Domino possumus suffragari constituimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dictus Augustinus, caeterique monachi ordinis, et congregationis praedictorum, quod dum ipsi jam exules a patria certum, fixumque domicilium quaerebant, nitente venerabile fratre Raymundo archiepiscopo Bisuntino a dilectis filiis magistratu pagi Friburgensis aedes alias ad monasterium monachorum ordinis Carthusiani de Valle Sancta Lausanensis dioecesis auctoritate apostolica suppressum spectantis, quarum usus eidem magistratui fuerat tunc attributus, annuente etiam venerabili fratre Bernardo Emmanuele episcopo Lausanensi obtinuerunt, ac in pervigilio Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi anni MDCCXCI. de licentia suorum superiorum abbatum, scilicet monasteriorum Cistercii, et Clarae Vallis dicti ordinis Cisterciensis monasterium hujusmodi ingressi sunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat subinde ab eodem magistratu plura bona ci-

dem monasterio circumposita valoris septemmille circiter scutorum monetae Romanae iidem exponentes emerint, hinc quo magnum inceptum hujusmodi optatum consequatur finem, ut nempe haec eorum sedes in aevum constituatur, bona hujusmodi in novam abbatiam sui ordinis, et congregationis praedictorum per Nos erigi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur summam exponentium animi constantiam, qua confortante ipsos Domino Nostro Jesu Christo in evangelica, apostolicaque doctrina, ac in vocatione, qua vocati sunt, se invictos, ac insuperabiles praestiterunt, in Domino summopere commendantes, eosque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, tuam prudentiam, ac in negociis gerendis dexteritatem, summque religionis zelum hac in re, quae Nobis maxime cordi est, quaeque ad Christifidelium in catholicam religionem studium, ac divinum cultum magis magisque augendum, dictisque exponentibus animum ad majora semper tentanda adjiciendum pertinere quodammodo videtur adhibere, exoptantes, supplicationibus hujusmodi inclinati fraternitati tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut dicta bona dicto monasterio circumposita a monachis praedictis nuperrime empta in abbatiam ordinis, et congregationis beatae Mariae de Trappe cum omnibus, et singulis juribus, privilegiis, honoribus gratiis, et indultis quibus aliae abbatiae ordinis, et congregationis praedictorum utuntur, fruuntur, et gaudent auctoritate Nostra apostolica erigas, ac instituas, prout auctoritate, et tenore praedictis erigimus, ac instituimus. Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam et opportunam ad praemissa facultatem harum serie de apostolicae potestatis plenitudine tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes non intendimus institutum ordinis, et congregationis praedictorum in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMXCII.

Dat. die 18. nov. 1794. Anno XX.

Facultas administro generali mensae abbatialis Sublacensis stipulandi contractum perpetuae locationis decimarum, et contributionum super bonis in territoriis Arcis Canteranae, et Arcis Medii existentibus ad eamdem mensam spectantibus.

Digit

Dilecto filio Josepho Catani administro generali mensae Nostrae abbatialis Sublacensis.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii homines, ac publici rappraesentantes Arcis Nostrae Canterani, et Arcis Medii nuncupatarum Nullius dioecesis Sublacensis in districtu urbis, quod cum incolae harum arcium religio non esset, quominus mensam abbatialem abbatiae Nostrae Sublacensis, in decimarum, aliarumque contributionum solutionem defraudassent, ipsi quo conterraneorum suorum conscientiae consulerent, in publicis comitiis, seu consilio die XVIII. mensis februarii labentis anni de conducenda a mensa abbatiali praedicta solutione decimarum, aliarumque contributionum, ac terrenorum ad eamdem mensam spectantium in dictis arcibus, suisque territoriis existentium agere statuerunt: quamobrem tibi, qui ejusdem mensae abbatialis Noster administer generalis existis, contractum perpetuae locationis, et conductionis hujusmodi proposuerunt, ac annuam pensionem, seu canonem scutorum centum sexagenorum monetae Romanae promiserant. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, contractus hujusmodi mensae abbatiali praedictae aliqualiter sit utilis, quatenus per communitatem dictarum arcium assumatur onus pendendi omnia vectigalia tum imposita, tum in posterum super contributionibus, ac bonis praedictis imponenda, ipsique exponentes jam a venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus bono regimini status ecclesiastici praepositis opportunam stipulandi contractum hujusmodi licentiam obtinuerint, hinc, quo illum ex parte Nostra perficere possis, tibi necessarias, et opportunas facultates impertiri summopere desiderant.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, discretioni tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut veris existentibus narratis, et postquam compereris in dictae Nostrae mensae abbatialis utilitatem esse cessurum perpetuae locationis, et conductionis hujusmodi contractum praefatum cum annuo canone, seu pensione centum sexagenorum scutorum, ac onere pendendi omnia, et singula vectigalia super contributionibus, ac bonis praefatis tum imposita, tum in futurum imponenda, ac aliis conditionibus proficuis eumdem contractum inire, ac auctoritate Nostra apostolica stipulare possis, et valeas.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus felicis recordationis Pauli pp. II. praedecessoris Nostri de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava novembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMXCIII.

Dat. die 5. dec. 1794. Anno XX.

Supprimitur quoddam ecclesiasticum beneficium in civitate de Essing Ratisbonensis dioecesis existens ad effectum fundandi, seu erigendi quintam praeceptoriam, seu commendam ecclesiasticam linguae Anglo-Bavarae hospitalis s. Joannis Hierosolymitani.

Pius pp. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis. §. 1. Nuper pro parte dilectissimi filii Nostri Caroli Theodori comitis palatini sacri Romani imperii principis electoris, ac ducis Bavariae Nobis humiliter expositum fuit in oppido civitate nuncupato de Essing in ducatu Bavariae Ratisbonensis dioecesis vulgarem ac perantiquam traditionem esse, ut comites de Abensbergh ab anno usque millesimo tercentesimo sexagesimo septimo unius capituli ex sex canonicis, et uno decano fundationem, seu erectionem meditati sint, ac etiam, ut

fertur, quaedam bona in hanc causam, assignaverint. Ab jamdiu defecta hac familia de Abensbergh, quaevis capituli hujusmodi fundatio interrupta fuit, ac duces Bavariae pro tempore existentes, qui, ut asseritur, in juribus ejusdem familiae successerant, bonorum, quae huic fundationi fuerunt attributa, administrationem clericis regularibus tunc vigentis Societatis Jesu commendarunt: quae quidem administratio cum penes eosdem clericos regulares semper fuerit usque ad ipsius societatis suppressionem et extinctionem: hinc factum est, ut haec cum aliis bonis ad dictam extinctam societatem Jesu pertinentibus in vim donationis omnium bonorum hujusmodi a memorato Carolo Theodoro duce hospitali sancti Joannis Hierosolimitani pro erectione novae linguae Anglo-Bavarae ejusdem hospitalis auctoritate apostolica factae in dicti hospitalis possessionem venerint, ac difficilis sit provinciae post tot retro saecula, quaenam sint bona ad dictam fundationem assignata, quinam fuerit illorum fructuum usus authenticis documentis probare: hoc unum tamen constat fructus bonorum hujusmodi minimi esse valoris, ac vix ad annuos florenos quatuorcentum ad summum quingentos monetae Bavaricae, seu scuta centum sexaginta ad summum ducentena monetae Romanae ascendere, ideoque omnino impares, ut memoratum capitulum ex eis constitui possit: hinc ad inducendam quamdam aequalitatem, seu proportionem inter praeceptorias, seu commendas militares ex una, et praeceptorias, seu commendas ecclesiasticas linguae, et hospitalis praedictorum ex altera parte memoratus Carolus Theodorus dux quintam praeceptoriam, seu commendam ecclesiasticam ejusdem linguae ex bonis hujusmodi erigere posse desideret: immo cum eorumdem bonorum redditum tenuitati supplere in votis habeat, ac nuper in eodem oppido civitate nuncupato de Essing vacans reperiatur beneficium ecclesiasticum decanatus nuncupatum curam animarum adnexam habens de jurepatronatus, uti asseritur ejusdem hospitalis veluti in bonis extinctae societatis Jesu successoris, attento dilecti filii magni magistri dicti hospitalis, aliorumque, ad quos spectat, consensu, beneficium ecclesiasticum hujusmodi, constituto vicario perpetuo, cui curam animarum illi adnexam incumbat, eique assignata congrua annua pensione, per Nos supprimi, et extingui, bona vero, fructus, redditus ac proventus quoscumque ejusdem beneficii ecclesiasticae erigendae praeceptoriae, seu commendae linguae, et hospitalis praedictorum perpetuo incorporari, ac uniri pariter summopere exoptet: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ejusdem Caroli Theodori ducis votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, ac cujuscumque dispositionis, ac etiam ultimae voluntatis eorumdem comitum de Abensbergh integrum tenorem, quatenus opus sit, pro expresso, ac de verbo ad verbum inserto habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine in primis memoratum ecclesiasticum beneficium curam animarum adnexam habens, decanatus nuncupatum, in dicto oppido civitate nuncupato de Essing Ratisbonensis dioecesis, ut praefertur, fundatum, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam beneficii collativi, ita ut deinceps, ac perpetuis futuris temporibus collativum esse desinat, ac de caetero uti tale in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi nullatenus unquam possit, tenore praesentium perpetuo supprimimus, et extinguimus, ac suppressum, et extinctum fore, et esse statuimus, atque decernimus. Bona vero omnia, eorumque fructus, redditus, ac proventus quoscumque tum ad ecclesiasticum beneficium praedictum decanatum nuncupatum, tum ad memoratam capituli fundationem, seu erectionem quomodolibet spectantia, et pertinentia in constitutionem, seu fundationem quintae praeceptoriae, seu commendae ecclesiasticae linguae, et hospitalis praedictorum motu, scientia, et auctoritate praedictis unimus, et applicamus, et unita, ac applicata perpetuo fore, et esse decernimus, atque declaramus. Tenor concessionis.

Reservatio pensionis favore vicarii perpetui persolvendae.

§. 3. Volumus autem, ac motu, scientia, et auctoritate pariter praedictis ordinamus, ac mandamus, ut ex bonis alias ad suppressum hoc beneficium ecclesiasticum decanatum nuncupatum pertinentibus, et spectantibus annua congrua florenorum quatuorcentum monetae Bavaricae, seu scutorum centum sexaginta monetae Romanae a praeceptore, seu commendatario ecclesiastico ejusdem erigendae praeceptoriae, seu commendae pro tempore existente, vel ab illius administratore, ea vacante, sine mora vicario perpetuo loco parochi, seu decani constituendo, qui curam animarum eidem suppresso, et extincto beneficio alias adnexam gerat, persolvenda constituatur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 4. Quocirca venerabili fratri Julio Caesari archiepiscopo Athenarum Nostro, et apostolicae Sedis apud eumdem Carolum Theodorum ducem nuncio per praesentes committimus, ac mandamus, ut ecclesiasticum beneficium praedictum suppressum, et extinctum esse, et fore auctoritate Nostra apostolica statuat, atque decernat: utque omnia bona, fructus, redditus, et proventus quoscumque tum ad dictum ecclesiasticum beneficium, tum ad piam dicti capituli fundationem, et erectionem quomodolibet spectantia, et pertinentia eidem erigendae praeceptoriae, seu commendae ecclesiasticae linguae, et hospitalis praedictorum auctoritate, et tenore praedictis perpetuo uniat, et applicet, ac unita, et applicata esse, et fore declaret: ac tandem constitutionem vicarii perpetui praedicti, qui curam animarum loco dicti decani gerat, cum jam praefixa annua congrua pensione ex bonis dictae praeceptoriae, seu commendae sine mora persolvenda curet, et studeat. Nos enim Julio Caesari omnem, et quamcumque ad praemissa omnia, et circa ea, quae ad optatum finem ea perducenda pertinent, faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi facultatem motu, auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas, et omnia, et singula in eis contenta etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, citati, et auditi, causae propter quas praesentes emanarunt, adductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatae non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas praesentes literas, et in eis contenta quaecumque firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostra et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri de divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac beneficii praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere;

vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta decembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMXCIV.

Dat. die 18. dec. 1794. Anno XX.

Altera prorogatio facultatum concessarum archiepiscopis, episcopis, ac dioecesium administratoribus regni Galliarum, nec non Avenionis, et comitatus Venaisini, Sabaudiae, aliorumque locorum, quae persecutioni sunt obnoxia.

Pius PP. VI.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Cum perseverent adhuc infelices circumstantiae regni Galliarum, Avenionis, comitatus Venaisini, Sabaudiae, aliorumque etiam locorum, in quibus fideles legitimis pastoribus destituuntur, nec possunt absque gravi discrimine et incommodo adire hanc apostolicam Sedem, sanctissimus dominus Noster, cujus oculis quotidie obversantur oves, et agni suae universali sollicitudini, et curae concrediti, quique indesinenter particeps est calamitatum illorum, consulere volens spiritualibus eorum necessitatibus eo meliori modo, quo fieri potest, novo hoc indulto concedit praefatis archiepiscopis, episcopis, et dioecesium administratoribus prorogationem omnium singularumque extraordinariarum facultatum ad alium annum, a die expirationis cujuslibet indulti incipiendum, si tamdiu temporum calamitas perduraverit, iisdem legibus, et conditionibus, quae prioribus indultis praescriptae sunt, quaeque fuerunt declaratae in prorogatione diei x. decembris MDCCXCII. Datum ex aedibus Vaticanis die decima quinta decembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto.

CMXCV.

Dat. die 19. dec. 1794. Anno XX.

Instante capitulo collegiatae s. Nicolai loci de Alicante Oriolensis dioecesis ampliatur indultum vacationum choralium.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum canonicorum, et capitularium collegiatae ecclesiae sancti Nicolai oppidi civitatis nuncupatae de Alicante Oriolensis dioecesis Nobis expositum fuit, quod inter caetera, quae a felicis recordationis Clemente pp. VIII. praedecessore Nostro in erectione dictae collegiatae ecclesiae disposita fuere, dicto capitulo, et canonicis omnia etiam privilegia, praerogativas, indulta, quibus tunc cathedrales ecclesiae Valentina, Oriolensis, Segobiensis, et collegiata Xativae, et Gandiae Valentinae dioecesis fruebantur, communicavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quamvis jamdiu, et forsan a collegiatae praedictae erectione dicti exponentes, nisi bimestralibus vacationibus usi sint, tamen cum nuper dilecti filii capitulum cathedralis ecclesiae Oriolensis a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium Tridentini concilii interpretum pluribus, ac rationabilibus de causis sub die decima quarta januarii anni millesimi septingentesimi nonagesimi secundi vacationes a septuaginta diebus sibi a felicis recordationis Gregorio papa XIII. sub certis conditionibus concessas ad trimestre cum perceptione distributionum, aliorumque redditum ampliari obtinuerint, hinc cum causae, quamobrem a dicta congregatione vacationum ampliatio fuit a capitulo ecclesiae Oriolensis concessa, verae pariter sint pro dictis exponentibus, summus siquidem in iis regionibus aestivus calor, aliarum finitimarum ecclesiarum consuetudo, ac tenuitas redditum, quae pro capitulo collegiatae dictae ecclesiae sancti Nicolai ea est,

ut distributiones cum praebendis impares prorsus sint ad congruam exponentium substentationem, eamdem pariter vacationum extensionem a bimestralibus ad trimestrales cum perceptione distributionum, et fructuum praebendarum sibi per Nos concedi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de ejusdem congregationis cardinalium concilii Tridentini interpretum consilio, qui relationem venerabilis fratris episcopi Oriolensis hisce desuper ad eos transmissam attenderunt, supplicationibus hujusmodi inclinati, dictis exponentibus, ut deinceps, ac perpetuis futuris temporibus a dicta collegiata ecclesia per tres menses quolibet anno abesse, ac interim omnes omnino distributiones, aliosque sibi obvenientes fructus, ac redditus percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem convertere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si horis canonicis, aliisque functionibus personaliter interessent, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Quocirca eidem venerabili fratri episcopo Oriolensi per praesentes committimus, ac mandamus, ut hisce desuper ita disponat, ut eadem ecclesia collegiata quamminime debito fraudetur obsequio.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ejusdem collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta decembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMXCVI.

Dat. die 18. dec. 1794. Anno XX.

Facultates concessae judicibus curiae Capitulinae.

Aurelius tituli sanctorum Joannis, et Pauli presbyter card. Roverella sanctissimi Domini Nostri papae proauditor, et judex commissarius specialiter delegatus.

R. P. D. auditor sanctissimi chirographum pro executione recepisse declarat.

§. 1. Cum sanctissimus dominus Noster Pius divina providentia papa sextus precibus illustrissimorum dominorum notariorum de collegio almae curiae Capitulinae urbis benigne annuens, chirographum propria manu Sanctitatis Suae die 18. labentis mensis decembris obsignatum Nobis pro executione in eo contentorum direxerit, tenoris sequentis videlicet:

Reverendissimo cardinale Rovarella
Nostro pro-uditore.

Tenor chirographi.

§. 2. Ci hanno fatto rappresentare i notari collegiati di questa Nostra curia Capitolina, che essi nella erezione di detto loro collegio fatta dal Nostro predecessore Sisto V. di sa. me., e confermata da Paolo V. di sa. me. altro Nostro predecessore, ottennero i rispettivi loro uffizj col pagamento assai vistoso in quei tempi di scudi quindicimila, e coll' annuo perpetuo censo di scudi quattrocento: e che si trovano da immemorabil tempo in possesso di spedire avanti li due collaterali della istessa curia diversi mandati sulli luoghi de' monti, e vacabili, spettanti non solamente a' laici, ma ancora a' luoghi pii, e persone ecclesiastiche; de' quali mandati ci hanno umiliato l'elenco, che prende l'epoca dall'anno 1619., e che comprende le seguenti cinque classi. La prima contiene quei mandati, co' quali nel passaggio da un possessore all' altro si cassa la riserva dei frutti apposta nei luoghi de' monti, e depositi destinati per fondo di benefizio ecclesiastico, cappellania, o di altra opera pia in favore dell' antecedente possessore, e si oppone una nuova riserva a favore del possessore presente. La seconda comprende altri simili mandati, coi quali si trasferisce la proprietà di siffatti luoghi de' monti, e depositi in credito de' possessori pro tempore, ed alla morte, o per mancanza di ciascuno di loro si rivolge in credito del successore: e questi mandati, i quali non differiscono in altro, se non che gli uni riguardano i frutti, gli altri la proprietà de' luoghi de' monti, e depositi soggetti ad usi ecclesiastici, o pii, si spediscono senza citazione di alcuno, e senza discussione giudiziale, colla sola ispezione dei documenti comprovanti la mancanza del primo, ed il legittimo passaggio del benefizio, cappellania, o altra opera pia nel secondo possessore. La terza classe poi comprende i mandati, che si spediscono per rendere liberi i luoghi de' monti, officj vacabili, e depositi spettanti ai luoghi, o cause pie dai vincoli non riguardanti la loro pia destinazione, e nella spedizione di questi mandati si procede, come ci viene assicurato, colla seguente distinzione, cioè, se i vincoli riguardano l' interesse dei laici, o non percuotono in sostanza la pia destinazione, ancorchè i luoghi de' monti, officj vacabili, e depositi appartengano ai luoghi pii, o persone ecclesiastiche, tutto si eseguisce nelle consuete forme immediatamente dal solo giudice capitolino; se poi tali vincoli riguardano l' interesse di altri luoghi pii, o persone ecclesiastiche, si promuove in tal caso l' istanza per la delazione avanti un giudice ecclesiastico, ed ottenutane la sentenza, o decreto definitivo, se ne produce la fede, unita a quella della non interposta appellazione, negli atti del notaro capitolino; e sopra questa fondato il giudice laico, senza assumerne esame, ordina nel suo mandato la cassazione dei vincoli. La quarta classe riguarda i luoghi dei monti, ed officj vacabili, che si devono rassegnare, o attergare in seguito di chirografi, e rescritti pontificj, o di decreti esecutoriali di congregazioni, o di altri legittimi giudici ecclesiastici, nei quali mandati il giudice laico altro non fa, se non che togliere i vincoli, se vi sono, in quei luoghi de' monti, e vacabili, ed ordina in seguito la rassegna, o l' attergazione, indicando gli antecedenti chirografi, rescritti, o decreti, e nell' istessa classe intendono li notari ricorrenti di comprendere anche quei mandati che sono stati sempre spediti, e tuttavia si spediscono in detta curia Capitolina in esecuzione d'indulti, e beneplaciti apostolici, e di re-giudicate di altri tribunali, risguardanti luoghi de' monti, officj vacabili, e depositi, che appartengono ai laici. La quinta classe poi riguarda i luoghi de' monti, o depositi a credito della causa di qualche servo di Dio, provenienti da limosine raccolte per supplire alle spese della beatificazione, e canonizzazione, ne' quali i collaterali di Campidoglio hanno sempre spedito i mandati per la vendita, e rispettiva consegna di questi luoghi de' monti, o depositi, senza bisogno di citare alcuno, per supplire alle spese delle medesime cause, secondo le prove esibite.

Ratio cur novae facultates imploratae fuerint.

§. 3. Ci hanno fatto rappresentare inoltre, che non ostante la provata consuetudine di spedire in detta curia li mandati distinti nelle succennate cinque classi: ad ogni modo, attesa la qualità laica dei suddetti giudici capitolini, si è dubitato talvolta, che sia mancante in loro la giurisdizione nella spedizione di siffatti mandati: siccome pure si è dubitato che sia mancante in loro la giurisdizione di

Digitized by Google

spedire mandati in esecuzione di re-giudicate di altri tribunali; onde si trova talvolta ostacolo alla esecuzione de' medesimi mandati: e ciò con sommo discapito degli oratori, i quali ritraggono i loro maggiori proventi dagli atti, che fanno per i luoghi de' monti. L'analisi delle diverse classi dei mandati, che da loro si spediscono, secondo l'umiliato elenco; la forma, con cui si procede alle medesime spedizioni; e finalmente la forza della consuetudine quasi biscentenaria, si credono dai notari ricorrenti tutte ragioni, che concorrono a dimostrare non bastantemente fondata la opposizione fatta da taluni alla esecuzione de' suddetti mandati. Che però i notari medesimi, ad oggetto di rimuovere qualunque ostacolo si voglia frapporre alla esecuzione de' surriferiti mandati; sonosi fatti coraggio di ricorrere alla Nostra suprema autorità, umilmente supplicandoci, affinchè per atto di Nostra sovrana clemenza, sanando, e convalidando in primo luogo, quando faccia di bisogno, tutti li suddetti mandati fin qui spediti nella curia Capitolina, ed eseguiti sopra i luoghi de' monti, vacabili, e depositi qualunque, spettanti a persone ecclesiastiche, luoghi, e cause pie; e derogando a quelle leggi canoniche, ed apostoliche sanzioni, che si possano giudicare contrarie alla presente grazia, vogliamo degnarci di autorizzare i medesimi collaterali di Campidoglio, anche come specialmente da Noi delegati per questo effetto, a continuare la spedizione di tutti li surriferiti mandati, che sono stati finora in possesso di spedire, compresi nelle menzionate cinque classi. Ci hanno rimarcato ancora, che, oltre le suddette cinque classi de' mandati, che li ricorrenti notari trovano spediti nella loro curia fin qui, vi è anche una sesta classe, la quale percuote la svincolazione de' luoghi de' monti, vacabili, e depositi soggetti a fidecommessi, rispetto a cui Benedetto XIV di sa. me. Nostro predecessore ordinò nella sua costituzione sulla riforma de' tribunali, che prima di procedere allo svincolo, oltre i figli, e discendenti del possessore, si debbano generalmente citare tutti li sostituiti, ed interessati, fra quali talvolta vi sono nella sede intermedia cherici, e persone ecclesiastiche, e similmente luoghi pii, o altre persone qualsivogliano chiamate in ultimo luogo. E siccome tali sostituiti, che non possiedono i luoghi de' monti, vacabili, e depositi, sono in tal caso citati, come attori, a dedurre le loro ragioni; così credono gli oratori, che non resti punto violata la giurisdizione ecclesiastica colle citazioni, che si potrebbero fare avanti li collaterali di Campidoglio: e perciò ci hanno umilmente supplicato a volerci degnare di permettere, che nelli giudizj de' mandato sopra i luoghi de' monti, officj vacabili, e depositi, per la cassazione de' vincoli fidecommissarj, possano essere avanti li suddetti collaterali citati i luoghi, ed opere pie, cherici, ed altre persone ecclesiastiche intermedie, ed in ultimo luogo rispettivamente sostituite, le quali, come non possidenti, sono con citazioni invitate, come attrici, a dedurre le loro ragioni: e nello stesso proposito, dovendosi a forma della succennata costituzione Benedettina deputare un curatore tanto per i futuri chiamati incerti, come per i certi sostituiti, che trovansi fuori del Nostro stato Pontificio, e così anche per le chiese, e luoghi pii, ed altre ecclesiastiche persone chiamate, che pure si trovano fuori di stato; ci hanno perciò i notari medesimi supplicato, a volerci degnare di concedere al senatore, come capo del tribunale di Campidoglio, la facoltà di fare le dette deputazioni di curatori, anche per le chiese, luoghi pii, e persone ecclesiastiche sostituite, che si trovano fuori del Nostro stato Pontificio. Si lusingano quindi gli oratori di poter meritare nelle implorate grazie la Nostra benigna condiscendenza per tutt' i riflessi di equità, e di congruenza, che a parer loro concorrono nel presente caso.

Tenor concessionem.

§. 4. Noi dunque, bene accogliendo le suppliche dei ricorrenti, e dopo avere maturamente esaminato gli allegati motivi di equità, e di congruenza, con tutte le particolari circostanze, che concorrono nel caso, di cui si tratta, volendo verso degli oratori medesimi usare gli atti della Nostra paterna clemenza; siamo benignamente condiscesi ad esaudirli nella maniera e forma, che prescriveremo in appresso. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato l'intero tenore di tutti li surriferiti mandati, che li collaterali di Campidoglio sono stati fin qui in possesso di rilasciare, e li loro notari hanno fin qui spediti, come sopra, compresi, e distinti nel-

le suddette classi, e nell' umiliato elenco registrati; così anche il tenore di tutte quelle leggi canoniche, e pontificie costituzioni, che fossero o in tutto, o in parte contrarie alla grazia, o grazie, che presentemente s'implorano, e di ogni altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi; esimendo, e preservando primieramente Noi tanto gli oratori, che i loro giudici capitolini da qualunque pena, nella quale per aver fatto le suddette spedizioni, o per il ricorso umiliatoci per impetrare ed ottenere le presenti grazie, e per avere alle medesime acconsentito, o per essersi di queste serviti, e fatto in sequela verun atto in qualsivoglia modo contrario alla disposizione delle suddette leggi canoniche, e pontificie costituzioni, da chicchessia persona, ancorchè privilegiata e privilegiatissima, ecclesiastica, e luogo pio, e di special nota degna, si pretendesse di esser'eglino incorsi, o che potessero incorrere in futuro, per quanto però si esprime nel presente Nostro Chirografo, sua esecuzione, e totale effettuazione delle presenti grazie, e non altrimenti; di Nostra certa scienza, e similmente colla pienezza della Nostra suprema potestà vi ordiniamo, che, sanando primieramente, e convalidando in Nostro nome, conforme Noi, quando sia d' uopo, saniamo, e convalidiamo quanto al difetto di giurisdizione tutti li suddetti mandati fin qui spediti nella curia Capitolina, ed eseguiti sopra i luoghi de' monti, officj vacabili, e depositi qualunque spettanti a persone ecclesiastiche, luoghi, e cause pie; quindi permettiate pure in nome Nostro, conforme Noi permettiamo, che dalli due collaterali della stessa curia Capitolina, anche come a tal' effetto da Noi delegati, si possano validamente, e lecitamente rilasciare in appresso gl' infradicendi mandati, da spedirsi per gli atti dei suddetti loro notari ricorrenti: primo, cioè, quei mandati sopra luoghi de' monti, officj vacabili, e depositi spettanti a persone ecclesiastiche, ed a luoghi, e cause pie, che per diritto, e consuetudine si rilasciano senza citazione di alcuno, e senza discussione giudiziale, ma colla sola ispezione de' necessarj documenti. Secondo tutti quei mandati, ove dai luoghi de' monti, officj vacabili, e depositi spettanti non meno ai laici, che a persone ecclesiastiche, luoghi, e cause pie si ordina la cassazione dei vincoli, o la rassegna, traslazione, obbligo, e consegna, senza citazione di alcuno, e senza discussione giudiziale, in vigore di rescritti, e chirografi pontificj, o in sequela di rescritti, decreti, e sentenze di congregazioni, o finalmente in forza di sentenze, e regiudicate di altri giudici, e tribunali legittimi, e competenti di questa Nostra dominante. Terzo finalmente tutti quei mandati, che percuotono la svincolazione de' monti, officj vacabili, e depositi appartenenti a persone laiche, e soggetti a fidecommessi colla sostituzione intermedia, o finale di persone ecclesiastiche, o di luoghi, ed opere pie; per lo che, dovendosi, a tenore di quanto prescrisse il Nostro predecessore Benedetto XIV. di sa. me. nell' accennata sua costituzione, citare generalmente tutti coloro, che vi hanno, o possano avervi interesse tanto prossimo, che remoto, o remotissimo, e così tutti li certi, ed incerti sostituiti, in qualunque sede sia la loro vocazione: quindi permetterete pure in nome Nostro, conforme Noi permettiamo, che avanti li suddetti collaterali di Campidoglio, e per gli atti dei medesimi notari capitolini si possano validamente citare nei giudizj della surriferita svincolazione tanto le chiese, i luoghi, ed opere pie in ultimo luogo sostituite, come tutte le altre ecclesiastiche persone, che s' incontrassero nella sede intermedia di vacazione, le quali, non trovandosi in possesso, sono in tal caso chiamate come attrici a dedurre le rispettive loro ragioni sul fidecommesso, o fidecommessi, cui soggiacciono i medesimi luoghi de' monti, officj vacabili, e depositi: così ancora, dovendosi in conformità della citata costituzione Benedettina deputare il curatore, o curatori per garantire l' interesse delle chiese, luoghi pii, e persone ecclesiastiche, o intermedie, o in ultimo luogo sostituite, che si trovino fuori del Nostro stato Pontificio: diamo perciò, e concediamo al senatore di Roma, come capo del suddetto tribunale di Campidoglio, la pienissima facoltà di fare per il suddetto effetto simili deputazioni di curatore, o curatori, anche per le dette chiese, luoghi, e cause pie, ed altre persone ecclesiastiche suddette.

Declaratio specialis quoad collaterales, et notarios.

§. 5. Prevalendosi poi li collaterali di Campidoglio, ed i loro notari ricorrenti delle facoltà da Noi benignamente accordategli nel presente indulto; vogliamo, ed espressamen-

te comandiamo, che nella rilassazione, e consecutiva spedizione dei surriferiti mandati debbano essi sempre inviolabilmente osservare la forma, e leggi prescritte in detta costituzione Benedettina, secondo la quale onninamente vogliamo, che si proceda. Ed in tal guisa, spediti che siano tutti li suddetti mandati, espressamente dichiariamo, che siano, e debbano intendersi validamente spediti, e debbano in conseguenza avere la loro piena esecuzione, ed effetto; senza che a questa Nostra suprema ordinazione possano fare il minimo ostacolo tutte quelle leggi canoniche, ed apostoliche sanzioni, e costituzioni, che si possano giudicar contrarie alla presente grazia; alle quali, come a qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, per il suddetto effetto unicamente intendiamo di derogare. In esecuzione pertanto del presente Nostro chirografo ne pronuncierete qualunque decreto, concederete in nome Nostro le opportune facoltà, e farete tutt'altro, che pel totale adempimento, perpetua fermezza, e sussistenza di questa Nostra grazia stimerete essere in qualsivoglia modo spediente, e necessario: essendo così mente e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 6. Volendo, e decretando che al presente Nostro chirografo, quantunque non esibito, nè registrato in camera, e ne' suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di orrezione, o surrezione, nè di alcun altro vizio, e difetto della Nostra volontà ed intenzione; nè che mai sotto tali, o altri qualunque pretesti possa essere impugnato, moderato, o rivocato; e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale, benchè collegiale, congregazioni anche de' reverendissimi cardinali, camerlengo di Santa Chiesa, tesoriere, ruota, camera, e qualunque altro; togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario: dichiarando Noi sin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tuttociò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi siano state intese, o citate tutte quelle persone, ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, ecclesiastiche, e luoghi pii, e di special nota degne, che vi avessero, o pretendessero avervi alcun interesse, e che, per comprenderle, facesse bisogno di speciale ed individua menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non ostanti tutte quelle leggi canoniche, pontificie, ed apostoliche sanzioni, e costituzioni, che si giudicassero contrarie alla presente Nostra ordinazione, e nella parte, e parti, che soltanto si opponessero alla medesima; così pure la bolla di Pio IV. di sa. me. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, ed altre qualsisiano costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che mai facesse, o potesse fare in contrario; alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potessero intervenire, per questa sola volta, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo, ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico al Vaticano questo dì 18. dicembre 1794.

Pius PP. VI.

Executio.

§. 8. Volentes itaque injuncta nobis ab eodem sanctissimo domino Nostro papa debitae executioni demandare; utendo facultatibus nobis in ipso chirographo tributis, praefati sanctissimi domini Nostri papae nomine, primo loco mandata omnia curiae Capitolinae hactenus expedita, et exequuta super locis montium, officiis vacabilibus, ac depositis, quomodocumque pertinentibus ad personas ecclesiasticas, loca, et causas pias, omnino sanamus, quatenus opus sit, quoad defectum jurisdictionis; imposterum vero permittimus, ut collaterales ejusdem curiae Capitolinae, etiam uti a Sanctitate Sua in id specialiter delegati, relaxare valeant infradicenda mandata in actis notariorum dictae curiae expedien-

da, nimirum: Primo mandata illa super locis montium, officiis vacabilibus, ac depositis ad ecclesiasticas personas, loca, et causas pias spectantibus, quae de jure, et consuetudine, inspectis tantum necessariis juribus, relaxantur absque ullius citatione, et formali causae cognitione. Secundo mandata quaecumque de delendo, de resignando, de transferendo, de consignando, de obligando, et similia, super locis montium, officiis vacabilibus, ac depositis tum ad laicos, tum ad ecclesiasticas personas, loca, et causas pias pertinentibus, quae absque illius citatione, et formali causae cognitione relaxantur in executionem rescripti, aut chirographi pontificii, seu rescripti, decreti, aut sententiae sacrarum congregationum, sive demum in executionem sententiae, et rei-judicatae judicum, et tribunalium competentium urbis. Tertio denique mandata omnia de delendo super locis montium, officiis vacabilibus, ac depositis ad laicos pertinentibus cum vinculo fideicommissi perventuri extremo loco ad ecclesias, aut loca, et causas pias, et cum substitutione intermedia personarum ecclesiasticarum; super quibus mandatis eodem, quo supra, nomine permittimus, ut coram ipsis collateralibus curiae Capitulinae, et in eisdem actis notariorum supplicantium citari valeant tum ecclesiae, loca, et causae piae extremo loco substitutae, tum etiam personae ecclesiasticae intermedie vocatae, ad deducenda jura sua super hujusmodi locis montium, officiis vacabilibus, ac depositis obnoxiis vinculo fideicommissi, in omnibus, et per omnia ad tramites memorati chirographi pontificii: atque insuper dicto Sanctitatis Suae nomine permittimus, ut pro substitutis ecclesiis, locis, aut causis piis, et personis ecclesiasticis extra pontificiam ditionem extantibus, pro quibus deputandus est curator ad formam constitutionis Benedictinae; deputatio curatoris hujusmodi fieri valeat ab excellentissimo senatore urbis. Volumus tamen, quo supra nomine, atque expresse mandamus, ut in hisce relaxandis, expediendisque mandatis praefati collaterales curiae Capitulinae, eorumque notarii recurrentes debeant servare semper formam constitutionis Benedictinae. Cum praeservationibus, eximitionibus, et aliis in supradicto chirographo fusius expressis, et juxta in omnibus, et per omnia illius formam, seriem, ac tenorem. Non obstantibus quibuscumque legibus canonicis, constitutionibus apostolicis, statutis, et aliis quomodocumque in contrarium facientibus, quibus idem sanctissimus dominus Noster papa in suo praeinserto chirographo amplissime, atque expresse derogavit. In quorum fidem etc. Datum Romae ex palatio apostolico Quirinali, et ex aedibus Nostris hac die vigesima secunda decembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto.

Loco ✠ sigilli

A. card. Roverella pro-auditor.

Loco ✠ sigilli

Laurentius Felci causarum curiae camerae apostolicae, ac eminentissimi, et reverendissimi d. cardinalis pro-auditoris Sanctissimi notarius.

CMXCVII.

Dat. die 22. dec. 1794. Anno XX.

Instantibus prioribus, bajulivis, ac praeceptoribus linguarum regni Franciae hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani praevia extensione literarum xxv. julii MDCCXCIII. nunc eis indulgetur, ut etiam officia dicti hospitalis obtinere queant, licet annatas communi aerario, durantibus hodiernis Galliarum perturbationibus, non persolverint.

Dilecto filio magno magistro hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Pius PP. VI.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Religionis zelus, vitae, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita super quibus dilecti filii priores, ac bajulivi, et praeceptores, seu commendatarii linguarum provinciae Franciae, et Alverniae istius hospitalis Hierosolymitani apud Nos fide dignis commendatur testimoniis, Nos inducunt, ut eos specialibus favoribus et gratiis prosequamur.

Digitized by Google

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dicti priores, bajulivi, ac praeceptores, seu commendatarii, quod Nos alias per Nostras in simili forma Brevis diei vigesimae quintae junii praeteriti anni millesimi septingentesimi nonagesimi tertii, et decimae quartae januarii labentis currentis anni expeditas literas tibi, ut eisdem exponentibus, licet ipsi ob hodiernas regni Galliarum perturbationes annatas responsionum suarum dignitatum, ac praeceptoriarum, seu commendarum etiam ex gratia magistrali communi aerario dicti hospitalis debitas, vel in posterum durantibus dictis perturbationibus decurrendas non persolvissent, dummodo aes alienum hujusmodi intra tempus arbitrio tuo praefigendum dissolvissent, nihilominus quascumque praeceptorias, seu commendas, ac dignitates dicti hospitalis sibi obvenientes, vel etiam ex gratia magistrali petere, consequi, et obtinere, libere, ac licite possent auctoritate Nostra apostolica concedendi plenam, et amplam facultatem impertiti sumus, prout in eisdem literis uberius continetur.

Ratio concessionis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ob aes alienum hujusmodi cum dicto communi aerario, ut praefertur, initum incapaces sint ad officia dicti hospitalis obtinenda, nec non fungenda munera, mandata exequenda tam in conventu, quam extra illum, neque assembleis, ac capitolis dicti hospitalis cum jure utriusque suffragii interesse possint; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi eisdem exponentibus, ut dummodo aes alienum intra terminum, ut praefertur, arbitrio tuo praefigendum dimittant, quaecumque officia obtinere, munera fungi, mandata sibi injungenda tam in conventu, quam extra illum conficere, omnibus assembleis, et capitulis dicti hospitalis cum jure utriusque suffragii interesse libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde ac si nullo nomine communi aerario ejusdem hospitalis obstricti essent auctoritate Nostra apostolica concedendi, et indulgendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die vigesima tertia decembris millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

CMXCVIII.

Dat. die 16. jan. 1795. Anno XX.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui die celebrationis capituli generalis visitaverint ecclesias fratrum ordinis sancti Hieronymi.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Cum sicut accepimus capitulum generale fratrum ordinis sancti Hieronymi congregationis beati Petri de Pisis in ecclesia sancti Michaelis civitatis Foroliviensis tertia dominica post pascha (benedicente Domino) ce-

lebrandum sit; Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendum fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris, pia charitate intenti; omnibus utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac s. communione refectis, qui praedictam ecclesiam sancti Michaelis, vel aliquam ex ecclesiis conventuum fratruum ordinis hujusmodi ubique existentem die praedicto, et singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint; plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus: praesentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris.

Conditiones adnexae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut, si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint. Utque earumdem praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima januarii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Dat. die 10. jan. 1795. Anno XX.

CMXCIX.

Instante ordine monachorum congregationis reformatae s. Bernardi Cisterciensis nuncupat. confirmatur instrumentum super venditione quindenniorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum abbatis generalis, et monachorum ordinis Cisterciensis congregationis reformatae sancti Bernardi Castellae, quod cum alias dilecti itidem filii abbas generalis, et monachi ordinis sancti Benedicti congregationis Vallisoletanae a venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium collegio, caeterisque interesse habentibus quindenniorum, aliorumque jurium, quae a dicta congregatione ob quam plurium abbatiarum, prioratuum, ac praestimoniorum uniones a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris eidem congregationi, vel suis monasteriis pro tempore ac rerum opportunitate factas solvebantur, perpetuam redemptionem sub certis tunc expressis conditionibus obtinuerint. Exponentes praefati, cum simillima quindennia, ac jura eisdem cardinalium collegio, caeterisque interesse habentibus ab eis pariter praestentur, horum itidem quindenniorum, ac jurium perpetuae redemptionis negotium obire statuerunt, sperantes fore, ut sub iisdem prorsus conditionibus postulata assecuti essent. Quocirca dilecto filio Antonio Servantes monacho expresse professo, ac procuratori generali ordinis, et congregationis praedictorum in mandatis dederunt, ut in ejusdem ordinis, et congregationis nomine de hac re cum dilecto filio Nostro Hippolytho Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Vincentio nuncupato tunc archiepiscopo Corinthiensi, ac apud carissimum in Christo filium Nostrum Carolum Hispaniarum regem catholicum Nostro, et apostolicae Sedis nuncio ageret. Cum itaque de auctoritate Nostra juxta exponentium vota rescesserit sub die prima januarii millesimo septingentesimo nonagesimo tertio a venerabilibus fratribus Nostris Joanne Francisco episcopo Hostiensi, et Veliternensi collegii cardinalium decano, carolo episcopo Portuensi Sanctae Romanae Ecclesiae camerario, Henrico episcopo Tusculano Sanctae Romanae Ecclesiae vice-cancellario, nec non a dilectis filiis Nostris Vitaliano tunc in vivis degenti primo in ordine presbyterorum, Stephano dicti collegii camerario, Gregorio primo in ordine diaconorum tunc viventi, ac Philippo prodatario, ac defensore jurium collegiorum participantium cancellariae apostolicae Sanctae Romanae Ecclesia cardinalibus Albani, Rezzonico, duce Eboracensi, Boromio, Borgia, Salviati, et Campanelli respective nuncupatis tam nomine ejusdem collegii cardinalium, quam camerae, seu cancellariae apostolicae, aliorumque interesse habentium, omnibus mature perpensis, fuit ei-

Digitized by

dem Hippolytho cardinali tunc nuncio cum amplissimis facultatibus commissum, ut contractum perpetuae redemptionis quindenniorum, ac jurium hujusmodi sub iisdem conditionibus, quibus jam cum congregatione ordinis sancti Benedicti sub die decima quarta martii millesimo septingentesimo nonagesimo secundo fuerat stipulatum perficeret: qua propter congregatio praedicta canonice, ac capitulariter coacta, dicto Antonio Servantes procuratori generali omnes omnino opportunas, ac necessarias facultates dederunt, dictum contractum sub jam oblatis conditionibus stipulandi, ac hisce desuper conveniendi, statuendi quidquid ad perfectionem, ac ejusdem contractus habilitatem quomodolibet pertinere intellexisset, prout ex mandatis procurae in actu stipulationis dicti contractus exhibitis uberius continetur.

Taxatio quindenniorum facta a nuncio apostolico, et Procuratore generali. §. 2. Quibus itaque amplissimis facultatibus, ac mandatis muniti memorati Hippolythus cardinalis tunc nuncius apostolicus, ac Antonius procurator generalis prius inter eos statuto, ut fundamentum, ac basis ad praefiniendam quantitatem taxationis quindenniorum, aliorumque jurium hujusmodi foret illorum authenticus codex anni millesimi septingentesimi secundi apud nunciaturam apostolicam Hispaniarum existens, quemadmodum in stipulata perpetua quindenniorum, aliorumque jurium redemptione pro dicta congregatione Vallisoletana factum fuit, sic de ac super quolibet monasterio dictae congregationis Cisterciensis peculiariter fuit conventum, habitis tamen semper prae oculis specialioribus dicti contractus conditionibus. 1.° nempe, ut condonata esset tertia pars totius summae eorumdem quindenniorum, ac jurium. 2.° Ut ex aliis duobus trientibus constitueretur sors in quindecim annos distribuenda, quod inde in singulos annos colligebatur tamquam annuus trientis redditus sortis a dicta congregatione in redemptionem hujusmodi pendendae haberetur. 3.° Ut latae portionis quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum jam venerant cum eadem ratione, ac iisdem detractionibus solverentur. 4.° Ut decem in singula centena totius summae in vim hujus contractus debitae ab eadem congregatione in illius permutationem Romam numeraretur, ut tandem hujus pactionis stipulandi instrumentum apostolica confirmatio esset postulanda.

Quo itaque haec omnia perficerentur.

I.

Pacta adjecta conventioni. §. 3. Inter partes conventum est pro redemptione quindenniorum, aliorumque jurium, quae a monasterio sanctae Mariae de Corraudo Astoricensis dioecesis, seu dicta congregatione Cisterciensi ob unionem ejusdem monasterii alias congregationi praedictae a felicis recordationis Julio pp. II. praedecessore Nostro sub die decima quinta septembris millesimo septingentesimo quinto factam sat esse juxta praemissa realia de Vellon monetae Hispanae termille, ac propterea pro dicta hujus summae permutatione eadem realia tercentena cum jam quindennia, aliaque dicta jura usque ad totum annum millesimum septingentesimum nonagesimum secundum fuerint solidata.

II.

Idem ut supra. §. 4. Statuerunt, a monasterio sancti Martini de Castaneda ejusdem Astoricensis dioecesis, seu a dicta congregatione deberi juxta praemissa realia hujusmodi mille ducentena septuaginta quinque in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium, quae ob unionem ejusdem monasterii dictae congregationi alias auctoritate apostolica factam solvebantur, nec non realia centum viginti septem pro dicta summae hujusmodi permutatione; realia vero quingenta triginta quinque, et septemdecim maravedis ejusdem monetae Hispanae in dissolutionem eorumdem quindenniorum per integrum decennium, et menses sex usque ad totum annum millesimum septingentesimum nonagesimum secundum debitorum, ac alia realia quinquaginta tria, et septemdecim maravedis pro conventa hujus itidem summae permutatione.

III.

Idem ut supra. §. 5. Unanimi consensu pro redemptione quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum a monasterio sanctae Mariae de Mogales ejusdem Astoricensis dioecesis ab eodem monasterio, seu dicta congregatione ob unionem ipsius monasterii dictae congregationi alias a felicis recordationis Leone pp. X. praedeces-

Digitized by Google

sore Nostro die VI. septembris millesimo quingentesimo vigesimo primo factam debitorum existimarunt juxta praemissa solvenda esse realia hujusmodi mille, et quingenta, atque praeterea pro illorum dicta permutatione realia centum quinquaginta: nec non realia sexaginta ob non soluta quindennia, ac dicta jura unius anni ad totum millesimum septingentesimum septuagesimum secundum, ac realia sex pro hujus summae permutatione.

IV.

Idem ut supra.

§. 6. Ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta, quae a monasterio de Peña Major y Dueñas ejusdem Astoricensis dioecesis, seu a dicta congregatione propter ejusdem monasterii unionem eidem congregationi a memorato Julio II. praedecessore anno millesimo quingentesimo sexto factam solvebantur, pactum fuit oportere juxta praemissa realia duomille ducentena septuaginta quinque, praetereaque alia realia ducentena viginti septem, et septemdecim maravedis pro oblata dictae summae permutatione: nec non realia centum viginti et unum ad rependenda quindennia, ac jura praedicta ab anno, et quatuor mensibus ad totum annum millesimum septingentesimum nonagesimum secundum debita, et alia realia duodecim pro dicta hujus summae permutatione.

V.

Idem ut supra.

§. 7. Ex calculis, ac detractionibus jam stipulatis pro quindenniis, aliisque juribus a monasterio beatae Mariae virginis de Junquera Auriensis dioecesis, vel a dicta congregatione ob illius unionem eidem congregationi a felicis recordationis Paulo pp. III. die octava maji anni millesimi quingentesimi quadragesimi sexti factam debitis constitit necessaria esse ad illa redimenda realia hujusmodi noningenta septuaginta quinque, proindeque pro illorum permutatione deberi realia hujusmodi nonaginta septem, et septemdecim maravedis, in satisfactionem vero quindenniorum, quae per quinquennium, et novem menses ad totum annum millesimum septingentesimum nonagesimum secundum non fuerunt soluta esse numeranda realia ducentena viginti quatuor, et in dicta hujus summae permutatione realia viginti duo.

VI.

Idem ut supra.

§. 8. Redemptio quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae propter unionem monasterii sancti Claudii de Ribadiva ejusdem Auriensis dioecesis praedictae congregationi a memorato Paulo III. praedecessore anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto factam erant debita, existimata fuit juxta praemissa realia quatuor mille, et centum, ideoque dicta illorum permutatio realia quatuorcentena decem: in solutionem vero quindenniorum unius anni ad totum dictum annum millesimum septingentesimum nonagesimum secundum dictum fuit necessaria esse realia centum sexaginta quinque, ac pro dicta illorum permutatione realia quindecim, et septemdecim maravedis.

VII.

Idem ut supra.

§. 9. Fuit inter contrahentes praedictos stipulatum in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio sanctae Mariae de Osera ejusdem Auriensis dioecesis, vel a dicta congregatione pendebatur propter ipsius monasterii unionem alias ab eodem Paulo III. praedecessore anno millesimo quingentesimo quadragesimo quinto dictae congregationi factam, requiri juxta praemissa realia hujusmodi octo millia, et noningenta, proindeque pro dicta illorum permutatione realia octingenta nonaginta: ac in solutionem integri septennii quindenniorum hujusmodi deberi realia duo millia quatuorcentum nonaginta duo, ac in dicta hujus summae permutatione realia ducentena quadraginta novem.

VIII.

Idem ut supra.

§. 10. Numeranda esse realia duo millia noningenta in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium, quae a monasterio beatae Mariae de monte de Ramo ejusdem Auriensis diecesis, vel a dicta congregatione propter unionem ejusdem monasterii a memorato Leone X. praedecessore anno MDXVIII. volitam solvebantur, ac pro dicta hujus summae perturbatione deberi alia realia ducentena nonaginta, fuit conventum, sicuti pariter ob triennium elapsum ad totum annum

Digitized by Google

MDCCXCII. a quo debita quindennia non fuerunt soluta, pendenda esse realia quatuorcentum quadraginta, ac in dictam illorum permutationem realia quadraginta quatuor.

IX.

Idem ut supra. §. 11. Convenerunt contrahentes ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta, quae a monasterio sanctae Mariae de Buxedo Burgensis dioecesis, seu a dicta congregatione ob unionem ejusdem monasterii a felicis recordationis Innocentio pp. VIII. anno MCCCCLXXXV. dictae congregationi factam pendenda esse juxta praemissa realia mille septingenta quinquaginta, proindeque in hujus summae dicta permutatione deberi alia realia centum septuaginta quinque: cum porro omnia elapsa quindennia fuerint soluta, constituit nihil hac de causa ab eadem congregatione deberi.

X.

Idem ut supra. §. 12. Redemptionem quindennii, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio beatae Mariae virginis de Rivo Sicco ejusdem Burgensis dioecesis, seu a dicta congregatione in vim unionis dicti monasterii eidem congregationi a memorato Paulo III. praedecessore anno MDXLVI. factam solvebantur dictum fuit deberi juxta praemissa realia mille ducentena quinquaginta, ac propterea pro hujus summae permutatione numeranda esse realia centum viginti quinque: in dimissionem vero quindenniorum a sexennio ad totum annum MDCCXCII. debitorum arbitratum est pendenda esse realia tercentena duodecim, et maravedis septendecim, et in hujus summae permutatione alia realia hujusmodi triginta unum.

XI.

Idem ut supra. §. 13. Valor redemptionis quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio sanctae Mariae de Perrera Calaguritanae civitatis, vel dioecesis, seu a dicta congregatione propter unionem monasterii hujusmodi a memorato Leone X. praedecessore anno MDXV. eidem congregationi factam solvebantur, taxatus fuit unanimi consensu juxta praemissa in realia octo millia nonigenta septuaginta quinque, quorum pariter permutatio praedicta in realia octingenta nonaginta septem, et septemdecim maravedis: in satisfactionem vero quindenniorum, quorum dies jam asserat a septennio ad totum annum MDCCXCII. perfinita fuerint realia duo millia quingenta tresdecim, et in dicta hujus summae permutatione realia ducentena quinquaginta unum.

XII.

§. 14. Ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta a monasterio sancti Prudentii Calaguritanae dioecesis, seu a dicta congregatione propter unionem ejusdem monasterii a memorato Leone X. anno MDXV. congregationi praefatae factam debita arbitratum fuit juxta praemissa oportere realia duomillia sexcentena viginti duo, proindeque in dictam hujus summae permutationem requiri realia ducentena sexaginta duo, et septemdecim maravedis: pro quindenniis vero per integrum septennium, et tres menses non solutis dictum fuit deberi realia septingenta sexaginta unum, et in dictam horum permutationem alia realia septuaginta sex. Idem ut supra.

XIII.

§. 15. Apud contrahentes compertum fuit, redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium, quae a monasterio beatae Mariae virginis de Azeveiro Compostellanae dioecesis, seu a dicta congregatione in vim unionis dicti monasterii a memorato Julio II. praedecessore die XXVI. decembris anno MDV. eidem congregationi factam erant debita, valere juxta praemissa realia mille sexcentena vigintiquinque, ideoque pro dicta hujus summae permutatione esse numeranda realia centum sexaginta duo, et septemdecim maravedis: pro quindenniis unius anni, et quatuor mensium nondum solutis ad totum annum MDCCXCII. deberi realia octoginta sex, et pro dicta illorum permutatione realia octo, et septemdecim maravedis. Idem ut supra.

XIV.

§. 16. Quidennia, aliaque jura praedicta a monasterio beatae Mariae virginis de Armen- Idem ut supra.

tera ejusdem Compostellanae dioecesis propter illius unionem alias a felicis recordationis Clemente pp. VII. praedecessore Nostro anno MDXXVI. dictae congregationi factam debita, ut ea juxta praemissa redimerentur, existimata sunt realia hujusmodi quinque millia, et vigintiquinque, pro quorum permutatione praedicta necessaria erant realia quingenta duo: ac in satisfactionem decennii, et quinque mensium quindenniorum hujusmodi ad totum annum MDCCXCII. realia duo millia centum decem, ac pro dicta illorum permutatione realia ducentena, et undecim oportere dictum est.

XV.

Idem ut supra. §. 17. Unanimiter convenerunt dicti contrahentes in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio beatae Mariae virginis de Monfero ejusdem Compostellanae dioecesis, seu a dicta congregatione intuitu unionis monasterii hujusmodi a memorato Julio II. praedecessore anno MDVI. congregationi praedictae factam pendebantur, deberi realia duo millia tercentena septuaginta quinque, ac in dicta hujus summae permutatione alia realia ducentena triginta septem: in unius anni usque ad totum annum MDCCXCII. nondum solutorum quindenniorum hujusmodi solutionem numeranda esse realia nonaginta quinque, et in dictam hujus summae permutationem realia hujusmodi novem, et septemdecim maravedis.

XVI.

Idem ut supra. §. 18. Unus pariter fuit contrahentium sensus, ut scilicet ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta a monasterio sanctae Mariae de Sobrado dictae Compostellanae dioecesis, cum suo conjuncto sancti Justi, seu a dicta congregatione solvi solita ob unionem dicti monasterii a felicis recordationis Alexandro pp. VI. praedecessore Nostro die vigesima quinta mensis augusti anni MCCCCXCVIII. eidem congregationi factam necessaria forent juxta praemissa realia octo millia, et noningenta, ac pro dicta illorum permutatione realia octingenta nonaginta, quod vero jam a novennio ad totum annum MDCCXCII. debita quindennia praedicta non fuerunt soluta, oportere in illorum satisfactionem realia termille ducentena quatuor, in dictam vero illorum permutationem realia tercentena viginti, et septemdecim maravedis.

XVII.

Idem ut supra. §. 19. Quindennia, caeteraque jura praedicta a monasterio beatae Mariae virginis montis Salutis Conchensis dioecesis, seu a dicta congregatione ob unionem ejusdem monasterii a memarato Paulo III. praedecessore anno MDXLIX. congregationi praefatae factam solvenda, ut ea redimi possent, existimata fuere juxta praemissa realia duomillia, et guingenta, proindeque dicta horum permutatio realia ducentena quinquaginta: et in solutionem quindenniorum, qui a biennio, et decem mensibus debebantur, dictum fuit deberi realia ducentena octuaginta, ac in dictam illorum permutationem realia viginti octo.

XVIII.

Idem ut supra. §. 20. Stipulatum fuit numeranda esse realia mille sexcentena vigintiquinque, et in dictam horum permutationem realia centum sexaginta duo, ut redimerentur quindennia, aliaque jura praedicta, quae a monasterio beatae Mariae virginis de la Vega Legionensis dioecesis, seu a dicta congregatione solvebantur, propter monasterii hujusmodi unionem alias dictae congregationi a felicis recordationis Paulo pp. IV. praedecessore Nostro anno MDLV. factam, et cum duodecim anni ad totum annum MDCCXLII. jam effluxerint a non solutis quindenniis praedictis, fuit conventum deberi realia septingenta sexaginta octo, ac in dictam horum permutationem alia realia septuaginta sex, et septemdecim maravedis.

XIX.

Idem ut supra. §. 21. In redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio sanctae Mariae de Sandoral, seu Saltus Novalis ejusdem Legionensis dioecesis, seu a dicta congregatione propter unionem ejusdem monasterii a fel. rec. Innocentio pp. VIII. praedecessore Nostro anno MCCCCXCI. eidem congregationi factam numerabantur, arbitratum fuit, deberi juxta praemissa realia

mille, et quingenta, proindeque in dictam horum permutationem realia centum quinquaginta: ut vero quindenniis a biennio, et decem mensibus ad totum dictum annum MDCCXCII. non solutis satisfierent, pendenda esse realia centum septuaginta, et pro dicta illorum permutatione realia septemdecim statuerunt.

XX.

Idem ut supra. §. 22. Valere crediderunt dicti contrahentes juxta praemissa redemptionem quindenniorum, quae monasterium beatae Mariae virginis de Meyra Lucensis dioecesis, vel dicta congregatio in vim unionis ejusdem monasterii a memorato Leone X. praedecessore congregationi hujusmodi factae solvi consueverunt, realia quinque millia octingenta vigintiquinque, illorum praeterea dictam permutationem aliam realia quingenta octoginta duo; in satisfactionem vero quindenniorum a septennio debitorum, usque ad totum annum MDCCXCII. convenerunt deberi realia mille sexcentena triginta, et unum, et in dictam horum permutationem realia centum sexaginta tria.

XXI.

Idem ut supra. §. 23. Ex praestituta taxatione quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, ac ex pactis detractionibus compertum fuit apud contrahentes ad redimenda quindennia, caeteraque jura praedicta a monasterio beatae Mariae virginis de Belmonte Ovetensis dioecesis, seu a dicta congregatione ob unionem ipsius monasterii a memorato Paulo IV. praedecessore anno MDLIX. eidem congregationi factam necessaria esse realia mille ducentena quinquaginta, ac in dictam illorum permutationem alia realia centum viginti quinque: ad satisfacienda porro quindennia ab octo retro annis usque ad totum annum MDCCXCII. debita statuerunt numeranda esse realia quatuorcentum, ac alia realia quadraginta in dictam illorum permutationem.

XXII.

Idem ut supra. §. 24. Constitit pariter ex praemissis numeranda esse realia mille ducentena quinquaginta, ac alia realia centum viginti quinque in dictam illorum permutationem, ut hinc redimerentur quindennia, quae a monasterio beatae Mariae virginis de Valde Dios, seu Vallis Dei, seu a dicta congregatione propter factam a memorato Leone X. die XIV. aprilis anni MDXV. ejusdem monasterii dictae Ovetensis dioecesis congregationi praedictae unionem solvebuntur: in satisfactionem quindenniorum hujusmodi a septennio ad totum annum MDCCXCII. non solutorum necessaria esse realia tercentum quinquaginta, ac in dictam horum permutationem alia realia trigintaquinque.

XXIII.

§. 25. Conventum, ac pactum fuit ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta a monasterio sancti Petri de Gomiel Oxomensis dioecesis, seu a dicta congregatione solvenda pro unione ejusdem monasterii congregationi praedictae a memorato Paulo IV. praedecessore die XXVI. mensis octobris anni MDLV. facta pendenda esse realia termillia septingenta quinquaginta, proindeque in dictam illorum permutationem realia tercentena septuaginta quinque: ac ut dimitterentur quindennia hujusmodi a novennio, et tribus mensibus non solutis requiri realia mille tercentena octoginta septem, et in dictam illorum permutationem realia centum triginta octo, et septemdecim maravedis. Idem ut supra.

XXIV.

§. 26. Ut redimerentur quindennia a monasterio beatae Mariae virginis de Benavides Palentinae dioecesis, seu a dicta congregatione solvenda ex unione ejusdem monasterii alias eidem congregationi a felicis recordationis Paulo pp. III. praedecessore Nostro facta existimatum fuit juxta praemissa numeranda esse realia mille, et octingenta septuaginta quinque, proindeque in dictam conventam illorum permutationem alia realia centum octoginta septem, et septemdecim maravedis: et cum jam duodecim anni, et quatuor menses ad totum annum MDCCXCII. effluxerint a non soluto dicto quindennio, propterea solvenda erant realia nonigenta viginti sex, et in dictam illorum permutationem alia realia nonaginta duo, et septemdecim maravedis. Idem ut supra.

XXV.

Idem ut supra. §. 27. Ex unanimi contrahentium sententia statutum fuit pendenda esse juxta praemissa realia mille octingenta septuaginta quinque in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio sancti Petri de Spina ejusdem Palentinae dioecesis, seu a dicta congregatione solvebantur propter ipsius monasterii unionem auctoritate apostolica anno MCCCCLXXXV. factam in dictam hujus summae permutationem alia realia centum octoginta septem, et septemdecim maravedis esse numeranda: in satisfactionem porro quindenniorum a triennio, et sex mensibus debitorum requiri realia ducentena septuaginta septem, ac in dictam eorum permutationem alia realia viginti sex.

XXVI.

Idem ut supra. §. 28. Quod autem spectat ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta a monasterio sanctae Mariae de Matalana ejusdem Palentinae dioecesis, seu a dicta congregatione in vim unionis monasterii hujusmodi a memorato Leone X. praedecessore die xxx. septembris anni MDXV. congregationi praefatae factae debita existimatum fuit numeranda esse juxta praemissa realia hujusmodi duomillia ducentena quinquaginta; proindeque pro dicta illorum permutatione debebantur alia realia praedicta ducentena viginti quinque; et quod jam septem anni, et tres menses ad totum annum MDCCXCII. effluxerant a non solutis dictis quindenniis, dictum fuit oportere realia sexcentena quinquaginta tria, et in dictam illorum permutationem alia realia sexaginta quinque.

XXVII.

Idem ut supra. §. 29. Fuit conventum in redemptione quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio sanctae Mariae de Palazvelos, ejusdem Palentinae dioecesis, seu a dicta congregatione debebantur, propter unionem dicti monasterii a memorato Julio II. praedecessore sub die prima julii anno MDV. congregationi praedictae factam numeranda esse realia mille, et quingenta, ac in dictam hujus summae permutationem realia centum quinquaginta: in satisfactionem vero quindenniorum hujusmodi a biennio, et sex mensibus non solutorum necessaria esse realia centum quinquaginta, ac pro dicta horum permutatione realia quindecim.

XXVIII.

Idem ut supra. §. 30. Concorditer existimata fuit juxta praemissa redemptio quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum a monasterio b. Mariae virginis de Balbuena, seu Vallisbonae dictae Palentinae dioecesis, seu a congregatione praedicta intuitu unionis ejusdem monasterii a felicis recordationis Martino pp. V. praedecessore Nostro anno MCCCCXXX. dictae congregationi factae debitorum realia termillia septingenta quinquaginta, ideoque dicta illorum permutatio realia tercentena septuaginta quinque: ad dimittenda porro quindennia hujusmodi a decennio, et quatuor mensibus debita necessaria erunt realia mille, et quingenta quinquaginta duo, ac pro dicta hujus summae permutatione realia centum quinquaginta quinque.

XXIX.

Idem ut supra. §. 31. Apud contrahentes praedictos ex praemissis exploratum fuit ad redimenda quindennia, caeteraque jura praedicta, quae a monasterio beatae Mariae virginis de Laureto Salamantinae dioecesis, seu a dicta congregatione solvebantur, pendenda esse juxta praemissa realia hujusmodi duomillia ducentena septuaginta quinque, ideoque in dictam illorum permutationem alia realia ducentena viginti septem; pro satisfatione vero quindenniorum hujusmodi a decennio, et tribus mensibus debitorum necessaria esse realia nongenta triginta tria, ac in dictam illorum permutationem realia nonaginta tria.

XXX.

Idem ut supra. §. 32. Pactum fuit numeranda esse realia duo millia, et quingenta, ut redimi possent juxta praemissa quindennia, aliaque jura praedicta a monasterio beatae Mariae a Sacremenia Segobiensis dioecesis, seu a dicta congregatione debita propter unionem ejusdem monasterii a memorato Sixto IV. praedeces-

Digitized by Google

sore anno MCCCCLXXXI. dictae congregationi factam ac realia ducentena quinquaginta in satisfactionem quindenniorum hujusmodi per undecim annos, ad totum annum MDCCXCII. non solutorum requiri realia millia et centena, ac pro dicta horum permutatione realia centum decem.

XXXI.

Idem ut supra. §. 33. Ad redimenda juxta praemissa quindennia, aliaque jura praedicta a monasterio beatae Mariae virginis de Huesta Seguntinae dioecesis, seu a dicta congregatione solvenda propter unionem, ejusdem monasterii a memorato Julio II. praedecessore anno MDVI. congregationi praefatae factam deberi constituerunt juxta praemissa realia hujusmodi octomillia tercentena quinquaginta, ideoque pro dicta hujus summae permutatione alia realia octingenta triginta quinque: et cum solidatae fuerint rationes pro debitis quindenniis ad totum annum MDCCXCII. nihil propterea hac de causa requirebatur.

XXXII.

Idem ut supra. §. 34. Aestimatio redemptionis quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio beatae Mariae virginis de Ovila ejusdem Seguntinae dioecesis, seu a dicta congregatione pendebantur in vim unionis monasterii hujusmodi alias ab eodem Julio II. praedecessore sub die VIII. augusti anni MDVI. dictae congregationi factae communi contrahentium consensu juxta praemissa ascendit ad realia mille octingenta septuaginta quinque, quorum dicta permutatio aestimata propterea fuit alia realia centum octoginta septem, et septemdecim maravedis: solutio porro unius anni, et trium mensium debitorum quindenniorum constituta fuit in realibus nonaginta quatuor, et illorum permutatio in realibus novem, et septemdecim maravedis.

XXXIII.

Idem ut supra. §. 35. Conventum fuit in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio beatae Mariae de Boneval, et Monte sion Toletanae dioecesis, seu a dicta congregatione pendebantur, propter unionem ipsius monasterii a toties memorato Julio II. praedecessore anno MDIX. eidem congregationi factam numeranda esse juxta praemissa realia mille ducentena septuaginta quinque, in quorum dictam permutationem necessaria erant alia realia centum viginti septem, et septemdecim maravedis, et cum jam tresdecim anni ad totum MDCCXCII. effluxerint a non solutis quindenniis hujusmodi, requirebantur alia realia sexcentena sexaginta quinque, et in dictam horum permutationem realia sexaginta sex, et septemdecim maravedis.

XXXIV.

§. 36. Ut redimerentur quindennia, aliaque jura a monasterio beatae Mariae virginis Vallis Ecclesiarum, seu de Balde Iglesias ejusdem Toletanae dioecesis, seu a dicta congregatione in vim unionis monasterii hujusmodi eidem congregationi, alias a memorato Eugenio IV. praedecessore anno MCCCCXXXIX. factae solvenda arbitratum fuit, requiri juxta praemissa realia mille octingenta septuaginta quinque, et in dictam hujus summae permutationem realia centum octoginta septem, in satisfactionem porro quindenniorum hujusmodi a decennio, et quatuor mensibus ad totum dictum annum MDCCXCII. non solutorum numeranda esse realia septingenta septuaginta quinque, et in dictam horum permutationem realia septuaginta septem, et septemdecim maravedis. Idem ut supra.

XXXV.

§. 37. Ex conventis patuit solvenda esse realia mille ducentena quinquaginta in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium, quae a monasterio beatae Mariae virginis de la Franguera Tudensis dioecesis, seu a dicta congregatione propter unionem ipsius monasterii congregationi hujusmodi a memorato Leone X. praedecessore die XVI. aug. MDXXI. factam, ideoque alia realia centum viginti quinque in summae hujusmodi permutatione praedicta; ad satisfacienda vero quindennia ab anno, et quatuor mensibus ad totum annum MDCCXCII. non soluta deberi realia sexaginta septem, et in dictam horum permutationem alia realia sex, et septemdecim maravedis. Idem ut supra.

XXXVI.

Idem ut supra. §. 38. Statutum fuit unanimi partium consensu requiri realia termillia septingenta quinquaginta, ut juxta praemissa redimi possent quindennia, aliaque jura praedicta, quae propter unionem monasterii beatae Mariae virginis de Oya ejusdem Tudensis dioecesis a memorato Paulo III. anno MDXLVII. dictae congregationi factam ab eodem monasterio, seu dicta congregatione solvebantur: ac in dictam horum permutationem deberi alia realia tercentena septuaginta quinque. Ut porro solidarentur quindennia hujusmodi a sexennio, et tribus mensibus non soluta, numeranda esse realia noningenta triginta octo, et in dictam horum permutationem realia nonaginta quatuor.

XXXVII.

Idem ut supra. §. 39. Unanimi itidem partium consensu dictum fuit, ad redimenda quindennia, caeteraque jura praedicta a monasterio beatae Mariae virginis de Melone, seu de Melon dictae Tudensis dioecesis, seu a congregatione praedicta solvenda propter unionem dicti monasterii a memorato Julio II. praedecessore sub die trigesima prima martii anni MDVI. factam necessaria esse juxta praemissa realia termillia, et in dictam hujus summae permutationem realia tercentena: pro non solutis vero quindenniis ab anno, et tribus mensibus requiri realia centum quinquaginta et pro dicta horum permutatione realia quindecim.

XXXVIII.

Idem ut supra. §. 40. Redemptio quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae in vim unionis monasterii beatae Mariae virginis de Morencela Zamoriensis dioecesis dictae congregationi auctoritate apostolica alias factae ab eodem monasterio, seu congregatione pendebantur, aestimata fuit concorditer juxta praemissa realia termille, dicta horum permutatio realia tercentena: in solutionem vero quindenniorum per integrum decennium ad totum dictum annum MDCCXCII. non solutorum requiri dictum fuit realia mille, et ducentena, et pro dicta horum permutatione alia realia viginti.

XXXIX.

Idem ut supra. §. 41. Tandem partes contrahentes consenserunt, ut ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta a monasterio beatae Mariae virginis Vallisparadisi seu de Valparaiso, ejusdem Zamoriensis dioecesis, seu congregatione praedicta propter unionem dicti monasterii, eidem congregationi alias auctoritate apostolica factam solvenda, necessaria forent juxta praemissa realia duo millia ducentena quinquaginta, proindeque in dictam horum permutationem realia ducentena viginti quinque. Et cum jam octo anni ad totum dictum annum MDCCXCII. effluxerint a non solutis quindenniis hujusmodi, numeranda erant in horum satisfactionem realia septingentena, et viginti, ac pro dicta hujus summae permutatione alia realia septuaginta duo.

Erogatio pecuniae solvendae pro redemptione quindenniorum. §. 42. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat omnes hae summae a singulis monasteriis, seu a dicta congregatione, tum ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta ob uniones eorumdem monasteriorum eidem congregationi alias auctoritate apostolica factas solvenda, tum ad satisfacienda quindennia ad totum annum MDCCXCII. non soluta, tum demum pro conventa earumdem pecuniarum permutatione Romam facienda juxta stipulatas conditiones, ut praefertur, numerandae colligerent centum sexaginta millia sexcentena viginti duo realia de Vellon monetae Hispanae, fuit hisce desuper inter memoratos Hippolythum cardinalem tunc archiepiscopum Corinthiensem, et nuncium apostolicum nomine dicti collegii cardinalium, aliorumque interesse habentium, ex una, et Antonium Servantes procuratorem generalem dictae congregationis nomine monasteriorum, et congregationis praedictorum, ex altera partibus in vim suorum respective mandatorum transactionis, seu concordiae hujusmodi stipulatum instrumentum, quo declaratum, ac conventum pariter fuit, quod omnes supra enunciatae conventiones eaedem erant, ac quae pro dicta congregatione Benedictina Vallisoletana sub die XIV. martii MDCCXCII. stipulata fuerunt, quod insuper dicta summa realium centum sexaginta mille sexcentorum viginti duorum praesenti pecunia numeranda erat in ipsa stipulatione instrumenti a dicto Antonio Servantes, quod ex numeratione pe-

Digitized by Google

cuniae hujusmodi tum omnia, et singula quindennia, aliaque jura praedicta ab enunciatis monasteriis, ac a dicta congregatione pro illis, ut praefertur, debita, redempta erant tum quindennia ad totum dictum ann. MDCCXCII. non soluta, nec non conventa pecuniarum hujusmodi permutatio satisfacta, quod praeterea numerata a memorato Antonio Servantes praesenti pecunia summa praedicta prout tunc numeravit dictus Hippolythus cardinalis tunc nuncius apostolicus solemnem singrapham validissimis clausulis munitam nomine collegii cardinalium, aliorumque interesse habentium praedictorum signare deberet, prout revera signavit, qua omnia, et singula quindennia, ac jura dictis mandantibus quoad monasteria, et congregationem praedictam pro iisdem monasteriis competentia remitterentur, et eadem monasteria, et congregatio absolverentur ab ulteriori solutione quindenniorum, aliorumque jurium quorumcumque praedictorum, quod memoratus Hippolythus cardinalis acceptam numeratam pecuniam praedictam in manibus transferret publici trapezitae juxta legem in mandatis scriptam, ut Romam quanto ad dispositionem tunc in vivis degentis dicti Gregorii cardinalis Salviati illam permutaretur, prout ex fide ipsius trapezitae dictam numeratam pecuniam in suas manus ad dictum effectum deposuit: quod tandem ob infirmitatem hujus contractus esset impetranda apostolica confirmatio.

Confirmatio apostolica.

§. 43. Verum sicut eadem expositio prosequebatur cum memorati exponentes hanc legem adimpleri summopere desiderent, Nobisque totius contractus instrumentum Hispano idiomate conscriptum, illiusque praeinsertam summam exhibuerint. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur praevio totius contractus hujusmodi maturo examine ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratum contractus praedicti instrumentum inter dictos Hippolythum cardinalem tunc archiepiscopum Corinthiensem in regnis Hispaniarum Nostrum, et Sedis apostolicae nuncium nomine collegii cardinalium, aliorumque interesse habentium ex una, et Antonium Servantes procuratorem generalem congregationis praefatae nomine monasteriorum, et congregationis praedictorum ex altera parte in oppido civitate nuncupat. Matriti Toletanae dioecesis per acta Angeli de Urucchi notarii regii die nona julii anni MDCCXCIII. in Hispano idiomate stipulatum, ac omnia, et singula in eo contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 44. Decernentes has praesentes literas, nec non omnia, et singula in eis contenta, et expressa, nec non in dicto instrumento conventionis utriusque promissa etiam ex eo quod quilibet in praemissis, seu eorum aliquo jus aut interesse habentes, vel habere praetendentes cujusvis status, ordinis, et praeeminentiae sint etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni illis non consenserint, seu quod ipsi ad ea vocati non fuerint, aut ex alia qualibet etiam juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo, quod in praemissis solemnitates, et quaecumque alia forsan servanda et adimplenda minime servata, et adimpleta, seu causae propter quas praesentes emanaverint satis adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, notari, impugnari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel justitiae remedium impetrari posse, sed tamquam ad veteres, gravissimasque controversias extinguendas, ac futurarum dissentionum causas de medio tollendas cum ecclesiasticae pacis, rectique rerum ordinis profectu factas, et emanatas perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et

integros effectus sortiri, et obtinere, ac respective ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari debere; irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 45. Non obstantibus fel. rec. Pauli pp. II., aliorumque Romanorum pontificum de rebus ecclesiasticis non alienandis, nec non Pii pp. IV. praedecessoris Nostri de gratiis interesse camerae apostolicae quomodolibet concernentibus in eadem camera registrandis, aliisque apostolicis, nec non in synodalibus, provincialibus, et generalibus conciliis editis, vel edendis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus praemissis quomodocumque adversantibus, ac etiam Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, etiam illa de jure quaesito non tollendo; privilegiis quoque, indultis, et gratiis etiam alternativarum, ac literis apostolicis quibusvis ecclesiis, collegiis, ac personis quacumque ecclesiastica, etiam cardinalatus dignitate fulgentibus, quantumvis specifica, et individua mentione dignis, etiam sub quibusvis tenoribus, et formis in contrarium praemissorum concessis, et emanatis, dictarumque ecclesiarum, et collegiorum, sive capitulorum, et universitatum etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus: quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata praesentibus insertis forent, pro expressis habentes, ad praemissorum omnium, et singulorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse de apostolicae potestatis plenitudine derogamus, et derogatum esse volumus: nec non omnibus, et singulis, quae in ipsis praesentibus literis superius in specie, quaeque in aliis super tractatus praedicti ratihabitione editis decrevimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 46. Volumus autem, ut ipsarum praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

M.

Dat. die 27. jan. 1795. Anno XX.

Indulgetur congregationi beatae Mariae virginis de Columna Matriti Toletanae dioecesis, ut quotannis quolibet die octavae, qui festus non sit primae, aut secundae classis, missa de eadem beata Maria virgine celebrari possit.

Pius pp. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii sodales congregationis titulo beatae Mariae virginis de Columna nuncupatae, quae in ecclesia monialium capuccinarum Matriti Toletanae dioecesis est constituta, se pro eo, quo in sanctissimam Dei parentem patronam suam, sunt incensi studio, id maxime curare, illam ut omni, quo possunt honore, et cultus significatione prosequantur, optareque, ut pietas, quae a christianis ei debetur, in cunctorum animis augeatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Ratio concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsis de ista voluntate majorem in modum gratulantes, eosdemque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis sacrorum Rituum secretario, iisdem, ut quotannis in singulis diebus octavae ejusdem beatae Mariae virginis de Columna,

Digitized by Google

dummodo festum non occurrat duplex primae, vel secundae classis, una missa cum cantu, vel sine cantu, quemadmodum in ejus festo, cum commemorationibus quidem officii de die quando de hoc celebrata non fuerit missa conventualis, aliisque juxta rubricas accurate servatis, celebrari libere, ac licite facere possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, commemorataeque ecclesiae, civitatis, et dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima januarii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo.

Digitized by Google

ANNO VIGESIMO PRIMO

MI.

Dat. die 3. martii 1795. Anno XXI.

Indulgetur monialibus ordinis sancti Francisci asceterii conceptionis B. M. V. civitatis Portus s. Mariae Hispalensis dioecesis, ut officium sanctissimi Cordis Jesu celebrare, et recitare possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae moniales ordinis sancti Francisci asceterii Conceptionis beatae Mariae virginis civitatis Portus sanctae Mariae dioecesis Hispalensis magno se flagrare studio colendi omni, qua possint, ratione, sanctissimum cor Jesu, cui Nos obsequi vehementer cupiant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur istas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis sacrorum Rituum secretario; ut quotannis feria sexta post octavam solemnitatis sanctissimi corporis Christi, officium sanctissimi ejusdem Cordis, quod pro regnis Portugalliae, et Algarbiorum Nos alias adprobavimus, ritu duplici majore ipsae recitare; sacerdotes vero ad sacrificandum ea die, in earum ecclesiam convenientes missam officio respondentem celebrare libere, et licite possint, ac valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et commemoratae dioecesis, ipsiusque asceterii statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MII.

Dat. die 10. martii 1795. Anno XXI.

Instantibus nobilibus civitatis Philoptrani Auximanae dioecesis confirmatur rescriptum auditoris Sanctissimi, quo praescribitur, ut deinceps inter nobiles consiliarios civitatis praefatae cooptandi censum habeant valoris saltem scutorum quatuor millium.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoniam aequitati, et justitiae consonum est, ut mutatis rerum, ac temporum conditionibus, leges quoque, et statuta, quae alias scite, prudenterque lata sunt, in melius renoventur: hinc Nos pro ea paterna charitate, qua ab ipsis pontificatus Nostri primordiis Nostros, et apostolicae Sedi in temporalibus subditos semper complexi sumus, quoties a Nobis petitur, in hisce auctoritatis Nostrae

Digitized by Google

partes haud invite interponamus, prout in Domino salubriter expediri conspicimus.

Expositio precum porrectarum a nobilibus Philoptrani.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii cives nobiles oppidi civitatis nuncupat. Philoptrani Auximanae dioecesis, quod, cum Nos alias dicti oppidi praerogativis, ac praesertim civium frequentiae intendentes illius ad aliarum civitatum status, seu ditionis Nostrae ecclesiasticae honorem eveherimus, haec nova patriae suae conditio postulat, ut nisi ditiores, et honestiores cives inter nobiles consiliarios oppidi civitatis nuncupat. hujusmodi adlegentur. Cum itaque per rubricam trigesimam octavam pervetusti sui municipalis statuti inter caetera cautum, praescriptumque sit, ut ad obtinendam cooptationem inter consiliarios hujusmodi satis superque sit, ut candidati censum habeant valoris denariorum ducentorum, et quinquaginta, scutorum scilicet quinquaginta, modo probatae monetae Romanae, quem nec miserrimi non habent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut deinceps, ac perpetuis futuris temporibus quicumque inter nobiles consiliarios dicti oppidi civitatis nuncupati Philoptrani cooptari postulaverint, hi inter alias qualitates a jure communi, et municipali statuto praerequisitas, se possidere bona propria libera, fructifera justi valoris saltem scutorum quatuormille, ac jam a viginti saltem annis ante a quacumque arte mechanica se abstinuisse probare teneantur, auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus, ac mandamus.

Declaratio specialis.

§. 4. Volentes tamen, et declarantes, ut haec nova dispositio, seu lex petitiones tantum futuras, non autem praeteritas, quas sub dispositione juris communis, et municipalis statuti relinquimus, afficere possit.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non oppidi civitatis nuncupat. praefati etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MIII.

Dat. die 20. martii 1795. Anno XXI.

Suspensio celebrationis capituli generalis pro fratribus ordinis B. M. V. de monte Carmelo provinciae Romandiolae, et deputatio superiorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoniam in ea reipublicae christianae tempora incidimus, in quibus regulares ordines adversa quammaxime affligunt, officii humilitati Nostrae ex alto commissi esse existimamus, illis ita peculiariter consulere, ut hinc quamminima subeant incommoda, prout

omnibus mature, ac serio perpensis in Domino salubriter expedire arbitramur.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, juxta statuta, et constitutiones ordinis fratrum B. M. V. de monte Carmelo antiquae observantiae auctoritate apostolica confirmata capitulum provinciale provinciae Romandiolae, et Piceni dicti ordinis ad novum priorem provincialem, definitores, aliosque officiales eligendos propediem habendum esset: viros vero provinciae praefatae propter aes alienum, rei familiaris angustias, ac onera in alimoniam sacerdotum Gallorum, quibus quamplurimi conventus ejusdem provinciae premuntur, sumptibus ad capituli hujusmodi convocationem necessariis suppetere non valent.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum exempla sectantes, annuente non solum, sed etiam consentiente dilecto filio Rocho Melchor priore generali dicti ordinis, ac postulantibus quamplurimis alumnis provinciae, et ordinis praefatorum, designandosque priorem provincialem, aliosque officiales specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praevia dilatione proximi dicti capituli provincialis provinciae Romandiolae, et Piceni ordinis fratrum beatae Mariae virginis de monte Carmelo antiquae observantiae in proximum futurum triennium a die, qua juxta constitutiones, capitulum provinciale hujusmodi esset convocandum, dilectos filios Angelum Bagattini in priorem provincialem, Hieronymum Graziani in custodem provinciae, Antonium Mariam Parri, et Josephum Maranti in socios ad futurum capitulum generale, Angelum Ganzetti, et Aloisium Marrozi in subrogatos, Josephum Sassi, Carolum Giaretta, Josephum Panico, et Joannem Pantoli in definitores provinciae, Gerardum Minzoni, Josephum Arrighini, Alexandrum Alliprandi, et Raphaelem Ruel in subrogatos, omnes fratres dicti ordinis expresse professos, ad proximum dumtaxat triennium auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus, facimus, et nominamus; committentes eidem priori generali, ut ipse una cum consilio ordinis praefati priores singulorum conventuum ordinis, et provinciae instituat, et deputet: ipsis vero Angelo, Hieronymo, Antonio Mariae, Josepho, Angelo, Aloisio, Josepho Sassi, Carolo, Josepho Panico, Joanni, Gerardo, Josepho Arrighini, Alexandro, Raphaeli, nec non omnibus, et singulis prioribus conventuum dictae provinciae, ut praefertur, designandis, et deputandis, ut durante triennio hujusmodi, seu usque ad aliud proximum futurum capitulum provinciale omnibus, et singulis juribus, praeeminentiis, praerogativis, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, indultis, ac honoribus, et oneribus solitis, et consuetis uti, frui, et gaudere debeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si in frequenti capitulo provinciali ad officia, seu munera praefata fuissent electi, auctoritate, et tenore praefatis statuimus, et declaramus.

Sanctio poenalis.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis omnibus, et singulis superioribus, fratribus, ac personis quibuscumque ordinis, et provinciae praefatorum, ut eosdem Angelum, Hieronymum, Antonium Mariam, Josephum Maranti, Angelum, Aloisium, Josephum Sassi, Carolum, Josephum Panico, Joannem, Gerardum, Josephum Arrighini, Alexandrum, et Raphaelem, nec non dictos priores suis respective muneribus, et officiis, illorumque libero exercitio juxta tenorem praesentium fungi sinant, et permittant, eisque in omnibus ad munera, seu officia hujusmodi quomodolibet pertinentia prompte pareant, et obediant, faveantque, et adsistant respective.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Ac decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradictis Angelo, Hieronymo, Antonio Mariae, Josepho Maranti, Angelo Aloisio, Josepho Sassi, Carolo, Josepho Panico, Joanni, Gerardo, Josepho Arrighini, Alexandro, et Raphaeli, nec omnibus, et singulis prioribus, ut praefertur, designandis, et deputandis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici

auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, aliosve quoslibet quacumque praeeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ordinis, et provinciae praefatorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 21. martii 1795. Anno XXI.

MIV.

Instante regina fidelissima dividitur congregatio fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini excalceatorum nuncupatorum in tres provincias.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Sacrosancti apostolatus officium humilitati Nostrae per divinae bonitatis abundantiam, nullis Nostris suffragantibus meritis, concreditum salubriter exequi, adjuvante Domino, satagentes, ad ea, quae felici, prosperoque Christifidelium Altissimi obsequiis sub suavi religionis jugo mancipatorum statui consulitur, libenter intendimus, munerisque Nostri pastoralis partes non invite interponimus, prout ad majorem Dei omnipotentis gloriam, et catholicae religionis profectum expedire in Domino arbitramur.

§. 2. Nuper siquidem carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae nomine Nobis humiliter expositum fuit, quod dudum felicis recordationis Clemens pp. XI. praedecessor Noster quo status fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini excalceatorum nuncupatorum congregationis sanctissimae Conceptionis in Portugallia magis magisque firmaretur, supplicationibus sibi a clarae memoriae Joanne V., dum vixit, Portugalliae, et Algarbiorum tunc rege illustri porrectis intentus constituit, ut inter duas filiationes, seu provincias ordinis, et congregationis praedictorum, quarum altera de Extremadura, altera de Alemtejo, et Algarves nuncupabatur in electione superioris generalis, priorum, aliorumque officiorum, ac munerum ejusdem congregationis alternativa induceretur, utque si Deo adjuvante, ob adauctum conventuum numerum tertia filiatio, seu provincia esset deinceps erigenda, eadem servaretur alternativa pro recenti provincia, seu filiatione, quae pro aliis antiquioribus fuerat statuta, prout in suis hisce desuper in simili forma Brevis sub die vigesima sexta octobris anni millesimi septingentesimi decimi sexti expeditis literis uberius continetur: quae quidem alternativa, quamvis ad partium studia submovenda, quibus eadem congregatio in sui perniciem, ac exitium miserrime dilacerabat, opportuna, ac perutilis foret, quod tamen sicut eidem Joanni regi asserebatur, deinceps servata non fuerat, ipse felicis recordationis Benedicto pp. XIV, praedecessori itidem Nostro novas obtulit preces, ut sua auctoritate, et providentia tandem aliquando illud eidem congregationi praescriberet in electionibus praedictis systema, quo hinc omnibus perturbationibus aditus firmiter praecluderetur: quo circa memoratus Benedictus praedecessor omnibus prius mature perpensis per suas in simili pariter forma Brevis die septima januarii anni millesimi septingentesimi quinquagesimi expeditas literas revocata dicta Clementina constitutione in ea parte, quae eisdem literis adversabatur, ad retinendam aequalitatem inter dictas duas filiationes, seu provincias voluit in primis, ut omnes omnino dictae congregationis tunc viventes fratres inter easdem fi-

Expositio precum.

liationes adamussim dividerentur: constituit praeterea, ut unaquaeque provincia, seu filiatio suum primum conventum in civitate Lisbonensi haberet, prout jam ante provincia, seu filiatio de Extremadura nuncupata obtinebat: praescripsit pariter, ut in singulis trienniis viginti dumtaxat alumni pro qualibet provincia, seu filiatione ad habitum, ac professionem admitterentur: decrevit tandem, ut in electionibus superioris generalis, aliorumque munerum, et officiorum dictae congregationis alternativa inter easdem provincias, seu filiationes quodam tunc praefixo modo servaretur, prout in dictis literis dicitur uberius contineri.

Ratio concessionis.

§. 3. Verum, cum nihil tam scite, tamque prudenter inter homines constituatur, quin statim eludere conetur, inutilis deprehensa est haec Benedictina constitutio ad inducendam tranquillitatem in dictam congregationem. Siquidem ex constitutis in civitate Ulyssipponensi pro utraque provincia, seu filiatione primis, ac novitiatus conventibus, factum est, ut ad assuetas inaequalitates, perturbationesque confovendas plurimi ex provinciis dicti regni Portugalliae denominatis de Beyra, Minho, et Tras os Montes, per pauci vero ex provinciis de Extremadura, ac veri originarii de Alemtejo, et de Algarves ad habitum, ac professionem ordinis, et congregationis admitterentur: quamobrem paulatim inter hos dumtaxat officia, et munera dictae congregationis, exclusis aliis etiam dignioribus distribuuntur: quo itaque incommodis, quae exinde profluunt, firmiter occurratur, Nobis ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae nomine humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur ex rerum usu, ac illustribus Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum exemplis edocti, qui ubi ex subolescentibus malis regularem disciplinam alicujus provinciae ob nimis multiplicata monasteria, seu conventus deficere perspexerunt, optimum fore remedium arbitrati sunt, easdem provincias, ac monasteria, seu conventus invicem separare, ut etsi omnia, et singula sub uno generali capite posita, diversis tamen provinciarum rectoribus gubernarentur, qui faciljus regularis disciplinae custodiae interderent; ordinem, et congregationem praedictam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac memoratam Benedicti praedecessoris constitutionem die septima januarij millesimo septingentesimo quinquagesimo, ut praefertur, editam praesentibus praeinsertam, ac de verbo ad verbum expressam habentes, illiusque tenorem auctoritate apostolica iisdem praesentibus revocantes, supplicationibus ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, duas filiationes, seu provincias ordinis, et congregationis praedictorum de Extremadura scilicet, et de Alemtejo, et Algarves nuncupatas, ut praefertur a Benedictina constitutione adprobatas, et confirmatas in tres filiationes, seu provincias auctoritate apostolica tenore praesentium dividimus, dismembramus, et in perpetuum separamus: quarum primam de Extremadura, alteram de Alemtejo, et Algarves, tertiam de Beyra, Minho, et Tras os Montes in posterum appellandas praecipimus, et respective erigimus, et constituimus.

Assignatio filiationum pro singulis monasteriis dismembratis.

§. 5. Filiationi vero, seu provinciae de Extremadura eosdem conventus assignamus, quibus in praesenti constat, eique conventum Conceptionis Montis Oliveti civitatis Lisbonensis in primum conventum totius provinciae, ac caput totius congregationis respective constituimus: filiationi, seu provinciae de Alemtejo, et Algarves conventus intra limites provinciarum regni sic nuncupati unimus, et incorporamus, eique in primum totius provinciae conventum beatae Mariae virginis de Mercede civitatis Elborensis assignamus: tertiae tandem filiationi, seu provinciae de Beyra, Minho, et Tras os Montes nuncupandae conventus pariter intra septa provinciarum regni hujusmodi erectos, seu erigendos incorporamus; eique in primum conventum, seu caput totius provinciae, seu filiationis conventum Nostrae Dominae do Bom Despacho, et sanctae Ritae prope civitatem Portugallensem erectum assignamus. Quibus sic tripartitis filiationibus, seu provinciis omnia, et singula privilegia, praerogativas, et honores, quibus alias duae filiationes, seu provinciae praedictae tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utebantur, fruebantur, et gaudebant, auctoritate praedicta concedimus.

Declaratio super observantia alter-

§. 6. Praeterea quo magis magisque regularis disciplina confoveatur, auctoritate apo-

nativae volita a constitutione Clementina. stolica harum serie decernimus, ac declaramus, ut alternativa jam, ut praefertur, a memorata Clementina constitutione inter duas filiationes, et provincias dictae congregationis tunc existentes pro superiori generali, aliisque muneribus, ac officiis congregationis hujusmodi decreta inter tres filiationes, seu provincias harum serie erectas, seu erigendas omnino, ac religiose servetur. Volumus insuper, ut nemo ad munera vicarii generalis, definitorum, ac visitatorum promoveri, aut eligi possit, nisi prius per duo saltem triennia munere superioris localis perfunctus sit, ac tum in cathedris, tunc in magisterio laudabiliter se gesserit.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 7. Decernentes ipsas praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causae propter quas praesentes emanarint, aut verificatae, et justificatae fuerint, aut quavis alia etiam quantumlibet juridica, pia, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, et substantiali, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, seu adversus, illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus memorata Benedicti praedecessoris, aliisque constitutionibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo. Derogatio contrariorum.

MV.

Dat. die 24. martii 1795. Anno XXI.

Instantibus gubernatore, et deputatis regiae ecclesiae sancti Antonii nationis Lusitanae de urbe conceditur, ut ex quadraginta subsidiis dotalibus Cimini, et Sueyro sex distrahantur ab administro regis fidelissimi apud sanctam Sedem una, a gubernatore praedicto altera, ac quatuor ab individuis congregationis particularis per vices libere conferen.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii gubernator, et administratores, seu depu- Expositio precum, et ratio concessionis.

tati regiae ecclesiae, domus, et hospitalis sancti Antonii nationis Lusitanae in hac alma Nostra urbe, quod alias felicis recordationis Clemens pp. XIV. praedecessor Noster, quo decori, et conservationi sacrarii ecclesiae praedictae consuleret, per suas in simili forma Brevis die septima januarii anni millesimi septingentesimi septuagesimi secundi expeditas literas subsidia dotalia, quae ex legato Cimini existunt, in locum pium deinde revertenda eidem sacrario assignavit: Nos vero quo pariter fabricae ecclesiae, domus, nosocomii, et hospitalis praedictorum prospiceremus, cetera subsidia dotalia in eumdem locum in posterum revertenda sub certis modo, et forma applicavimus, prout in Nostris hisce desuper contemporaneis literis uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, administratio, ac distributio plurimarum dotium, quae illorum sedulitati commissa atque concredita est, non mediocrem postulet vigilantiam, ac sollicitudinem, hinc quemadmodum decori, et conservationi sacrarii, et ecclesiae, aliorumque aedificiorum praedictorum, sicut praemittitur, fuit consultum, sic pariter administrationis hujusmodi incommoda alicujus commodi compensatione per Nos leniri, ipsisque, et suis successoribus prospici summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, piorum testatorum, seu fundatorum Cimini, et Sueyro y Azevedo dispositiones etiam per ultimam voluntatem pro expressis, ac de verbo ad verbum insertas habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eisdem exponentibus, ut in posterum, ac perpetuis futuris temporibus ex quadraginta annualibus subsidiis dotalibus scutorum quinquaginta juxta piorum testatorum Cimini, et Sueyro y Azevedo voluntate distribuendis, detractis per singulos annos a prima die mensis maji currentis anni ad totam ultimam diem mensis aprilis futuri anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti computandos, et sic deinceps sex dotibus, quatuor scilicet ex legato Cimini, duobus vero ex legato Sueyro y Azevedo praedictis, harum prima Cimini in proximo mense junii nisi pro administri plenipotentiarii regis fidelissimi apud Nos, et sanctam Sedem pro tempore existentis, altera pariter Cimini pro gubernatoris dictae congregationis pro tempore itidem existentis, caeterae vero quatuor pro individuorum eamdem congregationem particularem componentium per vices, et juxta illorum antianitatem arbitrio respective, et nominatione libere conferantur auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo concedimus, et indulgemus.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus testatorum, seu piorum fundatorum ultimis voluntatibus, quas ad praemissum effectum sufficienter, et expresse commutamus, et constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MVI.

Dat. die 24. martii 1795. Anno XXI.

Instante congregatione regiae ecclesiae sancti Antonii nationis Lusitanae de urbe indulgetur, ut subsidia dotalia ab eadem congregatione dari solita, ac in locum pium revertenda, in fabricam ecclesiae, domus, et hospitalis erogari possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii gubernator, et administratores, seu deputati regiae ecclesiae, domus, et hospitalis Sancti Antonii nationis Lusitanae in hac alma urbe Nostra, quod plurima sunt dotalia subsidia, quae juxta aliquorum testatorum dispositiones in singulos annos ab ipsis aut puellis Lusitanis, aut cujuscumque nationis distribuuntur: quorum duo scutorum quinquaginta ex legato Bivar: quatuor scutorum vigintiquinque ex legato Arrighi: tria scutorum viginti ex legato Diaz, quae omnia alligata sunt puellis Lusitanis, aut in Domino, aut in saeculo nubentibus: undecim, aut duodecim scutorum triginta ex legato Perez pro puellis cujuscumque nationis sortito designandis: vigintiquatuor scutorum quinquaginta ex legato Cimini pro puellis Romae commorantibus, ac sortito pariter designandis, quae in Domino nubere intendant: sexdecim tandem scutorum quinquaginta ex legato Sueyro de Azevedo pro puellis pariter in Domino nubentibus, quarum tamen quatuor alias per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum puellis Lusitanis etiam in saeculo nubentibus fuerunt assignata, respective proficiscuntur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quam felicis recordationis Clemens pp. XIV. praedecessor Noster, quo sacrario ejusdem ecclesiae consuleret per suas in simili forma Brevis die VII. januarii anni millesimi septingentesimi septuagesimi secundi expeditas literas subsidia dotalia legati Cimini praedicta reversa, et in posterum revertenda in conservationem sacrarii hujusmodi assignaverit, fabrica tamen ecclesiae, domus, et hospitalis praedictorum, quae jam jam prae vetustate fatiscitur, nullis certis redditibus dotata sit, ipsique exponentes huic incommodo per Nos occurri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac memoratas piorum testatorum, aut fundatorum dispositiones etiam per ultimas voluntates pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, ac firmis remanentibus, quae circa reversa dotium Cimini a memorato Clemente praedecessore fuerunt, ut praefertur, disposita, supplicationibus hujusmodi inclinati, annua subsidia dotalia Sueyro de Azevedo nuncupata in locum pium praedictum deinceps, ac perpetuis futuris temporibus quomodolibet revertenda fabricae, ecclesiae, domus, nosocomii, et hospitalis praedictorum auctoritate apostolica tenore praesentium assignamus, et applicamus. Praeterea quo eidem fabricae magis magisque consulatur, eisdem exponentibus, ac gubernatori, et deputatis ejusmodi pro tempore existentibus, ut, urgente dumtaxat necessitate, cujus cognitionem illorum arbitrio, et conscientiae relinquimus, alia quoque subsidia dotalia, exceptis ex legato Cimini provenientibus, in eumdem locum pium quomodolibet deinceps revertenda in commodum, ac utilitatem ejusdem fabricae erogare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus quorumcumque testatorum, seu piorum fundatorum etiam ultimis voluntatibus, quas ad praemissorum effectum sufficienter, et expresse commutamus, et constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta martii,

Digitized by Google

millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 27. martii 1795. Anno XXI.

MVII.

Dilatio capituli generalis celebrandi a fratribus ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo, et electio superiorum ejusdem ordinis, in provincia Romana.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Inter multa, quae in hisce maximis rei catholicae temporibus Nos undique urgent, immo quasi obruuntur, officii humilitati Nostrae ex alto commissi esse arbitramur pastoralis providentiae partes ad eos praecipue christifideles convertere, qui in humilitate, in oratione, ac in omni vitae suae ratione Deo propius famulari susceperunt, ut quae ad decus, et Ecclesiae ornamentum instituta sunt, in illius perniciem non convertantur, sed a regularibus ordinibus christianae pietatis fructus quotidie uberiores proferantur, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem a dilectis filiis prioribus conventuum fratrum ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo provinciae Romanae, seu ab illorum majori, et saniori parte expositum fuit, quod propediem nempe in tertia dominica post proximum Pascha Resurrectionis juxta statuta, et constitutiones ordinis praefati, auctoritate apostolica confirmata, capitulum provinciale provinciae Romanae hujusmodi ad novum priorem provincialem, definitores, aliosque officiales eligendos habendum esset: verum quia propter rei familiaris angustias, ac onus in alimoniam presbyterorum Gallorum, quibus quamplurimi conventus ejusdem provinciae praemuntur, sumptuosa nimis esset capituli hujusmodi convocatio; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur exponentes praefatos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, audito prius dilecto filio Rocho Melchor priore generali ordinis praefati, supplicationibus hujusmodi inclinati, praevia dilatione proximi dicti capituli provincialis provinciae Romanae ordinis fratrum beatae Mariae virginis de Monte Carmelo antiquae observantiae in proximum futurum triennium a dicta tertia dominica post Pascha, in qua capitulum provinciale hujusmodi habendum esset, dilectos filios Aloisium Carlini in priorem provincialem; Joachim Mariam Falconi in custodem provinciae; Paulum Barsotti, et Simonem Pomponj in socios ad futurum capitulum generale; Dominicum Tazzi, et Jacobum Lenzi in subrogatos; Josephum Lena, Basilium Bartolomei, Camillum Bartolucci, et Mauritium Magistri in definitores, Avertanum Bandiera, Paulum Bonzi, Cyrillum Adriani, Josephum Marini in subrogatos, omnes fratres dicti ordinis expresse professos, ad proximum dumtaxat triennium auctoritate apostolica tenore praesentium facimus, constituimus, et nominamus; committentes eidem priori generali, ut ipse una cum consilio dicti ordinis priores singulorum conventuum ordinis, et provinciae hujusmodi auctoritate Nostra apostolica constituat, et deputet; ipsis vero Aloisio, Joachim Mariae, Paulo, Simoni, Dominico, Jacobo Lenzi, Josepho, Basilio, Camillo, Mauritio, Avertano, Paulo Bonzi, Cyrillo, et Josepho Marini, nec non omnibus, et singulis prioribus conventuum dictae provinciae, ut praefertur, designandis, et deputandis, ut durante triennio hujusmodi, seu usque ad futurum aliud capitulum provinciale praefatum omnibus, et singulis juribus, praeeminentiis, praerogativis, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, indultis, ac honoribus, et oneribus solitis, et consuetis uti, frui, et gaudere debeant in omnibus, et per omnia perinde ac si in frequenti capitulo provinciali ad sua respective officia, ac munera fuissent electi auctoritate, et tenore praefatis statuimus, et declaramus.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis No- Sanctio poenalis.

strae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis omnibus, et singulis superioribus, fratribus, ac personis quibuscumque ordinis, et provinciae praefatorum, ut eosdem Aloisium, Joachim Mariam, Paulum Barsotti, Simonem, Dominicum, Jacobum, Josephum Lena, Basilium, Camillum, Mauritium, Avertanum, Paulum, Cyrillum, et Josephum Marini, nec non dictos Priores suis respective officiis, et muneribus, illorumque libero exercitio juxta tenorem praesentium fungi sinant, et permittant, eisque in omnibus ad munera, seu officia hujusmodi quomodolibet pertinentia prompte pareant, et obediant, faveantque, et adsistant respective.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Ac decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradictis Aloisio, Joachimo Mariae, Paulo Barsotti, Simoni, Dominico, Jacobo, Josepho Lena, Basilio, Camillo, Mauritio, Avertano, Paulo Bonzi, Cyrillo, et Josepho Marini, nec non omnibus, et singulis prioribus, ut praefertur, designandis, et deputandis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, aliosve quoslibet quacumque praeeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, ordinis, et provinciae praefatorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MVIII.

Dat. die 14. aprilis 1795. Anno XXI.

Exemptio monasterii de Otero de las Duenas Ovetensis dioecesis ab auctoritate abbatissae monasterii de Gradexes Legionensis dioecesis, illiusque subjectio episcopo Legionensi.

Venerabili fratri Philippo archiepiscopo Pergensi Nostro, et apostolicae Sedis apud carissimum in Christo filium Nostrum Carolum Hispaniarum regem catholicum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Pastoralis officii humilitati Nostrae divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui sub suavi religionis jugo propius Deo famulari susceperunt, curam gerentes ea, quae pro tollendis abusibus, stabiliendaque regulari disciplina accommoda esse dignoscuntur, rerum prius, ac temporum vicibus mature perpensis, concedamus, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Exponi nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, quod cum regularis disciplina in monasterio sanctae Mariae villae de Otero de las Duenas sanctimonialium ordinis Cisterciensis congregationis reformatae sancti Bernardi Ovetensis dioecesis circa duo praecipue capita paupertatis nempe, et clausurae prorsus quasi collapsa esset, ipse precibus dilectae in Christo filiae abbatissae monasterii de Gradexes ejusdem ordinis, et congregationis Legionensis dioecesis, cui primodictum monasterium in omnibus obnoxium reperitur, sibi porrectis inclinatus, curavit, ut a dilecto filio Nostro Hippolyto Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Vincenti nuncupato tunc archiepiscopo Corinthiensi, ac in regnis

Hispaniarum Nostro, et apostolicae Sedis nuncio apostolicus visitator delegaretur, qui sedulo omnibus perpensis de statu, ac disciplina regulari dicti monasterii de Otero referret: qua peracta visitatione, cum constiterit clausuram apertam esse, atque derelictam, quaedam illius aedificia ruinosa, ac regularem obedientiam in monialibus officia gerentibus mendosam esse, adeoque necessarium omnino esse, ut aliquod firmum, ac promptum tot malis adhibeatur remedium, hinc memoratus Carolus rex catholicus, cum optimum futurum fore arbitretur, si praevia ejusdem monasterii a quavis auctoritate, jurisdictione, atque administratione abbatissae secundodicti monasterii de Gradexes pro tempore existentis, ac monachorum ordinis, et congregationis praedictorum exemptione, quod a civitate Legionensi vix quinque leucas distet, ad civitatem vero Ovetensem longus decem, et octo leucarum, ac imperviae quasi, ac difficilis viae tractus sit, episcopo Legionensi pro tempore existenti illud subjiciatur, atque ad id modernus episcopus Ovetensis suum etiam praestiterit consensum, Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsius Caroli regis catholici votis quantum cum Dominico possumus annuere volentes, ac statui, et regulari disciplinae primodicti monasterii de Otero firmiter consulere cupientes, fraternitati tuae, de cujus fide, vigilantia, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, ac mandamus, ut primodictum monasterium sanctae Mariae in villa de Otero de las Duenas sanctimonialium ordinis Cisterciensis congregationis reformatae sancti Bernardi Ovetensis dioecesis, ejusque moniales, ac personas quascumque a qualibet subjectione, jurisdictione, auctoritate, atque administratione abbatissae monasterii sanctae Mariae de Gradexes ordinis, et congregationis praedictorum Legionensis dioecesis pro tempore existentis, nec non monachorum ordinis, et congregationis hujusmodi auctoritate Nostra apostolica eximas, et liberes, ac exemptum, et liberum fore, et esse statuas, atque declares, ac illud omnimodae jurisdictioni, auctoritati, et regimini, ac correctioni moderni, et pro tempore existentis episcopi Legionensis in spiritualibus, et temporalibus subjicias; eaque propter abbatissae monasterii de Gradexes praedictae, ac dictis monachis harum serie prohibemus, ne in iis, quae ad monasterium hujusmodi, et monialium praedictarum spirituale, ac temporale gubernium pertinent, in posterum se ullatenus ingerere audeant, seu praesumant.

Praeceptum de servandis decretis visitationis directum episcopo Legionensi.

§. 4. Volumus praeterea, atque earumdem serie venerabili fratri episcopo Legionensi injungimus, ut postquam monasterium de Otero praedicto suae jurisdictioni, atque auctoritati juxta tenorem praesentium fuerit a te subjectum, omnia decreta visitationis praedictae pro sua prudentia, atque arbitrio statim exequi curet, et studeat, utque regularem obedientiam, ac disciplinam, ut praefertur, penitus quasi in dicto monasterio collapsam restituat: quapropter ad occurrendum scandalis, ac partium studiis, quae inter sanctimoniales dicti monasterii de Otero in electionem novae abbatissae facile exoriri possent, eidem episcopo Legionensi, ut hac prima vice dumtaxat eam in abbatissam dicti monasterii pro suo arbitrio, et conscientia eligat, quae ad revocandam in eodem monasterio jacentem legum observantiam, omnibus mature pensatis, aptior ei videbitur, auctoritate, et tenore praedictis mandamus.

Conservatio privilegiorum favore monialium.

§. 5. Insuper declaramus, quod etsi moniales dicti monasterii de Otero de las Duenas pro eo, quod spectat spiritualem, et temporalem jurisdictionem, et administrationem a dicto monasterio de Gradexes segregaverimus; ac segregatas esse, et fore decreverimus, nihilominus ipsae gratiis, favoribus, indultis, ac privilegiis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus dum dicto monasterio de Gradexes unitae, et subjectae erant quomodolibet utebantur, fruebantur, ac gaudebant, pari modo etiam post segregationem, et separationem hujusmodi perpetuis futuris temporibus uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde ac si dicto monasterio de Gradexes adhuc unitae, ac subjectae essent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spe-

ctabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 17. aprilis 1795. anno XXI.

MIX.

Instante clero, magistratu, et populo oppidi Veles Conchensis dioecesis confirmatur decretum congregationis Rituum super electione beatae Mariae virginis titulo Dolorum in patronam principalem dicti loci.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Refertur decretum pro... a s. congregatione...

§. 1. Nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum decretum est factum tenoris, qui sequitur.

Conchensis.

Tenor decreti.

§. 2. Relatis ad sacrorum Rituum congregationem ab eminentissimo, et reverendissimo domino cardinali Archinto praefecto humillimis precibus cleri, magistratus, et populi oppidi Veles dioecesis Conchensis supplicantium pro confirmatione electionis beatae Mariae virginis titulo Dolorum in patronam principalem ejusdem oppidi; sacra eadem congregatio, comperiens hujusmodi electionem servatis servandis, et legitime factam fuisse, eamdem confirmavit, et approbavit, atque festivitati beatae Mariae virginis Dolorum in patronam principalem electae praerogativas omnes sanctorum protectorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit, assignavitque eidem festivitati dominicam tertiam septembris cum officio, et missa ritu duplici primae classis cum octava. Die XXI. martii MDCCXCV.

Loco ✠ signi.

I. card. Archintus praefectus.

D. Coppola S. R. C. secretarius.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 3. Nos igitur eosdem dilectos filios clerum, magistratum, et populum oppidi Vales specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus nimirum eorum Nobis nomine humiliter hac de re porrectis inclinati, decretum praeinsertum auctoritate Nostra apostolica per praesentes literas approbamus, et confirmamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate commemoratae cardinalium congregationis.

Clausulae sebilata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in om-

nibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ejus oppidi, aut dioecesis statutis, consuetudinibus, privilegiis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima septima aprilis, millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimoprimo.

Dat. die 19. maji 1795. Anno XXI.

MX.

Beatificatio servi Dei Bernardi ab Offida laici ordinis minorum sancti Francisci.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quisquis laboriosum aggreditur christianae perfectionis iter, oportet, ut non solum Deum, proximumque diligat, a quo amore omnis virtus, ac totius plenitudo justitiae nascitur: verum etiam, ut prius humilitatis fundamentum jaciat: haec quippe est aliarum virtutum quasi culmen, ac illa basis, sine qua ingens verae philosophiae aedificium erigi nequit: ea autem deficiente frustra, et in cassum, ac sine ullo fructu labores suscipiuntur; non secus ac si quis domum suam super arenam construxerit, qui labores quidem exantlavit, quaestum autem nullum fecit, propterea quod firmum fundamentum minime posuit.

Laudes venerabilis servi Dei.

§. 2. Quo circa nemo sane mirari poterit ex humili ordine fratrum minorum s. Francisci cappucc. nuncupatorum, qui suam simillimam apostolicae perfectionis imaginem in humilitate praesertim semper constituit, tot sanctimoniae, et innocentiae fructus ad omnipotentis Dei laudem, catholicae Ecclesiae decus, et proximorum utilitatem prodiisse, quot cum Christo, sanctisque suis regnantes veneramur in coelis. Hos inter vere sapientes, qui via humiliationis ire susceperunt, ab ipsa prima aetate refulsit Dei servus Bernardus ab Offida laicus fratrum ordinis praefati expresse professus. Siquidem ipse transacta pueritia, et lubrica adolescentia in humili, atque agresti domo paterna, summa cum morum innocentia, et sanctitate, divino afflante spiritu, propius Deo famulari exoptans, severioris disciplinae dictum ordinem fratrum minorum sancti Francisci cappuccinorum nuncupatorum ingressus ab ea die suo corpori, ac omnibus carnis concupiscentiis asperum indixit bellum, illudque assiduis jejuniis, ac afflictationibus usque ad ultimum suae vitae spiritum in servitutem redegit, et singulari charitate egenos, et pauperes prosecutus est; et quamvis sacris charismatibus, et praesertim prophetiae dono fuisset a Deo praeventus, sic tamen de se demisse sensiit, ut veluti si magnarum a se rerum gestarum conscius non esset, nihil umquam, quod praecipuum humilitatis est, magnificum finxit: atque hinc ad eum virtutum apicem facile pervenit, unde tum sui, tum exteri adhuc viventem quasi jam beatum suspexerunt in coelis. Quapropter apostolici officii ministerio, quod pastorum princeps Christus Dominus per ineffabilem clementiae suae abundantiam humilitati Nostrae imponere dignatus est, nil aptius, nil opportunius in hac temporum iniquitate, in quibus superbiens philosophia impune usquequaque debacchatur, fore arbitramur, quam summae christianae humilitatis, et charitatis exemplum fidelibus afferre, ac super candelabrum ponere, ut luceat his, qui in tenebris, et umbra mortis sedent ad dirigendos pedes suos in viam pacis.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus eumdem servum Dei Bernardum ab Offida multipliciter clarnisse, nec non miraculis, quae ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit pos- Judicium congregationis Rituum.

se quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis.

Beatificatio et concessio splendorum in imaginibus.

§. 4. Hinc est, quod nos totius antedicti ordinis fratrum minorum s. Francisci cappuccinorum nuncupatorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictae congregationis consilio, et assensu auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei servus Bernardus ab Offida in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur: imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die ab ordinariis, et ordinis praedicti praesidibus ad quos spectat, designanda recitetur officium, et missa *de communi Confessoris non Pontificis* cum orationibus propriis a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani.

Concessio missae, et officii.

§. 5. Porro recitationem officii, et missae celebrationem in hujusmodi fieri concedimus in toto ordine fratrum minorum sancti Francisci cappuccinorum nuncupatorum in civitate, et dioecesi Asculana, in qua ejus venerantur exuviae, in dioecesibus Montis Alti, et Firmana ubi plurima, atque insignia dedit sanctitatis exempla, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam secularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce Nostris literis et quoad Indias a die, quo eaedem literae illuc pervenerint, inchoando, in ecclesiis ordinis, civitatum, et dioecesum antedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario constituta, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de Urbe celebrata fuerint eadem solemnia die vigesima quinta currentis mensis maji pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, et earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii dictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona maji, millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

IN FESTO

B. BERNARDI AB OFFIDA

Laici professi ordinis minorum s. Francisci cappuccinorum.

Oratio.

Oratio in festo recitanda.

§. 7. Deus, qui beato Bernardo confessori tuo, spiritum, quo super egenos, et pauperes intelligeret, misericorditer contulisti, concede, ut ejus exempla secuti, in die mala liberari mereamur. Per Dominum etc.

Decretum Asculana.

Confirmatio, et approbatio orationis.

§. 8. Sanctissimus Dominus Noster Pius sextus pontifex maximus ad humillimas preces fratris Bonifacii a Nicea sacerdotis professi ordinis minorum sancti Francisci cappuccinorum postulatoris causae venerabilis servi Dei Bernardi ab Offida laici professi ejusdem ordinis, suprascriptam orationem ab eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Archinto Sanctae Romanae Ecclesiae praefecto, et reverendo padre domino Hieronymo Napulionio fidei promotore revisam, eodem referente, approbavit, atque in missa solemni celebranda in basilica Vaticana pro beatificatione ejusdem venerabilis servi Dei recitari posse concessit. Die vigesima quinta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo quinto.

J. Card. Archintus Praef.

D. Coppola S. R. C. secret.

Loco ✠ sigilli.

Dat. die 22. maji 1795. Anno XXI.

MXI.

Facultas provinciali provinciae Lusitanae fratrum ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum, ut suos subditos ante triennium professionis ad sacros ordines promovere possit.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus provincialis fratrum ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum provinciae Lusitanae, quod per statuta, seu constitutiones dicti ordinis auctoritate apostolica confirmata cautum, praescriptumque reperitur, ut nullus religiosus ad sacros ordines promoveatur, nisi post tres annos completos a die suae professionis. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ob horum temporum iniquitatem perpauci sint, qui regularem statum amplecti exoptant, ideoque non raro contingat, ob supranunciatam sui ordinis constitutionem desiderari sacerdotes regulares, qui oneribus missarum suis respective conventibus incumbentibus satisfaciant, aut ministerio altaris ministrare possint: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur exponentem, eumque ordinem praedictum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumdemque exponentem a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem exponenti, aliisque provincialibus provinciae praedictae pro tempore existentibus, ac legitime intrantibus, ut in posterum, ac perpetuis futuris temporibus suis subditis regularibus, ut licet triennium a die emissae regularis professionis a statutis et constitutionibus dicti ordinis, ut praefertur, praescriptum nondum exegerint, nihilominus, si nullum aliud canonicum impedimentum eis obstet, ipsique ab his, ad quos spectat, ad id idonei reperiantur, servatis alias servandis, ad omnes sacros etiam presbyteratus ordines promoveri, et promoti in illis etiam in altaris ministerio ministrare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica concedendi, et indulgendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima secunda maji, millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 9. junii 1795. Anno XXI.

MXII.

Confirmatio resolutionis editae a sacra congregatione negotiis, et consultationibus status praepositae super numero consiliariorum adhibendorum in resolutionibus communitativis civitatis Fabrianensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Decet Nos, ut ea quae pro recta publicorum bonorum administratione scite, prudenterque statuta sunt in aevum persistant, auctoritatis Nostrae partes interponere, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii coetus nobilis civitatis No-

strae Fabrianensis, quod nuper a venerabili fratre Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus negotiis et consultationibus status Nostri ecclesiastici praepositis consilium quod vocant « di Credenza » jam alias ab apostolico visitatore constitutum, quo incommodis occurreretur, quae ex cujuslibet hominis communitatis dictae civitatis convocatione jugiter exoriebantur restitui obtinuit, prout ex epistola ejusdem congregationis tenoris, qui sequitur.

« Foras »

All'illustre molto reverendo signore come fratello il governatore di Fabriano.

Loco ✠ sigilli.

« Intus »

Illustre e molto reverendo signore come fratello.

Tenor epistolae gubernatori Fabrianensi missae a congregatione praeposita negociis, et consultationibus status.

§. 3. La sacra Consulta a cui si è fatto presente tutto ciò che ha V. S. significato in scarico del memoriale avanzato dai consiglieri del ceto nobile di codesta città denominato « di Credenza » perchè venga provveduto al disordine che presentemente nasce di convocarsi li consigli con ogni ceto di consiglieri; non ostantechè vi siano disposizioni contrarie confermate anche nell'anno 1671. perchè col detto solo consiglio di Credenza si potessero risolvere le proposte, a riserva delle elezioni e conferme de' publici salariati, è stata di senso di approvare la ripristinazione dello stesso consiglio di Credenza nella guisa ordinata nel 1671. da monsignor Corsi visitatore apostolico con che per la legittima radunanza del medesimo sia sufficiente il numero di ventiquattro individui. Così si conterrà, e Dio la prosperi.

Di V. S.

Roma 15. aprile 1795.

Come fratello

F. X. card. De Zelada.

F. M. Cioja segretario.

Imploratur apostolica confirmatio.

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat quo epistola, seu decretum praeinsertum firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae firmitatis patrocinio memorati exponentes communiri summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor praedictae confirmationis.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praeinsertam epistolam seu decretum cum omnibus, et singulis in eo contentis auctoritate apostolica tenore praesentium adprobamus et confirmamus, ac omnes et singulos juris et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint supplemus et sanamus, salva tamen semper ejusdem congregationis hisce desuper auctoritate.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda junii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXIII.

Dat. die 12. junii 1795. Anno XXI.

Confirmatio privilegiorum favore academiae nuncupatae s. Lucae in Urbe jam concessorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio novae concessionis.

§. 1. Inter caeteras sollicitudines, quas in hac humanarum rerum curatione divinitus Nobis concessa subimus, non in postremis hanc quoque habendam ducimus, ut liberales artes hisce temporibus maximum suscipiant incrementum. Cum itaque, sicut dilecti filii academici academiae graphidos sub patrocinio s. Lucae Evangelistae jam pridem in hac Alma Urbe Nostra erectae exponi Nobis nuper fecerunt, ad hujus scientiae, aliarumque artium hujusmodi profectum magnopere conferret, quatenus privilegia, quae eidem academiae saepius concessimus, quasi in unum corpus collecta, ac iterum attente, et accurate considerata, et perpensa, quo firmius subsisterent, et servarentur exactius, apostolicae confirmationis patrocinio communiremus: quamobrem ea Nobis in forma autentica exhiberi fecerunt tenoris, qui sequitur.

ELENCO.

Enumeratio privilegiorum.

§. 2. *Dei privilegi per l'insigne accademia del Disegno di Roma, detta di san Luca Evangelista, esaminati, corretti, e modificati a seconda dei benigni rescritti della santità di Nostro signore papa Pio sesto felicemente regnante da monsignor De Solis delegato per la revisione di essi, e degli statuti.*

I.

Princeps academiae est comes palatinus.

§. 3. Che il principe dell'accademia sia, e si nomini conte palatino per quel tempo, però, che è in officio, col diritto di usare dell'insegne proprie dei conti palatini nelli pubblici atti, e funzioni accademiche soltanto.

II.

Academici cives Romani habentur.

§. 4. Che ciascun accademico di merito domiciliato in Roma sia, e si reputi per cittadino Romano ad effetto di godere di tutti i diritti onorifici, che competono ai veri, ed originari cittadini Romani.

III.

Jus est academiae libros revidere antequam typis mittantur, si ad artem pertineant picturae, sculpturae, et architecturae.

§. 5. Che per provvedere al decoro dell'accademia, e de' suoi individui non possa in Roma darsi alle stampe qualunque libro, o altro scritto, in cui si tratti di cose spettanti alla pittura, scultura, o architettura, o pure della vita, e delle opere dei pittori, scultori, o architetti, se prima l'accademia non avrà data la sua approvazione in iscritto, alla quale debbasi perciò rimettere il libro, o lo scritto da stamparsi, acciò dalla medesima sia rivisto, salva però sempre l'autorità del reverendissimo padre maestro del sagro palazzo apostolico per la stampa, e pubblicazione di qualunque libro.

IV.

Jus ei est concedendi licentias pro restauratione tabularum pictarum.

§. 6. Che a scanso de' maggiori danni per lo passato recati ai quadri di eccellenti pittori, puliti, lavati, o ritoccati da artefici meno adatti, per l'avvenire non sia lecito a veruno di pulire, lavare, o ritoccare qualunque pittura di buona mano, che sia esposta al pubblico, se prima l'accademia non l'abbia riconosciuto abile per questa operazione, dandogli la licenza in iscritto.

V.

Intestatas colligit vacantes haereditates academicorum.

§. 7. Che, essendo di pubblico interesse di Roma la conservazione dell'accademia, ella, escluso il fisco, succeda nell'eredità di qualunque accademico di merito, qualora morisse senza testamento, e senza eredi legittimi.

VI.

Academici relevantur ab onere suscipiendi tutelas, et curatelas.

§. 8. Che ciascun accademico di merito, quante volte è domiciliato in Roma, sia immune, ed esente dalle tutele, o curatorie testamentarie, e dative, dall'esecutorie testamentarie anche a causa pia, e da tutti altri pubblici pesi, offici, ed incarichi di Roma, che sono gravosi alla persona.

VII.

De praelatione academicis danda in peritiis redigendis litium causa.

§. 9. Che, quante volte nelle liti in qualunque tribunale siano, anche collegiale, fiscale, e supremo, ed in qualunque congregazione anche cardinalizia, si elegge una qualche persona in perito giudiziale, o dalle parti collitiganti per consenso, o dal giudice per officio, per stimare, o per dividere qualunque opera, o cosa di pittura, o di scultu-

Digitized by Google

ra, o d' architettura, allora, se si tratta di opera, o di cosa di pittura, o di scultura, sempre, ed in ogni caso il perito giudiziale, anche periziore, sia, e debba eleggersi un pittore, o uno scultore accademico di merito; se poi si tratta di opera, o di cosa di architettura, allora, riservato anche agli architetti non accademici il diritto di essere eletti in periti giudiziali, il solo architetto accademico di merito sia, e debba eleggersi in perito giudiziale periziore; colla inabilitazione dei regattieri di poter essere eletti in periti giudiziali nei casi, come sopra, riservati a favore degli accademici di merito, non ostante i loro statuti confermati dalla sa. me. di Clemente XIII. con breve, che principia, *Ad pastorale fastigium*, segnato li VII. settemb. MDCCLXII. altrimenti ogni volta, che non si fa così, sempre sia nulla la stima, o divisione fatta per mancanza di giurisdizione nel giudice di eleggere in perito il non accademico, o il regattiere.

VIII.

De mercede eisdem danda pro confecta peritia.

§. 10. Che, qualora un pittore, uno scultore, o un architetto accademico di merito sia o deputato giudizialmente, o chiamato extragiudizialmente a stimare cose spettanti alla sua professione, debba ogni volta, che fa la stima, conseguire l' onorario di due bajocchi per scudo sopra la somma, alla quale ascende la stima; ed inoltre di un' altro bajocco per scudo nel caso, che, fatta la stima, sia egli richiesto di dividere in due, o più porzioni le cose da lui stimate per le molte difficoltà in uguagliare tra loro le porzioni, colla prelazione sulle stesse cose stimate, o divise, come sopra, o loro prezzo per il pronto, e sicuro pagamento de' suoi onorari.

IX.

De exemptione a vinculis in causis civilibus.

§. 11. Che niun accademico di merito possa catturarsi per cause civili, nè ritenersi nelle pubbliche carceri, alle quali debba surrogarsi l' arresto nella propria casa, quante volte però nella causa, per cui contro lui si procede, non vi concorra la frode, o porti seco misture di criminalità.

X.

De communicatione privilegiorum faciendo aliis aggregatis academiis.

§. 12. Che, qualora una qualche accademia di pittura, scultura, o d' architettura eretta, o da erigersi nello stato ecclesiastico, voglia aggregarsi all' accademia del Disegno detta di san Luca di Roma, possa questa a quella comunicare i suoi privilegi onorifici in tutto, o in parte, compatibili però col luogo, ove è eretta, o si erige, e con quelle condizioni di dipendenza, che crederà più convenienti d' apporvi.

J. Donati Sanctissimi vice-auditore.

Confirmatio dictorum privilegiorum.

§. 13. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati praeinsertum privilegiorum catalogum, ac omnia in eo contenta auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, ac apostolicae firmitatis robur illi adjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in futurum plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda junii, millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 12. junii 1795, anno XXI.

MXIV.

Confirmatio statutorum insignis academiae nuncupatae sancti Lucae Evangelistae de Urbe.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Prudentis, ac providi consilii est, dum aliquod collegium, seu corpus instituere cogitatur, optimarum legum prius, ac statutorum fundamentum ponere, ut ad causas actiones singula membra conformare teneantur, secus in aevum durare haudquaquam poterit.

§. 2. Quamobrem cum academia graphidus sub patrocinio sancti Lucae Evangelistae in hac alma Urbe Nostra usque a pontificatu fel. rec. Gregorii pp. XIII. praedecessoris Nostri, ut asseritur, erecta, quamvis ab eo tempore suas leges, et peculiaria statuta haberet, quod tamen nunquam fuerunt auctoritate apostolica confirmata, nuper ex rerum usu in melius concinnata apostolicae confirmationis patrocinio communiri per Nos summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur deputatos academicos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, memorata statuta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, tenoris, ut sequitur.

STATUTI

Dell' insigne accademia del Disegno.

Ratio cur statuta edita fuerint.

§. 3. Col lungo uso degli affari accademici avendo noi conosciuto, che per adempiere appieno all' onorevole incarico di conservare e propagare in Roma le arti liberali di pittura, scultura, ed architettura, per cui siamo adunati in un collegio ora nominato *Accademia del Disegno*, era di necessità il far nuove ordinanze; perciò preso in considerazione cosa al nostro istituto convenga in una città, che dalle nostre arti liberali ripete la sua magnificenza pubblica, e privata; noi sottoscritto principe, consiglieri, segretario, e deputati a quest' atto dalle rispettive classi accademiche, stabiliamo, ed ordiniamo, che in avvenire inviolabilmente si osservi quanto segue.

CAPITOLO I.

Dell' accademia, accademici ed officiali.

I.

De nomine academiae.

§. 4. La nostra accademia s' intitoli « *del Disegno* » con aggiungervi anche « *di san Luca Evangelista* » in onore del protettore, che da principio le fu dato.

II.

De ejus instituto.

§. 5. In coerenza del suo istituto abbia per oggetto il pubblico vantaggio in conservare, e propagare le arti liberali di pittura, scultura, ed architettura.

III.

De recipiendis in academia.

§. 6. Ma ad ottenere il proposto intento è di bisogno annoverare tra noi e chi operi, e chi promuova. Per lo che uniformandosi all'usato finora, vogliamo, che si ascrivino in accademici i professori in pittura, scultura, ed architettura, come persone, che operino col titolo di accademici di merito: e quelli, che per esser versati nelle scienze, e belle lettere, come pure illustri per nobiltà de' natali, o per dignità personale, possano promuovere le arti liberali col titolo di accademici di onore. Di ambedue questi diversi ordini di accademicato si abbiano due cataloghi: in uno si riportino i nomi degli accademici di merito: nell'altro degli accademici di onore.

IV.

De admissione mulierum.

§. 7. Senza distinzione poi di sesso, piace a noi, com' è piaciuto ai nostri predecessori, di ricevere in accademica di merito anche la donna, che professi il disegno.

Digitized by Google

V.

De aetate academicorum.

§. 8. L'accademico di merito, stabiliamo, che sia nell'età non minore di anni venticinque, di probi costumi, e di fede illibata. Inoltre, se è professore esercente in Roma con animo di permanervi, vogliamo, che abbia fatto un'opera almeno posta in sito pubblico; in mancanza della quale basterà un'opera posta in sito privato; purchè però sia opera grande da star del pari coll'opera pubblica; come sono quelle, che per esempio talvolta si fanno ne'palazzi; cioè una qualche volta, o stanza dipinta a fresco, a tempera, o ad olio, ed altre simili; o anche abbia posto in mostra in qualche luogo pubblico alcuna sua opera; quante volte però questa, qualunque sia pubblica, o privata, dall'accademia si riconosca degna di un soggetto abile a conservare, e propagare l'arte liberale, che professa; essendo questo l'istituto dell'accademicato. Che se poi è professore non esercente in Roma, o che non abbia animo di permanervi, in questo caso stabiliamo, che sia ascritto alla primaria accademia della sua nazione; e non essendovi, all'accademia pur primaria di altra nazione.

VI.

De qualitatibus mulierum.

§. 9. All'opposto ci basta, come è stato sufficiente per lo passato, che se l'accademico di merito, e donna, sia onesta di costumi, non diffamata, e di non mediocre abilità in alcuna delle arti liberali.

VII.

De stallo, et voce competenti.

§. 10. Non a tutti poi gli accademici, ma a quei soltanto, che sono di merito, e uomini, diamo lo stallo nelle adunanze accademiche, e la voce attiva e passiva negli affari, e negli offizj accademici.

VIII.

De officialibus academiae.

§. 11. Finalmente tra gli stessi accademici, che hanno stallo, e voce si prescelghino gli officiali necessarj a reggere la nostra accademia. Questi siano » *il principe* » *consiglieri due* » *il segretario* » *il sotto segretario* » *censori due* » *un camerlingo* » *un custode, e sotto custode* » *sindaci due* » *stimatori di pittura due* » *di scultura due* » *di architettura due* » *direttori di forestieri due* » *fabriceri due* ».

IX.

De ordine servando in electionibus.

§. 12. Eccettuati ambedue i consiglieri, e quei, la nomina de'quali daremo al principe, gli altri officiali si faccino per elezione.

X.

De duratione officiorum.

§. 13. Ciascuno poi di loro stia in carica per lo stesso tempo, in cui vi stà il principe; cosicchè col principiare e finire in un soggetto tal carica, principii, e cessi ciascun officiale, fuorchè nel caso, in cui terminasse alcuno di esser principe per rinunzia e per morte: poichè accadendo questo caso, vogliamo che allora si osservi quanto si prescrive al §. 25.

XI.

De ministris.

§. 14. Oltre i descritti officiali vi siano anche i ministri; e delle ricompense di tutti loro, si disporrà in appresso a parte a parte.

CAPITOLO II.

Della congregazione accademica.

XII.

De congregatione academiae.

§. 15. Qualora gli accademici di merito, che hanno stallo, e voce, si uniscano tra loro per trattare gli affari dell'accademia, questa diciamo *congregazione accademica*, ed il resultato *risoluzione accademica*.

XIII.

De iure principis convocandi congregationem.

§. 16. Il principe, ed in sua mancanza il primo, o secondo consigliere, convochi la congregazione per mezzo del segretario, che l'intimerà; invitando ciascun accademico presente in Roma co' soliti biglietti. Il luogo della congregazione siano le stanze, che ora possiede l'accademia presso la chiesa di santa Martina; il giorno sia la prima domenica di ciascun mese nel dopo pranzo, purchè però a seconda delle circostanze de' tempi non piaccia al principe di mutar luogo, giorno, ed ora.

Digitized by Google

XIV.

De numero academicorum pro legitimitate congregationis.

§. 17. La congregazione s'intende adunata se v'intervengano sette accademici almeno, de quali mancandone anche uno si abbia per non completa; ed allora di nuovo s'intimi dal segretario per altro giorno da stabilirsi dal principe, coll'avvertenza di notare nei biglietti esser l'invito *per la seconda volta*. E se nemmeno nella seconda convocazione gli accademici sono sette di numero, basti in questo caso siano cinque; compreso però sempre nel numero dei sette, o dei cinque accademici, il principe, o uno de' consiglieri, ed il segretario, e sotto-segretario.

XV.

De rebus in congregatione tractandis.

§. 18. Adunata la congregazione, in essa si proponghino gli affari, e si risolvino. La proposizione si faccia dal principe, e dagli officiali: il primo proporrà qualunque affare: ciascuno poi dei secondi quelli, che sono del proprio dipartimento. La risoluzione sia di comun consenso da spiegarsi in voce o per suffragj segreti. Diciamo di comùn consenso, qualora per la risoluzione siavi la maggioranza de' voti; eccettuati gli affari, per la risoluzione de' quali richiediamo due terzi de' voti, come in appresso.

XVI.

De congregationibus particularibus convocandis pro rebus ad academicos pertinentibus.

§. 19. Se l'affare interessa alla persona di un qualche accademico presente, o di un qualche suo congiunto, non si tratti, e neppure si proponga in quella tal congregazione. Ma il principe convochi o una particolar congregazione, o un congresso a suo piacere, per il quale non s'intimi l'accademico interessato nell'affare; acciò senza il suo intervento con maggior libertà si prendano quelle risoluzioni, che si stimeranno più opportune.

XVII.

De jure principis suspendendi executionem resolutionum.

§. 20. Nata la risoluzione su di alcun particolare, che riguardi l'economico, o l'onorifico della nostra accademia vogliamo, che il principe possa sospenderne l'esecuzione, se col parere di ambedue i consiglieri gli sembri esser quella o meno utile, o meno decorosa; acciò ripropostosi da lui l'affare ad altra congregazione, la prima risoluzione sia confermata o rivocata, ben inteso però, che nella riproposizione sia presente un'accademico di più degli intervenuti da prima siano le stesse, o diverse persone.

CAPITOLO III.

Del principe.

XVIII.

§. 21. Il primo, che poniamo nell'ordine degli accademici di merito, è solito nominarsi *principe dell'accademia*. A lui diano onore, autorità, ed officio. De principe.

XIX.

§. 22. L'onore dovuto al principe sia di precedere ovunque a tutti gli accademici, e di rappresentare in tutti gli atti l'accademia, e perciò vogliamo, che le risoluzioni accademiche possino eseguirsi anche dal principe, ed a nome del principe. De honore principi debito.

XX.

§. 23. La sua autorità, o diritto sia di tenere presso di se il sigillo piccolo della nostra accademia, le chiavi delle stanze accademiche, e de' reliquiari posti nella nostra chiesa. Inoltre di convocare le congregazioni mensuali, e straordinarie, congressi, e funzioni accademiche, e di presiedervi. Egli soltanto proponga alle congregazioni indefinitamente qualunque affare, anche di elezione all'accademicato di merito, e di onore. Abbia doppia voce attiva, vale a dire, due voti decisivi per la risoluzione di ogni qualunque affare. A lui spetti di ammonire delle mancanze, o difetti privativamente gli accademici officiali, cumulativamente poi coi censori gli accademici semplici, ed i ministri dell'accademia; ma qualora l'ammonito sia incorreggibile, il solo principe ne faccia parola in congregazione, acciò si punisca. Il medesimo verso il fine di ciascun anno nomini gli accademici pittori, e scultori, i quali nel prossimo anno assistino, e dirighino l'accademia, detta *del* De auctoritate principis.

Digitized by Google

Nudo in Campidoglio: ciascuno per il tempo, che gli prefiggerà: e qualora alcuno de' nominati alleghi una giusta causa di scusa, il solo principe abbia diritto di sostituirgli un' altro accademico, che sia della stessa professione di quello, a cui vien surrogato. Spetti pure al principe eleggersi i seguenti officiali » cioè » Due stimatori di pittura, due di scultura, e due di architettura; in oltre due fabbriceri, e due direttori de' forestieri.

XXI.

De officio principis.

§. 24. Il suo officio poi consista in questo: invigilare sulla nostra chiesa, e suoi sagri arredi, sopra i dritti, ed interessi dell' accademia, sulle incombenze di ciascun officiale, e ministro; acciò ognuno le adempia con puntualità, esattezza, ed onestà, ed acciò si disbrighino gli affari, e si faccino le funzioni con decoro, ed economia. Inoltre dee riportare dall' eminentissimo, e reverendissimo sig. cardinal camerlengo l' approvazione della nomina da lui fatta degli accademici, che assister debbono alla mentovata accademia del Nudo; affinchè ciascun di loro si avvisi preventivamente, secondo il solito, dal custode di quella: ed in ultimo portarsi ovunque faccia di bisogno, sia per officiare i giudici in occasione di liti, sia per trattare, o raccomandare qualunque altro affare della nostra chiesa, ed accademia.

XXII.

De aetate principis.

§. 25. Essendo pertanto il principato onorifico, autorevole, ed oneroso, vogliamo perciò, che l' accademico da eleggersi in principe, sia di anni quaranta almeno di età, di prudenza appieno cognita, di onestissimi costumi, e domiciliato in Roma con animo di permanervi durante la sua carica.

XXIII.

De alternativa inter ordines academicorum.

§. 26. La voce passiva però nella elezione sia alternativa tra i pittori, gli scultori, e gli architetti; cioè una volta sia principe un' accademico della classe de' pittori, a cui succeda l' altro della classe degli scultori, ed a lui quello della classe degli architetti; e così in appresso torni sempre lo stesso turno.

XXIV.

De duratione muneris.

§. 27. Siccome poi il presiedere ai pubblici concorsi dei premj soliti a darsi dalla nostra accademia agli studenti delle arti liberali è un' atto de' più onorifici, e de' più autorevoli, che possa esercitare il principe, perciò affinchè ognuno, che sarà principe, goda di quest' onore, ed usi di questa autorità, stabiliamo, che l' accademico eletto in principe, stia in carica per un triennio intero, poichè una volta per triennio si terrà l' uno, o l' altro delli due concorsi così detti *il Clementino*, ed *il Balestra*, conforme disporremo in appresso. Finito il triennio si elegga il nuovo principe; e così sempre di tre in tre anni.

XXV.

De subrogatione principis in casu mortis, vel renunciationis.

§. 28. Che se nel decorso del triennio mancasse il principe per rinunzia, o per morte, in questi casi ordiniamo, che si osservi se la rinunzia, o morte segua nel primo, o secondo anno del triennio, ed allora si faccia una nuova elezione, non già di tutti gli officiali, ciascuno de' quali resti nel suo respettivo incarico, ma del solo principe; e questo sia della stessa classe de' professori, in cui era il rinunciante, o il defonto, subentri il primo consigliere; ed allora sia egli, e si nomini « *pro-principe* » e perciò abbia non più l' officio, onori, autorità, e diritti, ch' eran proprj di lui, come primo consigliere, ma soltanto lo stesso officio, onori, autorità, e diritti, che abbiamo dato al principe nei §§. 19. 20. e 21. Stabiliamo però, che qualora alcuno cessi di esser principe per rinuncia in qualunque anno del triennio ciò accada, il medesimo sia sempre obbligato a dare in elemosina alla nostra chiesa torce sei di cera di libre quattro l' una.

XXVI.

De juribus principis absentis ab urbe.

§. 29. Se poi il principe per una qualche causa temporanea non è in Roma, o quantunque siavi, non potesse esercitare la sua carica, in questi casi goda egli di que' diritti soltanto, che sono compatibili colla sua assenza, o coll' impedimento all' esercizio della carica: come per esempio sono le nomine alle doti, ed alli rovesci di s. Lazaro, e simili diritti; ma nel rimanente gli supplisca il primo, o il

Digitized by Google

secondo consigliere in mancanza del primo, come semplice, e nudo consigliere.

CAPITOLO IV.

Dei consiglieri.

XXVII.

De consiliariis.

§. 30. Due, che co' loro consigli assistino al principe dell'accademia, chiamiamo consiglieri. L'uno gli stia a destra, l'altro a sinistra. Quello dicasi *primo*, questo *secondo consigliere*; ed ambedue insieme col principe per il luogo, che occupano più onorifico degli altri, siano *officiali* detti *di banca*.

XXVIII.

De munere consiliariorum.

§. 31. Ad essi incomba tanto separatamente, che congiuntamente di consigliare il principe, quantunque da lui non richiesti di consiglio; ed inoltre di ammonirlo, se così fa di bisogno; in tutto ciò, che concerne l'esercizio della sua carica.

XXIX.

De iure principis transeundi ad gradum consiliarii.

§. 32. Dovendo pertanto essere i più esperti nel modo, con cui debba il principe adempiere al proprio incarico; perciò vogliamo, che l'accademico, che in ultimo luogo fu principe, passi primo consigliere, e quello che fu principe in penultimo luogo, passi secondo consigliere: che siano obbligati ad intervenire a tutte le congregazioni mensuali, e straordinarie, congressi, ed altre funzioni accademiche: e che mancando alcuno di loro d'intervenirvi per lo spazio di sei mesi, qualunque sia la causa dell'assenza necessaria, o volontaria, dopo di essere stato ammonito dal principe, se manca per volontà, gli si sostituisca altro accademico in *pro-consigliere*, che sia della stessa classe de' professori, in cui è il consigliere mancante, da eleggersi però dalla congregazione per suffragj segreti a guisa degli altri officiali, e da stare in carica finchè non torni ad assistere alle congregazioni il consigliere.

CAPITOLO V.

Del segretario, e sotto-segretario.

XXX.

§. 33. Acciò sempre costi a noi ciò che fra noi si fa, siavi il segretario, a cui incomba di scrivere in un foglio il risultato delle congregazioni mensuali, straordinarie, e congressi nell'atto, che nasce ciascuna risoluzione. Indi tutte le distenda nel solito libro detto de' decreti; con termini chiari, e distinti; notando in principio il dì della congregazione, ed i nomi degli accademici, che furono presenti, con avvertire se taluno sopravvenne, o partì dalla medesima. Nella seguente congregazione poi legga le risoluzioni già distese nel libro ad alta voce; e ciò fatto, l'esibisca a quegli officiali di banca, che v'intervennero, acciò nel fine di esse vi apponghino la propria firma, appresso ai quali si sottoscriva anch' egli, aggiungendovi « *Segretario* ».

§. 120. In esecuzione pertanto di sì lodevole istituto, ed acciò il premio sia più apprezzato, se è meno frequente, ed i concorrenti possino maggiormente approfittare, se hanno un più lungo tempo per istudiare, ordiniamo perciò, che una volta si tenga il concorso *Clementino*, ed un'altra volta il *Balestra*, e così per turno coll'intervallo di un triennio tra l'uno, e l'altro, conforme la santità di Nostro signore si è degnata accordare con chirografo segnato li 12. settembre 1772., e pubblicato dall'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale Carlo Rezzonico per gli atti del Chiarelli segretario di camera li 24. dello stesso mese.

CXVIII.

De celebratione concursus.

§. 121. Ricorrendo la celebrazione di uno, e dell' altro delli due divisati concorsi sempre il principe ne faccia parola in congregazione, ed a norma del risoluto in essa, il segretario

inviti immediatamente gli accademici per biglietto a mandare in iscritto a casa dello stesso segretario uno, o più soggetti secondo la qualità de' concorsi, e che siano proprj della professione del proponente accademico. Coll'avvertenza però, che pel concorso *Clementino* siano soggetti sacri per ciascuna delle tre consuete classi in ognuna delle tre nostre professioni, cioè di scultura, di pittura, e di architettura; ed avvertendo ancora, che il soggetto da eseguirsi dai concorrenti al premio per la prima, e seconda classe sia d'invenzione e di composizione più copiosa per la prima classe, e meno copiosa per la seconda. Ma il soggetto da proporsi per la terza classe sia la copia di una statua, o di altra figura se i concorrenti al premio in questa classe sono studenti in pittura, o in scultura: essendo poi studenti in architettura; il soggetto per essi sia pure una copia di un opera di tal arte. Si faccia, e si osservi lo stesso, se il concorso da tenersi è il *Balestra*, fuorchè nel numero dei soggetti; imperciocchè non essendovi in questo concorso, che una sola classe per ciascuna professione, basta proporre in ognuna di esse un sol soggetto, il quale però dovrà esser favoloso, o di storia profana in pittura, e scultura.

CXIX.

De exhibitione operum pro concursu.

§. 122. Ciascun accademico mandi il suo soggetto a casa del segretario nell'intervallo, che decorre tra la congregazione, ove il principe ne ha fatta parola, e la seguente, acciò il segretario possa far copiare tutti i soggetti a lui rimessi, ma senza il nome di chi li propone. Il medesimo li esponga numerati nella stanza delle congregazioni, ove radunati gli accademici per la solita mensuale congregazione, esaminino quali soggetti sembrino ad essi esser degni da presceglìersi, come più decorosi, più espressivi, e più eseguibili degli altri, acciò la loro esecuzione riesca utile alle arti liberali, ed onorifica alla nostra accademia. Ciascuno però esamini, e prescelga quello, o quelli soggetti soltanto, che sono proprj della sua professione, cioè il pittore in pittura, lo scultore in scultura, l'architetto in architettura; segni in una carta, o schedola il numero corrispondente al soggetto da esso prescelto; e consegni la sua schedola, o carta agli officiali di banca, i quali poi osserveranno quali siano i soggetti, che in ciascuna professione, e classe, se il concorso sarà il Clementino, abbiano la maggioranza de' voti, e questi tali soggetti dovranno aversi per prescelti da tutti, e dall'accademia. Indi si ponghino in stampa: se ne facciano affiggere le copie sulle porte dell'accademia, e degli studj di ciascun accademico; e nello stesso tempo si avvisino con foglio pubblico gli studenti delle arti liberali sul tempo, che si prefigge al concorso; avvertendo, che i disegni, e modelli non siano di maggior grandezza del foglio di carta papale, o d'Olanda da quindici non incollato; e che li modelli di creta cotta non siano rotti; ben inteso però, che la celebrazione del concorso debba seguire un'anno dopo la pubblicazione dell'avviso.

CXX.

De electione oratoris.

§. 123. Dopo l'indicato avviso agli studenti segua la scelta di un'oratore, che in celebrandosi il concorso, reciti un'orazione in lode delle belle arti liberali. Se il concorso da tenersi è il Balestra, la scelta dell'oratore si faccia dall'accademia; se è il Clementino spetta all'eminentissimo, e reverendissimo camerlingo; salva però ogni altra facoltà, che possa avere il medesimo, in questa occasione, nella quale si porteranno gli officiali di banca dal suddetto principe porporato per riceverne la nomina; esibendogli anche i soggetti già stampati, e pubblicati.

CXXI.

De prorogatione temporis ad concursum.

§. 124. Allora quando è per finire l'anno preventivo al concorso, permettiamo, che possa l'accademia prorogarne il tempo ad altri due mesi, del che pure si dia pubblico avviso.

CXXII.

De praefinitione termini ad exhibenda opera.

§. 125. Poco prima della celebrazione del concorso si avvertino i concorrenti al premio del dì, in cui debbono consegnare le loro opere all'accademia. Il segretario insieme col custode le riceveranno nelle stanze dell'accademia: ed allora faccia intesi i concorrenti dell'obbligo di fare ciascun di loro la prova

Digitized by Google

estemporanea nel giorno, ed ora certa, che verrà ad essi avvisata, ed in cui dovranno di nuovo comparire.

CXXIII.

De experimentis faciendis.

§. 126. Fissato dalla congregazione il dì delle prove, il segretario ne dia avviso agli accademici, acciò ciascun di loro nello stesso giorno proponga quei soggetti, che stimerà più adattati alla loro estemporanea esecuzione, e che debbano valere per prova. Se il concorso da tenersi è il *Clementino*, ove sono tre classi in ciascuna professione, l'accademico tanto pittore, che scultore esprima in una stessa carta, o schedola due soggetti d'invenzione da eseguirsi dai concorrenti ai premj, ed avverta di annotarvi qual soggetto destina a prova per la prima classe, e quale per la seconda: e ciò basti, perchè la prova per la terza classe consiste nella copia di una figura dal nudo. Non così in architettura: siccome in questa professione si dà un soggetto per prova ai concorrenti anche nella terza classe, perciò ciascun accademico architetto esibisca descritti in una stessa carta, ossia schedola tre soggetti, distinguendo quale sia la prova per la prima classe, quale per la seconda, e quale per la terza. Poste tutte le schedole di una stessa professione nel bussolo se ne estragga una a sorte nella mattina dello stesso giorno stabilito per le prove. Lo stesso si faccia in ciascuna delle tre professioni. Ed allora da tre soli accademici, de'quali saranno le schedole estratte, si averanno tutti i soggetti necessarj per le prove; cioè tre in architettura, e due in pittura, ed in scultura; e questi soggetti si riputeranno di comun consenso destinati per le prove, tosto che la congregazione li dichiara per eseguibili. Se poi il concorso da tenersi è il *Balestra* sia per prova un solo soggetto, che darà ogni accademico nella sua rispettiva professione; e si adempia agli altri atti nel modo ora prescritto per il concorso *Clementino*.

CXXIV.

De curatoribus deputandis.

§. 127. Acciò poi i concorrenti al premio possino meglio intendere, ed esprimere in disegno, e in modello il soggetto destinato per prova nelle loro rispettive professioni, vogliamo, che ad essi prestino assistenza tre accademici, che diciamo curatori, uno in pittura, l'altro in scultura, ed altro in architettura; e curatori siano quegli stessi, li soggetti de'quali sono usciti a sorte dal bussolo, e che dalla congregazione restano fissati per prova: dovendosi presumere esser del soggetto meglio inteso quello, che lo ha proposto. Li curatori, gli officiali di banca, il segretario, ed il custode soltanto, e non altri entrino nel luogo destinato per le prove. Ivi sigillate dal segretario le carte, le tele, e piani su de' quali debbano farsi le prove, ciascun curatore di loro legga, e spieghi ai concorrenti il soggetto della sua professione, e stia presente alle prove fino al compimento, ad effetto di risolvere i dubbj, che ai concorrenti potessero nascere sopra i soggetti loro dati; ed anche di vegliarvi attorno, acciò niuno, mentre opera, usi di mezzi fraudolenti per riuscirvi.

CXXV.

De iudicio ferendo a congregatione.

§. 128. Subito che le prove saranno compite, il segretario, ed il custode le prendino, le racchiudino nella nostra galleria superiore, e delle due serrature apposte nella porta, una chiave si tenga dal segretario, e l'altra dal custode. Indi la congregazione stabilisca i giorni, ne'quali si debba dar giudizio sulle opere, o sulle prove dei concorrenti, che diciamo — *giudicato* — In esso ogni accademico, che vi è presente, giudichi soltanto dell'opera, e della prova, che è della sua professione con rettitudine, ed imparzialità.

CXXVI.

De pluralitate suffragiorum obtinenda ad praemium consequendum.

§. 129. A pluralità poi dei voti si prescelghino tra i concorrenti i meritevoli del premio, e nello stesso premio gli si dia il grado, di cui ognuno si giudica degno. Indi il segretario renda consapevole ciascuno di loro del premio, e del grado ottenuto, acciò si trovi presente a riceverlo nel giorno, in cui si celebra il concorso.

CXXVII.

De solemnitate servanda in distributione praemiorum.

§. 130. Ciò compito, in congregazione si disponga il tutto, affinchè la funzione, per

Digitized by Google

esser pubblica, riesca anche decorosa. Gli accademici ripartendosi tra loro le incombenze, specialmente l'invito alli signori cardinali, prelati, ed altri signori, tra quali ognuno elegga quei, che più gli piace; invitando i porporati in abito di città, ed accompagnato con altro accademico: così ognuno. Il segretario però avvisi il custode dell'Arcadia, acciò inviti i suoi compastori ad intervenire, e recitarvi i soliti componimenti poetici.

CXXVIII.

De expositione operum eorum qui praemia obtinuerunt.

§. 131. Dopo la funzione restino esposte al pubblico per tre giorni, o per altro tempo a piacere della congregazione, le opere, e prove tanto dei premiati, che dei non premiati, ma senza il nome di questi ultimi, ai quali infine verranno restituite le loro opere, restando in proprietà dell'accademia quelle sole dei premiati, e le prove anche degli esclusi in giustificazione del suo retto giudicato.

CXXIX.

De relatione concursus in scriptis facienda.

§. 132. In ultimo il segretario ponga in iscritto la relazione del concorso, e v'inserisca l'orazione, ed i componimenti poetici; le dia alle stampe; e delle copie si faccia la solita distribuzione, dandone due ad ogni accademico, due ad ogni cardinale, ed una ai prelati, e signori accademici di onore, che vennero invitati alla distribuzione de' premj.

Delle funzioni in chiesa, e dell'esequie per gli accademici defonti.

CXXX.

De functionibus in ecclesia faciendis.

§. 133. Essendo diverse le funzioni, che costumiamo fare in chiesa, specialmente nella nostra, ordiniamo che si continui a praticare su quelle ciò, che è stato consueto finora. Ma rapporto all'esequie, vogliamo, che in morte di ciascun accademico di merito, sia uomo, o donna, oltre a tre messe, dette di requie, da farsi celebrare nella nostra chiesa, i suoi coaccademici assistino alla messa cantata pur di requie nella chiesa, ove è esposto il cadavere, se i suoi eredi lo richiedono; con che però allora gli stessi eredi siano obbligati a dare le candele di cera di mezza libbra l'una a ciascun accademico ivi presente; duplicandone il numero agli accademici officiali secondo il solito: dal qual obbligo il principe li potrà dispensare, se sono essi impotenti a farne la spesa; ed in questo caso l'accademia somministrerà del proprio una candela per ciascun accademico senza però duplicarne il numero agli officiali.

CXXXI.

De associatione cadaverum.

§. 134. Che se poi l'accademico defonto fosse principe attuale, in questo caso stabiliamo, che i suoi coaccademici, tutti in abito di città, associno il cadavere dalla casa, ove è morto, alla chiesa, ove verrà esposto; seco portando alquante torce da somministrarsi dall'accademia, e da restare in sua proprietà, anche dopo l'associazione. Indi assistino alla messa cantata di requie nella stessa chiesa, ove è esposto il cadavere, a guisa del prescritto in morte di qualunque altro accademico. E poi nella nostra chiesa apparata a lutto, gli si celebrino le esequie con tumulo in essa, colla messa cantata, e numero venti messe basse almeno dette di requie, e colla distribuzione di candele di cera di mezza libbra l'una a spese dell'accademia.

CAPITOLO XVI.

Dell' aggregazione delle accademie estere.

CXXXII.

De aggregatione exterarum academiarum.

§. 135. Per maggiormente cooperare al pubblico vantaggio non solo tra i nostri coaccademici dividiamo il peso addossatoci di conservare, e propagare le arti liberali, ma anche lo facciamo comune a chi non è tra noi, aggregando alla nostra l'estere accademie, qualora alcuna di loro lo richieda.

CXXXIII.

De requisitis necessariis ad obtinendam aggregationem.

§. 136. Posto pertanto, che siavene la domanda, vogliamo, che si proponga in congregazione. In essa si prendino ad esaminare i suoi statuti, e le persone, che la compongono; e se si riconosce essere le sue leggi adat-

Digitized by Google

te a promuovere arti liberali, come pure li soggetti, che la costituiscono sufficienti a portarne il peso con utile, e decoro, allora si mandi la proposizione a partito; e se per l'aggregazione vi sarà la pluralità dei voti da darsi per suffragj segreti, si abbia quell'accademia per aggregata alla nostra.

CXXXIV.

De aggregationibus per corpus faciendis.

§. 137. Siccome però ne aggreghiamo il corpo, perciò proibiamo, che niun individuo dell'accademia aggregata possa neppure nominarsi, e sottoscriversi per accademico di merito della nostra; seppure non fosse egli già eletto in tale, e possessore dell'accademicato. Ma rapporto al capo dell'accademia aggregata, stabiliamo, che quando una qualche accademia estera si aggrega alla nostra, chi in quel tempo ne è il capo si elegga in nostro coaccademico di merito; e morto lui gli succeda nell'accademicato, chi allora è capo attuale, e così in appresso. E perciò vogliamo, che trovandosi presente in Roma, il medesimo abbia stallo in congregazione, e voce attiva soltanto. Il che però intendiamo concessogli, qualora l'accademico, che è principe della nostra in tempo, in cui si aggrega l'estera, sia da questa ricevuto, pure in suo accademico di merito, a cui dopo la sua morte, gli succeda nello stesso accademicato l'altro, che allora è principe, e così in poi. E perciò portandosi egli al luogo, ove è l'accademia aggregata, abbia ivi stallo nelle sue adunanze, e voce attiva.

CXXXV.

De electionibus principum.

§. 138. Fatta l'aggregazione, il segretario ne dia lettera d'avviso sottoscritta dagli officiali di banca, e da lui stesso, nella quale siano distintamente indicate tutte le condizioni, che ora abbiamo prescritte; e gli rimetta una copia dei nostri statuti. Indi quando l'accademia aggregata avrà mandato al principe della nostra il diploma della sua elezione in accademico di merito in quella, allora, e non prima, il segretario gli mandi l'altro di elezione del loro capo in accademico di merito nella nostra. E così si osservi ogni volta, che muore l'uno, e l'altro.

CXXXVI.

De communicatione negociorum inter academias.

§. 139. Tra la nostra accademia, e l'aggregata si tenga aperto carteggio fra i rispettivi loro capi per la reciproca comunicazione degli affari concernenti la conservazione delle arti liberali; colla condizione però, che il principe della nostra sia tenuto a proporre in congregazione qualunque cosa gli sia scritta dal capo dell'accademia aggregata.

CAPITOLO XVII.

Dei ministri dell'accademia.

CXXXVII.

De ministris academiae.

§. 140. La nostra accademia abbia un sacerdote per assistere alla nostra chiesa col titolo di *rettore*, ed altresì un *procuratore*, un *computista*; ed un'*esattore*: inoltre un servo col nome di *bidello*.

CXXXVIII.

De electionibus per majora suffragia faciendis.

§. 141. Ciascuno di loro si elegga in congregazione a pluralità di voti; ed il procuratore, il computista, e l'esattore siano obbligati ad intervenire alle nostre adunanze qualora sono intimati, per dar contezza degli affari pendenti, ciascuno nel suo dipartimento; il rettore poi per recitarvi le solite preci nel principio, e nel fine di esse congregazioni.

CXXXIX.

De munere ministrorum

§. 142. Fra le incombense proprie di ciascuno di loro, specialmente vogliamo, che il rettore faccia puntualmente adempire agli obblighi delle messe nella nostra chiesa; e riporti dalla congregazione della sacra visita l'approvazione del libro, ove se ne registra la celebrazione, e che il computista tenga due libri maestri di entrata, ed uscita, l'uno per la chiesa, l'altro per l'accademia, ed al principio di ogni anno n'esibisca in congregazione il suo stato attivo, e passivo, da esaminarsi da due accademici scelti dal principe.

CXL.

De exactore, et fidejussore ab eo exhibendo.

§. 143. L'esattore poi nel suo ingresso in officio dia idonea sicurtà a contentamento della congregazione, ed alla stessa renda conto di anno in anno.

Digitized by Google

CAPITOLO XVIII.

Della esecuzione degli statuti.

CXLI.

De executione statutorum. §. 144. Quanto più giova al pubblico il nostro istituto, altrettanto a noi preme, che si osservino queste ordinanze, principalmente dirette alla conservazione del medesimo istituto. E perciò vogliamo, che chiunque ha parte nella nostra accademia, sia tenuto ad osservarle, ed eseguirle esattamente; avendo fin da ora per nullo, anzi per non fatto qualunque atto, che sia contrario al disposto in esse.

CXLII.

De casibus omissis. §. 145. Ma siccome talvolta può venire un qualche caso, sul quale da noi non sia stato disposto in questi statuti, o che per il concorso di qualche circostanza non si possa, o non si debba eseguire, come si stabilisce nei medesimi; così ordiniamo, che allora la congregazione, nella quale risiede il potere di tutta l'accademia, stabilisca come si debba fare in tal caso, e la sua risoluzione si abbia per legge statutaria nello stesso caso, quantunque sia di tratto successivo, e perpetuo quante volte però la risoluzione sia nata con due terzi di voti da darsi per suffragj segreti.

CXLIII.

Sanctio statutorum. §. 146. E così stabiliamo, ed ordiniamo, che si osservi in avvenire in vigore delle facoltà dateci dalla congregazione delli 6. luglio del corrente anno 1794., colla quale si sono anche confermate, ed estese le facoltà date altre volte, coll'aggiunta di altre nuove, che potessero occorrere, come apparisce dal libro de'decreti, al quale ci riportiamo; ed a tale effetto vogliamo, che si supplichi la santità di Nostro signore, acciò si degni confermare questi statuti in forma specifica. Il che ottenuto, si pubblichino in congregazione, e da quel giorno dichiariamo doversi avere per cassate, ed abrogate tutte le leggi fin allora vigenti, riserbando soltanto nel suo pristino stato le consuetudini accademiche, purchè però non siano contrarie ai presenti statuti.

Dalle stanze della nostra accademia questo dì ventinove settembre 1794.

Tommaso cav. Conca accademico pittore principe.

Antonio Asprucci accad. architetto primo consigliere.

Agostino Penna accad. scultore secondo consigliere, e deputato per la classe degli accademici scultori.

Antonio cav. de'Maron accad. pittore, e deput. per la classe degli accad. pittori.

Domenico De Angelis accad. pittore, e deputato per la classe degli accad. pittori.

Vincenzo Pacetti accad. scultore, e deput. per la classe degli accademici scultori.

Francesco Navone segretario dell'accademia, e deputato per la classe degli accademici architetti.

Andrea Vici accad. architetto, e deputato per la classe degli architetti accademici.

Li presenti statuti sono stati distesamente letti, e pienamente approvati nella generale congregazione accademica intimata, e tenuta a tale oggetto in questo giorno quindici febbrajo mille settecento novantacinque.

In fede ec.

Francesco Navone accademico segretario.

Loco ✠ signi.

J. Donati sanctissimi vice aud.

§. 147. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectant, et pro tempore spectabunt in futurum plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

Digitized by Google

Derogatio contrariorum. §. 148. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda junii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 12. junii 1795. Anno XXI.

MXV.

Confirmatio statutorum collegii Ferrariensis philosophiae, et medicinae.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Interest reipublicae quantummaxime neminem ad medicinam profitendam, quae inter caeteras ars est utilissima, et necessaria repente, ac temere prosilire. Quoties itaque opportunis legibus, ac statutis incomoda, quae non sine gravi salutis, ac vitae hominum discrimine exinde proficisci possunt praecaventur, rationi congruit, et aequitati, ut ea, si id a Nobis petatur, apostolicae auctoritatis praesidio nunciamus.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii prothomedicus, et consiliarii collegii medicorum civitatis Nostrae Ferrariensis, quod cum statuta ejusdem collegii paulatim quasi absolverint, novum legum codicem praevio maturo examine tulerunt, tenoris qui sequitur.

FERRARIENSIS

Collegii philosophiae, et medicinae doctorum.

STATUTA

Prooemium.

Tenor statutorum. §. 3. Nihil sine jure perpetuum esse posse merito pronuntiavit Polybius, eversae belligerae Carthaginis, victaeque caussam repetens, tunc temporis, quum a poenis multo quam antea negligentius, Romae multo quam usquam diligentius leges colebantur. Pari vitio factum legimus, quod Athenienses minus diu, quam Lacedaemonii, Lacedaemonii minus, quam Romani floruerint, eo quia Athenae citius, quam Roma de recta majorum consuetudine deflectens legum imperium, majestatemque neglexit. Innumera istiusmodi prostant in historiis tristissima exempla, quibus erudimur, illic felicius semper degere homines, ubi sanctae patrum leges magis vigent, omnia ex adverso labi, et in pejus ruere, quum fracto legum repagulo libere quisque adamat vagari. Quae profecto mala non obsenescentium legum vitio, sed vetustatis (firmiora quaecumque pedetentim labefactantis) locorum, temporum, aliarumque rerum vicissitudine profluunt; hinc a sapientum statutis dum declinant, recedunt, aberrant homines, irruunt in societatem damna plurima, quae a sanctis legibus, tamquam ab oppositis robustis aggeribus avertebantur longe, et impediebantur: istis vero superatis humana felicitas miris modis perturbatur, tantoque gravius laeditur, quanto pretiosius est objectum, quod incolume servare, custodire, tutari statutae leges contendebant. En idcirco, cur sapientes viri semper vel maximi duxerint, enerves leges corroborare, sustinere labentes, obsoletas renovare, dejectas in pristinam lucem restituere, primumque robur languentibus elargiri.

Dolebamus et nos Ferrariensium medicorum collegii statuta adeo absolevisse, ut vix quidquam primaevi roboris adservarent, dolebamus a nonnullorum imperitia, a quorundam impudentia, ab agyrtarum arrogantia plures decipi, multos in vitae descrimen conjici, non paucos in ipso aetatis flore succisos; indigenarum idcirco caritate permoti sapientum hominum exempla imitantes, patrum nostrorum vestigiis insistentes statutorum innovationem decrevimus, assecuta instaurationis facultate amplissima ab eminentissimo, et reverendissimo principe Francisco cardinali Carafa a latere legato, qui consilium nostrum benigne collaudavit, absolvendum jussit, absolutumque auctoritate sua firmissime corroboravit. Omnibus idcirco praemissis, quae in veteri statuto XXV., praescribuntur de electione statutariorum, alacres, lubentesque demandato oneri successimus, in civium no-

strorum, incolumumque salutem, vitamque tutandam, quod futurum nobis pollicemur, si inviolabiliter serventur, quae infra statuimus.

STATUTUM I.

De festo die sancti Lucae medicorum patroni, et solemniis sanctissimi Corporis Christi Domini.

De festo s. Lucae medicorum patroni.

§. 4. Quum christiani hominis sit uni servire Deo, et sanctos colere, volumus, quod properante die, divo Lucae medicorum patrono sacro, prior collegii jubeat bedello, ut medici omnes in civitate degentes tempestive admoneantur per schedas, ut hora, et loco assignato intersint missae celebrationi. Quod non legitime impeditus defuerit, carebit per integrum annum quocumque collegii proventu, qui revolvetur in favorem, utilitatemque collegii ipsius.

De solemnitate Corporis Christi.

§. 5. Recurrente vero annua solemnitate sanctissimi Corporis Domini Jesu Christi, bedellus per schedas mature distributas admonebit ultimos decem doctores collegii nostri, et ex ultimis alios quatuor, aut sex ad nutum prioris, ut die, hora, et loco consueto induti habitu talari adsint ad deferendam umbellam a loco ad locum adsignatum.

De non legitime impeditis deficientibus.

§. 6. Si quis non legittime impeditus defuerit, per biennium privabitur muneribus collegii, nec quemquam ad lauream promovere poterit. Recedet praeterea a loco occupato in albo collegii, et locum suum ingredietur junior ille, qui immediate in albo descriptus ipsum subsequitur. Et si sequenti, vel tertio anno a praedicto piissimo munere defuerit, recedet iterum in inferiorem locum, quem occupabit junior post eum descriptus. Prioris erit deperditae optionis mutationem obsignare in albo doctorum in obedientiam describere in libro actorum collegii, ut quum tempus accesserit ascendendi inter octodecim seniores collegium constituentes, negligentiae suae poenas luat. Tenebitur bedellus admonere priorem, si unus, aut alter ex invitatis defuerit. Sic mulctari, ac plecti volumus ultimos decem juniores in civitate degentes, legitime non impeditos, si inobedientes fuerint; non vero alium quemquam ex invitatis supra ultimos decem, quia supponitur elapsis annis huic pio muneri prompte satisfecisse. Qui legittime impeditus fuerit, tenebitur substituere alium doctorem sub poenis declaratis.

STATUTUM II.

De numero doctorum et ordine collegii.

De numero doctorum.

§. 7. Collegium componi volumus ex octodecim senioribus, quorum decem majores *numerarii*, sex sequentes *supranumerarii*, ultimi duo *additi* nuncupabuntur. Doctores ceteri *novelli*, sive *juniores*. Ex junioribus nemo poterit proponere, approbare, reprobare, nec ullam rem collegii agere, sed munera omnia reservantur octodecim senioribus, qui res ad collegium spectantes proponent, disponent, statuent modo infra declarando. Volumus tamen, quod in rebus a decem numerariis decernendis, septem saltem ex illis congregentur, et in aliis, ad quos convocatum fuerit plenum collegium octodecim, adesse debeant saltem duodecim; secus nullum, irritumque declaramus actum quemcumque, si numerus congregatorum minor fuerit praedicto.

De ordine collegii.

§. 8. Nomina juniorum descripta servabuntur in pyxide, a qua duo extrahentur ad arguendum contra candidatum doctoratus die. Nomina semel extracta non reponentur in pyxidem, nisi tota evacuata penitus fuerit, tunc omnia juniorum nomina in pyxide iterum reposita ad usum praedictum custodientur.

STATUTUM III.

De admittendis in doctorum numerum.

De admittendis in doctorum numerum.

§. 9. Antiquis temporibus sancitum erat, ne quis in doctorum nostrorum caetum adscriberetur, nisi civis ex patre cive natus. Quum autem talis adscriptio adjudicata fuerit etiam natis in ducatu Ferrariensi, et totius ecclesiastici status subditis ex decreto Clementis X. pont. max. felicis recordationis, et majores nostri paruerint admittendo viros, morum candore, et doctrina praeclaros, quamvis natos in ducatu, et in statu ecclesiastico, et subditos etiam aliorum principum, nos, et praedicti pontificis Clementis X. benigne concessioni obsequentes, et patrum nostrorum vestigia calcantes, minus attento incunabuli loco omnes lubenter amplectimur, et

Digitized by Google

inter doctores adnumeramus, dummodo habeant requisita in statuto XIII. exposita.

STATUTUM IV.

De promotione ad octodecim seniores.

De promotione ad collegium seniorum. §. 10. Non aperietur promotio ad collegium seniorum, nisi per mortem pateat locus; in quo casu junior, qui lauream doctoralem a collegio nostro reportavit, et caeteris aliis novellis major doctoratus annis fuerit, ascendet inter additos in ultimum supranumerarium, primum ex supranumerariis numerarium. Nolumus tamen hanc promotionem fieri per meram optionem, sive attenta sola antianitate, multis, iisque gravissimis de causis. Etenim quum multiplex, et grave prioratus onus totum hominem requirat, nolumus sane a minus apto viro occupatam talis gradus dignitatem merita cum laude nequaquam sustineri. Volumus siquidem collegii nostri priorem in rebus medicis, tam theoreticis, quam practicis adeo gnarum, versatumque, ut laureandorum, aliorumque medendi facultatem deposcentium ingenia, et studia ad lancem revocare valeat. Valeat tentamina instituere chirurgorum, obstetricum, phlebotomiam exercentium; idoneum insuper, vigilemque, ad circulatorum dolos, agyrtarumque fraudes detegendas; peritum in re pharmaceutica, in chemicis, et Galenicis praeparationibus. Sine horum cognitione imposita munera minus explere poterit. Talis ergo in collegii priorem in posterum deligi debebit, qui doctrina, solertia, et vigilantia quaeque praedeat, omnibus consulat, cuncta antevertat, quae in societatis damnum irrepere possent. Ineptos a tali munere, ut longe avertamus, statuimus, quod in posterum ex junioribus, nemo per solam optionem ascendat, ut olim, inter additos, sed data promotione per obitum alicujus de collegio, qui supersunt ex senioribus insimul congregati serio perpendant, librent, examinent, an qui admittendus est inter additos satis prudens sit, et studio deditus praxi medicae semper, et constanter incubuerit. Si major pars suffragiorum concurrerit, adscribitur inter additos; sin minus, stabit in loco suo, et dignior alter deligetur. Ne tamen repulsus animos despondeat, optatum honoris locum studio, labore, praxis exercitio consequuturus, data nova promotione, concedimus locum additi iterum deposcere; si tamen rejectus fuerit, inter novellos perpetuo jacebit.

Declaratio specialis. §. 11. Veruntamen quum statuta nostra eo colliment, ut quod in collegio nostro praemii, et decoris futurum est, illis ultro concedatur, qui de re medica constanter bene mereri sibi proposuerint; propterea inter additos, attenta sola antianitate, ascendere poterit, nulla suffragiorum ope, junior ille, qui in pontificia universitate cathedram aliquam medicam moderatus fuerit; ceteri non adscribentur inter additos per solam optionem, sed modo superius descripto.

STATUTUM V.

Doctores in patriam redeuntes, quem locum occupare debeant.

De doctoribus in patriam redeuntibus. §. 12. Si doctor aliquis collegii nostri alio immigrans domicilium statuerit, et post nonnullos elapsos annos in patriam redux animo permanendi locum petat in collegio, ad dirimendam litem quamcumque, et concordiam inter doctores servandam statuimus, quod convocati in aulam collegii decem numerarii discessus causam sedulo pensitent. Si doctor inter juniores erat, quum a civitate discessit, et alio immigravit commodi sui, suaeque tantum utilitatis gratia a quocumque medico exercitio vacans, hic in patriam restitutus occupet inter juniores locum illum ipsum, quem ante discessum tenebat, prorsus ut, si quam abivit, decem, aut duodecim exempli caussa descripti erant inferius in albo collegii, reponatur iterum ante ultimos decem, aut duodecim. Nolumus enim quidquam elargiatur collegium homini in medicina otioso, et studioso dumtaxat commodi sui, suaeque utilitatis.

Idem ut supra. §. 13. Sin autem tempus omne absentiae suae a civitate insumpserit, medicam praxim in Ferrariensi ducato, vel alibi exercens, in hoc casu nil amittet antianitatis suae; sed proprium locum servabit, si inter juniores adhuc fuerit. At si tantum elapsum fuerit annorum spatium, ut redux aetatis suae pares, vel inferiores inter octodecim senio-

res cooptatos videat, ideoque et ipse antianitatis caussa adnumerari contendat, statuimus, et mandamus, quod talis doctor, quamvis aetate major, occupet locum primi junioris, ibique expectet promotionem, quam inibit gradatim, ut exposuimus in statuto antecedenti; et hoc ne collegii ordo perturbetur, neve semel admissi, et adprobati repellantur. Nolumus idcirco hac de causa ultimum additum regredi in juniores, ultimum supranumerarium in additi locum tantum erit, si doctor, qui in patriam restituitur, in aliqua conspicua civitate magistralem exedram laudabiliter moderatus fuerit. Talis vir in patriam redux restituatur in locum, quem aetate, permanentia, caeterisque in statuto IV., declaratis sibi comparasset, etiamsi inter decem seniores fuerit. Tanto viro quilibet honoris locus merito concedendus.

STATUTUM VI.

De promotorum electione.

De electione promotorum. §. 14. Promotoris intelligi volumus doctorem aliquem nostri collegii, qui in laurea alicui candidato conferenda partem habeat. Quam vero in statuto septimo decimo decreverimus doctoratus solemnia exordienda esse oratione a juniori doctore habita, absolvenda vero fore a doctore altero insignis doctoratus conferente, volumus propterea, quod talium promotorum delectus sit arbitrio candidati, qui a priore deposcet, ut nominati promotores, quamvis non sint inter seniores, admittantur pro illa vice in collegium, hac conditione tamen, quod etiamsi aliquis semel, bis, pluries promotoris vicibus functus fuerit, non idcirco intelligatur promotus, neque adscitus inter octodecim seniores. Absolute vetamus insuper cuicumque advenae doctori, qui non sit descriptus in albo nostro, promotoris vices agere, aut orationem in collegio dicere: etenim tale munus proprium, et privativum volumus collegiatorum nostrorum.

De modo extrahendi promotores. §. 15. Praeterea qua die candidatus lauream deposcit, et pyxidem decem numerariorum, prior extrahet nomina duorum, qui doctoratus tempore promotorum vices agent, et peculiare obtinebunt emolumentum, ut in calce statutorum descriptum est, ubi de distributione pro laureando.

STATUTUM VII.

De electione prioris.

De electione prioris. §. 16. Prioris idoneitati, et prudentiae, tanquam firmissimo fulcro tota spes rei bene administrandae innititur, multiplicia, et gravia prioratus munia a viro aetate dumtaxat, et medica doctrina gravi, recte absolvi, et adamussim expleri posse patet. Quum autem antiquitus mos invaluerit, tale, tantumque onus per quadrimestre illi committere, cujus nomen e pyxide extractum caeca sors obtulerit, ne a caecutiente fortuna in scopulos adducamur, volumus, ut decem numerariorum nomina pyxidi committantur, qui numerarii characteres omnes praesetulerint, quos in IV. statuto exposuimus.

De renovatione electionis. §. 17. Ter in anno a priore cessante a munere suo fiet extractio novi prioris coram notario, et nonnullis doctoribus collegii nostri, quorum duos saltem adesse volumus. Prima extractio fiet pridie kalendas januarii; altera pridie kalendas maji, novissima pridie kalendas septembris: post dies istos certe nunquam, si vero facere placuerit ante decretam diem, licebit, hac conditione tamen, quod novus prior munus non ineat, nisi kalendis praedictorum mensium. Prioratus dignitas non extendetur ultra quadrimestre. Si delectus prior tunc temporis aegrotet, vel extra civitatem degat, morbus autem ille sit, ut ad bimestre, in utroque casu nomen extractum restituatur in pyxidem, et alterum educatur. Sin vero delectus prior collegii caussa, vel alia ratione extra civitatem per aliquot tantum hebdomadas immoretur, toto absentiae suae tempore primus consiliarius vices aget prioris; quo munere pariter fungetur, si quadrimestris tempore prior aegrotaverit. Pristinae saluti restitutus prior, vel in patriam redux, utetur jure suo. Postremo qua die prioratus munus suscepit, jusjurandum dabit de observantia statutorum.

STATUTUM VIII.

De substitutione prioris.

De substitutione prioris. §. 18. Si ingravescente nimis aetate, aut ob infirmam valetudinem aliquis ex decem

numerariis prioratus oneri succedere nequaquam possit, alter ex numerariis eligetur: nolumus enim, immo absolute prohibemus impotentem, aut nolentem substinere arbitratu suo, et nominare quemquam alium ex decem senioribus, qui prioris vices agat. Ne autem extractionis die cespitandum sit, ignorando an extractus possit, et velit prioratus dignitatem, onusque sustinere, statuimus, quod ante extractionem notarius collegii adeat numerarium quemlibet, et nomine collegii sciscitetur, utrum prioris munus acceptare velit, si sors annuerit, et super illum ceciderit? Si interrogato placuerit, subscribet manu propria nomen suum in proposito folio sub columna inscripta *annuo*: si noluerit, se obsignabit in eodem folio sub columna inscripta *renuo*. Autenticam fidem faciet notarius de subscriptionibus, solitumque signatum tradet priori, qui cum notario, et testibus accedens ad extractionem, leget nomen extracti, qui si fuerit inter annuentes, erit prior; si inter renuentes educetur nomen alterum, donec in annuentis nomen incurratur. Renuentium nomina extracta removebunt, nec iterum cum aliis remittentur, nisi pyxide omnino exhausta. Nolumus tamen, quod semel, bis, pluries, a prioratus munere refugisse, impediat illud quandocumque placuerit, et sors dederit, in posterum suscipere, ideo quoties innovatur vacua pyxis, toties omnia decem numerariorum nomina includi mandamus.

De subrogatione prioris mortui in officio.

§. 19. Si tristi omine contigerit, quod prior aliquis moriatur mense primo sui quadrimestris, primus consiliarius coram notario, et testibus faciet extractionem novi prioris, cujus munus, et dignitas non extendetur ultra consuetum tempus, sed vigebit per tres superstites menses. Volumus enim electionem fieri semper diebus indicatis in statuto VII., in quibus eligentur quoque consiliarii, et tentatores prorsus ut omnia collegii munia una, eademque die omnia dimittantur, novique succedant doctores. Sin vero prior occubuerit, primo mense jam elapso, primus consiliarius in hoc casu prioris officio fungetur, titulo *viceprioris*, utilitates omnes priorali muneri adscriptas percipiens: supputando ab electionis die defuncti prioris, cessabit ab officio, in quo non perseverabit ulterius, nisi forte extractus fuerit in priorem novi quadrimestris.

STATUTUM IX.

De consiliariis, eorumque munere.

De consiliariis.

§. 20. Qua die coram notario, et testibus deligetur prior, extrahentur quoque a numero decem numerariorum duo consiliarii, quorum primus e pyxide extractus erit primus, etiamsi aetate, aut doctoratus tempore junior fuerit altero. Primus consiliarius vices aget prioris in casibus indicatis in statutis VII., et VIII. Aderunt semper ambo consiliarii omnibus functionibus collegii, sive publicis, sive privatis. Post priorem, primi dabunt suffragia in comitiis, et super rebus a priore propositis sententiam suam primi proferent. Operam dabunt insuper, ut prior munera sua felicius peragat. Post subscriptionem prioris obsignabunt consiliarii manu propria schedas pecuniae collegii committendae trapezitae, et omnes alias in quocumque casu, quando oportuerit pecuniam redimere favore ipsius collegii, quae consiliariorum subscriptio, in quacumque scheda apparere debebit, sive multa, sive pauca fuerit pecunia, quae demandatur, vel redimitur.

De munere consiliariorum.

§. 21. Consiliariorum officium non extendetur ultra quadrimestre, sed incipiet cum electione prioris, et cessante prioris munere, cessabunt, et ipsi ab officio suo.

STATUTUM X.

De obedientia praestanda priori, et de poenis.

De obedientia praestanda priori.

§. 22. Junior aetas in lapsus proclivior legum habenis indiget, ut recta dirigatur. Auri sacra cupiditas, quum alios non raro impulerit ad manum in alienam messem furtim porrigendam, ex utraque vero radice innumera mala in societatem frequenter irrepserint; hinc collegii statuta eo semper collinearunt, invigilarunt semper prudentissimis edictis eminentissimi legati, ut irrepentia mala ocius impedirentur, vel in incunabilis suffocarentur. Aequissimis idcirco sanctionibus illis insistentes volumus, quod quilibet doctor collegii nostri teneatur obedire priori, vel si hic abfuerit, aut aegrotaverit, vicepriori, in licitis, honestisque petitionibus collegium spectantibus. Quod si aliquis doctor praeceptis prioris,

aut vicepriorís minus prompte paruerit, valeat, et possit prior, aut viceprior mulctare, et condemnare quemcumque doctorem inobedientem in poenam sibi arbitrariam, sed casui consentaneam.

De poenis contra inobedientiam.

§. 23. Inobedientia a priore punienda erit, si quis ex ultimis junioribus per schedam invitatis, sanus, et in civitate degens non interfuerit celebrationi missae die festo sancti Lucae. Pariter si die, hora, et loco assignato non adfuerit habitu talari indutus in solemniis sanctissimi Corporis Christi ad deferendam umbellam. Isti omnes punientur, ut decretum est in statuto primo.

De poenis contra eum qui non indutus habitu doctorali venit ad doctoratum sumendum.

§. 24. Nulla legitima caussa impeditus si quis defuerit a collegio, qua die candidatus ad lauream proponitur, aut accesserit, non indutus habitu doctorali, vel non comparuerit ipsa doctoratus die, plectetur, ut declaratum est in statutum XVIII.

De poenis contra juniores exercentes artem sine licentia.

§. 25. Si quis autem ex junioribus, et aegrotos adire, et medicamenta praescribere, et praxim medicam exercere auserit ante decretum tempus; quod post consequutam lauream impendi volumus in xenodochio, aut cum provecto viro per civitatem ab iis, qui praescriptum practicum exercitium per biennium ante consequutam lauream non absolverint, quemadmodum in statuto XIII. jubemus, inobedienti istiusmodi per alterum biennium praxis exercitium interdicet prior.

De licentiis a solo collegio concedendis.

§. 26. Sub poena suspensionis immediatae ab exercitio practico ad arbitrium prioris vetamus, et interdicimus cuicumque medico nomen, et facultatem dare chirurgo, aut barbitonsori, aut obstetrici in civitate, vel in ducatu Ferrariensi ad exercendum, medicamenta praescribendi, aut praescripta absolvendi: etenim talis potestas a nullo privato doctore, sed a collegio tantum conferri potest, et debet. Nullas idcirco, et irritas modo declaramus tales licentias jampridem, et ante hoc tempus assequutas a particulari aliquo doctore, non a collegio.

De obliteratione ab albo.

§. 27. A doctorum albo obliterabitur, qui manuscriptis, aut typis alicujus nomini, et famae dedecus intulerit.

De privatione vocis activae, et passivae.

§. 28. Privabitur voce activa, et passiva, qui adeptae laureae oblitus, aut pertaesus munus alterum exercendum susceperit, doctorali laureae minus consonum, multoque magis si vulgare, et plebejum.

De forma procedendi in excessibus gravissimis.

§. 29. Volumus tamen, quod in excessu gravissimo decem numerariorum consilia attendantur, et duae tertiae partes ipsorum in collegii aula existentium in unum concurrentes delinquentem damnent, vel absolvant. Sic si aliquis de gravi crimine a curia inquisitus fuerit, prior proponet perpetuam dealbationem accusati, et si duae tertiae partes annuerint, expungetur ab albo collegii. Statuimus tamen, quod prior, et collegium ipsum in puniendo inobedientes caveant semper a poena pecuniaria, ne forte audax, impudensque aliquis effutiat, paucis enumeratis, fragorem omnem cecidisse. Satius idcirco ducimus, ut habita convenientia delicti cum poena (quam semper minorem esse volumus) poena sit de genere supradictarum.

De servandis in signum obedientiae.

§. 30. Quum autem non tantum doctores teneantur obedientiam praestare priori, sed et adsociati, licentiati in medicina, adprobati in chirurgia, aromotarii, phlebotomiam exercentes, obstetrices, circulatores ipsi, ideo omnibus, et singulis in facultatis suae exercitio haec servanda mandamus.

Volumus scilicet, quod in medicina licentiati assequuta facultate minime abutantur, aegrotantes ex gravi morbo per sese, nullo audito medico, aut coadjuvante curantes. Et si longe a civitate, et a medico abfuerit licentiatus, tenebitur per epistolas medicum consulere, secus suspendetur a practico exercitio ad arbitrium prioris. Quam poenam incurrent ipsi, et medici, qui medicamenta paraverint, parata plurimi vendiderint, aut cogent aegrotorum parentes praescripta medicamenta in quacumque aromatariorum officina obvia, ab uno potius, quam alio pharmacopola emere.

De vocandis ad novum examen.

§. 31. Quotiescumque oportuerit, poterit prior licentiatum ad novum examen vocare; quod si laudabiliter substinuerit, licentiam jampridem assequutam confirmabit: sin minus, suspendet ab exercitio, donec studeat. Pro tali examine, quod ad studium excolendum statuimus, nullum erit depositum, sed gratis fiet; volumus autem instituatur coram consiliariis, tentatoribus, et notario.

De suspensione chirurgorum, internos morbos curantium.

§. 32. Nunc pro tunc a practico exercitio suspensos declaramus chirurgos, si internos morbos curandos aggrediantur, phlebotomiam exercentes, si praeter primam apparatus applicationem, *vulgo prima intentione*, in vul-

neribus, fracturis, herniis, luxationibus, externos morbos curent. Volumus enim, quod post primam deligationem adprobatis chirurgis tales aegri curandi demandentur.

De suspensione obstetricum a practico exercitio.

§. 33. Suspendentur a practico exercitio obstetrices, quae edictis eminentissimorum legatorum non obtemperaverint, sed praegnantibus, et puerperis praescripserint venarum solutiva, cardiaca, expellentia, vomitoria.

De poenis ab aromatariis incurrendis.

§. 34. Aromatarii in poenas incurrent statutas in edictis eminentissimorum legatorum, quotiescumque medicamenta vendent in schedis non subscriptis a medico nostri collegii, aut obsignatis a juniore aliquo, qui practicum studium nondum expleverit, modo declarato in statuto XIII.

De agyrtis, et circulatoribus.

§. 35. De agyrtis, et circulatoribus plura infra in statuto XXV. Et quum experientia jam didicerimus, mulctatos, et suspensos a practico exercitio in delabentis prioratus dies inquirere solere, mitius secum sibi pollicentes, mandamus, quod prior decedens a munere suo teneatur admonere novum priorem de totius rei statu. Prior autem recenter electus debeat sub poena privationis immediatae ab officio servare, ac sustinere antecessoris sui decreta. Secus enim non honor, et obedientia, sed amara irrisio sequetur. Volumus insuper de omnibus istis rogetur notarius, et in libro actorum collegii fideliter describatur, qui fuerit inobediens, qua poena mulctatus. Constet tandem antiquum priorem admonuisse successorem suum, hunc vero factis, decretisque adamussim satisfecisse.

STATUTUM XI.

De comitiis.

De comitiis.

§. 36. Nulla res statuenda, aut rejicienda proponetur collegio, nisi a priore, vel in ejus absentia, a vicepriore. Rem autem propositam statui volumus, non voce, sed per secreta suffragia. Res admissa erit, et firma si affirmative concurrerint duae tertiae partes illorum, qui interfuerint. Non licebit alicui non praesenti alterum substituere: nolumus enim ullum doctorem, quamvis numerarium, consiliarium, nec priorem ipsum (si morbi causa defuerit) substituere doctorem alterum, qui pro se suffragium ponat, sed approbabunt, vel reprobabunt tantum praesentes in collegio.

Qualis, quantusque esse debeat congregatorum doctorum numerus pro variis circumstantiis, expresse, et clare diximus in statuto II.

STATUTUM XII.

De jurejurando.

De jurejurando.

§. 37. Quotiescumque antiquior ex supranumerariis ob mortem alicujus senioris ascendere debeat ad numerarios, tenebitur jurare plenam observantiam statutorum sub poena privationis a numero decem seniorum, si renuerit, jusjurandum autem dabit coram priore, consiliariis, et notario collegii, legens sequentem formulam.

De juramenti formula.

§. 38. *Ego N. N. recenter adscriptus inter doctores numerarios juro, ac promitto statuta hujus collegii philosophiae, et medicinae doctorum me sancte adservaturum: decreta meorum antecessorum pro integro absolvere; hujus collegii honorem pro viribus adaugere, sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei evangelia.*

STATUTUM XIII.

De requisitis necessariis pro consequenda doctorali laurea.

De requisitis necessariis ad lauream doctoralem assequendam.

§. 39. Quum decus omne, omnisque collegii honos redundet vel maxime ab ipsorum collegiatorum ingenio, doctrina, scriptis, laboribus, mandamus idcirco, ut in alumnorum delectu prior, consiliarii, caeterique numerarii doctores summopere invigilent, an laureandus cuncta habeat requisita modo exponenda.

Idem ut supra.

§. 40. Quicumque petit insigniri doctorali laurea philosophiae, et medicinae, vel indigena erit, vel advena. Indigenae nomine non tantum complectimur ortos in civitate, et ducatu Ferrariensi; verum tales habebimus, qui penes nos studia ab apostolica constitutione Clementis XIV. pont. opt. max. in pontificia universitate adamussim, et laudabiliter expleverint. Sic inter advenas non modo remittimus sub alieno coelo natos, sed et Ferrarienses illos, qui medicinae alibi studuerunt, et illos pariter, qui post exantlatam studiorum periodum hic doctoralem lauream alio de-

tulerunt; insigniti vero in patriam redeuntes adsociationem petunt a collegio, una cum libera facultate practici exercitii, omnibus, et singulis lauream petentibus, vel adsociationem postulantibus necessaria erunt requisita ista.

I.

Idem ut supra. §. 41. Scilicet ex firmis documentis constare volumus, ex quo genere sit ortus; nam si urbanus fuerit, pater autem, aut avus, aut frater artem aliquam exerceat ex illis, quae in centumvirali consilio locum non habeat, Prior non poterit illum proponere, nec in collegium admittere. Advena et ipse tenebitur exhibere literas autenticas generis sui. Quod si fuerit inferioris notae refelletur, maxime si quis de stirpe sua, vel tunc temporis, vel paulo ante infimam artem exerceat, aut exercuerit.

II.

Idem ut supra. §. 42. Laureandus, vel adsociandus exhibebit priori certa documenta sufficientis patrimonii, ne sorte turpis egestas alumnum aliquem, sociumque nostrum ad servilia impellat. Ne autem quis novercam fortunam culpet, quod ab egenis parentibus illum deduxerit, et hac una tantum de causa insigniri nequeat doctorali laurea, ab hac conditione recedentes, statuimus egenum nequaquam respuendum fore, si optimis moribus institutum fuisse acri ingenio insuper donatum, et studiis enixe operam dedisse, et dare certo constiterit.

III.

Idem ut supra. §. 43. Laureandus, vel adsociandus exhibebit documenta de bonis moribus. Rejiciendum enim volumus quemlibet, quo ad mores indignum, ideoque nusquam admittetur inquisitus in curia criminali, aut olim damnatus.

Postremo quoad exacta studia, prior repetet ab indigena fidem illustrissimorum reformatorum pontificiae universitatis, a qua constet constitutioni paruisse; methodicam illam studiorum periodum integre confecisse, quam constitutio ipsa sanxit. Nolumus tamen studia peracta dimetiantur ab impenso annorum spatio, sed ab assiduitate, diligentia, solertia in illis excolendis necessaria, et in primis a profectu ipso. Statuimus idcirco, quod si laureandus medicam deputationem publico sustinuerit minus laudabiliter, vel si priori, consiliariis, tentatoribus constiterit, illum parum profecisse, vel ob negligentiam, vel ob ingenii tarditatem, poterit, debebit prior, non obstante publica conclusione habita, aut facto examine coram illustrissimis, et excellentissimis pontificiae universitatis reformatoribus novum examen instituere coram consiliariis, tentatoribus, et notario collegii, ut innotescat ingenium, studium, profectus qualis, quantusque sit in laureando. Examen autem erit arbitrio prioris, vel per interrogationes scilicet, et responsa, vel in scriptis. Juxta examen prior vel proponet laureandum collegio, vel ejus insufficientiam declarabit. Idem omnino examen indicendum erit advenae lauream petenti, exhibitis primo authenticis literis de origine, moribus, et studiis. Sin autem advena aliquis doctrina clarus, scriptis, eruditione conspicuus laurea alibi jampridem insignitus adsociationem petat, ab omnibus praevictis recedendum esse statuimus, et nullo habito examine admitti volumus.

§. 44. Cum illis vero, qui exactis Ferrariae studiis lauream alio deducunt, et adsociationem petunt, sic procedendum volumus. Declarationes speciales. Authenticam fidem primo generis, morum, patrimonii, et studiorum exhibere tenebuntur. Deinde in aula collegii solvent in scriptis casus quos prior, tentatores, aut alii a priore delecti proponent. Solutionem quaesitorum scribet ex tempore adsociandus, sine manuscriptis, sine libris, sine assistentibus. Si solutione (quas saltem binas volumus) laudabiliter fuerint exequutae, prior illum proponet collegio, et facto de more deposito admittetur. Sin vero minus adaequatae fuerint solutiones exhibitae, remittetur in aliud tempus expetita adsociatio, inito novo examine, ut supra.

Singulis, et cunctis, tam laureatis, quam adsociatis mandabit prior coram collegio die illa ipsa consequutae laurae, aut adsociationis, ut per integrum biennium medicae praxi incumbant, duce doctore aliquo provecto, vel in publico xenodochio: et prohibebit interim, quodcumque practicum exercitium in hac Ferrariensi ditione, et quamcumque remediorum formularumque praescriptionem no-

mine proprio subsignandam interdicet, nisi autenticam fidem retulerit doctoris, aut professorum publici xenodochii per dictum tempus praxi discendae assiduo incubuisse, et nisi novum examen cui praxeos medicae, tum praesertim therapeuticae subjerit.

STATUTUM XIV.

De tentatoribus eorumque munere.

De tentatoribus. §. 45. Delecto priore, et consiliariis modo indicato statutis antecedentibus, a propria pyxide extrahetur unus de numero decem seniorum, qui neque prior, neque consiliarius tunc sit, et alter e pyxide sex supranumerariorum in tentatores, quorum munus non extendetur ultra quadrimestre.

De officio tentatorum. §. 46. Tentatorum princeps officium erit laureandorum ingenia, studia rimari, librare, excutere, antequam in collegium admittantur. Si aderint publicis disputationibus alumnorum, candide, et sincere referent priori, et consiliariis, an cum laude exacta fuerit disputatio, quanto ingenio polleat candidatus, an admitti posse censeant.

Idem ut supra. §. 47. Convocati pro instituendo examine aderunt, et primo tentator numerarius difficultates proponet, et examinabit laureandum, vel adsociandum: deinde tentator supranumerarius nova opponet, donec priori placuerit.

Idem ut supra. §. 48. Quotiescumque instituendum erit aliquod examen, prior jubebit bedello, ut per schedas admoneat tentatores, ut tali die, et hora adsint in collegio ad examinandum candidatum. Peracto examine a tentatoribus, erit in arbitrio prioris interrogare. Si tentator aliquis aegrotaverit, vel a civitate defuerit, prior deliget unum ex numerariis, si aegrotet, aut absit tentator supranumerarius. Examen autem varium erit pro variis circumstantiis expositis in antecedenti statuto, alibique.

STATUTUM XV.

De pecunia numeranda a candidatis.

De pecunia numeranda a candidatis. §. 49. Exhibitis documentis de origine, moribus, patrimonio, et studiis, quemadmodum in statutum XIII. sancitum est, quum a priori caeterisque numerariis decretum fuerit Candidatum insigniri posse doctorali laurea, prior in scriptis jubebit, ut deferat scuta sex, et quadraginta penes notarium collegii, qui doctoratus die illa distribuet methodo expressa in calce statutorum, et non aliter.

Qui philosophiae tantum laurea condecorari adamat, numerabit scuta tria supra viginti, distribuenda, ut in calce statutorum disposuimus.

Licentiandus in medicina deferet scuta septem supra viginti.

Medicus adsociandus numerabit scuta sex, et quadraginta, quemadmodum, et laureandus.

Chirurgus scuta quindecim, cum obulis quinque.

Idem ut supra. §. 50. Quum autem veteri consuetudine invaluerit, filios doctorum nostri collegii a tali pecuniae numeratione immunes esse, eamdem immunitatem confirmamus, et scuta tantum tria cum obulis octuaginta novem numerabunt, quae pecunia distribuetur modo declarato in calce statutorum.

De non admittendis filiis doctorum viva voce. §. 51. Sed alterum antiquum morem admittendi filios doctorum viva voce, omnino abrogamus, volumusque, ut ipsi etiam per secreta suffragia caeterorum more admittantur. At vero si filius doctoris ad lauream accedat die illa ipsa, qua alter filius non doctoris lauream expetit, doctoris filius anteibit, et describetur primus in albo collegii. Si fuerint ambo filii doctorum, unius autem pater vivat, defunctus alter fit, praecedat ille, cujus pater vivit. Si ambo orphani patre fuerint, vel amborum patres vivant, sors litem omnem dicimet, prioremque locum obtinebit, cujus nomen primo e pyxide extrahetur.

STATUTUM XVI.

De gratiis concedendis scholaribus.

De gratiis concedendis scholaribus. §. 52. Quum non raro fortunae bona nonnullis deneget natura, suppleat vero ingenii aciem elargiendo, quo probe exculto, et bonis moribus exornato, a tenui radice rapidissimos fructus, a misella stirpe utilissimum civem surgere videamus, ne ipsius naturae molimini nos adversemur, statuimus, quod si pauper aliquis scholaris ingenii acumine praeditus, et bonis moribus institutus doctoralem lauream expetat, illam autem consequi ne-

Digitized by Google

queat hac una de caussa, quod decretam pecuniam numerare non possit, supplicem audiat prior, audiant decem seniores, et habitis ineluctabilibus documentis de rectis moribus; certis experimentis de raro ingenio, et inconcussis testibus de assiduitate studii, prior illum laureandum proponat collegio decem numerariorum cum medietate tantum depositi: et si duae tertiae partes annuerint, admittatur cum voce activa, et passiva. Insuper si tanta fuerit paupertas, ut gratiam ultra medietatem petere sit coactus, ob omnimoda, et totali pecuniae enumeratione absolvetur, dummodo de summa ea paupertate legitime constet, et duae, ut supra, tertiae partes tamen gratiam elargiendam judicaverint. Huic numerariorum decreto stare debebunt supranumerarii, et additi, nec quidquam repetere ab illo, cujus mores, ingenium, studia, collegii decus adaugere promittunt. Talis vero gratia nulli usquam impertiatur, nisi certo constiterit ex una parte, tam parvam domi rem esse, ut ex avito, paternoque asse nihil depromi possit; et ex altera plurimi habeatur candidatus ob morum candorem, ingenii acumen, constans studium.

STATUTUM XVII.

De poenis imponendis non intervenientibus ad solemnia doctoratus.

De poenis imponendis non intervenientibus ad solemnia doctoratus.

§. 53. Qua die accesserit aliquis doctoralem lauream postulaturus, modo in sequenti statuto declarato, et die altera, qua in doctorum numerum cooptabitur, volumus, quod doctores omnes, tam novelli, quam seniores non legitime impediti semper intersint doctorali habitu induti tempestive praesentes, tam orationi junioris lauream candidati nomine petentis, quam dissertationi, vel punctis a laureando enucleandis. Qui sani, et in civitate degentes, legitime non impediti defuerint, carebunt muneribus bellariorum, et chirothecarum, etiamsi additi fuerint, supranumerarii, numerarii ipsi, vel nummorum proventu; si una, vel altera die non comparuerint. Pecunia vero in tali casu inobedientibus negata revolvetur in favorem collegii.

Declaratio specialis.

§. 54. Declaramus insuper, penes nos idem futurum, sine doctorali habitu adesse, ac omnino abfuisse: idem abfuisse, ac sero nimis accessisse, protracta nempe, vel perorantis junioris oratione, vel laureandi dissertatione, vel punctorum solutione: super istis tamen judicium remittitur prudentiae prioris.

STATUTUM XVIII.

De ordine servando in solemniis doctoratus.

De ordine servando in solemniis doctoratus.

§. 55. Quum ex inconcussis documentis constiterit, omnia concurrere circa originem, patrimonium, mores ingenium, studia, quae a laureando expetimus in statuto XIII., conferendae vero laureae tempus, jam properet, prior collegii in scheda (quam subscribent quoque consiliarii) indicet numeranda scuta sex, et quadraginta, et habita fide notarii pecuniam numeratam fuisse, docteratus solemnia sic institui volumus.

Assignata a priore die, et hora adscribendus in doctorum numerum, accedet cum promotore suo, et cum juniori aliquo doctore, qui ambo induti erunt habitu talari, et praeeunte bedello adibunt omnes reverendissimum vicarium excepturi, et cum ipso collegium repetent. Aderit ad valvas collegii prior indutus habitu talari, qui reverendissimum vicarium excipiet, et concomitabitur ad locum suum usque, sedens a dextris illius, promotor a sinistris. Quum omnes sederint, candidatus alta voce leget professionem fidei, qua recitata, junior medicus latina oratione exoptatum laureae decus candidati nomine exposcet. Absoluta oratione, prior assignabit materiam physico practicam, super qua novus cooptandus tenebitur physico medicam dissertationem sequenti die habere coram collegio, vel pro dissertationis materia assignabit prior punctum unum philosophicum, alterum medico practicum ex aphorismis Hippocratis, ambo postera die enucleanda. Assignata dissertationis materia, vel juxta veterem consuetudinem puncto Aristotelico, et Hippocratico, prior a pyxide juniorum duos extrahet, qui contra dissertationem, aut puncta argumentari sint parati. Quibus peractis, cum reverendissimo vicario statuet horam sequentis diei pro laurea conferenda, et reverendissimum vicarium ad valvas usque collegii concomitabitur.

Idem ut supra.

§. 56. Hora statuta laureandus cum promotore suo, et juniori doctore illo, qui hesterna die orationem habuit, praecedente bedello, reverendissimum vicarium adhibunt, et cum

eodem in aulam collegii reducos quum fuerint, suumque locum omnes petierint, candidatus invocato divini numinis, et deiparae auxilio, assignatorum punctorum explicationem aggredietur, si puncta enucleanda susceperit, vel assignatam dissertationis materiam aperiet, eaque declarata, statuet propositionem, vel affirmativam, vel negativam, quam deinde pro viribus magistraliter in scriptis exaratam, academico more dicet. Explanatis punctis, absolutave dissertatione, jubebit prior, ut ex assignatis junioribus primus arguat, qui primo doctoralem lauream consequutus fuit, post illum vero alter. Solutis difficultatibus, laureandus cum juniori promotore suo exibit ab aula collegii, et ponentur comitia, et si duae tertiae partes annuerint, bedellus alta voce faustum, felicemque exitum nuntiabit. Tunc collegio gratias refert candidatus. Surgens promotor suus nonnullis habitis verbis de ingenio, moribus, et praestantia candidati, doctoratus insignia illi conferet. Admissas, et hoc ordine in doctores cooptatus, jusjurandum dabit a sancto pontifice Pio V. decretum, deinde promittet observantiam statutorum hujus collegii legens sequentem formulam.

De formula legenda a doctorando.

§. 57. *Ego N. N. in philosophiae, et medicinae doctores cooptatus, promitto, ac juro hujus collegii plenam statutorum observantiam. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei evangelia.*

Discedens novus laureatus a collegio, si illi ipsi libuerit, tradet priori scriptam dissertationem in fastis collegii conservandam.

Quod si alicui placuerit philosophica tantum laurea insigniri, praehabitis literis de origine authenticis, de moribus, ingenio, studiis, factoque deposito scutorum trium, et viginti, per juniorem doctorem lauream doctoralem deposcet. Prior assignabit punctum Aristotelicum, vel philosophicam materiam sequenti die magistraliter exponendam, contra quam unus ex junioribus jussu prioris arguet. Cetera deinde peragentur, quae peragenda statuimus in cooptando alumno inter philosophiae, et medicinae doctores.

STATUTUM XIX.

De examine licentiandorum in medicina.

De examine licentiandorum in medicina.

§. 58. Si forte alicui in chirurgia jampridem adprobato grave nimis videatur internis morbis manum admovere nequaquam posse, hoc autem libere posse in majus sibi decus vertere, uberioremque proventum redundare arbitretur, et utroque munere idcirco fungi, ac potiri expetat, exhibeat primo autenticam fidem illustrissimorum reformatorum pontificiae universitatis, qua constet mandatis apostolicae constitutionis adamussim satisfecisse prior indicet per schedam more solito a consiliariis subscriptam numeranda notario scuta septem, et viginti. Referente notario candidatum hoc adimplevisse, prior per schedas admonere faciet socios numerarios, coram quibus in aula collegii instituetur examen per varias, easque multas interrogationes praxim medicam spectantes, et remediorum virtutem. An idoneus fuerit, secreta suffragia declarabunt, quorum si major pars concurrerit, habilis, aptusque dicetur. Tunc prior nomine collegii jubebit candidato, quod per integrum biennium praxi medicae sedulo incumbat in publico xenodochio, vel penes aliquem physicum professorem, a quo fidem talis studii diligenter absoluti reportet, quemadmodum in statuto XIII. decrevimus. Exacto per biennium practico exercitio, collegium medendi facultatem hac conditione impertietur, et quandocumque oportuerit novum examen indici, et institui, teneatur mandatis obtemperare: inobediens enim ab exercitio suspendetur.

Pro novis examinibus nullum erit onus, sed gratis institui mandamus, et hac una de caussa in primis, ne post assequutam medendi facultatem studio, librorumque lectioni vale dicant licentiati, quibus prohibemus praxim exercere, ubi medicus nostri collegii incolit, ibi domicilium habens. Tandem in obitu cujuscumque physici invigilabit, ut observentur mandata eminentissimi principis Francisci card. Carafa a latere legati.

STATUTUM XX.

De pharmacopolis, et eorumdem officinis.

De pharmacopolis, et eorum officinis.

§. 59. Quum praecipua priorum officia in statuto IV. recensebamus, quae recte, diligenterque ab ipsis exequi tanti refert hominum reipublicae, quorum salus nobis commendata primum artis objectum est; inter ea illud etiam, atque etiam majori, qua fieri possit

animi, et corporis contentione exequendum nobis proponebamus, quod circa pharmacopolarum peritiam, et operam, eorumque officinas recte administrandas versatur. Haec quidem remediorum simplicium, Galenicorum, et chimicorum ope, copia, delectu, praeparatione, adservatione excellere debent, quae omnia si minus, et oscitanter quandoque parata fuerint, id damni aegrotantium bono, et saluti nedum, sed et pharmacopolarum imperitiae, aut negligentiae, vel rei eorumdem familiaris angustiae, quae praesertim officinarum suspensionem meretur, verum, et collegii nostri non levi errori vertendum jure sit. Atque quum statuta nostra, quae nunc reformanda suscepimus, iis omnibus, quae provide, ac sapientissime a Clemente XIV. felicis recordationis, cum quoad facultatem nostram, cum quoad alias, quae sunt juris nostri, et quibus praeesse debemus, adamussim respondere debeant, sicuti inter sancitas leges ea legitur, quae rei pharmaceutica, et chimicae candidatos, idest pharmacopolarum alumnos, vult, et jubet, antequam isti artis professores salutentur, botanicae, et chimicae studio per quadriennium operam navasse.

De examine pharmacopolarum instituendo.

§. 60. Nos idcirco, qui primi de eorumdem idoneitate certiores meremur fieri, supradictae sanctissimae legi inhaerentes statuimus, tentamini cujuscumque e pharmacopolarum alumnis arti aggregandi priorem nostrum interesse, qui primus, si velit, interrogabit, perpendens, an candidatus necessaria requisita habeat. Quibus probatis, et existentibus, admissio, vel reprobatio per secreta suffragia ab iis ad quos spectat, in pharmacopolarum arte, pendebit. Porro pharmaceuticae artis dignitati consulentes decernimus, hujusmodi examina, quemadmodum reliqua aliarum facultatum, quae e provincia medica sunt, in aula collegii nostri absolvi, et ne a majori hac experimenti celebritate res nostras augere, experimenta ista per nos gratis fient.

De visitatione officinarum.

§. 61. Statuimus praeterea, quemlibet priorem prioratus sui tempore, quotiescumque illi libuerit, et praesertim si illius antecessores non adierint, officinas omnes civitatis has ingrediatur, sedeat pro tribunali cum duobus e collegio adscitis, pharmacopolarum consule, notario collegii, et bedello, his omnibus habitu illo, quo solemniter indui solent, omnia medicamenta, quae a nobis in folio descripta sunt, diligentissime visitet, approbet, rejiciat, et pro rei dignitate jubeat omnia, quae ipsi opportuna visa fuerint, utiliora semper officinae instruendae, et conservandae.

De judiciis ferendis.

§. 62. Quemadmodum vero dedecet judicem in propria causa judicare, ita statuimus, priores, si filii, fratres, vel proxime affines pharmacopolae alicujus fuerint, vel proventu, et usu fruantur officinae, hujusmodi officinas successivo priori visitandas relinquere, ne de integritate eorumdem judicii quis, etsi minus aeque, audeat dubitare.

De modo faciendi visitationem.

§. 63. Visitationes fient extemplo, neque, uti mos erat, stato quodam tempore, neque admonitis pharmacopolis, quorum solertia, promptitudo, diligentia quavis die eadem semper esse debet. Tenebitur notarius collegii eorum, apud quos examen institutum fuerit, nomina describere, ut successivis prioribus notum sit, num omnes civitatis officinae semel, quod expresse statuimus, saltem in anno visitatae fuerint.

De vigilantia pro officinis ducatus adhibenda.

§. 64. Verum quum non tantum in omnibus civitatis officinis regendis prothomedicatus vigilantia contineatur, sed ad reliquas, quae in ducatu Ferrariensi, (paucis speciali gratia privilegii exceptis) dirigenda sit, neque e re collegii sit expensas subire, quae visitationibus his habendis sufficiant, hinc taxamus quemlibet pharmacopolarum, qui in ducatu officinae proventu, et usu fruatur, pro summa scuti unius argentei quolibet anno solvendi favore collegii, cujus redditus ope in integro, et vicissim prothomedici pro tempore professore loci, aut viciniore sibi delecto, una cum nostro pharmacopolarum consule, et notario collegii, totius provinciae officinas adibunt, et visitabunt, neque, praeter dictum scutum, pharmacopolae ducatus complendae in integro triennio, non poterit summa, quam a pharmacopolis solvendam statuimus, in ullum alium usum erogari, praeter assignatum pro visitatione officinarum, neque redditus alios nostri collegii pro hujusmodi visitatione insumendos permittimus prior una, et consiliarii mandatum pro summa impendenda quolibet anno subscribent. Omnia, quae ad visitationes jam factas spectant, pro reliquarum norma, et quidquid impensum fuerit prior in actis collegii diligentissime describet. Si autem pharmacopola quicumque civitatis, aut

ducatus contradicere, vel obstare ausus fuerit, priori illum in scutis decem condemnare liceat, quorum dimidium reverendae camerae apostolicae, alterum collegio nostro applicetur. Si autem antiqua nimis medicamenta fuerint, nec juxta artis leges composita, aut male adservata, prior illa projiciet, et si pharmacopola obstiterit, mulctabitur, ut supra.

De formulis a medicis scriptis fideliter exequendis.

§. 65. Pharmacopolarum nullus audeat ponere quid pro quo, absque consensu medici, qui formulas praescripserit sub eadem poena, nec formulam illam expediat, nisi ab aliquo collegii professore subscriptam.

De literis autenticis adprobationis a pharmacopolis servandis.

§. 66. Ducatus officinas pharmacopolarum dum adit prior, repetet a pharmacopola authenticas literas suae adprobationis; quibus si careat, nec in pharmacopolarum artem sit admissus, prior jubebit, ut inter certum temporis spatium ea absolvat, quae praemittenda diximus, antequam artis professor salutetur. Inquiret insuper prior, qui sint chirurgi, qui phlebotomiam exercent, quae obstetrices illius loci, et singulis vocatis repetet a quocumque authenticas literas adprobationis suae, quibus, si caruerint, mandabit his omnibus, ut sibi ipsis consulant ea peragendo, quae in statutis nostris jussimus ad quamcumque harum facultatum a collegio nostro legittime obtinendam.

De venditione medicamentorum a drogheriis non facienda.

§. 67. Tandem aequitati nedum, sed vero, et legittimo pro reipublicae bono exhibendorum remediorum systemati consonum statuimus, minime tolerandos aromatariorum quosdam, qui vulgo *droghieri* nuncupantur, qui medicinas faciunt, et vendunt, quum soli in arte periti de dosi, et qualitate medicamentorum nobis respondere possint; hinc iniquam dictorum aromatariorum consuetudinem damnamus, et multamus toties quoties in scutis quindecim, quorum tertia pars reverendae camerae apostolicae, una collegio, altera accusatori applicetur. Neque poterunt illi sub eadem poena, vel tenue minorativum medicamentum vendere, neque formulas ipsas a professoribus subscriptas expedire, quorum omnium jus, et ratio ad pharmacopolas omnino spectat.

STATUTUM XXI.

De examine chirurgorum.

De examine chirurgorum.

§. 68. Adprobandus in chirurgia omnium primo exhibebit authenticas literas illustrissimorum reformatorum pontificiae nostrae universitatis, a quibus constet in anathomicis, et chirurgicis studiis tempus illud impendisse, quod in apostolica constitutione Clem. XIV., sancitum est. Exhibebit insuper certam fidem professoris chirurgiae xenodochii sanctae Annae, quae declaret per biennium saltem interfuisse frequentissime, et succenturiatam operam dedisse in medendis externis morbis. Quibus praehabitis numerandae pecuniae schedam accipiet, et subscriptam a priore, et consiliariis, et referente notario collegii candidatum numerasse scuta quindecim cum obulis quinque, prior imperabit bedello, ut decem numerarios admoneat per schedas, ad hoc ut tali die, et hora in aula collegii examini instituendo intersint. Si quis ex senioribus sanus, non legittime impeditus defuerit, non percipiet scutum unum argenteum, quod pro quolibet chirurgiae candidato unicuique seniorum debetur, sed revolvetur in favorem collegii.

De peragendis in examine.

§. 69. Statuta die, et hora, congregatis septem saltem ex decem senioribus, junior aliquis doctor collegii nostri soluta oratione italica, candidati nomine examen ineundum petet a collegio. Peracta oratione, prior interrogabit, et post illum ex numerariis quicumque maluerit; vel si prior interrogare noluerit, numerarium tentatorem, vel alium deliget ex numerariis praesentibus, vel advocabit aliquem collegii nostri doctorem ad examen instituendum. Examine laudabiliter peracto, ponentur comitia, et si major pars annuerit, admissus erit, et adprobatus, eique collegium impertietur facultatem curandi morbos externos tam in civitate, quam in toto ducatu. Facultas autem his limitibus circumscribitur, ut quotannis per biennium vocatus ad examen teneatur rationem reddere studii sui; vel examinis loco unam, vel alteram observationem Italice scriptam collegio subjicere. Isti, vel alteri imposito muneri, quum satisfecerit, libere in posterum chirurgiam exercere datum erit. Mandatum hoc adimplevisse constet per subscriptionem prioris, consiliariorum, et notarii sub reportato privilegio, cujus formula erit in calce statutorum. Pro novis examinibus, novaque peractae rei fide nullum onus esse mandamus, sed omnia gratis fieri a collegio, et notario. Haec observanda volumus a cive, vel indigena chirurgo

secus ab extero, qui nec in civitate, nec in ducatu professionem exerceat, sed alio transmigret. Quod si penes nos morari placuerit, iisdem conditionibus teneri mandamus, quibus indigenae caeteri.

Monita danda adprobato.

§. 70. Adprobato chirurgo interdicet prior internis morbis manus admovere. Jubebit insuper, sub poena suspensionis ab exercitio, medicos in consilium advocare in morbis externis periculo stipatis, et quotiescumque magna chirurgica operatio instituenda erit.

STATUTUM XXII.

De examine phlebotomiam instituentium.

De examine phlebotomiam instituentium.

§. 71. Invaluit antiqua consuetudo, quod nemo inter phlebotomiam exercentes adnumeretur, nisi praevio examine coram priore collegii. Veteri mori inhaerentes statuimus, quod in posterum prior neminem ad examen admittat, nisi fidem retulerit a professoribus medicis, et chirurgis publicis xenodochii, qua constet, saltem per quadriennium serio ibidem incubuisse variis operationibus hanc chirurgiae partem spectantibus, easque frequenter, et cum laude exercuisse. Prior nedum sedebit pro tribunali, verum poterit examen aperire interrogationibus pluribus. Quum vero post adprobationem concedatur facultas phlebotomiam exercentibus, *primae intentionis*, ut vulgo digitur, facultas nempe vulnera prima vice medendi, fracta ossa componendi, restituendi luxata, decidua intestina in antiquam sedem reponendi, compescendi haemorrogiam, super istis potissimum candidatum tentari volumus; praeterea, quum jussu summorum pontificum, et edictis eminentissimorum legatorum teneantur, post institutum cujuscumque vulneris apparatum, delationem inflicti vulneris in scriptis exhibere foro criminali, volumus propterea, ut in chirurgia forensi examinentur. Si objectis laudabiliter satisfecerit candidatus, prior authenticam fidem faciet suae idoneitatis ea formula, quae expressa est in calce statutorum, antiquam rejiciens, quae olim ab arte concedebatur; tenebitur novus admissus obtemperare edictis eminentissimorum legatorum, et illi nuperrime eminentissimi Francisci cardinalis Carafa a latere legati.

STATUTUM XXIII.

De examine obstetricum.

§. 72. Quum tristi quodam deplorabili fato antiquitus invaluerit, et penes nos vigeat adhuc malesana consuetudo perniciosissima, qua pretiosa, et inaestimabilis hominum vita inscitiae foeminarum quarumdam concredita in ipso sui ortu saepe succiditur, et suffocatur, nec valeamus praegnantes mulieres ab inveterato usu revocare, adeo, ut resipiscentes tandem, et propriam, et filiorum suorum vitam peritis hominibus servandam potius committant, quam in expertis mulierculis tanto cum discrimine fidere, tot funerum infaustissimam radicem pro viribus obtruncaturi statuimus, quod nulla mulier in posterum obstetricis munus exercere valeat, nisi primo authenticam fidem exhibuerit, per biennium saltem theoreticis lectionibus, et practicis exercitiis diligentissime interfuisse professoris ad hoc munus delecti. Ad quam rem assequendam, implorata eminentissimi, ac reverendissimi principis Francisci cardinalis Carafa a latere legati auctoritate, obtinuimus, quo tam jampridem adprobatae obstetrices, quam adprobandae, et admittendae debeant decretis diebus, et horis locum assignatum adire sub poena suspensionis ab officio, si primae illae non legitime impeditae defuerint, sub poena exclusionis ab examine, si assiduae, et diligentes lectionibus non intervenerint istae. Stante igitur indubia attestatione praedicti professoris de assiduitate, profectu, et idoneitate mulieris, adibit curiam archiepiscopalem, ubi rationem reddet de rebus spectantibus ad baptismum. Reportata attestatione reverendissimi vicarii, coram priore, et numerariis in aulam collegii congregatis examen inibit, quo peracto, per secreta suffragia, vel idonea admittetur, vel refelletur incapax. Si idonea judicata fuerit, prior fidem faciet de idoneitate, formula expressa in calce statutorum. Fidem subscribent consiliarii, et notarius, coram quibus omnibus admissa obstetrix jurabit legens sic.

De examine obstetricum.

De jurejurando praebendo ab obstetricibus admissis ad exercitium artis.

§. 73. Io N. N. approvata dal collegio degli eccellentissimi signori medici di Ferrara ad esercitare l'arte della mammana, prometto, e giuro toccando il sacrosanto Vangelo, di esercitare cristianamente la mia professione,

Digitized by Google

e di custodire gelosamente il secreto in quei casi, che non devono sapersi. Prometto di chiamare ne' parti difficili, e pericolosi qualche eccellentissimo medico, e professore chirurgo. Prometto di non ordinare mai sanguigne, vomitori, cordiali, solutivi, o altra cosa, ma di ubbidire esattamente, a quanto m'impongono gli statuti di questo eccellentissimo collegio, e mi comandano i bandi degli eminentissimi signori cardinali legati.

STATUTUM XXIV.

Quod nemo, nisi adprobatus a collegio, mederi possit.

De vetito exercitio artis pro non approbatis a collegio.

§. 74. Quae hactenus statuimus eo tendunt omnia, et singula, ut civium, incolarumque vita incolumis in aevum servetur, vel labens restituatur. Quum autem tristi experientia didicerimus, nonnullos in vitae discrimen conjectos fuisse, et quod gravius est, occubuisse ob imperitiam quorumdam, qui medici nomine, et facultate abutentes praxim exercent, ne in posterum humanae societatis infensissimi hostes istiusmodi in civitatem, et ducatum furtim irrepant, statuimus, quod nemo sive indigena, sive advena fuerit, audeat exercere medicinam, nec chirurgiam, nec phlebotomiam, nisi admissus, adprobatus, et judicatus fuerit idoneus a collegio decem numerariorum, sub poena carceris, et scutorum aureorum viginti quinque. Interdicimus idcirco cuicumque non adprobato medicamenta praescribere, parare, vendere, et quodcumque practicum exercitium prohibemus. Quod si advena aliquis doctoralem lauream alio deduxisse dicat, et ideo praxim exercere contendat, a priore advocetur, collegium petat, et coram decem numerariis, qui sit, et quantae idoneitatis, ac doctrinae vir palam ostendat. Doctos enim homines, et sapientes collegium nostrum semper amplectetur, et in honore habebit.

STATUTUM XXV.

Quomodo cum agyrtis, et circulatoribus agendum sit.

De agyrtis, et circulatoribus.

§. 75. Circulatorum, et agyrtarum nullus medicamenta quaelibet, vel interne assumenda, vel externe applicanda, neque private, neque publice poterit vendere, sub poena carceris ex jussu principis, et scutorum viginti quinque in totidem partibus reverendae camerae apostolicae, collegio nostro, et accusatori applicandorum. Porro ad evitandam magis, magisque hominum perniciem, quam circulatorum remedia persaepe afferunt, jam extat decretum eminentissimi, et reverendissimi principis Francisci cardinalis Carafa hodierni a latere legati sub die xxx. junii MDCCLXXXI., quo jussit, quaecumque medicamenta tam pro usu externo, quam pro interno, quae quotidie circumferuntur, unguenta scilicet, olea, spiritus, electuaria, balsama, pulveres, et alia non posse permitti, nisi convocato a priore pro tempore numerariorum collegio, cui apertissime constet de omnibus, et singulis, quae remedium quodlibet ingrediuntur, et si medicamenta jam parata fuerint, constet pariter per analysim, qua probe perspiciatur de eisdem ingredientibus. Tunc prior relationem subscribat, qua attenta, circumforaneus gratiam vendendi, si ipsi visum fuerit, ab eminentissimo, et reverendissimo legato impetrabit.

De secretis ab ipsis inventis patefaciendis collegio.

§. 76. Quod si ex his aliquis forte utile secretum invenerit, ne ipsi praejudicium inferatur ex ipso supradicto decreto, nos monemur teneri juramento, arcanum illud nos nemini revelaturos. Ne vero agyrtae remediis suis abutantur, statuimus insuper, quod de medicamentorum componentium viribus, et de morbo, in quo convenire depraedicant, coram collegio interrogentur, a quibus rectam adhibendi methodum audient, quae audita illa, et non alia ratione, uti debebunt. Non audeant hujusce furfuris homines remedia alia insimul, sub antedictis poenis vendere, neque umquam ullius interni morbi curationi se immisceant.

De taxa solvenda a circumforaneis.

§. 77. Circumforaneus ante relationem collegii solvet scuta duo favore collegii, et julium unum, vel alterum tantum: quo tempore elapso, si circulator adhuc morari contendat, et praedicta vendere, tenebitur innovare scientiam, et solvere iterum scuta duo, et julium unum; et sic quotiescumque confirmari petierit.

STATUTUM XXVI.

De provisione doctorum nostri collegii.

De provisione doctorum.

§. 78. Ne forte alicui juniori grave nimis videatur impositum onus, quod pro conse-

quenda doctorali laurea volumus, neve laboris malo omine pertaesus libris, et practico exercitio valedicat ad excitandos, sustinendosque alumnorum animos, ut in dies meliores, doctioresque fiant, illis consulere, et opem ferre decrevimus statuendo, quod in Ferrariensi ducatu nullus, qui non sit status ecclesiastici subditus, et a collegio nostro lauream reportaverit, possit in qualibet ducatus parte mederi, nec publico munere in aliquo oppido conduci, nisi ab eminentissimo legato pro tempore licentiam in scriptis habuerit, ac a nostro collegio fuerit etiam licentiatus, et hoc sub poena scutorum aureorum quinquaginta, quorum una pars reverendae camerae apostolicae, altera collegio nostro, tertia accusatori distribuetur.

De servando capitulo magni xenodochii sanctae Annae.

§. 79. Praeterea quum nobis jam pridem innotuerit, quod in magni xenodochii sanctae Annae ordinibus generalibus humanissime fuerit insertum capitulum infrascripti tenoris videlicet.

Dovranno i medici tanto fisici, quanto chirurgi, che saranno eletti alla cura degli infermi dello spedale, essere cittadini originari, e collegiati nel collegio di Ferrara, che almeno i principali abbiano esercitata la carica di medicare in Ferrara dieci anni continui, e che siano di buone fama, e di ottimi costumi, e per tali riputati dalla città; e quando venisse, che non ce ne fossero di originari, o che questi non volessero servire l'ospitale, con gli obblighi, e provisioni a tali cariche stabilite, in tali casi se ne possono eleggere di forestieri, e di non collegiati come sopra, e non originari.

Nos ideo propensioni tam benignae debitas gratias totius collegii nomine rependentes, oblationem acceptamus, prioribusque collegii futuris imponimus, quod in casu vacationum toto spiritu insistere debeant, ut in provisione medicorum, et chirurgorum in xenodochio praedictum capitulum integre servetur, nostrumque collegium nullo praejudicio vulneretur, ac alterius benevolae voluntatis sortiatur effectum.

STATUTUM XXVII.

De redditibus collegii.

De pecuniis a candidatis solvendis.

§. 80. Nullus prior in posterum poterit arbitratu suo adaugere, aut imminuere pecuniam a candidatis numerandam, sed si adaugeri, aut imminui oportuerit, convocabit octodecim seniores, quibus exponet causam augmenti, aut imminutionis, et per secreta suffragia statuetur, an recedendum sit, et quantum, a quantitate infra descripta.

De taxa pro laureandis.

§. 81. Scilicet tam laureandus, quam adsociandus numerabit scuta sex supra quadraginta. Licentiandus in medicina solvet scuta viginti septem, philosophus scuta viginti tria, chirurgus adprobandus scuta quindecim cum obulis quinque. Phlebotomiam acturus scutum unum. Obstetrix scutum unum. Circulator, et agyrta scuta duo, et julium unum. Pro aromatario gratis.

De distributione pecuniae solvendae a laureandis.

§. 82. Quae pecunia distribuetur in quolibet casu ratione descripta in calce statutorum. Superstes a distributione pecunia per schedam subscriptam a priore, et consiliariis dabitur notario collegii, qui favore ipsius collegii custodiendam tradet trapezitae.

Filius doctoris collegii nostri solvet tantum scuta tria cum obulis octoginta novem distribuenda, ut loco citato declaravimus. Bellaria tamen collegiatis donanda, uti mos est, aere proprio comparabit.

De pecuniis dono datis.

§. 83. Praeterea in favorem collegii revolvetur omnis pecunia, quae ab intervenientibus doctoribus festivitati sancti Lucae patroni nostri dono dabitur. Alia insuper, qua privabuntur inobedientes, aut plectentur contravenientes statutis. Volumus insuper, quod data promotione collegii per obitum alicujus numerarii, omnes ascendant quidem, modo in statuto IV. indicato, sed pro prima vice proventus novi additi, supranumerarii, numerarii ipsius sint favore collegii, scilicet, junior adscitus inter additos in primo doctoratu, aut adsociatione nihil percipiet. Additus ille, qui in supranumerarios ascendit, percipiet quotam additi, supranumerarius admissus inter decem seniores pro prima vice, quotam habebit supranumerarii.

De oblationibus quolibet anno faciendis a pharmacopolis.

§. 84. Favore collegii quoque erit scutum illud, quod singulis annis persolvit quilibet pharmacopola officinam habens in ducatu locis subjectis regimini nostri collegii. Statuimus tamen, et mandamus, quod pecunia ista a pharmacopolis ducatus numerata in nullum alium usum converti possit, nisi pro instituendis visitationibus ipsarum officinarum in ducatu existentium. Talem pecuniam non

Digitized by Google

laxabit trapezita, nisi habuerit schedam subscriptam a priore, et consiliariis, quae indicet officinarum pharmacopolarum visitationibus inservire debere.

STATUTUM XXVIII.

De electione notarii, et bedelli.

De electione notarii. §. 85. Si notarius, aut bedellus moriatur, aut officium suum, qua de caussa dimiserit, alterve expungi debeat, prior convocabit collegium octodecim seniorum, proponet concurrentes, et positis comitiis, ille deligetur in notarium, aut bedellum, qui majorem suffragiorum numerum obtinuerit. Si unus tantum fuerit, qui munus petit, electus erit, si major pars annuerit.

Notarii princeps munus erit adesse cuicumque functioni collegii depositam pecuniam excipere, factaque distributione, ut infra declaratum est, superstitem pecuniam in scheda a priore, et consiliariis subscripta delecto trapezitae tradere: acta collegii diligenter describere. Nolumus, quidquam repetat a candidatis sub quovis titulo, sed ea tantum percipiet, quae in singulis circumstantiis praescripta sunt, sub poena suspensionis ab officio.

De electione bedelli. §. 86. Aderit bedellus habitu collegii indutus omnibus functionibus, et quotiescumque, data opportunitate, prior jusserit, schedas omnes parabit, obsignando diem, et horam statutam a priore pro conferenda laurea, instituendis examinibus, visitationibus officinarum pharmacopolarum etc., illasque tempestive distribuet. Adnotabit omnes, qui defuerint a solemniis sancti Lucae, et sanctissimi Corporis Christi, et priori referet. Prior autem obsignandos in actis collegii tradet notario. A candidatis nullo titulo quidquam repetet, sed percipiet, quae illi in respectivis functionibus assignata sunt.

STATUTUM XXIX.

De renovatione horum statutorum.

De renovatione statutorum. §. 87. Si quae forte dies illuxerit umquam, qua nepotes nostri, nostrique posteri necessariam habeant horum statutorum innovationem, vel reipublicae bono illis consonum videatur aliquid addere, vel emendare, hoc ordine incedendum esse mandamus. Congregatis sexdecim senioribus, tres a decem numerariis, et unus ex sex supranumerariis, per majorem secretorum suffragiorum numerum eligantur im statutarios, qui nova statuta, prout illis videbitur, conficiant. Illis absolutis, convocato collegio octodecim legantur, et si majori parti collegii arriserint, approbentur, et in collegio rata sint, ac firma: si vero non aliter provideatur, bene ordinandorum discussa materia, donec duabus tertiis partibus collegii placuerint, quae per statutarios ordinata fuere. Et quum jam fuerint approbata in praesentia doctorum de collegio, omnibus dictis doctoribus de collegio, praestet prior sacramentùm, illa sic ordinata manutenere, et inviolabiliter servare sub poena perjurii; et sic omnes doctores jurare teneantur. Qui jurare renuerit, recedat a collegio seniorum. Quam proponimus observandam methodum, nos ipsi sumus sequuti.

STATUTUM XXX.

De statutis observandis.

§. 88. Statuimus, ac volumus, quod omnia statuta, et singula in statutis contenta inviolabiliter serventur, et quod non debeant, nisi ad meram literam intelligi. Quod si contingat, ea per aliquem glossari, eis aliquid addi, aut aliquo modo vitiari, illae glossae, seu additiones pro nullis habeantur, ac falsis, et si fuerit doctor, qui ea glossaverit, addiderit, addi fecerit, aut minuerit, privetur perpetuo de collegio, neque possit ullo tempore in officio remitti, nisi glossae tales, seu additiones, nemine discrepante octodecim seniorum, admissae fuerint; quae omnia de manu tantum nostri notarii in libro statutorum scribi debeant, neque audeat alter id facere. Et si aliquo casu acciderit, doctores de collegio supradictorum statutorum aliquid suspendere, ac dispensare velle, nolumus hoc posse fieri, nisi omnibus doctoribus unanimiter assentientibus, eorumque nemine discrepante, et hoc sub poena perjurii. De statutis observandis.

§. 89. Caeterum sive glossae illae, seu additiones, ut supra, ab octodecim senioribus admissae fuerint, sive doctores de collegio supradictorum statutorum aliquid suspendere, De glossibus, et additionibus a senioribus factis.

aut dispensare velit, quamquam omnibus unanimiter assentientibus, eorumque nemine discrepante; adhuc tamen quidquid de novo additur, eminentissimus adprobare debeat legatus, ut vim legis habere possit.

Joseph Franciscus Testa phil., et med. doct. colleg. num., et statutarius prothomedicus.

Sanctes Revalli phil., et med. doct. colleg. numerar., et statutarius.

Franciscus Perci phil., et med. doct. colleg. numer. et statutarius.

Joannes Bononi phil., et med. doct. colleg. supranumerus, et statutarius.

EDITTO

Per li speziali, chirurghi, barbieri ed altri.

Francesco del titolo di san Clemente della S. R. C. prete card. Carafa prefetto della s. congregazione de' Vescovi, e Regolari, della città, e ducato di Ferrara legato a latere.

Lex edictalis pro pharmacopolis, chirurgis, et barbitonsoribus.

§. 90. Quantunque il bando generale, con cui nelle cause criminali, si governa questa legazione, nel cap. 46. fino al 48. abbia con salutevoli provisioni stabilito diversi ordini per ovviare agli inconvenienti, che nell' esercizio dell' arte de' speziali da medicina potrebbero accadere; pur tuttavia non essendo mai superflue in cosa di tanto momento le applicazioni più serie, considerando poi quello, che o per negligenza di chi esercita dett' arte, o per malizia degli uomini potrebbe accadere, abbiamo stabilito col rinnovare il presente editto supplire a quel di più, che stimiamo necessario doversi ordinare, e che dal medesimo bando generale non è stato considerato; percioochè.

I.

De poenis incurrendis pro facta sub ministratione medicamentorum sine licentia.

§. 91. In primo luogo, vogliamo, ed ordiniamo, che non sia in avvenire più lecito a detti speziali, spedire, e dar fuori alcuna porzione medicinale, e benchè semplice o semplicissima, o qualunque altro rimedio spettante all' interno, se prima da qualsiasi persona, che la richieda non sia esibita la ricetta, e questa sia sottoscritta da uno de' medici matricolati di questa città, o da quello, che riguarda ai luoghi di questa legazione fosse il medico esercente, o condotto del medesimo luogo, sotto pena di cinquanta scudi, o della galera a nostro arbitrio, secondo la qualità, e gravezza de' casi, e de' disordini, che potessero da sì perniciosa facilità, e connivenza derivare.

Qual pena potrà stendersi a gradi maggiori, eziandio della morte, se il propinato medicamento fosse composto di semplici, o minerali per la loro natura violenti, e molto più, che avessero qualità venefica, e per le quali ne venisse cagionata la morte, o altra gravissima infermità in quello, a cui fosse il propinato medicamento interne dato, nel qual caso quantunque potesse rivocarsi in dubbio, che dolosamente non fosse stato ordinato, o spedito; vogliamo, che il dolo sia sempre provato, e debba aversi per intervenuto, una volta che contro a questa ordinazione si fosse disubbidito.

II.

Similes pro chirurgis, et barbitonsoribus internos morbos curantibus.

§. 92. Proibiamo sotto le medesime pene pecuniarie, e della galera, estensiva anche a quella della vita, a qualunque chirurgo, o barbiere, tanto di questa città, che di questo ducato l' ingerirsi in ordinare eziandio con le loro ricette a loro ammalati alcun medicamento interno, sia in polvere, sia in bevanda, in bocconi di qualunque genere si sia da propinarsi a quegli infermi, che saranno alla loro cura soggetti, quando non vi concorra il sentimento di un pubblico medico matricolato, che con ricetta da lui sottoscritta non la prescriva, alla qual pena saranno soggetti quei speziali, che tali medicamenti interni con la sola ordinazione del chirurgo dispensassero, o moto proprio ricettassero, (quando però non fossero insiememente medici, e chirurgi) debbano ricettare medicamenti esteriori, oli, unguenti, ed ogni altra esteriore applicazione, che o per le ferite, o per lussazioni d'ossi, o riattazione de' membri convenissero, in nulla giovando, che secondo l'ordine medico dovesse il corpo del paziente prepararsi con alcuna medicina purgativa, perchè il tal caso non potrà ciò da loro farsi senza l' intervento del medico fisico che ordini, la ricetti, e la prescriva. Ordiniamo però a scanso di qual-

Digitized by Google

sivoglia inconveniente, e sotto alle medesime pene pecuniarie, ed estensive ad arbitrio, che debba ogni speziale tenere in bottega il ruolo de' medici.

III.

Similes pro tyronibus artem exercentibus.

§. 93. A tal pene parimenti saranno soggetti coloro, che non avendo alcuno studio di teorica, o di pratica pretendessero ingerirsi nella curazione di qualunque morbo, con ordinare medicine tanto interne, quanto esterne, quali vengono chiamati medicastri, e che hanno più del ciarlatano, che del professore, e costoro devono essere come perniciosissimi alla repubblica, eliminati, e distrutti.

IV.

Similes pro obstetricibus praecepta non servantibus.

§. 94. Le mammane poi in qualunque occasione, sia di gravidanza, parto, o puerperio, parti scabrosi, e difficili non s'ingeriranno mai ad ordinare alcun medicamento interno, sia in bevanda, in bocconi, o in polvere, nè emissioni di sangue in tempo di gravidanza, parto, o puerperio, eziandio, che lo giudicassero proficuo, ma dovranno persuadere le partorienti a soggettarsi al consiglio, e direzione de' medici, non essendo loro permesso altro, che prescrivere l'uso di quelli rimedi esteriori, che o per conservare, o per facilitare il parto, o dopo il parto sogliono alle donne applicarsi, sotto pene a nostro arbitrio.

V.

Similes pro pharmacopoliis medicamenta consanguineis, et amicis sine licentia doctorum suppeditantibus.

§. 95. Li speziali poi non dovranno di propria autorità, nè per qualunque istantaneo motivo, ricettare, o propinare a veruna persona sia amica, o parente, anche col pretesto, che fosse avventore del loro negozio, alcuna medicina, o lenitiva, o purgativa senza la prescritta ricetta di un qualche medico matricolato, che dovrà sottoscriversi a piedi di essa, sotto pena di scudi cento in caso di contravenzione, ed altre secondo la qualità, e circostanza dei casi. Similmente, e sotto le medesime pene proibiamo a qualunque droghiere il vendere a qualunque, e veruna persona al minuto qualsivoglia medicamento interno.

VI.

Similes pro barbitonsoribus emissiones sanguinis sine licentia exercentibus.

§. 3. Praeterea statuimus, ac decernimus, quod monachi cessionarii Casamari provinciam Romanam Cisterciensem in eorum superiorem et in perpetuum recognoscere teneantur, eidemque provinciae facultas monasterium Fossaenovae, illiusque monachos per visitatores a capitulo generali deputandos de quinquennio in quinquennium visitandi eisdem modo, et forma, quibus adhuc visitaverunt monasterium Casamari competat. Insuper, quod in electionibus novi abbatis monasterii Casamari quocumque tempore faciendis, sive per obitum, sive per resignationem aut alias quomodocumque illius abbatis officium vacare contigerit, unus monachus a dicta provincia deputandus intervenire, ac electio cum illius praesentia, et adsistentia fieri debeat, et ad hunc effectum prior ipsius monasterii patres dictae provinciae monere debeat, ut dictum deputatum, qui electioni hujusmodi praesideat, nominare curet, etsi is intra mensem post expeditam monitionem non venerit, eo elapso, prior ejusdem monasterii Casamari, capitulum illius monachorum, ut ad electionem procedant convocare possit. Quamobrem, ut abbas dicti monasterii de Casamari sit quoque abbas monasterii de Fossanova, ubi prior ab eodem abbate constituetur ad sui nutum amovibilis, quoties in Domino expedire judicaverit, qui monachos ibi degentes juxta regulam usus, et antedicti abbatis praecepta gubernet, et dirigat: verum omnis illius jurisdictio, et auctoritas cessabit, ubi abbas monasterii de Casamari aderit, et praesens fuerit motu, et auctoritate praedictis mandamus.

De ordine peragendae visitationis.

§. 4. Visitatio a superioribus dictae provinciae peragenda erit continuo in utroque monasterio, quae tamen incipienda erit a dicto monasterio de Casamari, eaque absoluta, im-

Digitized by Google

mediate, et indesinenter aggredienda erit in monasterio Fossaenovae, et sicuti visitatoribus provinciae pro unius monasterii visitatione solvebantur scuta viginti juxta concordiam apostolica auctoritate a felicis recordationis Clemente pp. XIII. praedecessore Nostro per suas literas in simili forma Brevis sub die vigesima tertia decembris millesimo septingentesimo sexagesimo secundo approbatam, in posterum cum duo erunt monasteria visitanda, ideoque tempus, et incommodum majus requiratur, alia scuta decem contributioni praedictae adjicimus, ita tamen, ut pro utroque monasterio scuta triginta pensitentur.

Praeceptum de solvendis contributionibus juxta solitum.

§. 5. Quod si memoratum monasterium de Fossanova procurae generalis officio ordinis, et provinciae praedictorum in hac alma Urbe Nostra aliquam annuam contributionem solvebat, eam deinceps pariter pendere mandamus; juxta tenorem articuli VIII. concordiae praedictae abbas monasteriorum de Casamari nullum monachum ordinis, et provinciae hujusmodi in dicto monasterio nec ad breve tempus excipere tenebatur, sicuti pariter in aliquo ex suis monasteriis provincia praedicta nullum monachum monasterii de Casamari excipere cogebatur; ita vicissim servari volumus in monasterio Fossaenovae, quod si monachus provinciae praedictae expresse professus ad monasterium Casamari transire desideret, ipse erit omnibus extraneis postulantibus in admissione praeferendus, praevia tamen approbatione abbatis de Casamari, et si usquam monachi reformati monasterium Fossaenovae deseruerint, tunc provincia praedicta in possessionem ejusdem monasterii erit redintegranda. Monachi ejusdem provinciae in actu cessionis dicti monasterii de Fossanova abbati de Casamari omnia bona mobilia, et immobilia, suppellectilia cujusvis generis, pecunias, credita, actiones, scripturas, archivium, et si quid aliud continetur in inventario exhibito in postremo capitulo generali, detractis tamen e pecuniis depositis in capsa trium clavium summis assignatis pro vestitu, victu, et viatico monachorum nunc in eodem monasterio de Fossanova degentium usque ad illorum discessum debito tradere omnino debeat, auctoritate, motu, ac scientia praedictis constituimus, atque mandamus.

Clausula sublata, et de-

...cretum irritans.

§. 6. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, congregationis, et provinciae praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia junii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXVII.

Dat. die [illegible] junii 1795. Anno XXI.

Impositio vectigalis super fructibus ecclesiasticis in civitate et districtu Parmensi existentibus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quamvis pro sacri ministerii officio, quo ex ineffabili divinae bonitatis dono fungi-

mur, ut omnes immunitates, ac privilegia ex patrum traditione, et sacrorum canonum dispositione, tum ecclesiis, tum clero debita, quantum in Nobis est, sarta tecta serventur, curare teneamur, quoties tamen, et praesertim de pauperibus corporis infirmitatibus affectis substentandis res est, Nos praedecessorum Nostrorum Romanorum pontificum exempla sectantes hisce desuper jure meritoque Nostram apostolicam auctoritatem ad eorum refugium, et curationem interponere non obnuimus, prout omnibus rerum circumstantiis mature perpensis in Domino salubriter expediri arbitrati sumus.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, nosocomium de Misericordia nuncupatum civitatis Parmensis rei familiaris angustiis ita prematur, ut nisi sollicite extraordinariis subventionibus eidem succurratur, proxime esset occludendum, ac quamvis Nos alias ad preces dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regii Hispaniarum infantis, super fructibus, redditibus, ac proventibus monasterii abbatiae nuncupati s. Mariae de Claravalle de Columba nuncupat. ordinis Cisterciensis Placentinae dioecesis provinciae Bononiensis, quae per obitum bo. me. Andreae dum vixit Sanctae Romanae Ecclesiae episcopi card. Sabinensis Corsini nuncupati vacaverat, in actu illius collationis novissime dilecto filio Nostro Julio Mariae S. R. E. card. de Somalia nuncupato per Nos factae conspicuam scutorum bis millium quingentorum annuam pensionem eidem nosocomio reservaverimus, ac assignaverimus, adhuc tamen majoribus indigeat subsidiis; memoratus Ferdinandus infans de tenui imponendo vectigali aliquibus generibus, seu fructibus consumptibilibus, ac praesertim uvis, et vino toties, ac in civitatem Parmensem, ejusque suburbia importabuntur, et introducentur, cogitavit: quamobrem cum ipse Ferdinandus infans, ut ab omnibus omnino ecclesiis, atque ecclesiasticis, tum saecularibus, tum regularibus vectigal hujusmodi solvatur juste, et rationabiliter desideret, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsius Ferdinandi infantis votis annuere, ac tam proficuo, tamque reipublicae utili instituto, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, ac supplicationibus suo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine tenore praesentium constituimus, praecipimus, ac mandamus, ut imposterum, ac futuris perpetuis temporibus antedictae res consumptibiles a memorato Ferdinando designandae, seu declarandae, quae in civitatem Parmensem importari solent, et introduci, aut ex bonis, praediis, fundis, agris, etiam ex bonis primae erectionis, perceptae, quae in praesens ecclesiastica gaudent immunitate, aut quomodolibet ad quascumque ecclesiasticas personas, tam saeculares, quam regulares quibusvis privilegiis suffultas, ac munitas, ac quacumque dignitate praeeminentes etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, ad quaecumque monasteria, conventus, collegia, hospitia, et alia pia loca saecularia, et regularia utriusque sexus etiam undecim congregationum, et universalis Romanae inquisitionis, quarumcumque militiarum, etiam fratrum sancti Joannis Hierosolymitani, et equestris ordinis, seu militiae Constantinianae, nec non ad quascumque ecclesias, et mensas episcopales, abbatiales, conventuales, capitulares, et ad prioratus, praeceptorias, praeposituras, canonicatus, praebendas, et dignitates etiam majores, et principales, et alia quaecumque beneficia ecclesiastica etiam de jure patronatu, ac ad Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales: quocumque jure, ac titulo pertinentes, vectigali ab eodem Ferdinando infanti pro circumspecta sua pietate, et religione imponendo, quae attingat circiter scuta duo pro quolibet centenario super pretio generum, seu fructuum introducendorum in commodum, ac utilitatem nosocomii praedicti, et non in aliam causam ab administratoribus publici aerarii erogando, sint omnino obnoxii, subjecti, et obligati in omnibus, et per omnia perinde ac si ex bonis, praediis, fundis, agris, aliisque rebus praedictis ad quaslibet dictas ecclesiasticas personas, aut ecclesias, aliaque loca hujusmodi pertinentibus perceptae non essent, aut ad easdem personas, aut ecclesias, et loca pia praedicta quomodolibet non spectassent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effe-

eius sortiri, et obtinere, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasteriorum, conventuum, collegiorum, hospitiorum, aliorumque piorum locorum saecularium et regularium, etiam undecim congregationum, quarumcumque militiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia junii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 3. julii 1795. Anno XXI.

MXVIII.

Concessio indulgentiae assequendae ab eis, qui visitaverint ecclesias ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum diebus ab ordinario praefiniendis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio et tenor concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac s. communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum nuncupatorum, ac confraternitatum, aliarumque communitatum eidem ordini aggregatarum in uno anni die per ordinarios respective locorum designando a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac s. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper eisdem christifidelibus etiam vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui expositioni sanctissimi eucharistiae sacramenti de licentia eorumdem ordinariorum in nonnullis ex praedictis ecclesiis per novem dies continuos immediate antecedentes praedictam diem, sic, ut praescribitur, designatam faciendae, per aliquod temporis spatium devote interfuerint, ibique, ut supra oraverint: quo die praedictorum id egerint, septem annos, et totidem quadragenas.

Remissio peccatorum.

§. 2. Praeterea christifidelibus praedictis, saltem contritis, easdem omnes ecclesias in singulis novem diebus hujusmodi, ut praescribitur, visitantibus, ibidemque orantibus bis centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus: quas omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides habenda transumptis.

§. 3. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notari publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia julii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus nostri anno viges. primo.

Digitized by Google

Dat. die 14. julii 1795. Anno XXI.

MXIX.

Concessio mitrae tela linea indutae gestandae in qualibet functione pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis Caesenatensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Postquam ad summi pontificatus dignitatem, licet nullis Nostris suffragantibus meritis, evecti fuimus, ex eo tempore, quoties Nobis oblata est occasio, Nostram paternam charitatem, qua patriam, ac civitatem Nostram Caesenatensem sincere prosequimur, indubiis monumentis probare haud praetermisimus. Si enim inter gravissimas, ac multiplices officii Nostri curas de utilitate ac honoribus aliarum civitatum, quae Nobis, et Sanctae Romanae Ecclesiae etiam in temporalibus subsunt, solliciti sumus, dignum profecto justumque est, ut eamdem civitatem ac patriam Nostram Caesenatensem, propensiori quodam affectu, natura ipsa dictante, complectamur. Cum itaque insignem cathedralis ecclesiae Caesenatensis dignitatem, cui plures S. R. E. cardinales, ac fe. re. Benedictus Papa XIII. praedecessor Nostri, dum adhuc cardinalatus dignitate fulgebat, praefuerunt, nec non dilectorum filiorum canonicorum, et capituli ejusdem cathedralis ecclesiae singularem fidei constantiam, ac eximium erga Nos, et hanc sanctam Sedem devotionis affectum pensamus, aequum arbitramur illorum petitionibus, quae ad ipsius ecclesiae splendorem augendum, illiusque canonicos novis honoribus honestandos pertinere dignoscuntur, congruum impertiri suffragium prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eosdem canonicos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut omnes, et singuli, dignitates, et canonici dictae cathedralis ecclesiae Caesenatensis perpetuis futuris temporibus mitram tela linea indutam in omnibus ecclesiasticis functionibus, in quibus, juxta pontificale Romanum ipsi sacris vestibus utuntur, gerere ac gestare, illaque uti libere ac licite possint et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et spectabit, quomodolibet in futurum plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausulae irritans.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus probationibus, ac synodalibus, conciliis editis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta julii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo. Derogatio contrariorum.

Dat. die 14. julii 1795. Anno XXI.

MXX.

Immutatio festorum in civitate et dioecesi Pharaonensi.

Venerabili fratri episcopo Pharaonensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio remittendae ... (marginal note)

§. 1. Quum sicut quaedam sunt, ut inquit sanctus Leo Magnus praedecessor Noster, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quae aut pro consideratione aetatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quae vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec praeceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum; ea propter apostolica haec sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quae coeteroquin ad majus divini cultus incrementum praescripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiae angore contemnuntur. Quoniam autem sicut Nobis nuper exponi fecisti, in civitate, et dioecesi Pharaonensi ita exereverint calamitates, et angustiae propter praesentium temporum infortunia, ut miseri illius populi, incolae, ac praesertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persaepissime cogantur, quamvis animo invito, dies festos negligere, operibus mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum: ac propterea Nobis humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor, et conditiones concessionis.

§. 2. Nos itaque, qui Christifidelibus quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad aeternam salutem comparandam, humanamque vitam honeste substentandam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticae disciplinae rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos homines, et incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes injungimus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in dicta civitate, et dioecesi Pharaonensi existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequentis sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, et sequentis, Pentecostes, nec non Corporis Christi, Ascensionis, sancti Joannis Baptistae, ac sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Jacobi, et commemorationis omnium Sanctorum; praeterea quinque dicatis beatae Mariae virginis immaculatae, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris dictae civitatis, et cujuslibet loci pro hominibus eorumdem civitatis, et locorum dumtaxat, quibus sane diebus festivis integra maneat praecepti obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem praeceptis, sive per speciales ejusdem civitatis, et dioecesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, praeceptis, praescriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientiae scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, statuas, praecipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et dioecesis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse de-

Digitized by Google

rogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vigesima prima julii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXXI.

Dat. die 26. julii 1795. Anno XXI.

Subjectio consulatus Juliae Caesareae jurisdictioni cappellani majoris regis catholici.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Super universum Dominicum gregem, meritis licet imparibus, divina dispositione constituti ad ea libenter intendimus, per quae Christifidelium saluti praesertim inter infideles rationabilibus de causis commorantium utilius providetur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod cum ad decus non solum officii consulatus Hispani in oppido Juliae Caesareae constituti, sed maxime ad spiritnale bonum suorum subditorum inibi degentium conferret, quatenus officium hujusmodi, suique obnoxii jurisdictioni cappellani majoris suorum exercituum subjiceremus: Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Caroli regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas, quorum interest a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praevia dicti officii consulatus cum omnibus, et singulis ei quomodolibet obnoxiis separatione, dismembratione, et divisione a quacumque ordinaria jurisdictione, et superioritate, cui usque adhuc obedivit, illud, ac omnes subditos Hispanos in memorato oppido Juliae Caesareae commorantes, ac eidem officio consulatus quomodocumque obnoxios ordinariae jurisdictioni, atque auctoritati moderni, et pro tempore existentis cappellani majoris exercituum regis catholici auctoritate apostolica perpetuis futuris temporibus tenore praesentium subjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis legitima, et juridica etiam ex eo, quod in praemissis omnibus, et singulis, et circa ea quomodolibet, vel ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes cujuscumque dignitatis, gradus, et praeminentiae sint, illis non consenserint, aut ad id vocati, et auditi, et causae propter quas eaedem praesentes emanaverint, adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis nostrae, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specificam, et individuam mentionem, ac expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque colore, praetextu, ratione, vel causa etiam in capite juris clausa, occasione, aliave causa quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, vel quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, nec alias probari posset, notari impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu proprio concesso, vel impetrato, vel emanato uti, seu se juvare in judicio, vel ex-

Digitized by Google

tra illud posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, et Sedem apostolicam etiam motu proprio, certa scientia, et apostolicae potestatis plenitudine etiam consistorialiter, et ex quibuslibet causis, et sub quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, et concessis, ac faciendis, et concedendis comprehendi, sed tamquam ad majus bonum tendentes semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas fore, et esse; sicque et non aliter in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima sexta junii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXXII.

Dat. die 15. julii 1795. Anno XXI.

Instante procuratore generali canonicorum regularium ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum nuncupatorum conventus sancti Benedicti a Fassolo nuncupati civitatis Januensis confirmatur transactio inter principem ab Auria Pamphili ex una, et canonicos regulares ordinis et conventus praedictorum ex altera partibus inita de ac super jure patronatus dictae ecclesiae et conventus.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Inter multiplices, ac gravissimas sollicitudines, quibus hisce difficillimis temporibus pro pastoralis officii Nobis ex alto commissi munere urgemur, libenter auctoritatis Nostrae partes circa ea interponimus, per quae lites, ac controversiae, quae vero sine christianae charitatis dispendio agitantur, in suis ipsis primordiis dirimuntur, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Tenor precum porrectarum a transigentibus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Hernandez canonicus regularis expresse professus, ac procurator, et minister generalis canonicorum regularium ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum nuncupatorum, quod cum dilectus itidem filius nobilis vir princeps Andreas ab Auria Pamphili jurispatronatum ecclesiae sancti Benedicti a Fassolo, et conventus canonicorum regularium hujusmodi civitatis Januensis suae praenobili familiae ab Auria competens, et jam inde a felicis recordationis Clemente pp. VIII. praedecessore Nostro per suas sub die quinta septembris anni millesimi quingentesimi nonagesimi sexti sub plumbo expeditas literas confirmatum, et approbatum in pristinum, a quo nonnullis de causis quodammodo deciderat, statum restituere, omnesque controversias, atque actio-

Digitized by Google

nes, quas canonici regulares ordinis, et conventus praedictorum adversus possessores majoratus, seu primogeniturae ab Auria ob quaedam non adimpleta sibi injuncta onera movere intendebant, firmiter, ac in aevum dirimere, sicque divini cultus augmentum, ac proximorum praesertim in captivitate degentium salutem procurare desiderasset, ex plurium juris consultorum placito tandem aliquando inter memoratum Andream principem ex una, et canonicos regulares ordinis, et conventus praedictorum ex altera parte stipulata conventio, seu transactio, tenoris qui sequitur.

In Dei nomine. Amen.

Tenor conventionis.

§. 3. Praesenti publico concordiae, et conventionum instrumento, cunctis ubique pateat, notumque sit, quod anno a saluberrima Domini Nostri Jesu Christi nativitate millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, indictione Romana decimatertia, die vero quinta januarii, pontificatus autem sanctissimi domini Nostri domini Pii divina providentia papae VI. anno ejus vigesimo.

Essendo che tra il reverendissimo padre maestro Francesco Hernandez procuratore generale dell'ordine Trinitario in quest'alma città di Roma, e l'illustrissimo signor avvocato Pio Ciampelletti uditor generale di sua eccellenza il signor principe Doria ambedue autorizzati, come appresso, dai rispettivi loro committenti, siasi colla mediazione dell'illustrissimo signor avvocato Figari agente in questa stessa città di Roma della serenissima repubblica di Genova, assunto, e conciliato, dopo replicate sessioni, ed esami, un piano di concordia diretto a sistemare stabilmente tutte le questioni pendenti tra la prelodata eccellenza sua, ed i padri Trinitari del convento esistente in Genova sotto il titolo di san Benedetto a Fassolo, tanto sul padronato, che il predetto signor principe crede competerle sul convento, e conventualità medesima a termini della convenzione inserita nella bolla di Clemente VIII. dei cinque settembre mille cinquecento novantasei, sull' adempimento di una messa perpetua in suffragio dell'anima della fu principessa donna Giovanna Colonna in Doria, e nel di più che concerne il successivo perpetuo regolamento, e vicendovole corrispondenza fra i religiosi, ed il patrono, il tutto a forma del convenuto in detto piano, consistente in più, e diversi fogli da riferirsi in appresso, i quali fin sotto li ventisei maggio del prossimo scaduto anno furono sottoscritti dal ridetto illustrissimo signore avvocato Figari mediatore, quanto dalli prefati reverendissimo padre procuratore generale dell'ordine Trinitario, ed illustrissimo signore avvocato Ciampelletti, e che indi passati originalmente alla cognizione, ed esame de' padri Trinitarj di Genova, furono tante da quel ministro, che dagli altri religiosi di quel convento approvati, ratificati, e sottoscritti da ciascheduno di essi sotto li diciannove giugno detto anno con originale firma munita della legalità arcivescovile di detta città di Genova, alle quali firme tutte sussiegue il chirografo del prelodato signor principe, con cui approva il convenuto in detto piano, e fa la procura in persona del detto signore avvocato Pio Ciampelletti per la stipolazione del presente istromento, siccome tutto risulta da predetti fogli di concordia, che si consegnano a me notaro, per inserirsi al presente istromento del tenore ec. » Essendo che coerentemente al convenuto in detta concordia siasi fatto l'inventario di tutti i mobili, arredi, ed argenti sagri della sagrestia, e chiesa di san Benedetto a Fassolo colla classificazione di quelli, che procedono dalla casa Doria dagli altri altronde provenuti alla chiesa, e sagrestia, e tal inventario siasi fatto coll'assistenza dei religiosi, e dei ministri del signor principe in Genova, e perciò munito delle rispettive firme sotto li ventotto giugno detto anno, il predetto inventario si dà a me notaro per inserirlo al presente istromento, del tenore ec. » Essendo parimenti, che dopo la confezione di detto inventario abbia voluto il prelodato signor principe assegnare per servizio di essa chiesa, e sagrestia alcuni altri arredi sagri descritti nel supplemento di detto inventario, qual supplemento dovrà a me notaro consegnarsi per indi inserirlo al presente istromento. Essendo finalmente che il prelodato signore principe volendo consegnare in stato di buon essere tutte le fabbriche di detto suo convento, e chiesa di san Benedetto a Fassolo, abbia fatto periziare d'accordo con i religiosi la spesa occorrente, per ridurre in

detto stato le medesime fabbriche di chiesa, e convento, e stabilitasene la valuta in lire di Genova fuori banco due mila, settecento novant' otto, abbia egli fatto pagare in vece lire tremila fuori banco a detti religiosi con avere da questi ritirato la dichiarazione, che originalmente anche si consegna a me notaro, per inserirsi al presente istromento del tenore ec., colla quale nel confessare di avere ricevuto detta somma s'obbligano di ridurre in stato di buon essere dette fabbriche, e correspettivamente dichiarano di averle ricevute come tali; e volendosi dalle parti il tutto, come sopra a perpetua immancabile cautela ridurre a pubblico istromento, colla riunione delle richiamate inserzioni.

Stipulatio concordiae §. 4. Laonde avanti di me notaro publico, e testimonj infrascritti ec. presenti, e personalmente esistenti li precitati reverendissimo padre maestro Francesco Hernandez procuratore generale dell'ordine Trinitario, ed in questa parte procuratore del convento e reverendi padri di detto ordine Trinitario, esistente in Genova sotto il titolo di s. Benedetto a Fassolo, come da special procura in sua persona fatta, e canonicamente rogata del signore Alessandro Benedetto Gastaldi di detta città di Genova pubblico notaro, di cui copia pubblica dal medesimo sottoscritta, e munita della prefata legalità, qui s'inserisce originalmente del tenore ec., ed il precitato illustrissimo signore avvocato Pio Ciampelletti uditore generale di sua eccellenza il signor principe Andrea IV. Doria Pamfili a quest'atto dall'eccellenza sua specialmente deputato, in virtù di procura del lodato signor principe fatta registrare in piè di detti fogli, come sopra riferiti, ed inserti, e dal medesimo segnata sotto il dì venti dicembre scorso, alla quale ec., ambedue a me notaro pienamente cogniti, di loro spontanea volontà, ed in ogni altro miglior modo ec., asserendo, ed affermando in detti loro rispettivi nomi, e come procuratori suddetti tutte, e singole cose di sopra espresse, e narrate essere state, ed essere vere, e verissime, e quelle, come tali ratificando, ed approvando unitamente ai precitati inserti documenti, e fogli colli patti, e convenzioni in quelli apposti, i quali ora a maggior reciproca cautela, e per perpetua loro fermezza, e validità per titolo di amichevole concordia, e transazione, ora in questo istromento riportano, e convengono, stabiliscono, e rinnovano reciprocamente, volendo colli medesimi, ed infrascritti sopita fra il detto eccellentissimo signor principe Doria, e li detti convento, e padri di san Benedetto di Genova, ogni e qualunque altra controversia, azione, diritto, e ragione respettiva, imponendo a queste, se vi fossero, tanto di presente, che in futuro perpetuo fine, e silenzio, dovendo soltanto perpetuamente osservarsi, e rimanere nel suo totale vigore li suddetti, ed infrascritti patti, già convenuti in detti fogli, e nella maniera, che siegue, e non altrimenti ec. cioè

I.

§. 5. Che l'odierno signor principe Doria, e per esso il prefato signor avvocato Ciampelletti procuratore, rinunciando a qualunque ragione, che all'eccellenza sua potesse competere, per non pagare gli arretrati decorsi fin oggi, e procedenti da diversi legati, e disposizioni come che pretesi indebiti, per non essersi per parte dei religiosi adempiti gli asserti obblighi correspettivi, debba, come si obbliga non ostante rimossa vicendevolmente ogni eccezione, e controversia in forza della presente concordia, con cui s'intende, e vuole per base sostanziale del contratto stabilire, ed occorrendo fondare di nuovo il riferito padronato, giusta la forma del pattuito in questo piano, chiamarsi liquido debitore, come per esso si chiama il detto signor avvocato Ciampelletti a favore di detto convento, e conventualità di s. Benedetto di tutti gli arretrati decorsi dalli ventitrè novembre mille settecento settantacinque, tempo dal quale, se ne interruppe il pagamento a tutto il prossimo passato mese di giugno, termine del conteggio de' suddetti arretrati, e che per le diverse cause spettanti alla lodata eccellenza sua, e provenienti tanto dal legato in origine del principe Gio. Andrea, quanto dal legato del principe Gio. Andrea III., ed in origine della principessa donna Giovanna nata Colonna, restando liquidato di comun consenso, ed a contemplazione della presente concordia nella somma di lire trentunmila, settecento due, e soldi quattordici, e denari dieci fuori banco, aggiungendo a questa somma altre lire quattro mila, seicento trentadue, soldi tredici, e denari quattro simili, che il signor Pacta conventa super solutione onerum.

principe, e per esso il signor avvocato suddetto, ora graziosamente manifesta di voler per parte sua aggiungere, ed accreditare a profitto del suddetto convento, affinchè le valute di detti legati, e disposizioni, non solo dai ventitrè novembre mille settecento settantacinque a tutto il conteggiato tempo di giugno prossimo passato, ricevino l'aumento dell'agio dal quindici al venticinque, ma anche collo stesso aumento siano ragguagliati dai ventidue novembre mille settecento settantacinque a tutto il ventitrè novembre mille settecento cinquantacinque, anno in cui si emanò la grida del serenissimo governo di Genova per l'aumento dell'agio sulle lire di banco dal quindici al venticinque, aggiungendo in oltre altra somma di lire tremila seicento sessantaquattro, soldi undici, e denari dieci, anche fuori banco, che lo stesso signor principe e per esso il ridetto signor avvocato procuratore a contemplazione pure della presente concordia, e di quanto in essa si conviene, generosamente spiega di accumulare in aumento di dote dello stesso padronato, ed annessivi obblighi perchè così ec.

II.

De solutione annuae praestationis a principe ab Auria conventui solvendae.

§. 6. Che di tutto questo intiero costituente la somma di lire fuori banco quarantamila, debba il predetto signor principe costituirne, conforme per esso il precitato signor avvocato Ciampelletti ne costituisce un capitale passivo contro il detto signor principe coll'annua produzione de' frutti a favore del convento di s. Benedetto a ragione del tre per cento, ed hanno così convenuto, per trattarsi di denaro, che in oggi diviene di ragione del luogo pio, e perciò destinato a rinvestimento fruttifero, e che questo capitale tanto nella sorte, che ne' frutti da decorrere resti similmente con i vincoli, e condizioni del pattuito nel complesso della presente concordia, fondandolo, e specialmente ipotecandolo sul marchesato di Cabella, e Cremonte, che lo stesso signor principe comprò; ed acquistò con suoi denari propri come da istromento rogato li ventiquattro luglio mille settecento ottantatrè da Gio. Battista Sveglia notaro di Genova, restando bensì in facoltà dello stesso signor principe, e successori nella promogenitura d'estinguere, quando gli parerà, e piacerà il suddetto debito, come sopra assunto, e sul detto fondo libero del marchesato di Cabella trasferendone a favore del convento di uno, o più capitali adequanti la detta somma, e che producbino un frutto per lo meno del tre per cento, siano egualmente sicuri per il precitato convento, perchè così ec.

III.

De cessione jurium super domo Turzi, et correspectiva praestationis solutione ex parte principis.

§. 7. Che il medesimo signor principe, e suoi successori alla primogenitura, e godimento del padronato del convento, e chiesa di s. Benedetto a Fassolo, debbano inoltre *in perpetuum*, come per essi promette, e si obbliga il detto signor avvocato, corrispondere ai padri Trinitarj di detto convento annue lire mille, e ottocento di banco, quante appunto si pattuirono colla precitata transazione del mille seicento ottantadue, e che trasfuse nel primogenito Doria, tanto per ministero della legge, quanto per espressa cessione, che gliene fanno i padri Trinitarj di s. Benedetto, e per essi il riferito padre procuratore generale, come sopra tutte quelle ragioni ad essi risultanti contro la casa Turzi in forza della specificata transazione, tanto che in esso signor primogenito Doria si riconcentri l'azione, per ripetere dalla casa Turzi quella rata delle lire mille ottocento, che essa deve annualmente in concorso di detta somma, giusta l'attribuzione pattuitane colla transazione del mille settecento cinquanta parimente enunciata perchè così ec.

IV.

De solutione pensionis pro legato instituto a principe Joanne Andrea III.

§. 8. Che inoltre il prelodato signor principe Doria, e primogeniti, e successori come sopra, debbano, come per essi si obbliga il riferito signor avvocato Ciampelletti, in conformità del precitato legato del principe Gio. Andrea III. derivante in origine dalla disposizione della principessa donna Giovanna nata Colonna, pagare annualmente a detti padri annue lire duecento sessantatrè moneta di banco, e che questi annui pagamenti da farsi come sopra, e provenienti tanto dal dichiarato capitale passivo assunto, come sopra, quanto dalli riferiti legati, e disposizioni, debbano servire di perpetua dote del convento, e chiesa di s. Benedetto di

Digitized by Google

Fassolo, per mantenervi per ora giusta le misure presene, otto religiosi, tra' quali sei, o sette debbano essere sacerdoti di provata vita, e per mantenere gli edifici di chiesa, e convento, e per tutto ciò, che occorre al culto di Dio nella chiesa, e per la manutenzione, e rinnovazione, che bisognasse degli utensili, ed arredi sacri perchè così ec.

V.

De aedificiorum conservatione.

§. 9. Che nel caso di necessaria ricostruzione da fondamenti degli edificj, e lati di essi, che compongono il convento, e chiesa di s. Benedetto, come anche nei casi di gravi danni cagionati a detti edificj dall' eventualità di casi fortuiti, sia obbligato il lodato signor principe Doria, come per esso si obbliga il detto signor avvocato nel nome come sopra, d' impiegare l' occorrente spesa per la riedificazione, mentre per la manutenzione bisognevole degli edificj medesimi, devono i religiosi supplirvi come per essi promette, e si obbliga il detto padre procuratore generale coll' annuale prodotto di detta dote, e fondo del padronato, nella cui coacervazione, e ragguaglio si è avuto riguardo, ed a calcolo l' annuale esito, per spese di manutenzione degli edificj, e quant' altro occorre di spesa in adempimento degli obblighi procedenti da questo padronato, che viene ristabilito, e consolidato perchè così ec.

VI.

De implemento onerum susceptorum.

§. 10. Che gli individuati pagamenti, debbano farsi adempire dal prefato signor principe Doria, come per esso promette, e si obbliga il riferito di lui procuratore annualmente, e precisamente nel mese di giugno di ciascun anno già incominciato a decorrere da luglio prossimo passato in mani del ministro pro tempore di detto convento di s. Benedetto nella seguenti proporzionate valute, cioè in lire fuori banco l' annualità del capitale passivo di lire quarantamila, per essere provenienti da un capitale di lire simili, e le annualità de' legati, come precedenti da lire di banco, debbano però soddisfarsi, o con biglietti del banco di s. Giorgio in Genova, o con giri in detto banco, con che peraltro in ogni anno nella scadenza di detti pagamenti, debba il padre ministro pro tempore di detto convento, come promette, e si obbliga per esso il detto padre reverendissimo Hernandez esibire, o al signor principe Doria, essendo in Genova, o non essendovi alla di lui deputazione, o rappresentante ivi dimorante il certificato sottoscritto, tanto dal detto padre ministro, quanto dal parroco della chiesa di s. Benedetto, in cui si dichiari, essersi per parte del convento adempiti tutti gli obblighi procedenti da questa concordia, o riconsolidazione del padronato, e tutti i convenuti suffragj e che in seguito di tal certificato, debba spedirsi l' ordine per il pagamento delle spiegate annualità costituenti l' intiero in lire mille duecento fuori banco, ed in lire duemila sessantatrè banco, pagabili nei modi, e forma, come si è convenuto di sopra, e non altrimenti ec. perchè così ec.

VII.

De operibus a monasterio implendis.

§. 11. Che debbano essi religiosi come per i medesimi promette, e si obbliga il detto reverend. padre, completare e mantenere la loro conventualità, almeno col numero di otto religiosi per ora, o sette tra quali siano da messa di provata vita, ad oggetto di potere mantenere nel suo vigore, e lustro la disciplina religiosa, e di potersi impiegare, in servire quella chiesa coll' adempimento degli obblighi inerenti, ed essere così operarj proficui alla salute delle anime con espressa condizione, che siccome la detta chiesa trovasi eretta in parrochia della famiglia Doria per tutta la circonferenza del palazzo di sua abitazione a Fassolo, e ne spetta al possessore della primogenitura la nomina del parroco, in virtù del decreto della curia arcivescovile di Genova spedito li 19. giugno 1593. dall' arcivescovo di quel tempo monsignor Alessandro Centurioni per gli atti del cancelliere di allora Marco Antonio Molfino, così uno, o due tra religiosi nell' occorrenza del parroco, debbano essere di lui coadiutorj, e nel sentire in chiesa le confessioni, e nell' insegnare la dottrina cristiana, e negli altri esercizj di pietà, e di religione, e quante volte si dasse il caso, che il convento per i contingibili accidenti per qualche intervallo di tempo (da non soffrirsi lungamente)

Digitized by Google

non avesse il completo numero, come sopra, qual numero dovrà reintegrarsi al più presto, che sia possibile, in questo caso a quello, o quelli, che mancassero di religiosi da messa, debba farsi supplire provisionalmente da preti secolari abili, agli occorrenti servizj della chiesa, con dare ad essi un proporzionato, e decente assegnamento, al quale effetto spetti al possessore pro tempore della primogenitura a Fossolo, di farne la nomina, ed al ministro superiore pro tempore del convento di accettarli perchè così ec.

VIII.

De orationibus faciendis in suffragium principissae Columnae.

§. 12. Che tutti i religiosi ogni giorno, dopo il vespero, debbano recitare un *De profundis* coll' orazione propria di requie, ed ogni anno nell' anniversario della morte, cantare una messa solenne, col previo officio de' morti in suffragio dell' anima della principessa donna Giovanna Doria nata Colonna, quella stessa, d' onde procede il surriferito legato del principe Gio. Andrea III. perchè così ec.

IX.

De distributione redditunm conventus.

§. 13. Che i medesimi religiosi, e per essi il padre ministro pro tempore insieme coi depositari della comunità, debbano avere tutta la cura, nel ben ripartire, ed amministrare le rendite di detto convento, che procedono dalla presente confezione, onde possa in progresso aumentarsi il numero dei religiosi, e niente manchi alla di loro religiosa sussistenza, ed all' adempimento degli obblighi, perchè così ec.

X.

De numero religiosorum retinendorum in convento.

§. 14. Che col prodotto delle annualità, che deve pagare l' eccellentissimo patrono possessore della primogenitura Doria a Fassolo, in forza della presente concordia debbano i religiosi sostentarsi nel ragguagliato numero di otto, mantenere tutti gli edificj di chiesa, e convento, siccome resta pattuito nel quinto degli obblighi del signor principe, impiegar altresì quello, che occorre per il culto nella chiesa, mantenere, e rinnovare, bisognando gli utensili, ed arredi sagri, de' quali e siti tutti, che possano occorrere annualmente, si è avuto riflesso, e ragione nella coacervazione della surriferita dote del padronato, e che a comune cautela de' contraenti, ed a maggior vantaggio della chiesa, e convento di s. Benedetto, debbano inventariarsi tutti gli utensili, ed arredi sagri della chiesa fatti a spese della casa Doria per distinguerli dagli altri, che vi esistono o fatti da padri, o procedenti da estranee oblazioni de' fedeli, con facoltà al patrono pro tempore, di obbligare il detto convento, e padri, anche nei tempi avvenire a descrivere egualmente nell' inventario come sopra le ulteriori largizioni, che spontaneamente si esercitassero dai signori della casa Doria, e tutto il di più, che esiste, e che occorrerà di farsi a tenore del presente obbligo, tutto ceda a libero vantaggio della chiesa medesima, anche a riflesso delle estranee oblazioni, che essa puole avere, e di qualche estraneo fondo di rendite, che possiede perchè così ec.

XI.

De confirmatione iurispatronatus favore principis.

§. 15. Che i suddetti religiosi, i quali formeranno il convento, o conventualità di s. Benedetto a Fassolo debbano riconoscere, come per essi il detto padre reverendissimo procuratore generale in loro nome riconosce l' odierno signor principe Doria, ed indi il possessore pro tempore della primogenitura a Fassolo, come il vero, e legittimo patrono della chiesa, e convento di s. Benedetto a Fassolo, non solo perchè il principe Gio. Andrea Doria seniore, *fere a fundamentis erexerit* la detta chiesa, e convento secondo si esprime la precitata bolla di Clemente VIII.; ma anche per aver lo stesso principe supplito alla dote di detto convento, sulle di cui traccie di costruzione, e dotazioni in oggi si stabilisce, ed occorrendo, di nuovo si fonda il padronato suddetto, e che però i suddetti religiosi in benemerenza verso la persona, e famiglia effettiva di sangue del patrono possessore pro tempore della primogenitura a Fassolo, ed anche in reintegrazione delle pie intenzioni spiegate dal principe Gio. Andrea seniore nella di sopra richiamata convenzione, debbano assumere, come per essi assume il detto padre reverendissimo procurator generale, loro procuratore i seguenti altri obblighi di benemerenza, ed omaggio cioè.

Alia onera assumpta a monachis in correspectivitatem praesentis transactionis.

§. 16. Che debbano a richiesta del principe Doria, e de' signori di sua famiglia essere uno, o più religiosi pronti a celebrare la messa per comodo de' medesimi, o nella chiesa di s. Benedetto, o nella cappella privata, perchè così ec. » Che debbano una volta il mese in perpetuo cantare decentemente una messa; ed applicarla in suffragio delle anime dei morti della famiglia Doria, perchè così ec. » Nel giorno diciotto dicembre d' ogni anniversario della principessa donna Zenobia, insigne benefattrice del convento, debbano cantare un officio, ed una messa di requie colla debita decenza per la di lei anima, e lo stesso praticare in *perpetuum* ne' giorni anniversarj della morte della ch. m. Andrea, e Giannettino Doria, perchè così ec. » Allorchè piacerà a Dio, di richiamare a se, dopo lunga serie di anni l' odierno eccellentissimo signor principe Andrea IV. Doria Pamfili debbano suffragarne l' anima con decorsa esequie funebre di messa ed assoluzione in quei giorni nei quali il rito di Santa Romana Chiesa lo permetta, altrimenti con messa corrente, applicata per l' anima dello stesso, e ciò per otto continui giorni, e lo stesso osservare per tutti i successori nel maggiorascato continuando l' anniversaria commemorazione funebre da consistere in un officio, ed in una messa di requie fino alla morte del successore nella primogenitura, a di cui suffragio dovrà indi convertirsi tale anniversario, e così in perpetuo, perchè così ec. In un giorno dell' ottava di tutti i fedeli defonti, ogni anno in perpetuo debbano fare l' esequie, con un officio parimenti, ed una messa di requie, per suffragare tutti i predefonti principi Doria, che hanno posseduto la primogenitura a Fassolo, perchè così ec. Infermandosi al palazzo di Fassolo o l' eccellentissimo primogenito, o altro signore della di lui casa, e famiglia di sangue, ad ogni avviso debbano accorrere chiunque dei religiosi fosse richiesto per sentire le confessioni, e prestargli la spirituale assistenza, con dovere tutti i religiosi in simili incontri, recitare nelle preci di comunità qualche orazione pro infirmo fino al ricupero della di lui salute, e morendo debbano in ossequio del patrono, associarne senza emolumento il cadavere alla chiesa di s. Benedetto, o ad altra chiesa, ove il defonto avesse scelto di seppellirsi perchè così ec. » In detta chiesa di s. Benedetto non debbano accordare sepoltura gentilizia a veruno, senza il permesso in scritto del possessore pro tempore della primogenitura a Fassolo, perchè così ec. Debbano rendere compartecipe l' eccellentissimo signor principe patrono, e tutti di loro famiglia, e discendenza *in perpetuum* di tutte le buone opere, che si praticano dai religiosi di quel convento di s. Benedetto, con dover questi digiunare tutte le vigilie della Madonna, di cui se ne recita l' officio nel breviario Romano, sebbene non siano di precetto per applicarne il frutto a beneficio del primogenito pro tempore, e signori di sua nobilissima famiglia, perchè così ec. » Ogni giorno dopo il mattutino, debbano recitare una preghiera per il signor principe Doria primogenito pro tempore, e per tutti i signori di sua famiglia, e dopo compieta un *de profundis* per i defonti di famiglia, come sopra perchè così ec. » Ogni prima domenica del mese in perpetuo, debbano dare la benedizione col santissimo Sagramento, da esporsi alla publica adorazione durante il tempo della recita, che dovrà premettersi dalle litanie della Madonna ss., quali esercizj di pietà sieno applicati in suffragio de' principi, e signori tutti della famiglia Doria, perchè così ec. » Per otto giorni innanzi, e nella prima festa della solennità di Pentecoste, recitare in chiesa il *Veni Creator spiritus* per impetrare lumi, e benedizioni dal cielo, a favore dell' odierno signor principe Doria, e suoi successori nella primogenitura, ed in fine di ogni anno, cantare in chiesa il *Te Deum* in rendimento di grazie, per i beneficj conferiti da Dio alla casa, e famiglia del signor principe, e per impetrare la continuazione delle prosperità, e benedizioni del cielo, perchè così ec. Nel giorno della domenica delle Palme dare all' eccellentissimo signor principe Doria, o per esso al di lui rappresentante in Genova la palma, e nel giorno della festa della purificazione della Beatissima Vergine una candela di una libbra, perchè così ec. Tutte le volte, che il signor principe possessore pro tempore della primogenitura di Fassolo nella ricorrenza delle maggiori solennità della chiesa, o del Natale del Signore, o di Pasqua di Resurrezione, o di Pentecoste, o dell' Ascensione, o de' fondatori dell' ordine Trinitario, vorrà entrare nella chiesa suddetta di s. Benedetto per la porta maggiore di essa, con preceden-

Digitized by Google

te avviso, debbano il ministro superiore del convento, e per lo meno due religiosi da messa riceverlo nella porta della chiesa, e datagli l' acqua santa coll' aspersorio, introdurlo, ed accompagnarlo fino al genuflessorio, o luogo distinto, che sarà apparecchiato per esso sig. principe, perchè così ec. Che finalmente tutti i suffragj perpetui convenuti nel presente istromento, debbano scriversi in tabella, onde ne resti perpetua la memoria, e l' osservanza, con facoltà al signor principe, di far apporre in sagrestia una lapide, la quale perpetui, la memoria di questo patronato, e concordia, e del breve apostolico, che dovrà impetrarsi, per autorizzarlo, perchè così ec. e non altrimenti ec. Quali convenzioni, patti ed obblighi di reciproca combinazione, e consenso, ed anche per via della presente transazione convenuti, e tutt' altro nel presente istromento espresso, e dichiarato, hanno promesso le parti suddette, sempre attendere, ed inviolabilmente osservare, e contro non fare, dire, o venire sotto qualsivoglia pretesto, causa, titolo, o ricercato colore ec. altrimenti ec., a tutti li danni ec. de' quali ec.

Quae omnia etc., alias etc., de quibus etc., quod etc., pro quibus etc., praefatus reverendissimus pater Franciscus Hernandez procurator ut supra, bona, et jura praecitati ven. conventus s. Benedicti Januae, et dictus illustrissimus dominus advocatus Pius Ciampelletti procuratorio, quo supra, nomine, personam, haeredes, et jura dicti illustrissimi, excellentissimi domini principis ab Auria Pamphilj in ampliori reverendae camerae apostolicae forma, solitis cum clausulis etc. citra etc., obligarunt etc., renunciantes etc., consentientes etc., unica etc., sicque tactis etc., pectore etc., et scripturis, respective jurarunt etc.

Confirmatio apostolica.

§. 17. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Franciscus procurator, et minister generalis tamquam procurator familiae dicti conventus specialiter deputatus pro ipsius transactionis validitate nostrum sibi reservaverint obtinendi hisce desuper beneplacitum apostolicum, quo praeinserta transactio firmius subsistat, et servetur exactius Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares personas quantum interest a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, prius omnibus mature perpensis, supplicationibus hujusmodi inclinati, praeinsertam transactionem, seu concordiam, ac omnia, et singula in ea contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, eisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in ea quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 18. Mandantes propterea, ut quidquid ab eadem transactione constitutum fuit, nullo unquam praetestu, causa, colore, ac juris remedio, vel etiam enormis, enormissimae laesionis impugnari, retractari, vel in controversiam revocari possit: sed semper, ac perpetuo inviolabiliter, et ab omnibus, ad quos spectat et quomodolibet spectabit observari omnino debere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 19. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 20. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et conventus praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum te-

nores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 28. julii 1795. Anno XXI.

MXXIII.

Facultas episcopo Funchalensi applicandi quoddam legatum construendo mulierum impudicarum reclusorio.

Venerabili fratri Josepho episcopo Funchalensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Nuper tui nomine Nobis expositum fuit, ob plurium foeminarum impudicos, et inhonestos mores, quod non sine intimo animi sensu commemoras, scandalum in ista tua dioecesi valde excrevisse, cui cum pro tuo pastoralis officii munere occurrere, illudque sane non plane tollere, tamen pro viribus imminuere summopere exoptes, optimum ad id foret remedium reclusorium instituere, ubi hujusmodi depravatorum morum mulieribus conclusis deinceps neque sibi, neque proximo offensioni esse fas esset. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, consilii hujusmodi exequutio maxime sumptuosa sit; quum vero Antonius Joseph Espinola in suis testamentariis tabulis scripta haerede usufructuaria Josepha Maria Rosa ejus uxore, qua defecta, voluerit trientem suae haereditatis valoris circiter septem mille cruciatorum monetae Portugallensis, seu scutorum termille, et quingentorum monetae Romanae in tot missas lectas in suae, suorumque animarum suffragium erogari, ac memorata Josepha Maria Rosa vidua summam circiter quinque mille cruciatorum dictae monetae Portugallensis, seu scutorum duorum mille, et quingentorum monetae Romanae in tot pariter missas distribuendam in ultimo suae voluntatis elogio legaverit. Tu vero tum portionem haereditariam, tum legatum praedicta in commodum, ac utilitatem dicti erigendi reclusorii per Nos applicari summopere desideres, confidasque fore, ut quatenus quippe haec a Nobis impetres, id ad divini cultus augmentum, ac proximorum salutem verteretur. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur tuis piis votis quantum cum Domino possumus annuere, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac omnes, et singulas personas, quarum interest, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, ac dicti Antonii Josephi Espinola, ejusque uxoris Josephae Mariae Rosae dispositionum tenores, et alia quaecumque etiam specificam, et individuam mentionem et expressionem requirentia praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, et specificatis habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut tum trientem praedictum haereditatis dicti Antonii Josephi, tum memoratum missarum legatum a dicta Josepha Maria Rosa scriptum erigendo reclusorio praedicto, auctoritate Nostra apostolica in perpetuo unias, adnectas, ac incorpores, prout jam unita, adnexa, et incorporata esse, et fore auctoritate, et tenore praedictis statuimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facul-

tate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus dictorum piorum testatorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad praemissa commutamus, de jure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque quibuscumque. Volumus tamen, ac harum serie tibi injungimus, ut in testatorum hujusmodi animarum expiationem, ac suffragium, aliquem missarum numerum pro tuo arbitrio, et conscientia praefigendum celebrari facere tenearis, cures, et studeas. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 31. julii 1795. Anno XXI.

MXXIV.

Confirmatio reformationis editae super legibus observandis a coetu patronorum civitatis Bononiensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis super fecerunt dilecti filii duo coetus causarum patronorum civitatis Nostrae Bononiensis, coetus nempe laureatorum more civium, et coetus illorum, qui lauream doctoralem non obtinuerunt, vulgo rotolati nuncupat. quod cum in foro ejusdem civitatis Bononiae, tum quod vigentes leges non omnibus prospicere potuerunt casibus, tum quod eaedem leges a pluribus negliguntur, nonnulli irrepserint abusus, ipsi cum suffragio collegiorum juris canonici, et juris civilis ejusdem civitatis Bononiensis quasdam reformationes concinnarunt, quarum basis est, ut ipsi in unum coetum dumtaxat coalescant tenoris, qui sequitur.

I.

Tenor novarum constitutionum, ac primo de necessitate sumendi lauream ad effectum exercendi officium patroni.

§. 2. Che tutti li signori causidici rotolati debbano prendere la laurea che loro per modum unius sarà conferita dai rispettivi collegi in utroque jure, e così li due roli dovranno ridursi in un solo di addottorati more civium, servato per la descrizione de' signori individui il tempo della loro ammissione, e l'ordine della presente loro descrizione in decanato, frà quali dovranno rendersi comuni li pesi, ed onori della curia, cioè la procura de' poveri, le censorie, le curatorie, li sindacati, e simili.

II.

De pauperum procuratore eligendo.

§. 3. Quanto al procuratore de' poveri, terminata prima la borsa de' signori rotolati, dovrà farsi la nuova imborsazione di tutti indistintamente li signori causidici per estrarne ogni due mesi il procuratore de' poveri, eccettuati li due signori sindaci della mensa arcivescovile, e dell'eccelso reggimento, che restano esentati dal procuratorato dei poveri per ragione della loro carica; con facoltà inoltre a quelli signori estratti che avranno compita l'età d'anni sessanta di potere, come emeriti, accettare, o non accettare tal carica del procuratorato de' poveri, e in caso di non accettazione, si dovrà supplire coll'estrazione di un altro.

III.

De exclusione eorum qui non sunt laureati.

§. 4. Che in avvenire non possa essere ammesso alcuno in causidico, quando prima non sia stato addottorato more civium, o nell'una, o nell'altra facoltà o civile o canonica.

IV.

De aliis requisitis exhibendis ad consequendum officium procuratoris.

§. 5. Che oltre l'addottoramento debba chi aspirasse ad essere causidico esercitarsi per anni cinque nello studio di un causidico, con questo però, che dopo il seguito addottoramento possa esercitarsi in curia sotto il nome di quel causidico, nel cui studio si portasse egli ad imparare la pratica, e nelle cause soltanto dello stesso causidico, e nelle quali abbia questi il mandato di procura. E volendo esercitare cause, ed affari a proprio nome, come gli altri sollecitatori, dovrà soggiacere a preventivo esame, ristrettivamente sempre a materia di pratica, e proporzionato al retto officio di sollecitatore, oltre sempre il tirocinio pratico di anni tre da prescriversi inferiormente per l'ammissione degli altri sollecitatori, e ristrettivamente sempre in quelle

cause, ed affari, che li sollecitatori a proprio nome potranno, come abbasso agire, e trattare.

V.

De examine subeundo a tyronibus.

§. 6. Che oltre tutto ciò, e oltre gli altri requisiti voluti dalla costituzione Benedettina, debba per la sua ammissione in causidico assoggettarsi all'esame da farsigli dalla congregazione per ciò deputata in detta costituzione, tanto in scritti che in voce, ristrettivamente però alle cose di pratica, e non mai di teorica.

VI.

De numero componentium congregationem.

§. 7. Che alli quattro signori soggetti di detta congregazione si aggiungano due signori dottori collegiati, uno del collegio canonico, l'altro del civile da deputarsi ogni anno dal corpo dei rispettivi collegi, il signor procuratore de' poveri pro tempore, e due altri signori causidici da estrarsi a sorte.

VII.

De sollicitatoribus, eorumque admissione.

§. 8. Quanto ai semplici sollecitatori, benchè per la loro ammissione siasi bastantemente provveduto dalla costituzione Benedettina, per togliere però qualunque dubbio sopra il tempo che debbano essersi esercitati nello studio presso un causidico nel tirocinio pratico e sopra il conveniente studio di teorica, si è divisato, che tale esercizio debba essere almeno per un triennio oltre l'esibita dell'attestato di un pubblico professore dell'università di Bologna di avere applicato alli studi teorici.

VIII.

Idem ut supra.

§. 9. Quanto poi al loro esercizio pratico dovranno li sollecitatori ammessi essere addetti allo studio di un qualche causidico, nè potranno essere procuratori di stati, ossia di ceti di creditori, nè curatori a liti indifese, o eredità giacenti, a pupilli, e minori, e a futuri chiamati, e nemmeno intervenire, nè attivamente, nè passivamente in cause benefiziali, e matrimoniali di fidecomisso, di esecuzione di lettere, beneplaciti, e rescritti apostolici, di servitù, di retratti, di rescissione di contratti, di nullità di professioni, e voti solenni, di lesione, restituzione in intero, e generalmente in tutte le altre cause, nelle quali trattisi di un entità maggiore di scudi mille Romani: intendendo però, che anche riguardo alle altre cause per le quali possono intervenire indipendentemente dal causidico, a cui sono addetti, qualora occorresse informare in scritti non possano ciò fare, nè da loro possa riceversi la scritta informazione, se non sia sottoscritta dal causidico; così pure non potranno proporre cause nelle pubbliche segnature, che dovranno esclusivamente a qualunque altro spettare alli signori causidici.

IX.

De jure consequendi munus procuratoris, et conditionibus implendis ad hoc.

§. 10. Che anche a detti signori sollecitatori resti sempre aperta la strada ad essere causidici, previo però sempre il loro addottoramento *more civium*, il quinquennale esercizio, ed esame sopra le materie in pratica, oltre gli altri requisiti voluti dalla costituzione Benedettina, con questo però che nel detto quinquennale esercizio debba computarsi il triennio, per il quale si saranno esercitati nello studio di un causidico per la loro ammissione in sollecitatori, ed il tempo, per il quale effettivamente si saranno esercitati in curia in qualità di sollecitatori suddetti.

X.

De iis qui instantias judiciales proponere valent.

§. 11. Niuno potrà proporre istanze d'avanti li giudici, o nelle pubbliche udienze, o in camera, se non se li causidici, e sollecitatori legittimamente approvati, e quei signori dottori *more civium* che si portassero in qualche studio a nome però soltanto, e nelle cause del causidico nel cui studio si esercitassero nel pratico tirocinio; tolta la facoltà a chiunque di potere abilitare alcun'altro ad esercitarsi in curia.

XI.

De libellis non recipiendis a notariis, et cancellariis.

§. 12. Che in avvenire in qualunque foro, e tribunale non si possano fare, ne ricevere dalli notari petizioni, e istanze, che tengano luogo di libello, eccezioni, e repliche speciali, e qualunque atti diretti, e conducenti a prolazioni di lodi, sentenze, e decreti tanto in causa contenziosa che graziosa, quando non siano sottoscritti da qualche causidico, e sollecitatore approvato, sotto pena della nullità

dell'atto, sentenza, e decreto diversamente ricevuto.

XII.

Reservatio beneplaciti apostolici.

§. 13. Finalmente fu stabilito, che per parte de' signori causidici rotolati si avanzasse l'opportuno ricorso a nostro signore papa Pio VI. felicemente regnante per avere la sovrana di lui approvazione.

Ita est Hieronymus Maria Monari Bononiae civis, notarius collegiatus ac publicus causidicus.

In quorum etc.

L. ✠ B.

20. marzo 1795.

Confirmatio legati a latere.

§. 14. Approviamo le presenti determinazioni, perchè se ne può sperare il maggior decoro, e vantaggio alla curia; e quando occorrerà, daremo tutto l'appoggio, onde ottengano l'approvazione sovrana.

Gio. Andrea card. Archetti legato.

Preces porrectae pro confirmatione apostolica.

§. 15. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, praeinsertae reformationes dilecto filio Nostro Joanni Andreae Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Archetti in civitate, et comitatu Nostro Bononiensi Nostro, et apostolicae Sedis de latere legato jam exceptae, ac probatae fuerint, quo firmius subsistant, et serventur exactius memorati exponentes apostolicae Nostrae firmitatis patrocinio communiri summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confirmationis.

§. 16. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praeinsertas reformationes, et omnia, et singula in eis contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus et approbamus, et illis apostolicae firmitatis robur adjicimus, et omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus; mandantes propterea, ut quidquid ab iisdem reformatoribus constituitur, nullo umquam praetextu, causa, colore, et juris remedio, vel etiam enormis, enormissimae laesionis impugnari, retractari, vel in controversiam revocari possit; sed semper, ac perpetuo inviolabiliter, et ab omnibus, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit, observari omnino debere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 17. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit pariter in futurum plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 18. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima julii, millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXXV.

Dat. die 4. aug. 1795. Anno XXI.

Confirmatio praescriptionum publicatarum a Sixto V. et Benedicto XIV. super absentia auditorum Rotae Maceratensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Divina providentia in beati Petri Sede collocati nostra referre putamus, si non solum christianae religionis curam gerere, vo-

rum etiam erga provincias, populosque universos ejusdem principis apostolorum regimini commendatos, urbiumque, et oppidorum publica tribunalia, ut recte administrentur, praecipuam diligentiam adhibeamus, ac ea, quae a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris ad eum finem praescripta sunt, apostolica auctoritate confirmamus, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Particula statutorum contenta in literis datis pro erectione tribunalis Rotae.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii publici residentes civitatis Nostrae Maceratensis, quod inter caetera, quae fel. rec. Sixtus pp. V. praedecessor Noster in suis sub plumbo anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo octuagesimo octavo idibus martii pontificatus sui anno quarto expeditis literis pro erectione tribunalis Rotae Maceratensis praescripsit, sub paragrapho 61. « statuit » Non liceat autem ipsis praetori, et auditoribus abesse extra civitatem Maceratensem, et districtum dictae provinciae Marchiae, nisi cum licentia legati, vicelegati, seu gubernatoris legitime obtenta, excepto tempore feriarum propter necessitates hominum introductarum, quo tempore abesse possint per mensem, obtenta tamen prius saltem verbo licentia a praedicto gubernatore, seu vicelegato, ita tamen quod ipsorum auditorum tempore praedictarum feriarum tres, computato praetore in civitate Maceratensi continue resideant, quae tamen licentia detur justa praecedente causa.

Declaratio paragraphi facta a Benedicto XIV.

§. 3. Et quamvis ad tollendos abusus, qui non diu post irrepserant fel. rec. Paulus pp. V. praedecessor itidem Noster paragraphum hujusmodi declaraverit, tamen anno MDCCXLIV. orta controversia inter alterum ex auditoribus dicti tribunalis Rotae ex una, et publicos residentes dictae civitatis Maceratensis ex altera parte ex eo, quod hi ob aliquorum mensium absentiam dicti auditoris Rotae suorum emolumentorum solutionem sustinuerunt, fel. rec. Benedictus pp. XIV. ad hanc dirimendam controversiam per organum sui auditoris Clementis Argenvilliers suam aperuit voluntatem, ac expresse mandavit.

Per ovviare poi nell'avvenire a simili controversie la Santità sua comanda, che quante volte gli uditori di cotesta Rota vorranno assentarsi in virtù di legittima licenza ottenuta da' superiori, siano obbligati quindici giorni avanti la loro partenza esibirla al capo di magistrato, e produrla, e rilasciarla nella segretaria priorale, altrimente la licenza non debba loro suffragare, ma anzi debba aversi come se non fosse stata conceduta; e così resterà provveduto, che gli uditori di Rota non possano prevalersi per più volte di una licenza, che deve servire solamente per la prima, e dentro li suddetti quindici giorni averà campo il magistrato di poter fare le sue rappresentanze nel caso, che non venga al bene, e servizio pubblico, che l'uditore di Rota si assenti; si compiacerà pertanto vostra signoria illustrissima di farne il decreto in virtù della presente, e disporre le cose in modo, che resti a perpetua memoria, mentre io coll'usato rispetto mi confermo immutabilmente.

Preces porrectae pro confirmatione, et observantia declarationis.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, auditores Rotae hujusmodi hasce consultissimas leges, ac statuta negligere omnibus modis studeant, ut tandem aliquando in desuetudinem abeant, hinc memorati exponentes, quo memoratae praeinsertae Sixtinae et Benedictinae dispositiones firmius subsistant, et serventur exactius apostolicae Nostrae auctoritatis patrocinio communiri summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, tum praeinsertum paragraphum sexagesimum primum dictae constitutionis Sixtinae, tum praeinsertam ordinationem Benedictinam per epistolam bo. mem. Clementis Argenvilliers tunc sui auditoris panditam auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque, quatenus opus sit, inviolabilis apostolicae firmitatis robur denuo adjicimus. Mandantes propterea, ut quidquid in dictis praeinsertis Sixtina constitutione, et Benedictina ordinatione constitutum fuit, nullo umquam tempore, praetextu, causa, colore, ac juris remedio, vel etiam enormis, enormissimae laesionis impu-

gari, retractari, ac in controversiam adduci possit, sed semper, ac perpetuo inviolabiliter ab omnibus, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum observari omnino debeat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Ac decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales judicari, ac definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXXVI.

Dat. die 22. julii 1795. Anno XXI.

Erectio novi episcopatus Minoricensis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Ineffabilis Dei benignitas super universam terram admirabilis, qua fideles suos clementer prospiciens, suasque miserationes in eis satis spargere desiderans non semel se demonstrat magnopere propitiam. Hoc vero potissimum nostris hisce evenit temporibus, ut quod post tot annorum curriculum ab incolis illarum partium erat perusitatum, tandem per eximium catholicorum praesulum studium, et per proprias postpositas commoditates, paternamque dilectionem, nec non singularem regalium principum pietatem, et praecipuum ergaudditos suos amorem eumdem dubitatur prompte sit exequutum. Nos itaque hujusmodi freti auxilio, quod eisdem regalibus principibus, ipsisque catholicis praesulibus gratum, ac orthodoxae religioni valde proficuum esse speramus ex eo, quod non praetermittimus prout arbitramur in Domino utiliter convenire.

Preces porrectae a rege catholico pro consequenda nova erectione episcopatus.

§. 2. Cum itaque Nobis dilectus filius Josephus Nicolaus eques de Azara apud Nos, et Sedem apostolicam charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici administer plenipotentiarius mandato et nomine ejusdem Caroli regis exposuerit, incolas insulae Minoricensis, et praecipue civitatum Jamnae, et Mahonis, nuncupatarum non semel enixis precibus id a se postulasse, quod statim ac, et postquam clarae memoriae Carolus tertius ejus genitor dictam insulam ab Anglis occupatam prospero armorum eventu denuo suam fecerat, in certam spem ab ipso inducti habere crediderunt, nempe ut in ea nova episcopalis sedes constitueretur, cujus inibi praeficiendus antistes quaecumque ad animarum salutem pertinent praesentia, auctoritate, vigilantiaque sua curare posset.

Ratio concessionis.

§. 3. Allatae tamen Nobis hujusce eorum desiderii causae, tales revera sunt, ut quemadmodum piissimum primodicti Caroli regis, ita et paternum animum Nostrum commovere gravissime debent. Etenim ex diuturnitate temporis in quo praedictam insulam Angli sunt dominati, et ex libertate ibi moram trahendi hominibus cujuscumque factionis concessa miserabilis relaxatio, abususque morum orti sunt. Contra vero maxima distantia, et longinquitas sedis episcopalis Majoricensis in causa est cur episcopi Majoricenses ad quos ordinaria in praedicta insula jurisdictio spectat, et pertinet, per se ipsos in hanc sui gregis partem, quamvis semper in corde habuerint, et visendam, et alendam adire nequeant, eademque ratione praedictae insulae habitatores multis ad salutem subsidiis non sine gravi animarum et moerore, et detrimento destituantur. Siquidem eorum plerique utriusque sexus, et omnis aetatis confirmationis sacramentum haud facile suscipere possunt, cleri, populique mores si minus compositis aut corrupti sint, ut praefertur, non comprimuntur satis, aut emendantur, si probi, et honesti non habent unde in melius possint assurgere. Hoc autem gravissimum est antistitem non adesse qui pro sua auctoritate speculetur, et provideat an de rebus fidei ortodoxae, sacrisque ritibus, et caeremoniis, an de iis, quae ad salutem spectant satis, atque ut pars est

Digitized by Google

incolae instituantur; an denique in omnibus ea vivendi sit ratio, quae catholicum hominem deceat. Venerabilis frater noster modernus episcopus Majoricensis usque ab initio episcopatus hujusmodi aequo animo libenterque suum praebuit assensum separationi, et disjunctioni supradictae insulae Minoricensis cum locis eidem annexis ab ejus episcopatu omni meliori modo, quo primodicto Carolo regi visum fuerit faciendae, prout ex instrumento ad hoc confecto plane constat, evidenterque patet.

Descriptio insulae Minoricensis.

§. 4. Insula autem Minoricensis praedicta, prout ex testimoniis habitis Nobis innotuit ad triginta tria millia passuum suum protendit ambitum in quinque territoria, seu districtus divisa, et in eis nonnulla rura, pagi, et fundi, ac duae civitates Jamnae una, Mahonis altera respective nuncupatae existentes, et existentia universim triginta duo millia centum quadraginta tres incolas enumerat, sex denique paroeciales ecclesiae independentes variis in locis ejusdem insulae, quibus nonnullae aliorum locorum filiales ecclesiae sunt subjectae, institutae respective reperiuntur.

Praestantia civitatis Jamnae in episcopatum eligendae describitur.

§. 5. In eadem autem insula praedicta civitas Jamnae, ut praefertur, nuncupata vetustioribus privilegiis a tunc existentibus Hispaniarum regibus catholicis magis decorata primum sibi vindicat locum, et inibi unus praepositus, ac primus parochus infrascriptam paroecialem ecclesiam pro tempore obtinens residere, suamque in eis jurisdictionem cum primatu in synodis exercere hactenus consuevit. Ac unus etiam vicarius in spiritualibus generalis venerabilis fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis episcopi Majoricensis jamdiu pro ecclesiastico tribunali ex nunc deinceps infrascriptae erectionis ministerio suppresso exituro sedet. Distinctior in ea totius insulae nobilium familiarum complexus commoratur, septemmille quingentae recensentur personae, ac insuper duo virorum regularium conventus, alter scilicet sancti Augustini, alter vero sancti Francisci respective ordinum, unum monialium sancti Benedicti, seu alterius ordinis nuncupatarum, monasterium, unum orphanarum coenobium, ac satis amplum pro expositis, et infirmis xenodochium fundati, ac fundata respective existunt. Ac praeter septem filiales ecclesias insignis magnificentiae adest paroecialis ecclesia praepositura nuncupata, ut infra vacans, divo Petro apostolo, vel alteri sancto dicata; cuique quadraginta septem clerici, seu presbyteri beneficiati, seu cappellani nuncupati, aliqui cantores et musici choristae, aliique inservientes pro missarum, ac divinorum officiorum celebratione, et ecclesiasticarum caeremoniarum adimplemento sunt addicti. Contiguum vero eidemque ecclesiae adnexum amplum, et satis decens aedificium pro commoda praepositi hujusmodi habitatione quod ad episcopale palatium pro uno etiam praesule facile redigendum foret reperitur.

Ecclesia paroecialis describitur, pulchris structurae, et sacrario, ac splendida supellectili instructa.

§. 6. Cum igitur in eadem parte insulae primatu Jamnae jure ac merito civitatis nomine et honore donato una sedes episcopalis collocanda videatur; dicta vero paroecialis ecclesia praepositura, ut praefertur, nuncupata, quam quum ultimus illius possessor dum viveret obtinebat per obitum dicti ultimi possessoris, qui extra Romanam curiam pluribus ab hinc annis diem clausit extremum ad praesens vacans satis habeat amplitudinis et magnificentiae, ac elegantis formae, pulchraeque structurae pluribus altaribus referta existat, conjunctum habeat sacrarium admodum capax, et sacra cujuscumque generis suppellectili satis instructum, ita ut ne dum per commodum, verum etiam saluberrimum foret parochialem ecclesiam vacantem praedictam praevia illius suppressione, et extinctione ad ecclesiae cathedralis honorem et dignitatem extollere, ejusque redditus novae mensae episcopali, ac capitulo, ut infra, instituendis perpetuo assignare, et attribuere; hujusmodi causis et rationibus permotus primodictus Carolus rex pro sua constanti in Deum pietate, ac in populos sibi subditos amore ac studio christianae religionis esse putavit earum incolarum preces apud Nos juvare, et patrocinari, ut constituta ibidem episcopali cathedra, tot tantisque malis opportunum afferatur remedium.

Dismembratio insulae ab episcopatu Majoricensi.

§. 7. Hinc Nos piis ejusdem Josephi Nicolai equitis precibus ad tramites instructionis a primodicto Carolo rege approbatae, et ad eum transmissae supradicto Nobis humiliter porrectis annuere, ac religiosae primodicti Caroli regis desideria prosequi volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine ab episcopatu Majoricensi praedictam insulam Minoricen-

Digitized by Google

sem cum omnibus et singulis territoriis, seu districtibus, pagis, et fundis ac Jamnae et Mahonis civitatibus praedictis de consensu praedicti moderni episcopi Majoricensis, ad effectum novam in dicta insula Minoricensi episcopalem sedem instituendi desuper praestito, apostolica auctoritate perpetuo dismembramus et separamus. Ac parochialem ecclesiam praedictam, ut praefertur, vacantem, sive praemisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam dicti ultimi possessoris, vel cujosvis alterius designationem de illa in Romana curia, vel extra eam etiam coram notario pubblico et testibus sponte factam, aut constitutionem rec. mem. Joannis pp. XXII. praedecessoris Nostri, quae incipit *Extis* vel assequutionem alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem apostolicam legitime devoluta, dictaque parochialis ecclesia dispositioni apostolicae specialiter reservata existat, et super ea inter aliquos, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore datae praesentium non sit in ea alicui specialiter jus quaesitum cum illius adnexis, ac omnibus juribus, et pertinentiis suis, illiusque titulum collativum, naturam, et essentiam parochialis ecclesiae collativae, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, et de caetero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, aut alias de illa quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, et quaevis aliae dispositiones de illa pro tempore quomodolibet faciendae nullae et invalidae, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo supprimimus et extinguimus.

Erectio civitatis Jamnae in civitatem episcopalem.

§. 8. Ac civitatem ipsam Jamnae in civitatem episcopalem Minoricensem nuncupandam pro sede episcoporum Minoricensium nuncupandorum cum omnibus suis juribus, et praerogativis quibus aliae civitates pontificali sede insignitae in Hispaniarum regnis existentes, et earum cives utuntur et gaudent, ac parochialem ecclesiam vacantem praedictam in dicta civitate Jamnae, ut praefertur, sitam, ac etiam, ut praefertur, suppressam et extinctam in cathedralem ecclesiam Minoricensem nuncupandam sub invocatione ejusdem sancti Petri apostoli, seu alterius sancti, vel sanctae pro uno deinceps episcopo Minoricensi, qui eidem ecclesiae, illiusque civitati, et dioecesi Minoricensi ut infra constituendae, et assignandae praesit, dictamque parochialem ecclesiam in forma ecclesiae cathedralis redigat, et omnimodam, liberam, et plenam jurisdictionem, auctoritatem, et potestatem prout juris est etiam super capitulo, et clero suae dioecesis absque ulla classium distinctione semper exercere, sicut etiam caetera omnia munera, et acta tum ordinis tum jurisdictionis, prout alii tam in eisdem Hispaniarum regnis, infrascriptique archiepiscopi suffraganei existentes, quam alibi ubicumque constituti episcopi in suis ecclesiis, civitatibus, et dioecesibus de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet ex privilegiis, gratiis, et indultis, ac dispositionibus apostolicis, quaecumque fuerint, etiam per literas apostolicas desuper nominatim, et in specie concessa auctoritate et facultate suffulti facere, et quibus uti solent et possunt pariformiter, et aeque principaliter, et absque ulla prorsus differentia, perinde ac si ibi quoque nominatim et in specie concessa et expressa fuissent in sua dioecesi Minoricensi facere, gerere, ac synodum convocare libere et licite possit et debeat cum suis capitulo, arca, sigillo, mensa, aliisque insigniis episcopalibus, nec non praeeminentiis, honoribus, privilegiis, immunitatibus, indultis, et gratiis realibus, personalibus, et mixtis, quibus caeterae cathedrales ecclesiae regnorum Hispaniarum hujusmodi eidem infrascripto archiepiscopo metropolitano jure subjectae, earumque praesules similiter de jure, vel consuetudine quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu privilegio particulari utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum.

Deputatio dignitatum ecclesiae cathedralis, cum aliis praebendis.

§. 9. Et in dicta cathedrali ecclesia unum archidiaconatum inibi post pontificalem majorem pro uno presbytero in theologia magistro, seu in utroque, aut saltem canonico jure doctore, aut licentiato futuro dictae cathedralis ecclesiae archidiacono, cui in absentia tamen pro tempore existentis episcopi Minoricensis choro et capitulo dictae cathedralis ec-

clesiae, nec non aliis publicis, privatisque actibus capitularibus praesidendi, ejusdemque nomine in cathedrali ecclesia et capitulo praedicto super capitulares, ac inservientes oeconomicam jurisdictionem exercendi munus incumbat, quod tamen munus coram episcopo Minoricensi praedicto sine ejus licentia et assensu gerere nequeat. Ac unum cantoratum inibi secundam respective dignitatem extituras, quem pro tempore obtinens adimplendi omnia munera in archidiaconatum praedictum pro tempore obtinentis absentia, ac episcopi praedicti nomine privatim choro inspiciendi pro divinorum officiorum accurato, et decoro adimplemento, et hoc in supradictis circumstantiis archidiaconum respicientibus exercebit obedientiam ab omnibus reportandi facultatem habeat. Cum hoc tamen quod archidiaconus et cantor pro tempore existentes praedicti in alterius eorum absentia, vel infirmitate in suarum respectivarum functionum exercitio mutuam substitutionem habeant. Nec non quatuordecim canonicatus, totidemque praebendas, unam videlicet archipresbyteralem, cui dilectorum filiorum parochianorum dictae parochialis ecclesiae, ut praefertur, suppressae et extinctae, et in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erigendae cura immineat animarum, et quos etiam pro tempore obtinens tertium in choro dictae cathedralis ecclesiae stallum, nec non primatum super aliarum parochialium ecclesiarum praedictarum parochos sicut antea ad tunc existentem praedictae parochialis ecclesiae, ut praefertur, suppressae et extinctae rectorem spectabat respective habere debeat. Ac alium et aliam magistralem pro uno presbytero in eadem theologia magistro, vel saltem in dicta theologia licentiato, qui ultra onera de jure aliis ejusdem cathedralis canonicatibus, et praebendis incumbentia munus in secunda et tertia adventus, et in quinque quadragesimae dominicis respective diebus, et in extraordinariis ecclesiae solemnitatibus ad populum concionem habendi adimplere tenebitur. Ac alium, et aliam poenitentiariam pro uno itidem presbytero in praedicta theologia magistro, aut in jure canonico saltem licentiato, qui sacramentales dilectorum pariter filiorum Christifidelium confessiones excipiat, morales casus dissolvat, omnibusque aliis obligationibus de jure sibi competentibus satisfaciat. Ac alium et aliam doctoralem respective nuncupatam praebendas pro uno pariter presbytero in eodem jure canonico doctore, vel licentiato, ut munus et onera ad ipsum praeter solitam residentiam spectantia exequi possit et valeat.

De numero simplicium canonicorum.

§. 10. Et insuper alios sex canonicatus, et totidem de gratia nuncupandas praebendas, quas pro tempore respective obtinentes residentiae, et alia, quae sui sunt munera adimplebunt. Ac itidem alios tres canonicatus, totidemque praepositurales poenitentiarias respective nuncupatas praebendas, quas similiter pro tempore respective obtinentibus ultra solitam residentiam hujusmodi in pervigilio, ac Nativitatis, et Paschatis Resurrectionis, et Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, ac adventus Spiritus sancti, et sanctissimae Trinitatis festis diebus juxta consuetudinem de rebus divinis ad populum vicissim dicendi, et quadragesimalibus festis, ac diebus Paschatis hujusmodi duarum horarum spatio sacro poenitentiae tribunali adessendi respective onera incumbant. Ac praeterea reliquum canonicatum, et reliquam praeposituralem, et caerimonialem nuncupatam praebendam, quam pro tempore obtinens canonici praepositi, et caerimoniarum magistri titulum ac nomen feret, eritque propriis officiis curare, ut ecclesiasticae functiones juxta canonicam disciplinam, ritualem Romanum, et caerimoniale episcoporum rectam exequutionem habeant. Ac demum duo perpetua beneficia ecclesiastica pro duobus presbyteris beneficiatis nuncupandis a pro tempore existente episcopo Minoricensi designandis, qui ut substituti in omnibus iis, quae salutem animarum pro tempore existenti canonico archipresbytero, ut praefertur nuncupando concreditarum respiciunt; ipsi canonico archipresbytero pro tempore existenti praedicto adjumento esse possint, et valeant de apostolicae potestatis plenitudine eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo respective erigimus, et instituimus, dictamque cathedralem ecclesiam per Nos sic, ut praefertur, erectam, et institutam suffraganeam pro tempore existentis archiepiscopi Valentini, eique metropolitano jure subjectam declaramus.

Constitutio novae jurisdictionis in erecto episcopatu.

§. 11. Ac praedictam insulam Minoricensem a dioecesi Majoricensi, per Nos, ut praefertur, dismembratam et separatam, ac omnes et singulas utriusque sexus in ea degentes

personas, et incolas tam laicos quam clericos, presbyteros beneficiatos, ac religiosos cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria jurisdictione, potestate, et superioritate moderni, et pro tempore existentis episcopi Majoricensis dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque disjungimus et eximimus. Nec non praedictam civitatem Jamnae in sedem episcopalem per Nos, ut praefertur, dismembratam, et separatam insulam Minoricensem, et in eis nunc et pro tempore respective degentes personas superius expressas dictae ecclesiae episcopali Minoricensi, illiusque primofuturo et pro tempore existenti Minoricensi episcopo pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo, ita quod liceat personae eidem ecclesiae Minoricensi per Nos, ut praefertur, erectae et institutae tam nunc a primaeva illius erectione et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum dicta apostolica auctoritate praeficiendae per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi regiminis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in dicta civitate Minoricensi, ac in eodem territorio per Nos, ut praefertur, dismembratis, et separatis propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Valentini, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita apostolica auctoritate praedicta similiter perpetuo assignamus, et respective supponimus, atque subjicimus.

Erectio mensae episcopalis.

§. 12. Mensae autem episcopali Minoricensi per Nos, ut praefertur, erectae pro illius dote, et congrua, ac sufficienti pro tempore existentis episcopi Minoricensis substentatione, ac onerum ei pro tempore incumbentium supportatione providere volentes, summam centum millium regalium monetae de Vellon, ita quod liceat eidem primofuturo et pro tempore existenti episcopo Minoricensi dictam summam percipere, exigere, levare, ac in suos, et dictae mensae episcopalis, ut praefertur, erectae usus, et utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, ac pro primofuturi episcopi Minoricensis, ejusque successorum Minoricensium episcoporum pro tempore existentium decenti habitatione supradictam domum eidem parochiali ecclesiae per Nos, ut praefertur, suppressae, et extinctae, et in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erectae et institutae contiguam ad tunc existentem illius rectorem antea spectantem, et pertinentem in forma episcopalis palatii aptandam nunc et redigendam eadem apostolica auctoritate perpetuo concedimus, et assignamus.

Similis pro capitulo.

§. 13. Futurae vero mensae capitulari dictae cathedralis ecclesiae Minoricensis per Nos, ut praefertur, erectae pro illius fundo et dote, ac archidiaconatum, et cantoratum, singulosque canonicatus, et praebendas, ac beneficia, ut praefertur, erectos, et erectas, ac erecta pro tempore respective obtinentium congrua substentatione, onerumque eis pro tempore respective incumbentium supportatione archidiaconatui videlicet, et cantoratui pro cujuslibet eorum respective praebenda summam septemmillium regalium similium, ac cuilibet ex canonicatibus, et praebendis officii, et gratiae nuncupatis sic per Nos etiam, ut praefertur, erectis summam sexmillium regalium monetae ejusdem canonicatu et archipresbyterali, ut praefertur, nuncupata praebenda dumtaxat exceptis, quos pro tempore obtinens attenta sui muneris exigentia, et gravi onere curae animarum hujusmodi sibi, ut praefertur, incumbenti ultra redditus canonicatui et praebendae ut infra assignandos medietatem jurium parochialium, altera illorum medietate in favorem praedictorum duorum presbyterorum beneficiatorum, ut praefertur, nuncupandorum ejusdem cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae a pro tempore existente episcopo Minoricensi, ut supra in adjutores praedicti canonici archipresbyteri, ut praefertur, designandorum aequaliter dividenda salva, et illaesa remanente annuatim percipiet, ita quod etiam liceat futuris et pro tempore existentibus archidiacono, et cantori, ac singulis canonicis, et beneficiatis dictae cathedralis ecclesiae Minoricensis per Nos, ut praefertur, erectae et institutae eorum, ac dictae mensae capitularis nomine dictas respectivas summas cuilibet eorum, ut infra assignandas respective percipere, exigere, levare, ac in eorum, et cujuslibet eorum respectivos usus, et utilitatem convertere, dioecesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita. Cum hoc tamen quod

ex dictis redditibus archidiaconatui et singulis canonicatibus, et praebendis per Nos, ut praefertur, erectis, et institutis, ut infra assignandis, tertia pars in quotidianis distributionibus juxta eorum praesentiam, et assistentiam choro, horis canonicis, ecclesiasticisque functionibus pro rata portione, et jure auctionis dividenda distrahatur, ita tamen ut tam archipresbyter, quam singuli canonici praepositi poenitentiarii pro tempore respective existentes hujusmodi dum sacro poenitentiae tribunali, aut alias saluti animarum curam, et operam praestant, tamquam choro, aliisque functionibus praedictis praesentes et personaliter deservientes haberi et reputari, et ad earumdem distributionum quotidianarum perceptionem, et participationem admitti respective debeant eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque constituimus et assignamus. Ut autem supradictae, ut praefertur constitutae dotationes ad biscentum et unum milliarium tercentum quadraginta septem regalium monetae de Vellon praedictae ascendentes expleantur, attento consensu praedicti moderni episcopi Majoricensis desuper praestito, tam decimas insulae Minoricensis ad episcopum et capitulum Majoricense, quam illas ad praepositum civitatis Jamnae spectantes, et pertinentes, quae ad quinquennium adaequate summam quinquaginta unius milliarii tercentum quadraginta septem regalium ejusdem monetae provenientem ex fructibus, redditibus, et proventibus fundi efficiendi cum decimis, quas episcopi et capitulum Majoricenses praedicti a die recuperationis ipsius insulae numquam perceperunt, et quas primodictus Carolus rex de ipsius regiae camerae consilio usque ad exequutionem hujusmodi erectionis ad sui libitum tum pro supradicto constituendo fundo, cujus fructus, redditus, et proventus supradictae summae quinquaginta unius milliarii tercentum quadraginta septem regalium similium responderent, quam pro dictae cathedralis per Nos, ut praefertur, erectae et institutae sacristiae, ac fabricae manutentione, ac sacrorum utensilium et suppellectilium comparatione, nec non earumdem praesentium expeditione expensis reservatas esse voluit, et mandavit, eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo reservamus.

Reservatio juris nominandi ad dignitates, et praebendas.

§. 14. Ac praeterea quoties cantoratum ac primodictum et primodictam archipresbyteralem, ac secundodictum et secundodictam magistralem, ac tertiodictum et tertiodictam poenitentiariam, ac quartodictum et quartodictam doctoralem, aliosque canonicatus, ac officii et gratiae, ut praefertur, respective nuncupatas praebendas per Nos, ut praefertur, erectum, et erectos, ac erectas in quatuor anni mensibus ordinario loci reservatis respective vacare contigerit, quod illius, et illorum, ac illarum respective provisiones ad futurum et pro-tempore existentem episcopum Minoricensem spectent. Quovero ad praedictos tres canonicatus archipresbyteralem, ac magistralem, et poenitentiariam nuncupandas praebendas, si illi in mensibus Sedi apostolicae reservatis respective vacaverint, quo post habitum ab eodem ordinario loci ad formam decretorum concilii Tridentini concursum trium personarum magis idonearum in dicto concursu approbatarum elenchus primodicto Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus catholicis pro tempore existentibus praedictis sit transmittendus, ad hoc ut ab eodem Carolo rege, ejusque successoribus hujusmodi una ex iis vigore infrascriptae reservationis queat seligi, quodque reliquorum pariter canonicatuum, et officii nuncupatarum praebendarum per Nos, ut praefertur, erectorum, et erectarum quovis tempore vacaturorum, et vacaturarum respectivae provisiones per contentionem, aut publicum concursum intra modum stricti juris coram pro tempore existente episcopo Minoricensi, dictaeque cathedralis per Nos, ut praefertur, erectae dignitates pro tempore obtinentibus, et canonicis habendum, et juxta leges, mores, aut consuetudines aliarum cathedralium ecclesiarum in Hispaniarum regnis hujusmodi existentium fieri debeant apostolica auctoritate praedicta declaramus.

Concessio privilegiorum favore capituli.

§. 15. Ac futuris et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictae cathedralis ecclesiae Minoricensis per Nos, ut praefertur, erectae et institutae ut ipsi eadem prorsus indumenta choralia, signia, et insignia quaecumque tam in dicta cathedrali ecclesia Minoricensi per Nos, ut praefertur erecta et instituta, quam extra eam, et tam in processionibus, quam in aliis actibus et functionibus quibuscumque publicis et privatis etiam extra dictam civitatem Minoricensem, et ubique locorum etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus,

et universalibus conciliis etiam in praesentia Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium etiam de latere legatorum, vicelegatorum, archiepiscoporum, episcoporum, et aliorum quorumcumque, ac etiam in ipsius cathedralis ecclesiae Minoricensis per Nos, ut praefertur, erectae et institutae choro et capitulo quibuscumque anni temporibus, et diebus deferre, et gestare, ac quibusvis aliis indultis, privilegiis, exemptionibus, et gratiis, quae caeteris aliis capitulis, et canonicis aliarum cathedralium ecclesiarum dicto archiepiscopo Valentino jure praedicto subjectarum, tam in limine earum respectivae erectionis, quam subinde etiam per literas apostolicas nominatim, et in specie reperiuntur concessa, et concessae, etiamsi talia, et tales sint, quae specialem notam, et mentionem requirant non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu privilegio particulari obtenta, et obtentae pariformiter uti, et gaudere respective libere et licite possint, apostolica auctoritate praedicta perpetuo quoque concedimus, et indulgemus.

Concessio juris condendi statuta.

§. 16. Et insuper eisdem futuris et pro tempore existenti archipresbytero et cantori, ac singulis canonicis dictae cathedralis ecclesiae Minoricensis per Nos, ut praefertur, erectae et institutae, ut ipsi capitulariter congregati pro dictae cathedralis ecclesiae Minoricensis sic per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae illiusque redditaum praedictorum, ac sacristiae, et fabricae, earumque rerum et bonorum praesentium, et futurorum tam spiritualium, quam temporalium regimine, gubernio, et directione dignitatum, canonicatuum, et praebendarum, beneficiorum, et inservientium, aliorumque ministrorum, et officialium deputatione, et onerum eis pro tempore incumbentium supportatione, missarum, horarum canonicarum, diurnarum pariter et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, funeralium, et anniversariorum celebratione personali residentia praestanda, ac distributionum etiam quotidianarum, si quae fuerint in posterum repartitione, et administratione poenarum per absentes, ac divinis officiis et functionibus suis loco et tempore non interessentes, ac ministeria eis respective incumbentia subire negligentes incurrendarum impositione, singulorum praesentiis et absentiis notandis, caeremoniis et functionibus in dicta cathedrali ecclesia Minoricensi sic, ut praefertur, erecta et instituta, illiusque choro, capitulo, et processionibus, aliisque actibus servandis, nec non ministris ejusdem cathedralis ecclesiae Minoricensis sic, ut praefertur, erectae et institutae deputandis, et amovendis salariis, et stipendiis eorum cuilibet assignandis, et quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, ac concilii Tridentini decretis minime contraria, ac alias ad tramites statutorum metropolitanae ecclesiae Valentinae, cum approbatione tamen futuri episcopi Minoricensis condere, et edere possint, et valeant facultatem, potestatem, et auctoritatem etiam perpetuo concedimus, et impertimur.

Jus nominandi episcopum regi catholico conservatur.

§. 17. Ac ulterius quoties dictam ecclesiam episcopalem Minoricensem per Nos, ut praefertur, erectam et institutam sui pastoris solatio destitui contigerit, ut in ordinariam jurisdictionem succedat capitulum dictae cathedralis ecclesiae Minoricensis per Nos, ut praefertur, erectae et institutae, a quo in omnibus et per omnia juxta formam a praedicto concilio Tridentino praescriptam unus tantum vicarius capitularis eligatur de gremio ipsius capituli, sive extra illud, qui vicarius dioecesis regimen exercere, et concursum ad beneficia curam animarum annexam habendum ad tramites recentium concordatorum habere omnino teneatur dicta apostolica auctoritate ordinamus, atque decernimus. Ac insuper primodicto Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus catholicis pro tempore existentibus praedictis juspatronatus et praesentandi Nobis et Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad eamdem ecclesiam Minoricensem per Nos, ut praefertur, erectam, et institutam tam pro hac prima vice a primaeva illius erectione, et institutione a Nobis, ut praefertur, factis hujusmodi pastoris solatio destitutam, quam deinceps perpetuis futuris temporibus quoties illam quovis modo etiam apud Sedem apostolicam praedictam pastoris solatio destitui contigerit per Nos et Romanum pontificem pro tempore existentem praedictum in ipsius ecclesiae Minoricensis, ut praefertur, erectae et institutae episcopum, et pastorem ad praesentationem eamdem praeficiendum, sine prae-

judicio tamen jurispatronatus, quod primodictus Carolus rex, ejusque praedecessores Hispaniarum reges super parochiali ecclesia, rectoria nuncupata, civitatis Mahonis praedictae semperhabuerunt, ad aliud juspatronatus, et praesentandi vigore recentium concordatorum ad archidiaconatum, et cantoratum, et canonicatus, ac tam officii, quam gratiae nuncupandas praebendas hujusmodi, ut praefertur, respective erectos et erectas, ac cappellanias, aliaque beneficia, et officia ecclesiastica in ipsa cathedrali ecclesia Minoricensi per Nos, ut praefertur, erecta et instituta pro tempore ordinaria auctoritate erigendus, et erigenda quovis modo pro tempore, ac etiam apud Sedem apostolicam praedictam, sive per obitum, sive a primaeva illarum, et illorum respective erectione vacaturas, et vacatura in eis ad praesentationem hujusmodi dicta ordinaria auctoritate, aut alias canonice respective instituendas primodicto Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus catholicis pro tempore existentibus praedictis eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus. Decernentes juspatronatus, et praesentandi hujusmodi regium exercere, illudque primodicto Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus catholicis praedictis competere, ac vim, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem jurispatronatus regii hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis amplissimis et efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione, etiam per viam legis, consuetudinis, regulae cancellariae apostolicae, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendi, neque illi ullo umquam tempore, et ex quavis causa, seu quacumque ratione etiam apud Sedem apostolicam praedictam, etiam consistorialiter derogari posse, nec derogatum esse censeri, nisi primodicti Caroli regis, ejusque successorum Hispaniarum regum catholicorum pro tempore existentium praefatorum ad id expressus accedat assensus, et si aliter quovis modo derogetur, derogationes ipsae cum inde sequutis quibuscumque nullius roboris, vel momenti fore, ac de caetero quascumque collationes, et provisiones de archipresbyteratu, ac cantoratu, ac singulis canonicatibus et praebendis praedictis per Nos, ut praefertur, erectis et institutis, ac de cappellaniis, aliisque beneficiis, et officiis dicta ordinaria auctoritate erigendis hujusmodi absque praevia primodicti Caroli regis, ejusque successorum Hispaniarum regum catholicorum pro tempore existentium praedictorum praesentatione, aut consensu pro tempore quomodolibet factas nullas, et invalidas, ac irritas, et inanes esse, nullique suffragari debere, nec per eas cuiquam jus acquiri, vel etiam coloratum titulum possidendi tribui posse.

§. 18. Ac easdem praesentes semper et perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, ac inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica et legitima, pia, et privilegiata, etiam ex eo quod causae propter quas eaedem praesentes emanarunt adductae, verificatae, et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem et individuam, ac expressam mentionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in praemissis aliquae solemnitates, et quaevis alia reservanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari in jus vel controversiam vocari, ad viam et terminos juris reduci, aut adversus illam, et illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiae vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso et impe-

Pro observantia praesentium literarum omne juris remedium tollitur.

trato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae praedictae reservatas, quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiamsi in eis de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et imposterum edendas comprehendi, sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutum, repositum, et plenarie reintegratum, ac restitutas, repositas et plenarie reintegratas fore, et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 19. Sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac praedictos ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere, ut praefertur, legatos, vicelegatos, dictaeque Sedis nuncios, ac alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritumque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ac demum ad hoc ut praemissa omnia sic per Nos, ut praefertur, disposita juxta piissima primodicti Caroli regis vota prospero felicique successu suos sortiri valeant effectus motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus personae in dignitate episcopali constitutae a primodicto Carolo rege nominandae, seu cuicumque alteri ecclesiasticae personae in ejus locum subrogandae, ipsi tamen Carolo regi gratae et acceptae per praesentes committimus, et eadem apostolica auctoritate mandamus, ut ipsa videlicet persona in dignitate episcopali, ut praefertur, constituta, et ab eodem Carolo rege nominanda, seu quaevis alia ecclesiastica persona in ejus locum, ut praefertur, subroganda primodicto tamen Carolo rege, ut praefertur, grata et accepta easdem praesentes debitae exequutioni demandet, easque ab omnibus et singulis, ad quos spectat, et pertinet observari faciat.

Derogatio contrariorum.

§. 20. Non obstantibus Nostris, et cancellariae praedictae regulis de jure quaesito non tollendo, ac de suppressionibus ad partes committendis, ac de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati suppressiones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, et dividi prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibusque, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, etiam inserti forent eisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad praemissorum validissimum effectum specialiter et expresse, nec non opportune et valide hac vice dumtaxat motu, scientia et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 21. Volumus autem quod earumdem praesentium transumptis, et exemplis etiam

Digitized by Google

typis impressis, ac manu, seu caracthere alicujus notarii publici subscriptis, sigilloque personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae eisdem literis originalibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, declarationis, disjunctionis, exemptionis, assignationis, suppressionis, subjectionis, concessionis, assignationis, constitutionis, posterioris assignationis, declarationis, concessionis, indulti, facultatis impartitionis, ordinationis, decreti, reservationis, commissionis, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, decimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 18. aug. 1795. Anno XXI.

MXXVII.

Praescribuntur nonnulla statuta ad restituendam pacem, et collapsam regularem disciplinam inter fratres ordinis eremitarum s. Augustini excalceatos nuncupatos congregationis Hispanae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Permulta, atque praeclara regularium ordinum in christianam rempublicam merita ita ab ipsis pontificatus Nostri exordiis Nostram curam, ac sollicitudinem excitarunt, ut si aliquando ex misera rerum humanarum conditione in disciplina regulari torpescentes invenimus, modis omnibus ad pristinum vitae candorem quantocius revocare conati sumus, prout rerum, ac temporum serio pensatis circumstantiis in Domino salubriter expedire consuevimus.

Tenor precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici Nobis humiliter expositum fuit, quod congregatio Hispana ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini excalceatorum nuncupatorum, quae ex provinciis Castellae, Aragoniae, Andalusiae, Manidarum, et continentis Americani constare dicitur, jamdiu gravi in rerum perturbatione versatur, ac illius pax, et tranquillitas undique partium studiis miserrime proscinditur: cum itaque ex hisce regularis quoque disciplina quammaxime perturbetur, propterea memoratus Carolus rex catholicus illam ad suum pristinum statum per Nos restitui plurimum desiderat; quoniam vero ad remediorum utilitatem summopere spectat, morborum causas cognoscere, hinc cum turbidus congregationis hujusmodi status ad illud praecipue referendus videatur ad nimis absolutam scilicet potestatem, qua vicarii generales pro tempore existentes eamdem congregationem administrant, tum illius capitalia, ac bona in propriam conferendo utilitatem, tum jubilationes, exemptiones, gratias, et dispensationes haud difficillime concedendo; tum pro suo arbitratu ad provinciarum officia sibi benevisos, nulla habita meritorum ratione, eligendo, ac deputando: tum demum ex eo, quod cum vicarii generales praedicti in eodem conventu cum quatuor definitoribus generalibus minime degant, serio hinc, ut oportet, graviora dictae congregationis negotia agere, provinciarum recursus admittere, perpendere, ac definire, constitutionum, ac capitulorum generalium decretorum custodiae sedulo incumbere haud possunt: Nobis propterea dictus Carolus rex catholicus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsius Caroli regis catholici desideriis, quae ad proximorum utilitatem, ac dictae congregationis profectum tendunt, quantum cum Domino possumus annuere, cumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac illorum singulares personas, quarum interest, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore cen-

Digitized by Google

sentes, audito prius venerabilis fratris Nostri Joannis Sanctae Romanae Ecclesiae episcopi cardinalis Sabinensis Archinto nuncupati consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati nonnullas reformationes praescribere statuimus, quibus optatam tranquillitatem, ac regularis disciplinae restitutionem consequuturi fore tuto confidimus.

I.

De vetita concessione praecedentiarum, praeeminentiarum, et similium.

§. 4. Itaque capitulis tum generalibus, cum intermediis dictae congregationis deinceps habendis titula, exemptiones vicariorum generalium, et provincialium, commissariorum Indiarum, definitorum, lectorum, aliorumque officiorum honores, praecedentias, praeeminentias quibusvis alumnis dictae congregationis quantumvis de suo ordine benemeritis concedere auctoritate apostolica tenore praesentium interdicimus: non obstante quacumque capitulorum generalium dispositione, aut decreto adhuc emanato: volumus quippe, ut in posterum congregatio praedicta nullis aliis legibus, ac statutis uti possit, quam iis, quae anno millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, curante Francisco a sancta Elisabeth tunc temporis vicario generali Caesaraugustae edita, et lata fuerunt; utque capitula tum generalia, tum intermedia in collegio Complutensi deinceps convocentur, quod pro illius situ nullum aliud in tres primas provincias tam idoneum ad parcendos itinerum, aliosque sumptus invenitur.

II.

De residentia vicarii generalis, definitorum et a secretis.

§. 5. Statuimus, ut vicarii generales cum quatuor suis definitoribus, procurator generalis, suusque a secretis omnes durantibus suis officiis apud conventum Matritensem de Copacabana nuncupatum: qui cum quasi trium provinciarum centrum sit, commodius congregationis administrationi, et gubernio inibi incumbent, residere omnino teneantur, ita tamen, ut a provinciis, excepta provincia Castellae, quatenus dicti officiales sint ex suis alumnis, omnia necessaria pro vestitu, alimentis, ac exhibitione eorumdem officialium majorum, eorumque sociorum suppeditentur: neque licitum erit vicariis generalibus ab eodem conventu ultra quatuor menses, ut debitam provinciae visitationem peragere, illiusque etiam capitulo provinciali praeesse valeant, quin tamen eis candidatos ad provincialatus proponere, aut in actus, ac conventus capitulorum provincialium ad disciplinam regularem, aut abusuum reformationem non spectantes se interponere permissum sit, abesse: aut currum, rhedam, cisium, aut quamlibet aliam quocumque nomine nuncupatam vecturam, aut veterina animalia pro se, aliisque officialibus, aut sociis praedictis habere: nimis quippe haec eximiae paupertati, quam ipsi profitentur, adversantur: sicuti pariter non licebit, aliquid conferre pro visitationum sumptibus, quibus conventus respectivi satisfacere tenentur, neque ex aerario, seu capsa redditaum ejusdem congregationis quid minimum pro vestitu, aliisque religiosis necessitatibus a secretis generalium, suorumque sociorum erit pensitandum, cujus dumtaxat onus erit, necessaria suppeditare pro extraordinariis sumptibus cellae vicariorum generalium, officii a secretis, et tabellariorum.

III.

§. 6. Inhibemus vicariis generalibus pro tempore existentibus, quominus ipsi, vel etiam cum definitorio titulum commissarii Indiarum alicui ex alumnis trium provinciarum concedant, ac omnia indulta hujusmodi jam concessa revocando, ea nullius roboris esse, et fore, nullumque jus ad praeeminentias, et exemptiones illa obtinentibus, quos ad eumdem statum, in quo ante concessiones hujusmodi quomodolibet erant dumtaxat restituimus, tribuere declaramus. Sicuti pariter neque titula, neque honores ex provincialium in aliqua ex quinque provinciis, neque praecedentiae, exemptiones, praeeminentiae, jubilationes nisi iis, qui tempus a constitutionibus praescriptum emensi fuerint, concedenda erunt, neque itidem dispensationes quaecumque in aliorum praejudicium, aut regularis disciplinae detrimentum: quae omnia nisi a moderno definitorio generali probentur, siquae unquam a moderno vicario generali fuerunt concessa, revocamus: aeque ac omnia titula ex-provincialis ab eo data.

De titulo commissarii Indiarum alumnis non conferendo.

IV.

§. 7. Decernimus, ut quoties de recta, aut constitutionum, aut alicujus capitulorum ge-

De interpretatione constitutio-

nem a definitorio, et nuncio apostolico faciendo. neralium decreti interpretatione ambigitur, semper ad hanc sustulendam dubitationem definitorium generale consulatur, cujus quidem consilii approbatio, et definitio erit subinde a Nostro, et a Sedis apostolicae nuncio apud reges Hispaniarum catholicos pro tempore existente expetenda: sicuti pariter in caeteris omnibus casibus, ac negotiis, in quibus juxta statuta dictae congregationis vicarii generales dispensare possunt, in posterum totum negotium ad definitorium generale erit afferendum, ut ab eo definiatur, num gratia, ac dispensatio postulata concedenda sit, nec ne, exceptis dispensationibus super defectu aetatis, et temporis ad jubilationes lectorum, aliorumque officiorum a statutis praedictis praescriptae, exceptis pariter dispensationibus super vestitu interiori, et exteriori a fratribus utendo, qui vulgo *di saja* etiam pro ipso vicario generali erit, prout a constitutionibus statuitur, semper a superioribus localibus recipiendus, quin umquam ulli liceat de proprio se vestire, aut vestitum ab aliis accipere, aut panno, aut tela uti a praescriptis dissimilibus, quin umquam hisce desuper a superioribus dispensari possit: quapropter in actu visitationum tum superiores, tum caeteri de hisce diligenter inquirent, ac subditis, qui hisce statutis semel, iterum, ac tertio admoniti parere detrectent, erit infligenda poena perpetuae privationis vocis activae, et passivae; superiores vero, quatenus circa haec negligentes semel, ac iterum praebentur, privandi erunt suis respective officiis, ac semper erunt incapaces in posterum ad illa obtinenda.

V.

De residentia aliorum diversorum superiorum. §. 8. Mandamus, ut perpetuis futuris temporibus provincialis, definitorium, et a secretis provinciae Castellae in conventu Toletano provincialis, caeterique praedicti provinciae Aragoniae in conventu de Portillo: provincialis vero, caeterique officiales praedicti provinciae Andalusiae in conventu de Almagro, seu Granatensi, quo facilius suarum respective provinciarum administrationem ac regimen gerere valeant, commorari omnino teneantur: utque omnia negotia urgentiora ad gubernium provinciae spectantia ex visitationibus, aut aliunde emergentia sint definienda a suo respective provinciali definitorio: utque quilibet provincialis semel, ac iterum suam respective provinciam intra triennium suae administrationis juxta constitutionum praedictarum praescriptum absque ulla dispensationis spe lustrare teneatur: quod si ex aliquo inopinato casu, aut justa causa semel tantum eamdem provinciam peragere poterit, tunc nisi jura ei competentia pro una dumtaxat visitatione percipiet.

VI.

§. 9. In definitorem generalem trium provinciarum Hispanarum nemo eligendus erit, nisi qui saltem semel, ac iterum prioratus officium in conventibus suae congregationis, quorum alter sit ex majoribus, perfunctus sit, aut qui, uno gesto prioratu, suam cathedrae, seu pulpiti jubilationem consequutus sit: pro commissariis vero provinciarum Manidarum, aut continentis Americani, qui apud regem catholicum sunt, nullus ad hoc officium deputetur, quin prius illud decem annos sui ministerii in aliquo conventu absque ulla dispensatione compleverit, atque per triennium in aliquo conventu praelati munere functus sit: sicuti pariter nullus in definitorem provinciae, quin prius munus, seu officium prioris in altero ex suis conventibus exercuerit, aut in priorem, seu praelatum conventuum provinciarum Hispanarum, eligi respective poterit, quin prius saltem per triennium sacrae theologiae scholasticae studiis sedulam navaverit operam, ita ut approbationem meruerit in examinationibus quotannis juxta constitutionum praedictarum dispositionem faciendis; a quibus sancitur sub poena privationis officii provincialibus negligentibus, ut omnis cura in eisdem examinationibus adhibeatur, in quibus judices erunt rectores, et duo lectores jubilati inibi, aut in vicinioribus collegiis respective commorantes; quarum examinationum acta erunt in libros consultos separatos, et ab examinatoribus signandos describenda, ut semper de fratrum idoneitate, aut secus constet, firma remanente in provinciali facultate concedendi studiorum continuationem, aut in conventibus studii theologiae moralis, aut in alio strictae observantiae mutationem. De non eligendis in definitorem generalem.

VII.

§. 10. Volumus, ut in collegiis, aut domibus studiorum in rectorem, aut priorem con- De rectore, et prioribus collegiorum.

stituatur lector in aliis requisitis absolutus, quo deficiente, alter, qui majoribus honoribus cohonestatus sit, ut studentibus cum utilitate praeesse possit, nunquam tamen ii, qui actu lectores, aut concionatores reperiuntur: sicuti pariter in domibus majoribus ii, qui in domibus minoribus munus hujusmodi nunquam gesserunt: neque in magistros majores novitiorum deputandi erunt ii, qui prioratus officio in domibus majoribus non defuncti sunt, aut lectores jubilati non existunt juxta constitutionum praedictarum praescriptum, inter quos tamen erunt recensendi futuri praedicatores jubilati.

VIII.

De deputatione depositarii in celebratione capituli faciendo.

§. 11. Statuimus, ut depositarii cujuscumque conventus a familia ejusdem conventus in eodem die, ac hora, in quo provinciale capitulum celebratur, et provincialis eligitur, sint omnino deputandi: quod si in depositarium hujusmodi is designetur, qui a capitulo provinciali ad alium conventum nominatus reperiatur, tunc, et eo casu fratres de familia praedicta intra spatium viginti quatuor horarum a die, et hora, in qua nota fuit primi electi nominatio computandum ad novam electionem eodem modo devenient. Sacrista pariter major cujuscumque conventus, quamvis a dictis constitutionibus ad officium hujusmodi electio capitulo provinciali delegetur, nihilominus firmis remanentibus caeteris praescriptis requisitis in candidato, ut nempe sit deputatus ejusdem communitatis, ut saltem viginti octo, aut triginta annos ab ingressu in religionem numeret, utque de sua idoneitate, ac morum honestate optima habeant testimonia, in posterum eodem prorsus modo, quo depositarius, erit eligendus cum facultate electoribus alterum de familia alterius conventus ad officium hujusmodi deputandi.

IX.

De concursibus ad cathedras philosophiae instituendis.

§. 12. Mandamus, ut juxta jam praescriptum pro ordine fratrum eremitarum sancti Augustini provinciae Castellae a fel. re. Innocentio pp. XII. praedecessore Nostro sub die decima nona octobris anni millesimi sexcentesimi nonagesimi tertii singulis annis die prima septembris habeantur oppositiones, seu concursus ad cathedras philosophiae, in quibus constituentur judices, seu examinatores, rector, et duo lectores theologiae seniores collegii Complutensis in provincia Castellae, collegii Oscensis in provincia Aragoniae, et collegii de Almagro in provincia Andalusiae, quatuor lectores jubilati seniores in qualibet provincia, qui inibi venire poterunt, dummodo tamen neque vicarii generales, neque provinciales, neque collegiorum superiores reperiantur. Hi autem septem examinatores de idoneitate candidatorum juratum judicium proferent, cujus vi, ac intuitu provincialis in lectorem philosophiae eum, qui praecellit, ac inter aequales, qui antiquior sit habitu, deputabit: similiter in studentium magistrum, qui nominato lectori illico subsequitur; caeteris vero candidatis licitum erit semel atque iterum deinde cathedras petere: post autem tres petitiones hujusmodi, seu concursus, non adeptis cathedris, incumbent ipsi ad alias oppositiones theologiae moralis, quatenus reperientur, seu concionatorias, in quibus pro suis meritis erunt aestimandi. Lectores philosophiae, sic, ut praefertur, electi, expleto triennio philosophiae in cathedras theologiae juxta suam antianitatem lecturae, et absque ullo novo examine subibunt: ita tamen, ut cathedram theologiae moralis, quam in singulis provinciis juxta praescriptum a capitulo generali anni millesimi septingentesimi octogesimi quarti Almagri habito esse oportet, lector theologiae scholasticae antiquior suae cujusque provinciae suscipiat, quin umquam deinceps aliquis lector jubilationem obtineat, non peractis, absque ulla dispensationis spe, quatuordecim annis cathedrae formalis philosophiae, theologiae scholasticae, et moralis. Expresse interim omnibus, et singulis fratribus congregationis praedictae juxta earumdem constitutionum sanctionem interdicimus de obtinendo quolibet gradu, aut laurea, aut publice in universitatibus studiorum docendo, non obstantibus quibuscumque actibus, aut decretis capitulorum generalium, a quibus hisce desuper dispensatur, aut etiam conceditur: quibus auctoritate, et tenore praedictis expresse, ac sufficienter per praesentes derogamus.

X.

De constituendis praedicatoribus

§. 13. Decernimus, ut in posterum juxta decretum ultimi capituli generalis anno mil-

In qualibet conventu, eorumque electione, munere, et privilegiis. lesimo septingentesimo nonagesimo Compluti habiti in quolibet conventu trium provinciarum Hispaniae praedicator conventualis constituatur, utque officia hujusmodi semper concursum, in quo erunt examinatores, quatuor lectores jubilati juniores, et lector, seu superior collegiorum ad cathedrarum concursus designatorum, a provinciali conferantur magis idoneo juxta quinque examinatorum hujusmodi juratum judicium. His autem sic electis praedicatoribus absque novo examine licitum erit in aliis conventibus congregationis praedictae verbum Dei evangelizare: durante porro munere hujusmodi nulla eis competet exemptio praeter eas, quae iis, qui semel verba facere populo debent, concessae reperiuntur, usque dum expletis viginti annis officii hujusmodi absque ulla dispensatione, exemptionibus, ac privilegiis ad instar lectorum jubilatorum uti, ac frui poterunt.

XI.

De observantia actorum capituli generalis anni 1784. §. 14. Pariter statuimus, ut omnia, et singula acta capituli generalis anno millesimo septingentesimo octogesimo quarto Almagri coiti religiose custodiantur, ac serventur pro eo, quod spectat ad decreta ab apostolicae nunciaturae tribunali emanata, quibus praescribitur, ut conventu Matritensi constituatur depositum omnium capitalium congregationis generalis, describatur illorum administratio, ac in quotidianos, et urgentes, ac necessarios sumptus illorum distributio: utque ad percipienda capitalia hujusmodi, comprehensis vulgo le Cellette provinciarum, quae ultra mare sunt, spoliis defunctorum fratrum, qui munere vicarii generalis perfuncti sunt, aliisque proventibus, qui juxta constitutiones praedictas ad congregationem generalem spectant, unus procurator generalis sit ligitimus deputatus: qui tamen in singulos menses vicario generali, definitoribus generalibus, ac depositariis dati, et accepti rationem apud archivium condendam reddere tenebitur.

XII.

De exercitiis spiritualibus instituendis. §. 15. Singulis annis omnes omnino fratres congregationis praedictae juxta dispositionem dictarum constitutionum, et plurium capitulorum generalium post adventum ad totam quadragesimam inclusive per aliquod tempus exercitiis spiritualibus sedulam dabunt operam, atque onus erit superiorum localium studere illorum distributionem ita fieri, ut nihilominus debita praestentur onera: quisque vero frater in codicem ad hoc constitutum proprio charactere signabit, se quotannis spiritualibus exercitiis interfuisse, eritque provincialium, seu vicariorum generalium in actu suarum respective visitationum hisce desuper diligenter inquirere.

XIII.

§. 16. Volumus, ut post annum novitiatus recenter professi grammaticam studeant, juxta constitutionum praedictarum dispositionem, deinde nullus ad philosophiam, et theologjam procedere possit, quin prius ab examinatoribus praevio rigido examine approbatus sit, et ad ea studia idoneus reputatus, eritque superiorum sub poena privationis officii curare, ut haec statutaria dispositio religiose, ac accurate custodiatur. De methodo in tyronum studiis servanda.

XIV.

§. 17. Decernimus, ut in primo proximo futuro capitulo generali quatuor conventus majores in qualibet provincia Hispaniarum designentur, in quibus postulantes licentiam confessorum, aut praedicatorum praescriptum examen ab illorum rectoribus, et duobus lectoribus inibi, aut in vicinis conventibus commorantibus subire commode possint: nunquam quippe provinciali, suoque definitorio licebit, licentias hujusmodi alicui concedere, quin prius sit, ut praefertur, approbatus. De approbatione confessariorum.

XV.

§. 18. Mandamus, ut quidquid per caput nonum partis quintae constitutionum, quae anno millesimo septingentesimo quadragesimo quinto Caesaraugustae editae fuerunt, praescribitur, ad literam, ut ajunt, servandum sit, sicuti pariter quaecumque per easdem constitutiones, ac per praesentes Nostras literas disponuntur, non obstantibus quibuscumque actibus, aut capitulorum generalium decretis, usibus, et consuetudinibus earumdem provinciarum, quibus omnibus speciali- Sanctiones speciales.

ter derogamus, omnino custodiri debeant; reservantes dumtaxat Nobis, successoribusque Nostris Romanis pontificibus, nostroque, illorumque respective apostolico nuncio in regnis Hispaniarum residenti facultatem constitutiones praedictas interpretandi.

Deputatio executoris apostolici.

§. 19. Quocirca venerabili fratri Philippo archiepiscopo Pergensi Nostro, et apostolicae Sedis apud memoratum Carolum Hispaniarum regem catholicum nuncio, suisque in munere hujusmodi successoribus per praesentes committimus, et mandamus, ut per se, aut per personas in dignitate ecclesiastica constitutas, quae tamen in Domino sint commendabiles, ac eidem Carolo, ejusque successoribus regibus catholicis gratae, et acceptae capitula tum generalia, tum provincialia dictarum trium provinciarum convocent, eisque Nostro, et apostolicae Sedis nomine praesideant, utque in capitulis hujusmodi tum vicarios generales, tum definitores, et procuratores generales, provinciales, definitores, et provinciarum procuratores, nec non priores cujuscumque conventus earumdem provinciarum de consensu, et approbatione regis Hispaniarum catholici nominent, et constituant, ita tamen, ut semper in electionibus hujusmodi non solum merita cujusque fratris, sua ad officia hujusmodi idoneitas attendatur, verum etiam illud semper prae oculis habeatur, ut nempe alternativae, ac legitimae officiorum hujusmodi distributiones debite factae, et a congregatione generali, et a suis provinciis approbatae serventur, nulla tamen habita ratione de familiis lectoris, aut cathedratici philosophiae, cum omnes eamdem habeant parentem: utque tandem in omnibus contingentibus intermediis eorumdem officiorum vacationibus ad eadem officia, seu munera, ut praefertur, nominent, et eligant. Cum porro non tamen breve tempus requiratur, ut tres provinciae praedictae in suam pacem, et tranquillitatem adducantur; hinc harum serie decernimus, ac mandamus, ut nuncii apostolici praedicti pro tempore existentes ad annum usque millesimum octingentesimum octavum dumtaxat hisce facultatibus utantur, ac uti libere, et licite possint, ita ut post quam anno praedicto fuerit ab apostolico nuncio capitulum generale congregationis praedictae habitum, tunc facultates hujusmodi omnino silere, imo revocatas haberi, et censeri debere, ac eamdem congregationem in suum pristinum statum penitus restitutam, ac in suum jus in capitulis tum generalibus, tum provincialibus ad sua officia, seu munera prout a toties dictis constitutionibus cautum, praescriptumque reperitur, redintegratam esse, et fore auctoritate, et tenore praedictis declaramus.

Sanctio poenalis, et derogatio cujuscumque remedii juridici.

§. 20. Mandantes in virtute sanctae obedientiae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis omnibus, et singulis superioribus generalibus, provincialibus, caeterisque fratribus, ac personis quibuscumque, ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit, ordinis, et congregationis praedictorum, ut haec humiliter suscipiant, eisque, atque omnibus in eis contentis pareant, et obediant, ac exequi omnino curent, et studeant: ac decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod superiores generales, provinciales, fratres praedicti, caeterique quicumque etiam speciali mentione, et expressione digni in praemissis forsan interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas ipsae praesentes emanarint, adductae, specificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis legitima, juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium, vel habere praetendentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, ac substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu proprio, ex certa scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse: sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per

omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae etiam de latere legatos, vice legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 21. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac actibus, seu decretis capitulorum generalium; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava augusti millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXXVIII.

Dat. die 22. aug. 1795. Anno XXI.

Concessio favore marchionis Bevilacqua civitatis Ferrariensis juris privativi vendendi ossa balenae.

Carlo per la divina misericordia vescovo di Porto, e s. Rufina, cardinale di s. Marco della S. R. C. camerlengo.

Revocatio chirographi relaxati favore marchionis Bevilacqua. §. 1. Considerando la Santità di Nostro Signore papa Pio sesto quante felici conseguenze risultino dall' introduzione di quelle manifatture utili, e nuove, che convien richiamare dagli esteri ai bisogni, ed uso del suo stato, si è benignamente degnata di accogliere, e colla sovrana autorità sua proteggere il piano d' una nuova fabbrica della manipolazione, e lavorazione dell' osso di balena da intraprendersi nello stato Ecclesiastico ne' termini del qui inserto chirografo segnato dalla Santità Sua li 22. dello scorso mese di agosto, ed esibito per gli atti dell' infrascritto segretario, e cancelliere della reverenda camera del tenore seguente, cioè

Reverendissimo cardinal Carlo Rezzonico camerlengo di Santa Chiesa.

Tenor chirographi. §. 2. L' introduzione delle utili manifatture, che in ogni ben regolata sovranità sono riguardate come mezzi atti a diminuire segnatamente ne' generi, o di una quasi positiva necessità, o di molto facile esito per l' uso grande, che suol farsene, il commercio passivo della nazione, moltiplicando il primo valore delle materie grezze, quali manifatture dall' ozio al lavorio chiamando molte persone, formano utili sudditi allo stato, ha sempre meritata la Nostra sovrana protezione occupata incessantemente, e diretta, anche ne' più difficili tempi alla generale prosperità de' Nostri amatissimi sudditi. Desiderosi però, come siamo, che riceva impulso, ed eccitamento l' introduzione, e progresso delle arti utili, e delle manifatture, che accrescer possono il commercio attivo, e diminuirne il passivo, abbiamo con piena Nostra soddisfazione accolta la supplica a Noi umiliata per parte del marchese Camillo Bevilacqua Cantelli della Nostra città di Ferrara, in cui esponendoci, che tra gli articoli di commercio passivo, de' quali abbisogna lo stato Pontificio, uno de' più indispensabili per il consumo giornaliero, che se ne fa, può dirsi quello dell' osso di balena, il di cui genere grezzo, sebbene sia necessario provvederlo dall' estero, la manifattura però, di cui abbisogna per renderlo atto ai varj usi, ai quali serve, può riceverla con grande utile de' Nostri sudditi dentro lo stesso Nostro stato; e siccome di fabbriche a tale effetto assai poche se ne contano in tutta l'Europa, essendo le principali quelle di Vienna, Olanda, Hamburgo, Berlino, e Svezia, ed una sola in

Italia, da pochi anni colla sovrana autorità in Vicenza introdotta, e lo stesso marchese Camillo Bevilacqua Cantelli persuaso d'introdurre una molto utile manifattura, e nella qualità, e ne' prezzi assai vantaggiosi ai Nostri sudditi, ed al Nostro stato, ed animato dal desiderio di meritarsi la benigna Nostra approvazione, aveva già tutto preparato, e disposto per lo stabilimento di una tal fabbrica nel Nostro stato, la quale oltre la manipolazione, e lavorazione dell' osso di balena per l' uso più ordinario, e cognito, servirebbe anche alla lavorazione di utensili, e mobili di diversi colori, purchè dalla sovrana autorità Nostra avesse ottenute quelle grazie, e condizioni, che nell' intraprendersi da esso supplicante questa nuova fabbricazione potessero garantirlo nella dispendiosa intrapresa, e stabilimento di tal manifattura nel Nostro stato, cioè il diritto di privativa fabbricazione per anni diciotto, in secondo luogo l'esenzione da ogni dazio de' generi occorrenti alla manipolazione dell' osso di balena nell'introdursi nello stato Ecclesiastico, e la libera sortita dell' osso di balena lavorato, immune, ed esente da ogni dazio; finalmente l' imposizione di un trenta per cento su l' introduzione nello stato dell' osso di balena d'estera lavorazione.

Conditiones exhibitae a marchione Bevilacqua pro obtinenda concessione iuris privativi.

§. 3. In correspettività poi di questo il supplicante proponeva di obbligarsi per tutto il tempo del privativo diritto di fabbricazione, che gli si fosse da Noi accordato a non oltrepassar mai per questo genere il prezzo di paoli sei la libbra, anche nel caso, che per qualunque combinazione crescessero di prezzo i generi inservienti a questa manipolazione, il qual prezzo di paoli sei esponeva esser minore, dove più d' un terzo, e dove d' un quarto dei prezzi, che ora si pagano per questo genere ne' diversi luoghi del Nostro stato Pontificio. Finalmente proponeva dare tutte le sicurezze, che si possono ragionevolmente esigere perchè il Nostro stato fosse provvisto di questo genere in quantità sufficiente, e perchè la quantità sia corrispondente a quella che attualmente si smercia, obbligandosi altresì di esser in ordine nel termine di sei, o otto mesi dal giorno, in cui fosse stata da Noi accordata allo stesso oratore la grazia che implorava.

Votum cardinalis camerarii, et r. p. d. thesaurarii.

§. 4. Una tal supplica con Nostro particolar rescritto degli 8. ottobre dello scorso anno 1794. a voi rimessa perchè ce ne parlaste, volete voi colla solita vostra esattezza, e diligenza, segnatamente per l' oggetto concernente l' esenzione da ogni dazio de' generi occorrenti alla manipolazione dell' osso di balena nell' introdursi nello stato Ecclesiastico, e la libera sortita esente da ogni dazio dell' osso lavorato, e l' altro dell' imposizione di un trenta per cento sull' introduzione nello stato dell' osso di balena di estera lavorazione, interpellare il sentimento, e parere di monsignor tesoriere generale. Questi con suo ragionato biglietto dei 22. maggio scorso vi riferì, che egli credeva, che l' erezione di una fabbrica per la lavorazione dell' osso di balena fino ad ora sconosciuta nello stato Pontificio, fosse per se stessa un' intrapresa di considerabile oggetto, e che fuor di dubbio debba riuscir di molto vantaggio per lo stato Pontificio, qualora sia in esso per istabilirsi, molto esteso essendo l' uso di questo genere, e rilevanti le somme di contante, che per tal manifattura si trasmettono agli esteri, e quindi sembrandogli non doversi disprezzare in verun conto un progetto così vantaggioso, non dovesse questa impresa defraudarsi di quei privilegj, e favori, che finora hanno goduto tante altre nuove fabbriche introdotte, aggiungendo anche altri riflessi sopra alcuni fogli, dallo stesso supplicante a monsignor tesoriere presentati, che a voi rassegnava. Dopo ciò, prima di fare a Noi l' ingiunta relazione voleste assicurarvi de' prezzi, in cui principalmente in Roma, Bologna, e Ferrara si vende l' osso di balena, e da alcuni autentici documenti a voi esibiti, e dalle diligenze da voi medesimo fatte fare presso diversi venditori di tal genere nella Nostra dominante, rilevaste, che il prezzo più comune dell' osso di balena di buona qualità in Roma, e Bologna, è di baj. 65. la libbra, e di baj. 96 in Ferrara. Non trascuraste altresì di richiedere al supplicante alcuni schiarimenti circa il prezzo dell' osso di balena, il quale da principio non fissandosi, ma soltanto promettendosi nella supplica di non oltrepassare i paoli sei, fu in seguito precisamente a voi dichiarato dal supplicante con altro pro-memoria, che vi esibì nel giorno 6. giugno, che il prezzo fisso in cui avrebbe venduto l' osso di balena, sarebbe stato di bajocchi quarantotto la libbra piccola, quello di misura, e di non oltrepassar mai, per qua-

lunque aumento, che il genere primo, cioè le barbe di balena facessero al di sopra del prezzo, a cui nel principio di agosto 1794. la ditta Pasinelli, e Pothoff d'Amsterdam acquistò una partita di barba balena, apparente da conto originale de' 2. agosto anno suddetto, e lettera de' 5. di detto mese a voi già rassegnata, il prezzo di bajocchi cinquantaquattro la libbra piccola solita usarsi in Roma, ragguagliando il prezzo, come sopra apparente da' suddetti documenti già presentati al confronto dei prezzi, a' quali acquisterà il supplicante il genere primo, cioè le barbe di balena in qualunque piazza, ove crederà meglio, e più per lui conveniente acquistarle, la qual proposta voi trovaste molto vantaggiosa ai sudditi pontificj, poichè potendolo ora avere a bajocchi quarantotto la libbra, dove il corrente è di bajocchi sessantacinque, ne viene un vantaggio di bajocchi diciassette di meno per libbra, e quand' anche giungesse al più alto prezzo di bajocchi cinquantaquattro, pur sempre è in bajocchi undici per libbra minore dei prezzi, a cui attualmente si vende, e in Roma, e in Bologna, e quindi preferibile anche alla proposta fatta nell'indicati fogli a monsignor tesoriere esibiti di un prezzo fisso in bajocchi cinquantaquattro; e finalmente lo stesso march. Camillo Bevilacqua, per sempre più dimostrare, che non intendeva escludere affatto l'introduzione dell'osso di balena forestiere, ma solamente poter stare nelle gravi spese dello stabilimento della sua nuova fabbrica, e della vistosa spesa nell' acquisto della materia grezza, degli utensili, ed attrezzi alla medesima occorrenti, e delle persone pratiche, che anche generosamente stipendiar dovea in una equitativa concorrenza colle fabbriche estere, recedendo dalla parimente, nella supplica a noi umiliata, chiesta imposizione di un trenta per cento sull'osso di balena di estere lavorazioni, che s'introdurrà nello stato, si contentava, che si limitasse l'aggravio al genere forestiere in un solo venti per cento, ed a scanso di opposizioni, tanto nelle dogane di Roma, che di tutto lo stato, comprese quelle di Bologna, e Ferrara, si obbligava indennizzarle nella stessa precisa somma, che risultasse aver esse dogane percetto dall'introduzione dell' osso di balena per un novennio antecedente all'epoca della presente concessione, coll' obbligo poi correspettivo alle stesse dogane di riscuotere esattamente per conto della reverenda camera apostolica il suddetto venti per cento sull'osso di balena, ed altra manifattura qualunque di detto genere di estera fabbricazione, che dopo aperta la nuova fabbrica sarà introdotto nello stato Ecclesiastico, ad oggetto di corrispondere alle respettive dogane la somma, che era solito incassare annualmente, fatto il ragguaglio del novennio, e quando non arrivasse la somma da percepirsi dal venti per cento ad indennizzare l' introito solito a ricavarsi, il supplicante stesso proponeva, e si obbligava indennizzare nel suo pieno le respettive dogane, loro appaltatori, e tesorieri delle provincie fino al totale del solito introito da liquidarsi nel novennio come sopra, e sorpassando la somma dell' introito del nuovo dazio del venti per cento la somma solita a percepire annualmente sul ragguaglio fatto sopra l' antecedente novennio, lo stesso supplicante si obbligava rilasciarla a pieno comodo, e disposizione della reverenda camera apostolica; come altresì, se in qualche comunità del Nostro stato Ecclesiastico ci fosse come un particolar provento di essa con legittima autorità, o per un lungo possesso antecedente alla presente Nostra concessione stabilito un diritto privativo d'introduzione, o vendita dell'osso di balena, lo stesso supplicante si obbligava corrispondere alla stessa comunità quella stessa somma, che per un novennio come sopra antecedente alla presente concessione si giustificherà aver tale comunità ritratto da un tal privativo diritto, corrispondendone la rata annuale risultante dall'intero novennio.

Tenor concessionis.

§. 5. Nell'udienza da Noi data a monsignor Rusconi vostro uditore li 18. dello scorso luglio ci faceste riferire il tenore della prima supplica da Noi stessi coll'enunciato rescritto a voi rimessa, il sentimento, e relazione pienamente favorevole alle chieste grazie, e favori ne' dazi d' introduzione, e libera sortita di monsignor tesoriere, ed altresì le successive proposte a voi fatte dal supplicante in seguito del nuovo pro-memoria a voi esibito nel dì 6. giugno, e quindi, siccome trovavate molto migliorarsi le condizioni della supplica, e delle altre a monsignor Nostro tesoriere generale proposte, vedevate, che il marchese Camillo Bevilacqua con condizio-

ni assai vantaggiose al principale interesse de' Nostri sudditi, e dello stato, e piene di equità, e ragionevolezza proponeva di erigere una fabbrica, e manifattura chiaramente utile, voleste, che tanto la prima supplica, che le successive di lui proposte, e condizioni, tutte sottoposte fossero alle sovrane Nostre riflessioni. Noi pertanto bene informati, e per la prima supplica, e piano a Noi stesso direttamente umiliati, e per la relazione delle successive proposte a voi come sopra fatte, credemmo accogliere con piena soddisfazione il pensiere di un Nostro suddito benemerito dell' aumento della nazionale industria, e quindi proteggere colla sovrana Nostra autorità la nuova fabbrica della manifattura, e lavorio dell' osso di balena da introdursi nel Nostro stato, che in Italia sarà la seconda, con quelle grazie, e favori, che abilitino il supplicante a potere stare in concorrenza con le altre già da molto tempo introdotte, e stabilite fabbriche, tanto più, che è a Noi ben noto, che la prima introduzione di una nuova, e non mai presso una nazione introdotta manifattura, riesce assai più dispendiosa, che non lo è poi in progresso, stabilita, che sia, le quali grazie, e favori sono, e intendiamo, che siano le espresse nei seguenti articoli.

I.

Conditiones gratiae admexae, et pacta servanda.

§. 6. Si concede al marchese Camillo Bevilacqua Cantelli, o altro di lui socio, e compagno, che colla previa vostra approvazione piacesse al medesimo nominare, che dovrà in tal caso intendersi egualmente, e solidalmente obbligato, il diritto privativo di fabbricazione, e manipolazione dell' osso di balena sì in bacchette, che in altra maniera, e forma lavorato; qual privativo diritto intendiamo, e vogliamo, che sia, e s' intenda esteso in tutto il Nostro stato Ecclesiastico, comprese anche le Nostre provincie, e città di Bologna, Ferrara, e Benevento, e questo diritto privativo se gli accorda per anni diciotto da intendersi incominciato dal giorno, in cui, come appresso dovrà essere già aperta, ed in attività la sua fabbrica. Un tal diritto si concede soltanto privativo di fabbricazione, e non di spaccio, mentre non vogliamo precludere l' introduzione nello stato Pontificio dell' osso di balena delle fabbriche estere, sì per non obbligare i Nostri sudditi a valersi continuamente di una merce, che non riuscisse di loro soddisfazione, come altresì perchè la nuova fabbrica riceva un nuovo impulso, ed eccitamento ad una perfetta lavorazione, che possa, se non superare, stare almeno in concorrenza con quella delle altre fabbriche già negli altri stati stabilite.

II.

§. 7. Volendo poi Noi, per le gravi spese, che seco porta l' intrapresa, e stabilimento della nuova fabbrica, garantirla con quei favori, che meritano le nuove utili intraprese; vogliamo, che il genere grezzo delle barbe di balena, che dall' Oceano, e dal Baltico convien richiamare, come genere primo inserviente, e necessario alla manifattura dell' osso di balena debba essere esente da ogni dazio d' introduzione, e che all' opposto l' osso di balena, ed ogni altra qualunque manifattura di dett' osso di estera fabbricazione, resti dal giorno, in cui si aprirà la nuova fabbrica, e per tutta l' epoca degli anni diciotto, in cui si accorda il privilegio esclusivo d' ogni altra nel Nostro stato, sottoposto al dazio di un venti per cento, qual venti per cento comandiamo, che venga immancabilmente esatto da ogni qualunque dogana ai confini nell' introdursi, che farà nel Nostro stato l' osso di balena, o altra manifattura qualunque di detto genere, comprese anche le dogane esistenti nelle due legazioni di Bologna, o Ferrara, senza che i ministri delle pontificie dogane usar possano alcun, benchè minimo arbitrio di diminuzione nel da Noi prescritto dazio d' introduzione sotto le pene a vostro arbitrio. L' osso poi di balena, che sarà lavorato nella nuova fabbrica da erigersi, purchè sia accompagnato dall' attestato giurato del fabbricatore, o del giusdicente locale, oppure in assenza di questo dai pubblici rappresentanti, coll' approvazione del sigillo della comunità, in cui sarà eretta la nuova fabbrica, potrà introdursi nella città di Roma, e girar liberamente, come sopra, in tutti i territorj dello stato Ecclesiastico, senza esser obbligato a pagare alcun dazio, o gabella; così ancora potrà estrarsi l' osso di balena, ed ogni lavoro di detto genere per fuori dello stato Ecclesiastico, tanto per mare, fiumi, e

Favores redemptori concessi.

canali, che per terra, senza alcuna gabella, o aggravio, e coll'obbligo soltanto di farne la denunzia all'ultima dogana del confine, ove si estrarrà dett'osso, o lavoro d'osso di balena, affinchè dal respettivo doganiere ne sia preso il dovuto riscontro, che in fin d'anno dovrà a voi, ed a monsignor tesoriere pro tempore trasmettere, affinchè si possano da voi, e da esso ancora rilevare i progressi, che farà il commercio attivo di una tale introdotta manifattura. L'introito poi, che si farà dalla reverenda camera apostolica dalla nuova imposizione del venti per cento, da Noi, come sopra prescritto, dovrà erogarsi nell'indennizzazione di quella somma, che le dogane di Roma, e di tutto lo stato, comprese quelle di Bologna, e di Ferrara, risulterà aver percetto nell'introduzione dell'osso di balena per un novennio antecedente all'epoca della presente concessione, ragguagliandone la rata parte in ogni anno, e quando non arrivasse in taluna la somma del venti per cento ricavata ad indennizzare nel suo totale annuo le rispettive dogane, loro appaltatori, o tesorieri delle provincie, il concessionario Bevilacqua debba supplire all'indennizzazione precisa della somma annua, come sopra nel totale del novennio liquidata, e sorpassando, il di più del solito introito, ceder debba a favore della Nostra camera. Vogliamo altresì, che se qualche comunità del Nostro stato Ecclesiastico avesse sull'introduzione, o vendita dell'osso di balena, o vendita dell'osso, o manifatture di balena introdotto con legittimo titolo, o lungo possesso antecedente alla Nostra concessione, un privativo diritto d'introduzione, o vendita dell'osso di balena, o sue manifatture, e fosse solita disporne come d'un provento della stessa comunità, cessar debba dal giorno dell'apertura della nuova fabbrica un tal diritto di privativa, sotto però l'espressa legge, e condizione, che il concessionario Bevilacqua debba, durante l'epoca del privilegio esclusivo di fabbricazione dell'osso, e manifattura di balena indennizzare di anno in anno la stessa comunità con quelle cautele, che saranno di ragione in quella stessa precisa annual somma, che calcolato l'introito del novennio antecedente alla presente nostra concessione, risulterà aver la comunità stessa introitato.

III.

De qualitate mercis a redemptore vendendae

§. 8. L'osso di balena nella nuova fabbrica da stabilirsi, dovrà essere di buona, e perfetta qualità, e precisamente non inferiore al campione già presentato, che dovrà sempre conservarsi presso il segretario di camera, ne' cui atti sarà esibito il presente Nostro chirografo, e stipolato successivamente l'istromento di obbligazione coerente alle leggi di tal concessione, ad oggetto, che in caso di ricorso sopra la non esatta, e perfetta qualità della lavorazione, non corrispondente agli esibiti campioni, o per mancanza di elasticità, o perchè non spaccasse unito a tutta lunghezza, possa il concessionario obbligarsi a mantenerne l'esattezza colle vie più spedite del foro, ed anche economiche.

IV.

De pretio mercis.

§. 9. Il prezzo dell'osso di balena da fabbricarsi nella nuova fabbrica da erigersi sarà di bajocchi quarantotto la libra piccola di Roma, e non ostante qualunque aumento del genere primo sul prezzo risultante da lettera 2. agosto 1794. della ditta Pasinelli, e Pothoff di Amsterdam, nella quale è indicato il prezzo delle barbe di balena prima sorte, e da verificarsi anche più precisamente da voi con dichiarazione de' sensali giurati della piazza di Amsterdam nell'epoca suddetta, non potrà mai eccedere (premessa però a voi la giustificazione dell'aumento di prezzo risultante dai conti originali de' corrispondenti in quelle piazze, in cui sarà fatto l'acquisto del genere primo, cioè delle barbe di balena, quali conti dovrà a voi originalmente esibire; ben'inteso, che non dovrà valutarsi l'aumento, che nel prezzo del genere primo suddetto ridondar potesse per titolo de' cambi mercantili delle rispettive piazze) i bajocchi cinquantaquattro. Un tal prezzo di bajocchi quarantotto la libra, e che non dovrà sotto le condizioni espresse nel precedente capitolo eccedere mai li bajocchi cinquantaquattro la libbra piccola solita usarsi in Roma, dovrà intendersi fissato per l'osso di misura, cioè, che le bacchette siano di taglio, o sia lunghezza quarte dieci, o otto, o cinque, o almeno quattro di Brabante, mentre quello sotto misura, cioè al di sotto di quarte quattro suddette, benchè

Digitized by Google

eguale di qualità a quello di misura sì nella flessibilità, che nella facilità di poterne aver lamine, e filamenti seguiti, non potrà vendersi a prezzo maggiore di bajocchi trenta la libra. Le così dette spuntature poi, solite tagliarsi dalle bacchette dell'osso di balena manifatturato, quando è anche caldo per ridurle alle sole nel commercio di tal genere conosciute misure, siccome porge occasione ad inganni, e segnatamente alla classe più povera delle donne nell'usarne ne' busti i sartori, e le sartrici, se ne vieta assolutamente il commercio, e la vendita, e solo sarà permesso alla fabbrica da erigersi, esitarlo per un concime molto atto all'ingrasso dei terreni.

V.

De aperitione fabricae.

§. 10. Che sebbene il supplicante marchese Camillo Bevilacqua Cantelli nel termine di mesi sei, ovvero otto al più dal giorno della concessione degl'implorati privilegj, e favori si esibisse pronto ad aprire tal fabbrica; ad oggetto però, che questa si apra con riputazione, e credito corrispondente al sovrano Nostro desiderio, ed alla qualità, e condizione del supplicante, Noi accordiamo il termine di un'anno da cominciare questo stesso giorno, in cui è piaciuto alla sovrana Nostra clemenza segnare il presente Nostro chirografo, spirato il quale, e non aperta nella città di Ferrara, o in altro qualunque luogo del Nostro stato, a scelta del supplicante, che non avrà altro peso, che di manifestarlo a voi, scelto, che l'abbia, la nuova fabbrica, s'intenda decaduto dal diritto, e beneficio della presente Nostra graziosa concessione.

VI.

De notula mercis existentis quolibet anno remittenda ad cardinalem camerarium.

§. 11. Sarà a carico del concessionario il trasmettere da anno in anno al cardinal camerlengo esecutore di questo Nostro pontificio chirografo, e giudice privativo di qualunque controversia, che per cagion di tal nuova fabbrica, e lavorazione potesse accadere, una nota esatta del quantitativo dell'osso di balena da esso fatto fabbricare, e dell'altro trasmesso fuori dello stato Ecclesiastico, come altresì delle qualità de' lavori, che averà fatti con detto osso di balena, ad oggetto di esaminare, e conoscere i progressivi avanzamenti, e credito di tal nuova fabbrica, la quale, qualora mancasse nel quantitativo del genere occorrente ai bisogni, o consumo dello stato Ecclesiastico, o nell'esattezza del lavoro inferiore agli esibiti campioni, o nell'alterazione de' già sopraenunciati prezzi dell'osso di balena, s'intenda immediatamente decaduto dalla presente graziosa concessione, o privilegio, e devoluti altresì alla reverenda camera apostolica, non solo i generi grezzi, che manipolati, ma anche tutti gli stigli, ed attrezzi nella medesima fabbrica esistenti; e per l'esecuzione della presente Nostra grazia stipolerete l'opportuno istromento, pubblicherete bandi, ed editti, anche penali, e farete tutt'altro, che crederete necessario, essendo questa la mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 12. Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo, ammettendosi, e registrandosi in camera, e ne' suoi libri, a seconda della bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ancorchè non vi siano stati citati, nè sentiti li reverendissimi cardinali legati di Bologna, e Ferrara, monsignor commissario della Nostra camera, e qualsivoglia altra persona, che vi avesse, o pretendesse avervi interesse, e non ostanti qualsisiano constituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il loro tenore quì per espresso, e di parola in parola inserto, e supplendo Noi colla pienezza della suprema Nostra potestà a qualunque vizio, e difetto, ancorchè sostanziale, e formale, che nelle cose premesse potesse intervenire, per questa volta sola, ed all'effetto predetto, specialmente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 22. agosto 1795.

Pius PP. VI.

Executio.

§. 13. E volendo noi, che quanto viene ordinato, ed espresso nel suddetto pontificio

d by Go

chirografo, ed istromento in sequela di esso stipolato avanti di noi per gli atti dell'infrascritto segret. di camera li 28. del detto mese di agosto, abbia il suo totale, e pieno effetto; pertanto in esecuzione di essi, e d'ordine di Nostro signore datoci a bocca ordiniamo, ed espressamente comandiamo a tutte, e singole persone di qualsivoglia stato, grado, e condizione, ancorchè ecclesiastiche, secolari, e regolari, quantosivoglia privilegiate, e privilegiatissime, ed esenti, e che per comprenderle nel presente editto fosse necessario di esprimerle, e rispettivamente proibiamo, che veruno sotto qualsivoglia pretesto, causa, capo, o ricercato colore ardisca fabbricare dett'osso di balena, nè impedire, o molestare l'esercizio di detta privativa facoltà, come sopra concessa a detto marchese Camillo Bevilacqua Cantelli, e Gaspare Archer compagno, e socio dal suddetto concessionario Bevilacqua a noi nominato, ed in caso di contravenzione a quanto si è di sopra disposto, ed ordinato, sia ciascun contraventore tenuto, oltre l'emenda dei danni, alla pena di scudi cento per ciascuna volta da applicarsi per una terza parte alla reverenda camera apostolica, per l'altra parte al tribunale, ed esecutori, e per l'altra al detto marchese Camillo Bevilacqua Cantelli, e Gaspare Archer compagno, e socio del suddetto concessionario, come sopra a noi nominato, oltre le altre pene, anche corporali, a nostro arbitrio. Vogliamo pertanto, che il presente editto, affisso, e pubblicato nei luoghi soliti, tanto di Roma, che del nostro stato Pontificio, ed in specie delle legazioni di Bologna, e Ferrara, astringa ciascuno alla plenaria, e totale osservanza del medesimo, come se personalmente gli fosse stato intimato. Data dal nostro palazzo nella piazza dei santi XII. Apostoli questo dì 9. ottobre 1795

C. card. Rezzonico camerlengo.

A. Rusconi uditore.

MXXIX.

Dat. die 1. sept. 1795 Anno XXI

Declaratio favore collegii Juristarum civitatis Caesenae, ut laurea insigniti in ea universitate omnibus gaudeant privilegiis aliis collegiis curiae Romanae tributis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Inter multiplices tribulationes, quae invenerunt Nos nimis, a pastoralis officii ministerio humilitati Nostrae ex alto concrediti haud absonum esse arbitramur, ad ea quoque providentiae Nostrae partes convertere, per quae inter populos Sanctae Romanae Ecclesiae etiam in temporalibus subditos literarum studia foventur, juventus liberalibus disciplinis, ac doctrinis eruditur, ac juris in primis utriusque scientiae, sine qua respublica rite gubernari nequit, addiscitur: quapropter dignum, ac justum reputamus, universitatem studii generalis in civitate, ac patria Nostra Caesenatensi apostolica auctoritate erectam, in qua Nos olim lauream doctoralem accepimus, ac collegium doctorum ibidem pari auctoritate institutum, et cui Nos etiam alias adscripti fuimus, paternae dilectionis, grataeque voluntatis Nostrae, ac simul pontificiae largitatis significationibus prosequi.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii magistratus Caesenatensis, quod collegium Juristarum in eadem universitate dudum erectum existit, cui fel. rec. Julius pp. II. praedecessor Noster per suas literas die XXIV. junii MDIV. expeditas notarios creandi, et rec. mem. Clemens pp. VII. similiter praedecessor Noster per suas literas X. feb. MDXXIV. emanatas, ad duos ad id idoneos quotannis ad gradum doctoratus in utroque jure, servatis servandis, promovendi facultatem respective concesserunt; quodque haec facultas a Clemente praedecessore Nostro concessa, ad alios duos singulis annis doctoratus laurea decorandos a fel. rec. Paulo pp. V. praedecessore pariter Nostro per suas die III. septembris MDCX. desuper editas literas ampliata fuit; omnes vero gratiae, et indulta praefata a similis rec. Alexandro pp. VII., et a Clemente pp. X. praedecessoribus respective Nostris, per eorum literas die III. decembris MDCLVII., et die XXVIII. septembris MDCLXXV. expeditas, concessa etiam per eumdem Clementem X. praedecessorem collegio praedicto facultate omnes quoscumque idoneos ad doctoralem lauream promovendi, confirmata fuerunt; quodque tandem sa. me. Benedictus pp. XIII. praedecessor iti-

dem Noster, qui dum cardinalis dignitate fulgebat ecclesiae Caesenatensi praefuit, postquam per suos in simili forma Brevis diei XI. aprilis millesimo septingentesimo vigesimo quinto expeditas literas ad dirimendam litem inter clerum Caesenatensem, et collegium praedictum circa admissionem candidatorum jam pridem exortam, ut collegium Juristarum hujusmodi viginti doctoribus collegialibus de numero participantium, quorum decem ex clero, caeteri ex laicis essent assumendi in posterum constaret, firmiter praescripserat, omnia privilegia, ac memorata indulta rata habuit, et approbavit.

Ratio concessionis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, non defuerint, atque non desint, qui in discrimen vocarunt, ac vocant, num laurea doctoralis in universitate Caesenatensi collata prodesse possit ad officia, munera, dignitates etiam ecclesiasticas ubivis locorum obtinendas, et exercendas, cumque praeterea fel. rec. Benedictus pp. XIV. praedecessor itidem Noster per suas sub plumbo IV. kal. septemb. MDCCLIV. expeditas literas sanciverit, ut nullus deinceps, qui doctoralem gradum in archigymnasio Sapientiae hujus almae urbis assecutus non esset, quaecumque munera, et Romanae curiae officia obtinere, atque exercere posset, ac fel. rec. Clemens pp. XIV. praedecessor pariter Noster per suam constitutionem, qua universitatem studii generalis civitatis Nostrae tunc suae Ferrariensis novis legibus, ac privilegiis auxit, diei V. aprilis millesimi septingentesimi vigesimi primi, quae incipit—*Scientiarum*—, voluerit, ut nisi ii, qui doctoralem lauream in eadem universitate Ferrariensi asseculi essent, idonei ad obtinenda officia, ac munera, quae ab omnibus collegiis ejusdem civitatis Ferrariensis conferri solent, reputarentur, prout in eisdem Benedicti, et Clementis praedecessorum literis uberius continetur; hinc ne lauream doctoralem in universitate Caesenatensi, ac in eodem Juristarum collegio assumentibus praejudicium ullum obveniat, et tum Romanae curiae, tum alterius cujusvis civitatis praesertim ditionis Nostrae apostolicae officia assequi, et exerceri, ut antea fieri solebat, valeant, non solum memorata indulta, ac privilegia a dictis Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, ut praefertur, eisdem collegio concessa confirmare: verum etiam paternae Nostrae charitatis partes interponi exponentes praedicti plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur attendentes firmiora esse ea, quibus Sedis apostolicae saepius intercedit auctoritas, ac collegii praedicti prosperum statum, uberioraque in dies incrementa sinceris exoptanda affectibus eorumdem exponentium votis, hac in re quantum cum Domino possumus, benigne annuere, eosque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine in primis memoratas Julii II., Clementis VII. Pauli V., Alexandri VII. Clementis X., et Benedicti XIII. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum literas, omniaque, et singula in eis contenta tenore praesentium auctoritate apostolica confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac irrefragabilis apostolicae firmitatis robur, et munimen adjicimus: quinimmo motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus omnia, et singula in eisdem literis contenta denuo statuimus, concedimus, et indulgemus.

Revocatio literarum Benedicti XIV, et Clementis XIV, hac in parte.

§. 5. Praeterea memoratas Benedicti, et Clementis praedecessorum literas in hac parte dumtaxat, quae hisce praesentibus adversantur, tenore praesentium revocamus, et annullamus, viribusque, ac effectu penitus, et omnino vacuamus, ac proinde omnes, qui ad doctoralem gradum in utroque jure in universitate Caesenatensi fuerint promoti, posteaquam tamen doctoratus privilegium, vel apud rectorem archigymnasii hujus almae urbis, qui illud in ipsius archigymnasii archivio absque ulla eorum impensa referre, ac describere mandet, vel in Ferrariensi, aliisque ditionis Nostrae ecclesiasticae universitatibus exhibuerint ad assequendas quascumque di-

gnitates, et beneficia ecclesiastica, nec non ad praelaturas, magistratus, judicaturas, lecturas tam privatas, quam publicas, tum etiam ad munera procuratoris, vel advocati coram quocumque judice, aut tribunali, et demum ad quodcumque aliud munus, vel officium cujusvis generis, gradus, et conditionis in urbe Ferrariae, et ubivis locorum exercendum, et ad alios omnes effectus etiam incogitatos, et expressa mentione dignos praedictum doctoratus universitatis Caesenatensis privilegium illis prorsus suffragari, ac valere debere, atque ipsos doctoratus Caesenatensis hujusmodi praerogativa ornatos perinde ac si lauream doctoralem in dicto archigymnasio urbis, et universitate Ferrariensi suscepissent, habendos omnino esse volumus, ac ita perpetuis futuris temporibus servari praecipimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas praesentes literas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causae propter quas praesentes emanarunt, adductae, aut verificatae, et justificatae fuerint, aut quavis alia causa, colore, et praetextu ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam substantiali defectu notari, impugnari, infringi, et retractari, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXXX.

Dat. die 4. sept. 1795. Anno XXI.

Concessio favore canonicorum ecclesiae collegiatae s. Mariae de Arce terrae Offidae Asculanae dioecesis gestandi mozzettas violaceas cum rocchetto.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Dum insignem collegiatae ecclesiae s. Mariae de Arce, seu della Rocca terrae Nostrae de Offida Asculanae dioecesis, quae, ut asseritur, jam inde a fel. rec. Pio pp. IV. praedecessore Nostro erecta fuit, dignitatem, ac singularem fidei constantiam, et eximiae devotionis affectum, quo dilecti filii ejusdem collegiatae ecclesiae prior, et canonici erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, pensamus, dignumque arbitramur, illorum postulationibus, quae ad ipsius collegiatae ecclesiae splendorem augendum pertinere dignoscuntur congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum priorem et canonicos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut omnes, et singuli, tum prior, et canonici dictae collegiatae ecclesiae sanctae Mariae de Arce, seu della Rocca dictae terrae de Offida Asculanae dioecesis perpetuis futuris temporibus mozzettas violaceas cum rocchetto ad instar

plurium aliarum collegiatarum ecclesiarum, ac etiam cathedralium, quarum canonici simili indulto utuntur, tam in praefata collegiata ecclesia, ejusdem choro, et capitulo, quam extra eam in supplicationibus vulgo processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, ac deferre, illisque uti libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictae collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Osservazione.

Preces porrectae pro declaratione literarum apostolicarum.

§. 5. Essendo insorta difficoltà sulle parole del suttrascritto Breve apostolico — *ad instar plurium ecclesiarum collegiatarum, ac etiam cathedralium,* — da poichè vario è lo stile su tal distintivo tra le chiese collegiate e cattedrali, il priore e canonici della insigne collegiata di Offida supplicarono il sommo pontefice Pio papa VI. per una declaratoria, e si ebbero i seguenti rescritti.

Ex audientia Sanctissimi

Die XIX. novembris MDCCXCVI.

Remissio precum pro petita declaratione.

§. 6. Dominus remisit preces ad dominum cardinalem Brevium secretorum secretarium pro petita declaratione.

J. Mercanti substitutus.

Ex audientia Sanctissimi

Die XXII. novembris MDCCXCVI.

Tenor declarationis.

§. 7. Sanctissimus attentis expositis ex speciali gratia decrevit, atque declaravit, ut oratores tempore hyemali rochetto, et mozzetta violacei coloris, ac fascia nigra cum floccis; tempore vero aestivo pro mozzetta superpelliceo uti, ac gestare, nec non choro, aliisque ecclesiasticis functionibus interesse libere, ac licite possint, et valeant. Non obstantibus in contrarium quibuscumque. Voluitque praesentem gratiam suffragari absque ulla literarum in forma Brevis expeditione.

R. card. Braschius de Honestis.

Loco ✠ sigilli.

MXXXI.

Dat. die 11. sept. 1795. Anno XXI.

Instante episcopo Pacensi in Indiis confirmatur decretum congregationis sacrorum Rituum de recitando officio cum missa sanctissimi Redemptoris, ac ejusdem pretiosi Sanguinis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Quum venerabilis frater episcopus Pacensis, sicut exponi ipse Nobis nuper fecit, vehementer laboret, quo sibi crediti fideles majori in dies pietate colant unum mediatorem Dei, et hominum Christum Jesum, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, suasque spes omnes in eo collocent, atque in ejus sanguine multo melius clamante,

Digitized by Google

quam Abel; Nobis propterea supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur, quibus hoc studium ejus quam maxime probatur, ipsum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Domino Coppola congregationis sacrorum Rituum secretario, ut posthac ab universo clero saeculari, nec non a religiosis, et monialibus, utentibus calendario dioecesano civitatis, et dioecesis Pacensis recitari possit quotannis in dominica tertia julii ritu duplici secundae classis, sine octava, officium, cum missa sanctissimi Redemptoris jam adprobat. pro civitate Venetiarum, demptis tamen a sexta lectione verbis illis — *Hanc igitur immensae largitatis etc.* usque ad finem: atque etiam in una ex feriis sextis quadragesimae, vel mensis martii, semel in perpetuum ab eodem episcopo destinanda, ritu duplici maj. officium, cum missa itidem adprobat. pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi; dummodo in eadem feria sexta non occurat officium ritus duplicis, quo casu transferatur officium pretiosissimi Sanguinis ad primum diem non impeditum juxta rubricas, auctoritate apostolica, tenore praesentium, concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ejus civitatis, et dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima prima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXXXII.

Dat. die 16. sept. 1795. Anno XXI.

Concessio appaltus Dohanarum, ac thesaurariae provinciae Patrimonii ad favorem domini Petri Pauli Valdambrini, et Dominici filii.

Pius PP. VI.

MOTU PROPRIO

I.

Exordium.

§. 1. Romani interest pontificis in justitiae solio sedentis enixam curam intendere non tam personarum securitati cum camera apostolica contrahentium, quam ejusdem camerae indemnitati, ut contractus ab illis stipulati, adjecto Nostrae confirmationis robore, absque ulla contraventionis formidine expeditae vicissim mandentur executioni.

II.

Refert concessionem appaltus, et instrumenti stipulationem cum capitulis.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus dilectus filius Hieronymus a Porta Noster, et camerae Nostrae apostolicae thesaurarius generalis sub die XXVI. septembris MDCCXCIV. vigore specialis Nostri chirographi die XXX. aprilis ejusdem anni concesserit dilectis filiis Nostris Petro Paulo, et Dominico ejus filio Valdambrini appaltus dohanae Patrimonii, Maritimae, Campaneae, et pascuorum urbis; ac thesaurariae Patrimonii, cum omnibus adnexis, membris, juribus, et pertinentiis, nec non exactionis gabellae nuncupatae unius julii, et duobus juliis macinatus ejusdem provinciae, alias per fel. mem. Alexandrum pp. VII. praedecessorem Nostrum impositis super frumento, et minutis in locum assignamentorum salis ab eodem suppressorum, sicuti etiam exactionis duorum juliorum pro quolibet rubro frumenti comprehendi solitorum repartitorum super communitatibus dictae provinciae Patrimonii,

itemque exactionis gabellae alterius julii maêinatus super quolibet rubro frumenti alias auctoritate per fe. mem. Clementem XIII. ad novennium jam incoeptum die prima octobris anni millesimi septingentesimi nonagesimi quarti, et ut sequitur continuandum et terminandum per totam diem xxx. septembris MDCCCIII. pro annuo censu in totum scutorum viginti trium millium monetae Romanae de juliis decem pro quolibet scuto comprehensis solitis regaliis cameralibus ultra participationem septimae partis utilium etiam industrialium, et quomodolibet quaerendorum occasione appaltus praedicti liquidandorum singulis annis, nec non cum pactis, capitulis, obligationibus, ac securitatibus, aliisque ex oraculo Nostro, et authoritate sui officii thesaurariatus, quae fusius continentur in instrumento desuper per acta dilecti quoque filii nostri Thomae Selli camerae Nostrae apostolicae secretarii, et cancellarii die dicta XXVI. septembris MDCCXCIV. anni proximi praeteriti in sequelam Nostri chirographi rogato, ad quod in omnibus, et per omnia relationem haberi volumus, et mandamus.

III.

Omnia fuisse gesta ex suo oraculo testatur, ideoque appaltum cum conditionibus, et pactis, quibus fuit stipulatum confirmat.

§. 3. Nos itaque volentes, ut ea omnia de mandato, oraculo, et voluntate Nostris gesta, et peracta suum plenarium in personam dictorum Petri Pauli, et Dominici de Valdambrinis, sociorumque ab ipsis cum scientia, et approbatione dilecti filii Nostri thesaurarii assumendorum sortiantur effectum, ad nullius petitionis, seu instantiae impulsum, sed ex motu proprio, certaque scientia, ac deliberata voluntate Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine apprime informati, de omnibus, et singulis in dicto instrumento appaltus contentis, narratis, et expressis, et nedum illius ac conditionum, pactorum, aliorumque in dicto instrumento insertis contentorum, et expressorum, totum, et integrum tenorem, verum etiam tenorem, dicti Nostri chirographi cum omnibus, et singulis in eo contentis clausulis, decretis, derogationibus, caeterisque aliis latius in eodem Nostro chirographo contentis praesentibus pro expressis, et registratis habentes, ac si in praesenti Nostri motus proprii cedula de verbo ad verbum inserta, et registrata essent, et juxta eorum formam, continentiam, et tenorem, in omnibus, et per omnia approbamus, vincolamus, et plenissime confirmamus, supplentes, quatenus opus sit, omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui forsan in eisdem intervenissent.

IV.

Praemissorum decernit executionem, et pro majori firmitate iterum concedit appaltum ac subrogat dohanerios in juribus camerae, et dohanae, pollicetur in verbo summi pontificis omnimodam observantiam contractus, nec non prohibet posse capitula rescindi, aut limitari.

§. 4. Propterea que chirographum Nostrum ac instrumentum illius vigore, ut supra stipulatum, nec non pacta, capitula, conditiones, cautiones, omniaque, et singula in eis respective contenta, et expressa firmitate inconcussa subsistere, ac inviolabiliter etiam in fide Romani pontificis attendi, et observari debere decernimus, et mandamus, et ad hujusmodi observantiam Nos, et successores Nostros, Sedemque, et cameram apostolicam, suaque bona, redditus, et jura in ejusdem camerae ampliori forma obligamus, hypothecamus, et pro majori cautela iterum, et denuo appaltus praefatus vigore instrumenti praecitata die XXVI. septembris stipulatis, ac praesignato tempore incohandos, modo, et forma prout concessi extiterant eisdem Petro Paulo, et Dominico ejus filio de Valdambrinis, eorumque sociis, ut supra assumendis tradimus, cedimus, concedimus, et in jura, quaeque, ac privilegia Nostrae camerae, et dohanae competentia praemissorum intuitu plenarie subrogamus, eosdemque Petrum Paulum, et Dominicum ejus filium de Valdambrinis in possessione, et quasi pacifica, et quieta appaltuum praedictorum, ac illorum adnexorum, membrorum, et pertinentiarum quarumcumque, jurium, et honorum, privilegiorum, praerogativarum, ac immunitatum, et exemptionum quarumcumque, praedicto novennio durante, contra quoscumque manutenendos, et conservandos fore, et esse duximus, nec non contra chirographum, instrumentum, et capitula praefata, praesentisque Nostri motus proprii cedulam, et eorum tenorem, non molestari, inquietari, perturbari, vel impediri posse volumus, minusque eamdem praesentem cedulam de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostrae, seu alio quovis defectu etiam quod praefatum chirographum, et instrumentum in executionem illius stipulatum, nec non pacta, conditiones, et capitula in eo inserta, omniaque in eis contenta quaecumque ex quavis causa, ratione, occasione,

Digitized by Google

vel praetextu, tam cogitatis, quam incogitatis et in corpore juris clausis, etiam enormis, et enormissimae laesionis evidentisque utilitatis camerae, ex quo meliores conditiones, tam ante, quam postmodum factae fuerint, vel offerri possent, aut quavis alia cogitata, vel incogitata causa ratione, occasione, jure, vel praetextu in toto, vel in parte notari, argui, vel impugnari, revocari, rescindi, vel limitari nullatenus posse, neque debere, et si secus factum fuerit quoties fiet, toties in pristinum statum restituta, et plenarie reintegrata, validioraque, et efficaciora fore, ac esse censeri, perinde ac si consistorialiter, ac de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium consilio, et assensu, omnique alio validiori modo emanassent, praesentemque Nostri motus proprii cedulam vim validi, et solemnis contractus inter Nos, et Sedem apostolicam ex una, et praefatos Petrum Paulum, et Dominicum ejus filium de Valdambrinis ex altera partibus legitime initi, utrimque juramento, et obligatione camerali vallati habere, et obtinere, et ad ea omnia, et singula praemissa plene probanda sufficere, nec alterius probationis adminiculum requiri debere jubemus, atque praecipimus.

V.

Ut a litibus, et vexationibus redimantur dohanerii, atque affidati approbat constitutiones summorum pontificum, illasque renovat, et una simul bannimenta, edicta, et literas fidae exequi decernit.

§. 5. Et considerantes aequum esse praedictis Petro Paulo, et Dominico ejus filio de Valdambrinis decurrente praedicto novennio, non minusquam dohaneriis, qui pro tempore in futurum erunt, nec non etiam affidatis, jura quaeque immunitates, et privilegia alias a Nostris praedecessoribus, concessa, et largita, in praesenti cedula etiam declarata, et expressa servari debere in correspectivitatem census, et fidae solvendae; itemque litibus, molestiis, vexationibus, ac perturbationibus non defatigari debere. Idcirco tollendis abusibus, si qui irrepserint, motu proprio, et ex certa Nostra scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine Pii II., Pauli II. Innocentii VIII., Alexandri VI., Leonis X., Pauli III., Julii III., Gregorii XIII. Urbani VIII., Clementis X., Innocentii XII., et Clementis XIII., praedecessorum Nostrorum literas, et chirographa, decreta, declarationes camerales, ac etiam edicta, et bannimenta reverendissimi cardinalis camerarii, praecipue illorum alterum emanatum die I. decembris MDCCLXXXVI. etiam quoad delationem armorum quorumcumque intus, et foris onustorum in locis muratis, et ad instar executorum Nostrae Urbis, exceptis tantum armis illis praeservatis in motu proprio Alexandri VIII., ac respective edicta dicti thesaurarii generalis desuper emanata, et inter caetera capitulum decimum tertium, et decimum quartum dicti instrumenti appaltus relative tamen, et consentanee ad constitutiones, seu chirographa, et ad resolutiones, resque judicatas desuper emanatas; nec non inhibitiones literas, patentes fidae nomine Nostro, et Sanctae Sedis, ac alias literas patentes affidatis, commissariis, ministris, officialibus, atque subappaltatoribus concedi solita, et consueta, ac solitas, et consuetas, ac eis omnibus contenta, quaecumque, de praemissis certam scientiam habentes, illorum, et illarum tenores, ac si de verbo, ad verbum insererentur praesentibus pro sufficienter expressis habentes cum omnibus, et singulis in eis contentis clausulis, et decretis tenore praesentium approbamus, confirmamus, innovamus, et declaramus, nec non exequi volumus, atque mandamus.

VI.

Omnes extinguit quaestiones a forensibus suscitatas super illorum admissione ad fidam Romanam, constitutionem Innocentii VIII innovat, remque judicatam cameralem rejicientem Romanos non originarios confirmat.

§. 6. Quamquam autem san. me. Innocentius VIII. praedecessor Noster constitutione sua *Quum saepe contingat* sanciverit privilegium solvendi fidam Romanam, seu parvam competere non debere iis, qui non habeant civilitatem Romanam ex origine atque hoc ipsum definitum fuerit a plena camera in causa discussa inter fratres Valdambrini tunc appaltatores, et Franciscum Petrella per resolutionem editam die IX. aprilis anni MDCCLXXXIV et per sententiam vigore dictae resolutionis, emanatam die XXVIII. septembris ejusdem anni, qua declaratum fuit civilitatem Romanam esse debere originariam, ad effectum solvendi fidam parvam, nec sufficere civilitatem desumptam a capitulo 57. lib. 8. statuti urbis, quae solum tribuit jus vagandi cum animalibus per integrum districtum urbis. Et quamquam praedicta sententia in rem judicatam transiverit, et acceptata fuerit nedum a Francisco Petrella, qui in lite illa succubuit, verum etiam a fratribus Tocci, et Piergentili, qui obmotis similibus causis postmodum renunciarunt; nihilominus quum marchio Jo-

seph Ambrosius Lepri, aliique litis consortes tentaverint hanc ipsam quaestionem iterum excitare, recursu habito ad Nostrum auditorem, a quo facultatem utendi jure suo in plena camera per decretum obtinuerunt, ac deinceps nullatenus litem super meritis prosequi curarunt, sed tantum in vim decretorum provisionalium auditoris Nostri camerariatus fidam magnam solvere consueverunt praevia semper dohaneriorum obligatione de restituendo in casu, quo praedicta res judicata aliquando revocaretur; Nos considerantes aequum non esse, quod appaltatores Nostri obnoxii sint novis litibus, atque in grave tum ipsorum, tum camerae Nostrae damnum incerti maneant super exactione fidae, quoad cives Romanos non originarios; propterea ad omne litium semen evellendum, laudatam constitutionem sa. me. Innocentii VIII. praedecessoris Nostri, ac enunciatam rem judicatam tribunalis Nostrae camerae, ac renunciationes litibus emissas expresse confirmamus, et adprobamus, eique perpetuae firmitatis robur adjicimus, sublata eidem marchioni Josepho Ambrosio Lepri, et litis consortibus, et quibuscumque aliis civibus Romanis non originariis facultate adversus eamdem rem judicatam reclamandi; non obstantibus tum praefato decreto Nostri auditoris, tum praefatis pariter decretis provisionalibus auditoris Nostri camerariatus, et obligationibus dohaneriorum in vim eorumdem decretorum, ut supra dictum est emissis; quas penitus cassamus, et abolemus, et pro non factis haberi volumus, ac sublata etiam facultate eidem tribunali Nostrae camerae, et quibusvis aliis judicibus, et tribunalibus aliter judicandi, declarantes irritum, et inane quidquid contra saepedictam rem judicatam fuerit attentatum: declaramus tamen quod per hujusmodi generalem sanctionem derogare non intendimus privilegio solvendi fidam parvam ex speciali gratia a Nobis, Nostrisque praedecessoribus alteri ex civibus Romanis non originariis, ante hac indultae, quae non obstantibus quibuscumque clausulis derogatoriis salva semper, ac in suo robore manere debere decernimus.

VII.

Fraudibus in alienatione animalium

§. 7. Quia vero sa. me. Clementi XIII. Nostro praedecessori innotuit maximo cum damno, et praejudicio dohaneriorum pro tempore, ac camerae Nostrae, et dohanae fieri contractus alienationum animalium favore illarum personarum, vel ad nullam, vel ad minorem fidam obligatarum sua reservatione dominii, et dilata pretii numeratione, ut tali medio debita solutio fidae minuatur, aut evitetur; propterea inhaerentes ejus motui proprio volumus, quod integre fida, prout antea a venditoribus debebatur, solvatur per emptores quousque dohanerio non constiterit de effectiva solutione pretii, deque dominii translatione in emptores ipsos; mandantes pro hujusmodi effectu, ut sequuto contractu, si per istrumentum teneantur illud dohanerio denunciare; si vero per apochas, teneantur illas originaliter exhibere, relicta copia sumptibus dohanerii conficienda, per ipsos tamen contrahentes subsignanda sub poena solutionis respectivae fidae, prout antea debebatur, ita quod pro toto tempore, quo in mora steterint in denunciatione, et exhibitione facienda reputetur contractus, ac si sequutus non fuisset. Sin vero contingat contractus ejusmodi venditionis translationis dominii, et solutionis pretii ficte, et in fraudem fieri, mandamus contrahentes poena falsi plectendos esse ultra fidae solutionem, animaliumque amissionem fisco Nostro, et dohanerio de more applicanda.

occurrit certis praescriptis declarationibus, atque poenis.

VIII.

Animalia quocumque modo locata una cum feudis, aut latifundiis sub quibusvis conditionibus, pactis, ac reservationibus oneri fidae subjicit, omnesque proinde lites super id exortas ad se avocat, ac supprimit.

§. 8. Quum autem nonnulli soleant aliena animalia titulo societatis, aut conductionis accipere, et in maximum dohanae, et camerae Nostrae detrimentum praetendant, se esse exemptos a solutione fidae, si dicta animalia retineant in territorio socii, vel locatoris; ac si in hujusmodi quaestione, ob ambiguitatem edicti dohanalis edita sit sententia in tribunali camerariatus pro exclusione solutionis fidae favore fratrum Sprega ex terra Vallerani ortum ducentium, et conductorum feudi Bomartii una cum animalibus ad baronem pertinentibus, a qua tamen sententia cum a tribunali plenae camerae reclamantibus appaltatoribus, indulta sit appellatio, et causa adhuc maneat indecisa; sicuti etiam coram aliis judicibus cameralibus plures aliae similes causae definitionem adhuc expectant: idcirco ad consulendum Nostrae camerae, ejusque appaltatorum indemnitati Nos animadver-

tentes fidam praecipue esse ab iis solvendam, qui fructum ab animalibus directe percipiunt, declaramus, et quatenus opus sit per novam legem sancimus, ut imposterum solutioni fidae subjecta esse debeant animalia omnia quocumque modo locata, seu deinceps locanda, vel titulo societatis alteri data, seu danda, etiamsi locatio, seu societas fiat una cum latifundiis, aut feudis, et animalia sint iisdem latifundiis, aut feudis adnexa, ibi maneant, nunquam amoveantur, et inserviant pro instructione, aut pro dote latifundii, et feudi, sive dentur aestimata, dummodo eadem animalia non retineantur in territorio, quod sit, vel utrique socio, vel tam locatori, quam conductori, commune, quia scilicet latifundium, aut feudum reperiatur in territorio, utriusque contrahentis. Ne interim vero praedicti Petrus Paulus, et Dominicus de Valdambrinis molestentur litibus promotis in praeterito appaltu, quae huic Nostrae declarationi causam dederunt, eas omnes lites, et causas ad Nos avocamus, atque ita avocatas, extinguimus, atque supprimimus, ac pro avocatis, extinctis, et suppressis haberi volumus; ita tamen ut praetextu hujus avocationis, et extinctionis litium neque praeteriti, neque praesentes appaltatores repetere quidquam possint, aut debeant a fratribus Spreca, aliarumque litium contradictoribus pro summa controversa fidarum hactenus decursarum.

IX.

Privilegium fidae, ac fori cameralis ad favorem affidatorum totius reddit.

§. 9. Ut vero affidati stare libere possint, et valeant intra stangam, et provincias dohanales, sive sub fida extra proprium eorum territorium, inhaerentes dispositioni motus proprii Urbani VIII., et resolutionibus captis per congregationem particularem approbatis per Innocentium XII. praedecessores Nostros, volumus quod ipsis ultra alias immunitates, et exemptiones servetur omnino privilegium fori in omnibus, et quibuscumque causis activis, et passivis, civilibus, atque criminalibus (exceptis tamen causis criminalibus in dicto motu proprio Urbani praeservatis) personam ipsorum affidatorum, eorumque famulos gregibus inservientes, quam bona affidata, et aliis in causis materiam fidae concernentibus, etiamsi ageretur de damnis studiose datis, et patratis, ac etiam delictis ex causa, et occasione, ut dicitur, spicilegii, relative ad constitutionem fel. record. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri dat. kal. junii MDCCLI., nec non etiam de gabellis, passibus, caeterisque de aliis immunitatibus, exemptionibus, ac privilegiis sibi competentibus ex dispositione superius relatarum constitutionum apostolicarum, et bannimentorum, quamvis poenae, gabellae, passus, et alia quaeque descripta esse constaret in tabellis communitatum, universitatum, civitatum, et locorum quorumcumque Nobis, et s. Sedi mediate, vel immediate subjectorum.

X.

Propriis in domibus, et provinciis cognitionem damnorum ad judices locales post triduum reversionis a dohana spectare declarat.

§. 10. Caeterum in accessu, et recessu a dohana, pascuis, territoriisque alienis, et per tres dies postquam reversi fuerint ad eorum domos, et provincias, seu territoria serventur fidae, et fori privilegia. Declarantes tamen quod in praefatis eorum domibus, et provinciis, seu territoriis si damna vel simplicia, vel studiosa per ipsos affidatos literis patentalibus dohanerii pro tempore, seu fida munitos patrari contigerit post triduum reversionis, itaut ad poenas ipsi affidati teneantur, tunc, et in hoc casu dumtaxat in prima instantia cognitio eorumdem damnorum datorum spectet, et pertineat ad judices locales eorum territorii, seu provinciae salva semper eorumdem affidatorum exemptione a repraesaliis, et a solutione poenarum pro damnis simpliciter datis.

XI.

In accessu, et recessu a dohana, fidae, et fori privilegia, servanda praescribit, judicesque privativos quos esse debere in causis affidatorum designat.

§. 11. Et ita juxta praemissas declarationes sublata omnimode quoad omnes causas, tam civiles, quam criminales hujusmodi facultate, et potestate procedendi omnibus judicibus tam civilibus, quam criminalibus, ordinariis, delegatis, et commissariis, etiam legatis, vicelegatis, gubernatoribus localibus, magistratibus, gubernatori Urbis, auditori camerae, senatori, ejusque judicibus, consulibus artis agriculturae, et magistris justitiariis, nec non congregationibus consultationum status, et boni regiminis, volumus quod reverendissimus camerarius, thesaurarius, et dohanarum praeses, assessores, et viceassessores dohanae, et respective tribunal camerae Nostrae privative quoad omnes alios judi-

ces procedere debeant, et valeant, etiam praevia avocatione, et reassumptione causarum coram dictis judicibus incompetentibus introductarum, et forsan introducendarum, quamvis tacite, vel expresse de consensu constaret, sive de obligationis cameralis executione ageretur.

XII.

Emo camerario cognitionem pertinentiae causarum delegat sublato tribunali signaturae justitiae facultate se intromittendi.

§. 12. Etsi quaestio super pertinentia earumdem oriri contingat, inhaerentes constitutionibus fel. record. Pii IV., Clementis VIII., ac motui proprio Clementis XIII., aliorumque Nostrorum praedecessorum nolumus, quod signatura justitiae de dicta pertinentia cognoscat, aut aliquo modo rescribat, nec se ingerat, sed hujusmodi cognitio, an causae sint de jurisdictione camerariatus, vel camerae, aut judicum cameralium praedictorum pertineat ad reverendissimum camerarium, et ipsam cameram, itaut si partes declarationi faciendae non acquieverint, vel ante hujusmodi declarationem, si voluerint, signaturam Nostram gratiae adire possint, et citato etiam commissario ejusdem camerae commissiones proponi debeant. Secus vero factae inhibitiones, et exequutae citationes in signatura justitiae impune sperni debeant.

XIII.

Interim pendente controversia pertinentiae causarum personis, captisque animalibus providet.

§. 13. Interim vero cognitione pertinentiae causae pendente; et prae caeteris ne personae forsan in carceres detrusae, neve animalia in pignus capta pro poenis damnorum datorum, commissi spicilegii, vel praetensae fraudis gabellarum, passuum, pontium, et similium depereant, ut saepe saepius contingit, volumus, atque mandamus, quod facta per affidatos damnificantes, aut aliter de praemissis inquisitos obligatione, et praestita fidejussione de stando juri cum parte, et fisco coram altero ex praedictis judicibus cameralibus ad formam constitutionis fel. mem. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri sub datum xxv. januarii MDCCLI. personae statim relaxentur, et animalia praedicta illico restituantur, nec ad impediendam personarum excarcerationem, animalium retentionem quaelibet citationes coram quibuscumque judicibus Romanae curiae, signaturae justitiae, ac etiam a reverendissimo camerario, et plena camera, nisi manu Nostra, vel Nostri auditoris sint signatae, attendantur, quin impune, et citra ullum vitium attentatorum sperni, ut supra possint, et valeant, et contra hospitiarios et quoscumque alios animalia capta retinentes, et detrectantes ipsam animalium restitutionem, et personarum a carceribus dimissionem, de facto, et sine citatione procedi possit ad executionem mandatorum de restituendo, et auferendo, nec non ad poenas in ipsis infligendas, et comminandas.

XIV.

Dohaneriis, atque thesaurariis provinciae Patrimonii per amplas largitur facultates pro exactione onerum cameralium.

§. 14. Quo autem dohanerii pro tempore seu thesaurarii provinciae Patrimonii debitis temporibus respondeant de exactione onerum cameralium juxta tabellas tradi solitas, et vicissim camera supplere possit, oneribus, quibus gravata reperitur, inhaerentes chirographo Urbani XIII. praedecessoris Nostri sub datum vII. martii MDCXXVI. declaramus, omnes universitates, communitates, civitates, collegia, monasteria, et quaslibet alias personas cujusvis sint dignitatis, etiam si foret necessaria de illis facienda mentio, quibus onerum cameralium solutio imposita est, teneri, et obligatas esse solvere dicta onera cameralia omni postposita mora, alias procedi possit contra dictas communitates, universitates, civitates, et quascumque superius enunciatas personas ad trasmissionem commissariorum, manuque regia ad repraesalias, arrestus, captionem pignorum, subhastationem, et deliberationem sola facti veritate inspecta, et quavis appellatione remota, dummodo servata fuerit forma praescripta in edicto alias pubblicato per bo. me. cardinalem Aldobrandinum, ac alterius edicti de Nostro mandato evulgati a thesaurario generali die x. februarii MDCCXCIV. taliter quod ipsi dohanerii seu thesaurarii pro tempore, eorumque commissarii, sine ullo obstaculo citationum coram quibuscumque judicibus executarum nisi eaedem manu Nostra, vel Nostri auditoris, et citato etiam camerae Nostrae commissario fuerint signatae ad praemissa procedere possint, et valeant absque vitio attentatorum.

XV.

Executores omnium contentorum in

§. 15. Mandantes propterea praedictis reverendissimo camerario, thesaurario genera-

Digitized by Google

praesenti motu proprio deputat cum decreto irritanti, et clausula sublata.

li, decano, et clericis praesidentibus Nostrae camerae, caeterisque judicibus, et officialibus quibuscumque quavis authoritate fungentibus, et functuris, ac tam conjunctim, quam divisim, ut praemissa omnia observent, et inviolabiliter observari faciant. Avocantes propterea ad Nos omnes, et quascumque causas, lites, et controversias, alias motas, et forsan imposterum movendas super praemissis per Nos, ut supra dispositis, declaratis, innovatis, concessis, et confirmatis, easdemque sic avocatas etiam nunc prout ex tunc extinguentes decernimus, ita per quoscumque judices, et commissarios quavis authoritate munitos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, ubique judicari, interpretari, ac definiri debere, nec non irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter hactenus contra formam praemissarum constitutionum, et bannimentorum tentatum, aut declaratum fuerit, et quidquid secus contra praesentem Nostram cedulam motus proprii, confirmationis, innovationis, declarationis, et concessionis respective scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

XVI.

Contrariis quibuscumque etiam statuto urbis, ac immemorabili consuetudini derogat.

§. 16. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis Nostris, ac dictae camerae reformationibus, decretis etiam de modo alienandi, et aflictandi illius jura, redditus, et proventus loquentibus, ac Pii IV. et Benedicti XIV. aliorumque praedecessorum Nostrorum super reformatione camerae, et quod jura fructus, et proventus ejusdem camerae nonnisi praeviis edictis, licitationibus plus offerenti, et ad extinctionem candelae, et certis aliis adhibitis modis, formis, et solemnitatibus alienari, locari, seu aflictari non possint seu debeant, et quibusvis aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis sub quibuscumque tenoribus, formis, et statutis almae Urbis praecipue capitulo LVII. libri III., artis agriculturae, magistrorum justitiariorum, reformationibus etiam papalibus, juramento, et confirmatione apostolica, et quavis alia cauthela, et firmitate roboratis, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, motu proprio, scientia, et potestate paribus, ac etiam consistorialiter in contrarium forte emanatis cum quibusvis clausulis, et decretis derogatoriarum derogatoriis, nec non quibusvis facultatibus, et privilegiis praedictis, aliisque quibuscumque judicibus tam ecclesiasticis quam saecularibus, congregationibus status, et boni regiminis, tribunalibus, et magistratibus Urbis, et status Nostri ecclesiastici quavis authoritate, et dignitate fungentibus, et functuris, tam per Nos, et praedecessores Nostros, signanter quoad communitates status Ecclesiastici concessis, confirmatis, innovatis, concedendis, confirmandis, innovandis, nec non cancellariae regulis de jure quaesito non tollendo, ac legibus, usibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus; quibus omnibus etiamsi de illis pro illorum sufficienti derogatione mentio, sive expressio habenda, aut certa exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Declarantes praeterea praesentibus, nisi de illis, eorumdemque totis tenoribus, ac praedecessorum Nostrorum nominibus, et singulis ab eis super hoc emanatis literis plena, specifica, et expressa, individuaque mentio, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facta sit, per quascumque literas, quibusvis personis, collegiis, et communitatibus, etiam ex quibuscumque causis, et considerationibus concedendis nullatenus derogari posse.

XVII.

Cedulam hujus motus proprii valere praecipit, etiam sine illius admissione, et registratione in camera.

§. 17. Volumus denique, atque decernimus, ut praesens Nostri motus proprii cedula, licet non admissa, nec registrata in plena camera, ejusque libris ad formam constitutionis Pii IV. Nostri praedecessoris *de registrandis* suum plenum effectum, et executionem sortiri debeat per solam Nostram signaturam, ac illi, et transumptis ejus manu alicujus dictae camerae Nostrae secretarii subscriptis, sigilloque dicti cardinalis camerarii, vel thesaurarii generalis munitis, plenam in judicio, et extra, et ubique locorum fidem adhibere debere, regula quavis, caeterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Da-

tum ex Nostro palatio apostolico Quirinali hac die XVI. septembris MDCCXCV.

Pius PP. VI.

Dat. die 25. sept. 1795. Anno XXI.

MXXXIII.

Concessio juris privativi condendi laminas aeneas, et aedificia extruendi ad opus necessaria in provincia Romandiolae favore comitis Francisci Faccini.

Girolamo della Porta della Santità di nostro signore e sua R. C. A. tesoriere generale.

R. P. D. thesaurarius refert chirographum pro executione recepisse.

§. 1. Si è degnata la Santità di Nostro signore Papa Pio sesto felicemente regnante di rinnovare al sig. conte Francesco Faccini per altri venticinque anni prossimi avvenire la facoltà privativa di far cavare, battere, e lavorare il rame, e respettivamente di continuare, e nuovamente far fabbricare gli edificj a tal' effetto necessarj nel feudo della Piavola, e ville annesse, oppure altrove nella provincia di Romagna, come più diffusamente risulta dal chirografo segnato dalla stessa Santità Sua il dì 18. luglio corrente anno (a tenore del quale sotto il dì 24. del detto mese si è stipolato pubblico istromento di concessione per gli atti dell' infrascritto segretario di camera), ed a noi diretto per l' esecuzione del tenore, che segue.

Monsig. Girolamo della Porta Nostro, e della Nostra Camera tesoriere generale.

Tenor chirographi.

§. 2. Nel riferirci nella udienza dei 4. corrente mese la supplica umiliataci dal marc. commendatore Francesco Faccini nobile della Nostra città di Cesena, per ottenere a suo favore la nuova concessione della privativa di far cavare, battere, e lavorare il rame, e rispettivamente di continuare, e nuovamente far fabbricare gli edificj a tal' effetto necessarj, o nel di lui feudo della Piavola e sue ville annesse poco distanti dalla detta Nostra città di Cesena, e di diretto dominio della mensa vescovile di Sarsina, o in altro luogo della Nostra provincia di Romagna; ci faceste presente, che una tal privativa fu concessa a principio dalla san. mem. di Paolo V. Nostro predecessore con suoi chirografi dei 29. dicembre 1607., e 30. maggio 1609. al fu Gio. Francesco Fattiboni di quel tempo possessore dell' enunciato feudo della Piavola, per anni venticinque, e coll' annuo canone di scudi venti moneta da pagarsi alla Nostra camera, ed in oltre con alcuni capitoli, dichiarazioni, e privilegj contenuti nei citati chirografi, e negl' istromenti in esecuzione di essi stipolati per gli atti del Bulgarini già uno dei segretarj, e cancellieri della Nostra camera li 19. gennajo 1608., e 14. luglio 1609. Ci riferiste ancora, che questa stessa privativa si andò in seguito di tempo in tempo rinnuovando a favore dei successivi possessori dell' enunciato feudo della Piavola, e che l' ultima rinnovazione fu accordata dall' altro Nostro predecessore Benedetto XIV. con suo chirografo dei 24. novembre 1755., e successivo istromento stipolato per gli atti del Paoletti altro segretario, e cancelliere della Nostra camera li 11. dicembre stesso anno 1755., a favor del commendatore Francesco e Gio. fratelli Faccini, a quali era passato l' utile dominio del suddetto feudo, con lo stesso annuo canone di scudi venti, e per il lasso parimenti di altri 25. anni incominciati a decorrere li 11. luglio 1762.

Ratio concessionis.

§. 3. Il decorso di tanti anni, per i quali i possessori di detto feudo della Piavola avean goduta la enunciata privativa; le tante conferme della prima concessione sopravvenute nel riferito giro di anni, rendevano degna di qualche ascolto la nuova istanza del commendatore Francesco Faccini per la rinnovazione della privativa medesima; tanto più, ch' egli si adattava al pagamento della gabella delle finanze richiesto per parte della Nostra camera, per il rame, che avesse introdotto nel Nostro stato per uso dell' enunciata sua fabbrica, dal qual dazio erano andati esenti quei, che goduto avevano in addietro della prefata privativa.

Tenor concessionis.

§. 4. In vista di tuttociò risolvemmo nella citata udienza di fargli grazia, accordando al prefato commendatore Faccini la nuova concessione della suddetta privativa per altri 25. anni, fermo il solito canone di scudi venti, e colla dichiarazione di esser egli obbligato al pagamento della suddetta gabella; e volendo ora, che tale Nostra sovrana pontificia con-

Digitized by Google

discendenza sorta il suo pieno effetto; pertanto con il presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto l'intiero, e preciso tenore della supplica a Noi umiliata dal comm. Faccini, della relazione da voi fattacene nella udienza dei 4. corrente, dei chirografi del Nostro predec. Paolo V. segnati li 29. dicembre 1607., e 30. maggio 1609., dei successivi istromenti stipolati per gli atti del Bulgarini li 19. gennajo 1608., e 14. luglio 1609., degli altri chirografi, ed istromenti, in forza de' quali si andò successivamente rinnuovando la concessione della prefata privativa, di quello di Benedetto XIV. in data dei 24. novembre 1755. dell'istromento in seguito stipolato per gli atti del Paoletti li 11. dicemb. stesso anno 1755., e di ogni altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi, e che per esser compresa, esigesse specifica, ed individua menzione, di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della suprema Nostra podestà ordiniamo ed ingiungiamo a voi, che in nome Nostro, e detta Nostra camera nuovamente concediate, siccome Noi concediamo a favore del suddetto commendatore Francesco Faccini, e de' suoi eredi, e successori la suddetta facoltà privativa di far cavare, battere, e lavorare il rame, e rispettivamente di continuare, e nuovamente far fabbricare gli edificj a tal effetto necessarj, nel suo feudo della Piavola, e ville annesse, o pure altrove nella detta Nostra provincia di Romagna per altri anni 25. prossimi avvenire dal dì della stipolazione dell'infradicendo istromento, coll'obbligo del suddetto commendatore Francesco Faccini, suoi eredi, e successori di pagare per il tempo, in cui durerà la presente concessione, alla Nostra camera qui in Roma nella camera dei tributi ogni anno nella vigilia, o festa de' santi gloriosi apostoli Pietro, e Paolo l'annuo canone di scudi venti moneta, sotto pena della caducità in caso di non seguito pagamento a seconda della costituzione della san. memoria di Gregorio XIII. Nostro predecessore *contra non solventes canones*; e con dichiarazione ancora, che il prefato commendatore Faccini, e suoi, siano tenuti al pagamento della gabella delle finanze anco per il rame che da qualunque parte introdurranno nel Nostro stato per uso della enunciata fabbrica.

Praeceptum de stipulando instrumento.

§. 5. Con tali condizioni, ed obblighi, e con tutti gli altri patti, capitoli, convenzioni, prerogative, e privilegj tanto consentanei alla natura della presente concessione, quanto soliti a godersi da quelli, a quali è stata in passato concessa la enunciata privativa, e che non si oppongono alle presenti Nostre disposizioni, ne stipolerete il necessario istromento, con obbligare all'osservanza di quanto in esso prometterete, la Nostra camera, suoi effetti, e ragioni nella sua più ampla forma, per esser questa mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes, cum derogatione contrariorum.

§. 6. Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo ammettendosi, e registrandosi in camera, e nei suoi libri a tenor della bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la Nostra semplice sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrezione, o orrezione, ne di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ancorchè non ci sia stato chiamato, citato, nè sentito monsignore commissario della Nostra camera, o altri, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse, nè siano state osservate tutte quelle solennità, e formalità, che vengono prescritte dal prelodato Pio IV. nell'altra sua costituzione *De reformatione camerae*, nè in quello di Clemente XII. sopra la retta amministrazione de' proventi, ed interessi camerali, e non ostanti le suddette, e qualsisiano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e supplendo Noi colla suprema Nostra podestà a qualunque vizio, e difetto ancorchè sostanziale, e formale, che nelle cose premesse potesse intervenire, per questa volta sola, ed all'effetto predetto specialmente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 18. luglio 1795.

Pius PP. VI.

Executio.

§. 7. Volendo noi pertanto, che le sovrane disposizioni di Nostro Signore contenute, ed

espresse nel sopra riferito pontificio chirografo si deducano a notizia del pubblico, e possano in conseguenza avere il pieno loro effetto, ordiniamo che il presente nostro editto venga affisso, e pubblicato in tutte le città, e luoghi principali della provincia di Romagna, e si abbia così come se fosse stato a ciascuno intimato. Dato in Roma dal palazzo di Monte Citorio nostra solita residenza, questo dì 25. settembre 1795.

Dat. die 2. oct. 1795. Anno XXI.

MXXXIV.

Ampliatio concessionis factae monialibus Conceptionis beatae Mariae virginis egrediendi e monasterio ad effectum visitandi corpus sancti Gregorii episcopi Nazianzeni asservatum in basilica Principis Apostolorum de Urbe.

Dilecto filio Nostro in alma
Urbe Nostra vicario in spiritualibus generali.

Pius PP. VI.

Dilecte fili
salutem, et apostolicam benedictionem.

Preces porrectae a monialibus.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae abbatissa, et moniales Conceptionis beatae Mariae virginis immaculatae in Campo Martio de Urbe ordinis sancti Benedicti, quod, cum alias in ecclesia dicti monasterii sacrum, ut pie creditur, corpus sancti Gregorii episcopi Nazianzeni per plura saecula asservatum ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus veneraretur, ac postmodum de hujus sanctae Sedis licentia ad basilicam Principis Apostolorum de eadem Urbe translatum inibi custodiretur fel. rec. Benedictus pp. XIV. praedecessor Noster precibus earumdem abbatissae, et monialium humiliter sibi porrectis intentus, ut religioni non solum, qua erga easdem sacras exuvias tenebantur, facerent satis, verum etiam, ut septem praescriptas dictae Urbis ecclesias visitare possent, tunc suo, ac pro tempore existenti in alma Urbe vicario in spiritualibus generali commisit, ut sub certa tunc expressa forma, et modo pro tempore existentibus abbatissae, monialibus expresse professis, novitiis, educandis, conversis, et aliis in eodem monasterio degentibus, ut a primis vesperis unius diei infra octo dies post festum ejusdem sancti episcopi, sive alterius diei pro opportunitate ab abbatissa pro tempore existenti designanda e suo monasterio egredi, et ad dictam basilicam ire, ac subinde die immediate sequenti ab ortu, usque ad occasum solis diei hujusmodi reliquas dictae Urbis ecclesias pro visitatione septem ecclesiarum praescriptas adire, et visitare possent, auctoritate apostolica indulgerent; prout in ejusdem Benedicti praedecessoris hisce desuper die XXX. augusti MDCCLVI. expeditis literis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictae exponentes licentiam egrediendi bis in anno e dicto monasterio, ut praefertur, a memorato Benedicto praedecessore concessam per Nos ampliari summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, earumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: circumspectioni tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut ipsis modernis, et pro tempore existentibus abbatissae, monialibus expresse professis, novitiis, educandis, conversis, et aliis in ejusmodi monasterio degentibus licentiam bis in anno egrediendi e dicto monasterio, ut praefertur a memorato Benedicto praedecessore concessam ad aliam vicem pariter in anno in die mensis octobris pro opportunitate ab eadem abbatissa designanda, servata tamen in reliquis earumdem Benedicti praedecessoris literarum forma, et dispositione, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non ordinis, et monasterii praedictorum etiam

juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda octobris, millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 18. nov. 1795. Anno XXI.

MXXXV.

Instante procuratore generali ordinis Carthusianorum confirmatur quaedam ordinatio in comitiis facta.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. §. 1. Praeclarum est, conducensque maxime ad sanctissimam disciplinam in religiosis familiis retinendam, si a nullo hae umquam eorum, quae a suis conditoribus sapienter, ac divinitus instituta, sibique tradita fuere, deflectant. Nec aliam certe ob causam exsistimamus, nondum exaruisse apud Carthusianos, septem saeculorum intervallo, priscam illam, rigidamque virtutem, sed florere adhuc, haud mediocri cum Ecclesiae universae bono, et utilitate, cui multum prodesse debet, secundum sacras literas, deprecatio tot justorum apud Deum assidua.

Protestatur pontifex libenter jam accepisse perfectam ordinationem. §. 2. Libenter itaque Nos accepimus, ordinationem in comitiis factam eorumdem Carthusianorum anno millesimo septingentesimo nonagesimo tertio, atque in aliis postea unanimi consensione ratam habitam anno superiore millesimo septingentesimo nonagesimo quarto Bononiae utrisque, bona Nostra cum venia celebratis; quae quidem ordinatio tenoris est qui sequitur — Quoniam nobis visum est, esse magni momenti, ut in capitulo definiatur, statuatur, ac declaretur circa statum reverendi patris, nunc in domo Bononiae degentis, ad praecavenda omnia damna, quae in ordine Nostro oriri possent, statuimus statuto irrefragabili, quod reverendus pater in domo Bononiae in qua de consensu summi pontificis se recepit, remaneat, et quod secundum laudabilem patrum Nostrorum consuetudinem, e terminis suis nunquam exeat: terminos vero istos extendimus ad decem milliaria in circuitu dictae domus Bononiae, in quibus non comprehenditur civitas Bononiensis, in quam expresse prohibemus, ne sub quocumque praetextu ingrediatur; sed quia reverendus pater est prior cujuscumque domus, ubi sedem suam collocat, et non possunt simul admitti duo priores ejusdem domus; ideo statuimus, quod domus Bononiae administratio tam in spiritualibus, quam in temporalibus de jure ad reverendum patrem pertinere debeat, quamdiu illum in hac domo manere contigerit, et insuper declaramus, et statuimus, quod dominus Ildephonsus Maria Jobbi servet semper, et nomen, et praerogativas priorum, et sit tamquam coadjutor reverendi patris in regimine dictae domus.

§. 3. Quam Nos ordinationem, dilecto, filio Ignatio de Maisons ordinis Carthusiani procuratore generali supplicante, apostolica auctoritate per praesentes literas comprobamus, et confirmamus, ac omnes, si qui inciderint, juris, et facti defectus, supplemus, et sanamus. Quod vero, ut perlatum ad Nos quoque est, dilectus filius minister generalis propter indulgentiam suam quamdam, dilecto Ildephonso Mariae Jobbi, de quo pariter in ordinatione fit mentio, domum Bononiensem moderandam deinceps, ut antea permiserit, perinde ac si ipse non adesset; Nos, quibus publicum universae sodalitatis commodum potius debet esse, harum praesentium etiam vigore, decernimus, ut ne illa ministri generalis ratio successoribus suis sit exemplo, ac ubi commemoratus Ildephonsus Maria Jobbi debitum naturae reddiderit, idem minister generalis domus Bononiensis, in qua commorari pergat curam, tam in spiritualibus, quam in temporalibus gerat per se ipsum, ut est in ordinatione cautum. Illam propterea confirmat, et servari mandat.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, ac validas, esse, et fore, suosque integros, et plenarios obtinere effectus, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis, ac quatenus opus Derogatio contrariorum.

fuerit, ipsius ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia novembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 14. nov. 1795. Anno XXI.

MXXXVI.

Concessio juris privativi condendi aeruginem favore Camilli Greco, et Aloisii Papi.

§. 6. Non obstantibus supradictis aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ipsius civitatis Caesenae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta novembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXXXIX.

Nova prorogatio facultatum concessarum archiepiscopis, episcopis, ac dioecesium ad-

Dat. die 10. dec. 1795. Anno XXI.

ministratoribus regni Galliarum, nec non Avenionis, et comitatus Venaisini, Sabaudiae, aliorumque locorum, quae persecutioni sunt obnoxia.

Ratio, et tenor prorogationis facultatum.

§. 1. Iisdem perseverantibus malis, eadem sunt adhibenda remedia. Cum igitur in regno Galliarum, Avenione, in comitatu Venaisino, in Sabaudia, aliisque etiam locis ubi fideles legitimis pastoribus destituuntur, nec possunt absque gravi discrimine, et incommodo adire hanc apostolicam Sedem, perdurent adhuc illae infelicissimae circumstantiae, ob quas Sanctissimus Dominus Noster praefatis archiepiscopis, episcopis, ac dioecesium administratoribus varias, easque amplissimas, et extraordinarias facultates concessit, quae in subsequentibus indultis dierum x. decembris MDCCXCII., xvi. decembris MDCCXCIII., et xv. decemb. MDCCXCIV. prorogatae fuerunt; eadem Sanctitas Sua, cui spiritualis fidelium pastoralis ejus curae concreditorum utilitas summopere cordi est, cum spiritualibus eorum indigentiis, eo meliori modo quo fieri potest consultum esse velit, novo hoc indulto concedit praefatis archiepiscopis, episcopis, et dioecesium administratoribus prorogationem omnium, singularumque extraordinariarum facultatum, quae in praecedentibus indultis comprehenduntur; idque concedit iisdem legibus et conditionibus, quae prioribus indultis fuerunt appositae, quaeque declaratae fuerunt in prorogatione diei x. decembris MDCCXCII.

Ampliatio facultatum ad tempus indefinitum.

§. 2. Quoniam vero praeteritis temporibus factum quandoque est, ut aliquis episcopus, aut vacantis dioecesis administrator ob liberum tabellariorum cursum praepeditum, literas facultatum prorogationem continentes recipere tempore opportuno non potuerit, eamque ob rem in summa rerum angustia, et difficultate versatus fuerit; hinc eadem Sanctitas Sua, ut simili in posterum incommodo occurrat, omnium, singularumque extraordinariarum facultatum nuper commemoratarum prorogationem concedit non ad aliquod definitum tempus, sed quoad usque ab eadem Sanctitate Sua revocentur. Datum ex aedibus Vaticanis die decima decembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto.

MXL.

Dat. die 15. dec. 1795. Anno XXI.

Statuitur alternativa novitiorum philosophiae, et theologiae studentium magistrorum, et moderatorum pro provincia sancti Antonii nuncupata ordinis sancti Francisci.

Venerabili fratri Bartholomeo archiepiscopo Damiatensi, Nostro, et sanctae Sedis apostolicae in regno Portugalliae, et Algarbiorum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Nihil est praestantius, nihil optabilius, nihil jucundius pace, ea profecto pace, quam Dei filius his ipsis fere diebus manifestatus olim in carne e coelo detulit hominibus bonae voluntatis, quam reversurus ad patrem suis discipulis reliquit, quam apostoli in suis epistolis tam saepe, tam enixe precabantur, et commendabant fidelibus. Quae quidem pax, ut apud omnes sancta servetur, quantum est situm in Nobis, curandum, ut vero in religiosis familiis floreat praecipue enitendum intelligimus, quae certe, dissociatis animis, consistere prorsus nequeunt. Atqui non est mirandum, si in illis etiam, humanae quippe naturae imbecillitate, et perversitate existunt interdum diversae voluntates, ac studia hominum, contentiones, et querelae, quae sunt pacis inimicae, quum vel apud illos concordissimos ultimae aetatis christianos, de quibus Lucas in actis murmur aliquod emerserit Graecorum adversus Hebraeos eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduae eorum.

Ratio concessionis.

§. 2. Quod tamen malum ut arceatur a provincia s. Antonii nuncupata in Brasilia ordinis s. Francisci, quae ex hominibus constat partium in ipsa Brasilia natis, partium eo ex Lusitania advectis, iisdemque in tredecim coenobia distributis dilecti filii Matthaeus ab incarnatione minister provincialis, Antonius a s. Helena custos, atque Josephus a s. Aloisio, Josephus a s. Birgitta, Joseph. a Jesu, et Maria, et Josephus a s. Agnete definitores actuales ejusdem provinciae exponi Nobis nuper fecerunt nihil opportunius videri, quam ut aequabilitas certa quaedam inter fratres utriusque na-

Digitized by Google

tionis inducatur, hac nimirum ratione; ut ministri provinciales posthac parem ex utraque natione numerum novitiorum, pro choro, adsciscant; neque vero plures ex una, quam ex altera ad philosophiae, theologiaeque studia admittant; quod si quis suscepto earum disciplinarum cursu, aut sponte illum reliquerit, aut e vita discesserit, alter ex ejus popularibus ei sufficiatur, siquidem nondum transacti duo menses fuerint ab philosophiae aperto ludo; qui si fuerint, ex fratribus alterius nationis aliquis subrogetur: magistros vero tradendis facultatibus totidem constitutos habeant Lusitani quot Brasilienses; quorum tamen si quem forte de improvviso desiderari contigerit, ejus muneri gerendo succedat quidem ejusdem nationis alter, ubi praesto sit idoneus; sin minus ex natione altera arcessatur: de moderatoribus vero provinciae ita res conveniat, ut triennio uno provincialis minister ex natione una deligatur, ac septem cum eo coenobiorum praefecti, seu ut vocantur guardiani, ac definitores duo, ex altero vero reliquorum coenobiorum guardiani sex, definitores quoque duo, tum custos, et visitator generalis; triennio autem proximo vicissim: ita in capitulis triennio quoque habendis, neutra natio suffragiorum numero, et auctoritate praestabit: quod si minister provincialis forte vel custos, legitimo triennii, necdum absoluto tempore, cujus terminis suum munus circumscribitur, aut eo se abdicarit, aut debitum naturae reddiderit, in ejus locum alter nationis ejusdem creetur, at si definitorum aliquem aut casus, aut voluntas etiam eripuerit, pater dignior ex eadem illius natione, suo jure subeat: ad procuratores tandem generales quod attinet, quos quidem provincia Bahiae, et Pernambuci, tum Ulysippone, et Portucalis, ad sua negotia gerenda habere cogitur, priores duo Brasilienses, alteri Lusitani perpetuo debeant esse: caetera munia minora moderatores, quibus satius judicaverint, nullo discrimine nationis facto, demandent. Huic vero a se institutae rationi, ut ne umquam labefactari possit apostolicae auctoritatis robur accedere iidem dilecti filii, quos supra commemoravimus magnopere cupiunt.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae, cujus vigilantia, sapientia, et virtus difficillimis in rebus fuit Nobis cognita, et probata, per praesentes committimus, et mandamus, ut statutum demonstratum ad coagmentandam, et stabiliendam pacem in ea provincia, auctoritate Nostra apostolica, quo illud ratum, et fixum apud omnes in futurum sit adprobes, et confirmes.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Eadem auctoritate derogando, quatenus opus sit, omnibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, statutis ordinis, et provinciae ejusdem etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima quinta decembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXLI.

Dat. die 8. jan. 1796. Anno XXI.

Committitur nuncio apostolico Hispaniarum, ut confirmet contractum venditionis nonnullorum bonorum ad militiam de Alcantara spectantium.

Venerabili fratri Philippo archiepiscopo Pyrgensi Nostro, et hujus sanctae Sedis apostolicae in regnis Hispaniarum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Bellorum calamitates, et damna nunquam profecto satis horremus: quae quondam experti vir ille fortissimus Machabeorum, ejusque virtutis, et consiliorum socii rectissime — rogabant Dominum prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent, sed et si quando peccassent, ut ab eo mitius corriperentur — (II. Machab. 10. 4.) atque utinam cum ipso bello, finem ea mala haberent, nec diuturniora multo essent, inque posteritatem etiam dimanarent. Quibus ut recreetur suum Hispaniarum regnum acerbissimo paullo ante bello adflictum, ac vexatum, cum summopere cupiat, totusque animo, et mente hanc in cogitationem insistat carissimus in Christo filius Noster Carolus rex catholicus, Nobis nuper exponi fecit, non aliam se reperire viam, quam quae a clarae memoriae Philippo avo suo, et Ferdinando patruo, et Carolo patre regibus inita fuit, cum similibus incommodis, et difficultatibus regnum premeretur, ut nimirum, accedente consensu hujus sanctae Sedis apostolicae bona aliquot veneant, alicujus ex militaribus ordinibus, quorum is beneficio hujus ipsius s. Sedis, administrator est perpetuus constitutus: se suis quippe populis majora tributa imperare non posse, probe memorem divinae illius sententiae: — qui vehementer emungit elicit sanguinem: — (Prov. 30. 33.) itaque nos rogare, et orare, ut quam facultatem, superiore memoria nuntiis sanctae Sedis hujus in regnis Hispaniarum pontifices maximi fel. rec. Benedictus XIV., et Clem. XIII. per sua chirografa tribuerunt, quo alienationis illorum bonorum contractus auctoritate apostolica ipsi ratos haberent; camdem fere Nos quoque tibi impertiri vellemus: nam edictis propositis, quis quanti emeret, quod reliquum est possessionis opimae vulgo *della Serena*; (multum enim ejus antea potestate ab hac sancta Sede facta distractum dicitur) ad militiam de Alcantara nuncupatam pertinens, tum in solo, tum in pecore, tum in decimis, tum in quibuscumque fructibus, redditibusque aliis, inde provenientibus, extitisse dilectum filium Antonium Doriega de Bada Matritensem, qui majori pretio, quam caeteri, empturum se spondeat, centies nempe tricies centum, et nonaginta novem millibus, his quoque centum triginta quatuor regalibus monetae illarum partium.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur miserrimorum temporum vicem dolentes, supplicationibus Caroli ipsius regis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut contractum venditionis, et emptionis commemoratae, qui inter dilectum filium equitem Petrum de Acunna y Malbar majestatis regiae nomine, et praedictum Antonium Doriega de Bada conficiendus est, cognoscas, examines, et auctoritate Nostra apostolica adprobes, et confirmes, ad hoc certe, ut pecunia inde redacta aes alienum dissolvatur; arces, castella, propugnacula tuendis, et defendendis finibus reficiantur, muniantur, suppleatur numerus militum, ac detrimenta quaecumque per bellum importata sarciantur. Caeterum spem Nos magnam in Caroli regis pietate collocavimus, curae praecipuae ipsi futurum, ut quod militiae de Alcantara bonorum deperiit, aliis copiis, ratione aliqua compenset.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernimus vero has praesentes literas firmas, validas, et efficaces esse ac fore, suosque plenarios, et integros effectus obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sedis apostolicae nuncios judicari, ac definiri debere; et irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Adriani pp. VI. praedecessoris Nostri constitutione, qua cavetur, ne bona dictae militiae alienentur, ac quibusvis aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit ipsius militiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis,

Digitized by Google

irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXLII.

Dat. die 8. jan. 1796. Anno XXI.

Tolluntur omnes immunitates a solvendis decimis privilegio apostolico, et consuetudine etiam immemorabili innixae in ditione regis catholici.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

§. 1. Divini cultus procuratio, quo sane vinculo vel maxime humana societas copulatur; unde cum privata uniuscujusque, tum vero communis omnium beatitas consistit, res est profecto, praeter quam nullam potiorem habere homines debent. Atque ut ad eam de suis quisque facultatibus aliquid conferat, virtus religionis, quae caeterarum omnium fundamentum est, hortatur, ac postulat. Est autem, et quaedam justitiae species, ut quemadmodum magistratibus, et militibus, ac reliquis communi saluti, et utilitati adlaborantibus, ita, et ministris divini cultus, rei tam praestantis, tamque necessariae, suppeditent homines, ex quo vitam pro sua dignitate sustentare possint; id quod divus Paulus copiose persequitur capite nono epistolae ad Corinthios prioris, cujus est illa gravis oratio: « Si vobis spiritualia seminavimus, magnum est si carnalia vestra metamus? » quotam vero suarum fortunarum partem quisque Deo, a quo illas accepit, suae pietatis, et grati etiam animi testificandi causa, seponeret, id cum omnium fere gentium consensus, naturae quodam veluti ductu, tum ratio legis veteris, ad imitandum proposita, tum denique ecclesiae spiritu veritatis imbutae auctoritas constituit partem nimirum decimam.

Declaratio quoad naturam decimarum, et onere illas solvendi.

§. 2. Itaque decimarum solutionem debitam esse Deo, et qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt res alienas invadere concilium Tridentinum rectissime pronunciavit (Sess. 25. cap. 12. de Ref.) ac fuit sane tempus, quo Romani pontifices praedecessores Nostri, quibus bonorum Ecclesiae summum arbitrium, et dispensatio credita divinitus est opportunum exsistimarunt multis quidem, ac praesertim religiosis familiis; seu tamquam pauperibus, qui Ecclesiae copiis alendi essent, seu quod de Ecclesia bene meruissent; onus illud solvendarum decimarum remittere, quum divinus inde cultus non modo haud imminui, sed augeri videretur, nec Dei ministris, quibus eae legitimae debebantur ad se sustendandum, et ad sua munera obeunda aliquid necessarii decederet. Quae quidem immunitates pro ea, qua incensi sumus charitate in omnes et prolixa voluntate, cuperemus, ut omnibus perpetuo salvae, et incolumes manerent. Atqui res humanae diutius consistere eodem statu nequeunt, sed flere, et dilabi, aquarum instar necesse est.

Expositio precum porrectarum a rege catholico pro revocatione immunitatum.

§. 3. Expositum nam nuper Nobis est carissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum regis catholici nomine, vehementer apud se questos esse Toletanum archiepiscopum, et quamplurimos alios episcoporum, et cleri earumdem Hispaniarum, ex illis immunitatibus adeo in angustum rem esse redactam presbyterorum, qui bene praesunt, quique laborant in verbo, et doctrina, quos duplici honore dignos haberi jubet apostolus (1. ad Tim. 5.) ut neque congrua ipsis se sustentandi ratio suppetat, et templa suis ornamentis nudata squaleant, pauperes, quorum illi sunt parentes, ab inopia, et egestate, qua miserrime conflictantur, nequeant sublevari; haec, atque alia incommoda in dies serpere, et manare latius; nec ullum inveniri iis remedium nisi immunitatibus illis sublatis, quae quidem privilegio, et consuetudine sint innixae; id genus immunitatibus se ipsos privari exposcere, quo aequabilitas juris servetur, eamque jacturam caeteri minus gravate ferant.

Tenor revocationis decretae pro omnibus existentibus in regno Hispaniarum.

§. 4. Nos igitur Carolo regi, atque episcopis adeo, et clero Hispaniarum justa petentibus, tamquam magno opere rogantibus, re diu, multumque deliberata, negare haud posse

existimavimus. Itaque supplicationibus ejusdem Caroli regis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, immunitates omnes a solutione decimarum, privilegio aut generali, aut speciali concessas a praedecessoribus Nostris Rom. pontificibus, vel ab aliis eorum nomine, et auctoritate, quibuscumque verborum formulis, quibuscumque apostolicis literis etiam in corpore juris clausis, et quibuscumque derogatoriis derogatoriarum, aliisque cautionibus munitis; quarum tenorem his Nostris pro plene, et sufficienter expresso, et de verbo ad verbum inserto haberi omnino volumus, aut consuetudine etiam immemorabili suffultas; quibuscumque ejusmodi immunitates datae sint in regnis et ditione commemorati Caroli regis catholici tam citra, quam ultra Oceanum, vel mensis archiepiscopalibus, abbatialibus, vel capitulis cathedralium, et collegiatarum, vel ordinibus mendicantium, aut non mendicantium, vel aliorumque regularium monachorum, aut canonicorum, aut clericorum congregationibus, institutis, quacumque appellatione praeditis, vel militiis etiam s. Joannis Hierosolymitani, vel coenobiis, monasteriis, collegiis, domibus, commendis, prioratibus, vel personis cujuscumque gradus, qualitatis, et conditionis etiam cardinalatus honore fulgentibus; denique quibuslibet plane communitatibus, aut singularibus personis etiam quarum specialis, et expressa mentio facienda est; quam perinde ac facta heic esset censeri volumus, et jubemus, nec quemquam hoc praetextu Nostrae huic ordinationi subducere se posse; has profecto immunitates omnes, per praesentes Nostras literas perpetuo valituras, auctoritate Nostra apostolica revocamus, inducimus, abolemus, tollimus, annullamus, et revocatas, inductas, abolitas, sublatas, annullatas prorsus esse, nec cuiquam suffragari ullam in partem posse, et communitates, ac personas omnes, et singulas, quas superius demonstravimus, decimas in posterum iis, quibus legitime competunt secundum morem cujusque regionis, solvere debere decernimus, statuimus, jubemus. Si qui vero forte detrectent, venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, caeterisque locorum ordinariis, qui in regnis, et ditione omni Caroli regis sunt, earumdem praesentium vigore mandamus, ut non exemptos quidem auctoritate ordinaria, exemptos vero tamquam hujus sanctae Sedis apostolicae delegati, per censuras etiam, et poenas ecclesiasticas, prout de jure coerceant, et ad officium compellant, implorato ad id, ubi opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Conservatio immunitatum oneroso titulo concessarum.

§. 5. Quamquam neminem tam improbae, et amentis cupiditatis futurum speramus, qui non hilari potius animo, quales datores Deus diligit, quam ex tristitia, aut ex necessitate Deo, quae ejus sunt reddat, qui deinceps, ut per prophetam pollicitus est, (Malach. 3. 10.) inferentibus decimas in horreum suum aperiet cataractas coeli, et effundet ipsis omnem benedictionem, usque ad abundantiam, et increpabit pro ipsis devorantem, et non corrumpet fructum terrae, nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum, et beatos ipsos dicent omnes gentes». Caeterum tametsi id satis perspicuum sit, apertius tamen profitendum ducimus, has literas Nostras nihil prorsus eas immunitates tangere, quas titulo ut dicitur oneroso aliquis habet, quas labefactari, et oppugnari justitia non patitur. Neque par esse decernimus ex iis quoque fructibus, decimarum nomine, quidquam exigi, quos religiosis viris continentes suis domibus horti, aut terrulae quotannis suis manibus jugo boum excultae progignunt.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernimus vero has literas firmas, validas, et efficaces semper esse, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus obtinere, ac illis ad quos spectant, et pro tempore quandocumque spectabunt, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sedis apostolicae nuncios, judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, quod earumdem praesentium literarum exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhi-

bitas, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum die octava januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 13. jan. 1796. Anno XXI.

MXLIII.

Instante episcopo Funchalensi imminuuntur dies festi in eadem civitate, et dioecesi.

Venerabili fratri Josepho episcopo Funchalensi in insula Madera.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut quaedam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus praedecessor Noster, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quae aut pro consideratione aetatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quae vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec praeceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum: ea propter apostolica haec sancta Sedes pro paterna erga universos christifideles benignitate quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quae caeteroquin ad majus divini cultus incrementum praescripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiae angore contemnuntur. Quoniam vero, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuae innotuit, quod in civitate, et dioecesi Funchalensi adeo excreverunt calamitates, et angustiae propter praesentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolaeque, praesertim vero ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, quam saepissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis sese adjicere pro victu sibi comparando, atque ideo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum; ac propterea Nobis supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos itaque, qui christifidelibus, quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad aeternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticae disciplinae rigorem ad desperationem inopes adduci cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus christifidelibus earumdem civitatis, et dioecesis Funchalensis, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniae, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, atque Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistae, ac sanctorum Petri, et Pauli, ac Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum; praeterea quinque dicatis beatae Mariae virgini immaculatae, scilicet, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, itemque sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat praecepti obligatio: in reliquis vero festis sive per hanc sanctam Sedem praeceptis sive per synodales ejusdem dioecesis constitutiones, sive quacumque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, praeceptis, praescriptisque, audita tantum missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo scrupolo vacare possint auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, praecipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus con-

Digitized by Google

stitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis, et dioecesis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Dat. die 20. jan. 1796. Anno XXI.

MXLIV.

Instante ordine sancti Benedicti congregationis Vallisoletanae confirmatur instrumentum super redemptione quindenniorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Exigit pastoralis officii humilitati Nostrae ex alto commissi sollicitudo, ut quemadmodum animi Nostri vires, mentisque consilium eo convertere tenemur, ne Sanctae Romanae Ecclesiae, Sedisque apostolicae jura vel minimum convellantur, sic libenter apostolicae Nostrae auctoritatis patrocinio, ea omnia, quae ad eadem jura sarta tecta servanda, neve inposterum temporum ac rerum vicissitudinibus obnoxia sint, provide conventa sunt, roboremus, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Memorantur providentiae praedecessorum, et praesertim Julii II. et Leonis X. in subsidium congregationis Vallisoletanae.

§. 2. Jamdudum siquidem Romani pontifices praedecessores Nostri, et signanter Julius pp. II. et Leo pp. X., quo monasteriorum ordinis sancti Benedicti congregationis Vallisoletanae angustiis, quibus premebantur, prospicerent, ac ad suum pristinum candorem, regularem disciplinam, ubi jacebat, revocarent, vel ubi vigebat, magis magisque firmarent, precibus regum Hispaniarum catholicorum tunc sibi humiliter porrectis annuentes modo unam, modo plures abbatias, aut prioratus dicti ordinis tunc vigore regularum cancellariae apostolicae Romani pontificis pro tempore existentis, ac apostolicae Sedis dispositioni reservatas, quae prius abbatibus, aut prioribus non regularibus commendari solebant, monasteriis ordinis, et congregationis praedictis perpetuo apostolica auctoritate univerunt, atque incorporarunt, ita tamen, ut eadem congregatio, seu singula monasteria, quibus abbatiae, ac prioratus praedicti unita, atque adnexa fuerunt, tunc conventa quindennia, aliaque jura sacro venerabilium fratrum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium collegio, ac camerae, seu cancellariae apostolicae, aliisque vigore unionum hujusmodi debita deinceps sine mora persolvere deberent, prout ex eorumdem praedecessorum Nostrorum, vel sub plumbo, vel in simili forma Brevis expeditis literis uberius continetur. Ad haec usque tempora ab eadem congregatione, dictisque monasteriis religiose stipulatis summis ad assem satisfecerunt; quod si interdum ob temporum vicissitudines, ac calamitates, aliisque de causis solutiones hujusmodi prolatae sunt, reges catholici pro sua religione, ac summa in hanc Sedem observantia vix efflagitantibus, interesse habentibus decursa quindennia, ac jura praedicta solvi curarunt.

Actus adhibitis pro pertractanda redemptione quindenniorum.

§. 3. At nuper dilectus filius Bernardus Gamba abbas generalis ordinis, ac congregationis praedictorum onus solutionis quindenniorum, aliorumque jurium hujusmodi, quo congregatio, ac monasteria praedicta tenebantur, redimere desiderans, ipse non solum, sed omnia etiam, et singula dicta monasteria dilecto filio Bonaventurae Ardonez monacho ordinis, et congregationis praedictorum expresse professo, ac procuratori generali demandarunt, ut ipse cum dilecto filio Nostro Hippolyto Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Vincenti nuncupato tunc archiepiscopo Corinthiensi, ac apud carissimum in Christo filium Nostrum Carolum Hispaniarum regem catholicum Nostro, et apostolicae Sedis nuncio de hac re ageret. Hisce itaque ad Nos allatis postulationibus cum de eo maxime solliciti essemus, ne quantulumcumque jus tertii hinc laederet, venerabilibus fratribus Joanni Francisco episcopo Hostiensi, et Veliternensi decano, Enrico episcopo Tusculano Sanctae Romanae Ecclesiae vice-can-

cellario, Carolo episcopo Portuensi Sanctae Romanae Ecclesiae camerario, nec non dilectis filiis Nostris Vitaliano tunc in vivis degenti primo in ordine presbyterorum, Gregorio primo in ordine diaconorum tunc viventi, Stephano dicti collegii camerario, ac Philippo pro-datario, ac defensori jurium collegiorum participantium cancellariae Nostrae apostolicae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus Albani, duci Eboracensi, Rezzonico, Borromeo, Salviati, Borgia, Campanelli respective nuncupatis, hujus negocii cognitionem commisimus, omnemque illius definitionem delegavimus. Qua propter in ipso negocii limine fuit primum inter partes conventum, quod ad firmandas summas, quae pro redemptione hujusmodi essent solvendae, taxati eorumdem quindenniorum, aliorumque jurium praefatorum in codicem authenticum scriptum anni MDCCII. apud archivium nunciaturae apostolicae existentem relata omne foret fundamentum; deinde a congregatione, seu monasteriis praedictis fuerunt oblatae requisitae conditiones, quibus eadem redemptio postulabatur, quae fuerunt ejusmodi.

Conditiones conventae pro dicta redemptione.

§. 4. Primo ut dictum cardinalium collegium, caeterique interesse habentes, eidem congregationi, suisque monasteriis tertiam partem totius summae quindenniorum, aliorumque jurium juxta dictam taxam condonassent. II. ut ex aliis duobus trientibus constituatur sors, quae in quindecim annos distributa, quod inde in singulos annos colligebatur habendum esset veluti annuus redditus ad eamdem sortem pertinens, quum interesse habentes pro quindenniis, aliisque juribus praedictis consequi possent: ac memoratus Bonaventura procurator generalis, ac mandatarius pecuniam numeratam pro sorte colligebatur computatis usuriis trientibus. III. Latas etiam portiones decursorum quindenniorum juxta dictam taxam, et cum trientis diminutione super tota summa promittebat. IV. Decem in singula centena a se solutum iri pro dictae sortis permutatione Romam offerebat. Tandem pro validiori redemptionis, ac contractus hujusmodi firmitate illum juxta stipulandi hisce desuper instrumenti formam auctoritate apostolica confirmari, et quatenus opus esset sanari desiderabat. Quibus conditionibus cum memorata cardinalium congregatio acquievisset, eidem Hippolyto cardinali tunc nuncio apostolico contractus hujusmodi stipulationem commiserunt, eique propterea unum aut plura instrumenta hisce desuper juxta formam praedictarum conditionum, cum omnibus, et singulis validioribus clausulis, et solemnitatibus stipulandi, et conficiendi omnes necessarias, et opportunas facultates attribuerunt, prout ex mandato procurae a dicto Gregorio cardinali Salviati aliorum nomine signato, et in actu factae stipulationis contractus hujusmodi exhibito uberius continetur.

Stipulatio inita super praedicta redemptione favore monasterii s. Petri de Mantès.

§. 5. In vim itaque dictorum mandatorum, ac facultatum tum dicto Hippolyto cardinali tunc nuncio apostolico, tum dicto Bonaventurae Ardonez procuratori generali, ut praefertur, attributarum pro eo quod ad singula monasteria praedicta spectat, habitis semper prae oculis tum quindenniorum, aliorumque jurium taxa in illorum codice praefato firmata, tum memoratis conditionibus condonandi praesertim trientem dictae taxae, subductis aliis praepositis calculis, sic conventum est:

I.

Ut pro redemptione quindennii, aliorumque jurium praedictorum, quae a monasterio sancti Petri de Mantes Astoricensis dioecesis ob illius unionem a felicis recordationis Julio pp. II. praedecessore Nostro eidem congregationi anno MDVI. factam solvenda essent, juxta praemissa deberentur realia de Vellon termillia monetae Hispanae, seu scuta centum quinquaginta monetae Romanae, ideoque pro permutatione Romam dictae summae alia scuta quindecim dictae monetae, seu realia de Vellon tercenta. Pro rata vero quindenniorum a die VII. augusti MDCCLXXVI. usque ad ultimam diem anni MDCCXCI. non soluta, sat essent realia de Vellon mille octingenta quinquaginta quinque, ac pro hujus pariter summae permutatione praedicta alia realia similia centum octoginta quinque, et meravedis septemdecim.

II.

Similis favore monasterii de Espinareda.

§. 6. Ut pro redemptione quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum a monasterio sancti Andreae de Espinareda tum ob illius unionem dictae congregationi alias ab eodem Julio praedecessore XXVI. junii MDVI.

Digitized by Google

tum ob alias uniones parochialis scilicet sanctae ecclesiae de Langre a fel. rec. Paulo pp. III. praedecessore Nostro, et cappellae in altari sancti Joannis in ecclesia ejusdem monasterii alias respective factas deberentur juxta praemissa realia de Vellon dictae monetae tria millia quingenta quinquaginta, nec non realia tercenta quinquaginta quinque pro dicta pecuniarum permutatione, pro ratis quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum a die vigesima quinta augusti MDCCLXXVI. usque ad dictam ultimam diem anni MDCCXCI. non solutis essent numeranda realia duomillia centum octoginta tria, quae realibus centum decem et octo, et octo maravedis dictae monetae augenda essent ob pecuniarum permutationem.

III.

Similis favore monasterii sancti Salvatoris de Cellanova.

§. 7. Fuerunt inter partes contrahentes pacta realia de Vellon praedicta tresdecim millia, et viginti quinque pro quindenniis, aliisque juribus praedictis juxta praemissa a monasterio sancti Salvatoris de Cellanova Auriensis dioecesis in vim tum illius unionis dictae congregationi a Leone pp. X. praedecessore Nostro anno MDXV.; tum aliarum unionum sanctae Columbae scilicet, ecclesiae parochialis sancti Petri de Vande a fel. rec. Martino pp. V. praedecessore Nostro, sanctae Mariae Lauretanae, ac aliarum quarumcumque unionum eidem monasterio respective factarum debitis, ac in dictam pecuniarum permutationem realia hujusmodi mille tercenta duo, et maravedis septemdecim. Ac pro ratis non solutorum quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum a die XXV. augusti MDCCXCI. usque ad ultimam ejusdem anni diem realia praedicta centum septuaginta tria, ac alia realia similia decem et septem, et maravedis decem pro dicta summae hujusmodi permutatione.

IV.

Similis favore monasterii sancti Stephani de Ribas.

§. 8. Ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta ad formam praemissarum conditionum, quae a monasterio sancti Stephani de Ribas de Sil ejusdem Auriensis dioecesis alias eidem congregationi a memorato Julio praedecessore anno tertio sui pontificatus unito, atque ob incorporationem prioratus sancti Vincentii de Ponveyro eidem monasterio die quinta augusti anni MDXXVI. factam juxta praemissa realia de Vellon praedicta termille centum viginti quinque, pro dicta hujus summae permutatione realia tercenta duodecim, et maravedis septemdecim; pro ratis vero quindenniorum, ac jurium hujusmodi a die vigesima quinta mensis augusti anni MDCCLXXVI. usque ad totam ultimam diem anni MDCCXCI. non solutis realia mille noningenta, et viginti duo, et pro dicta pecuniarum hujusmodi permutatione realia centum nonaginta duo, et maravedis quatuor fuerunt conventa.

V.

Similis ut supra pro unione sanctae Christinae dicto monasterio sancti Stephani.

§. 9. Pro unione sanctae Christinae dicto monasterio sancti Stephani de Ribas de Sil dictae Auriensis dioecesis ab eodem Leone praedecessore sub die X. martii anni MDXVII. facta stipulatum fuit a monasterio, et congregatione praedicta, ac redimenda dicta quindennia, ac jura juxta praemissa realia mille ducenta, et quinquaginta, ac realia centum viginti quinque pro dicta pecuniarum permutatione, pro ratis vero eorumdem quindenniorum, ac jurium a die XXIV. aug. MDCCLXXXVIII., ad totum annum MDCCXCI. non solutis realia centum sexaginta sex, et realia sexdecim, et maravedis viginti pro dicta hujus summae permutatione deberi.

VI.

Similis favore monasterii de Burgos.

§. 10. Redemptio quindenniorum, aliorumque dictorum jurium a monasterio, seu abbate, ac monachis monasterii sanctae Mariae de Burgos Curgensis dioecesis tamquam administratoribus hospitalis sancti Joannis de Rabe propter unionem praestimonii, seu beneficii de Rabe eidem hospitali a memorato Julio II. praedecessore XXVI. januarii anni MDVIII. factam, fuit conventa juxta praemissa in realibus de Vellon dictae monetae septingentis, et viginti quinque: pro hujus vero summae permutatione praedicta fuerunt pacta realia septuaginta duo, et maravedis septemdecim; pro quindenniis, aliisque juribus a die XXVII. mensis augusti anni MDCCLXXIX. ad totum annum MDCCXCI. non solutis realia tercenta quinquaginta quinque, ac dicta illorum permutatione realia triginta quinque, et maravedis decem, et septem.

Digitized by Google

VII.

Similis pro eodem monasterio super unione beneficiorum, eidem adnexorum.

§. 11. Fuit pariter constitutum inter partes ab eodem monasterio, seu monachis veluti administrantibus dicti hospitalis in vim unionis praestimoniorum seu simplicium beneficiorum ecclesiasticorum de Poderosa, de Socrasto Djoteri de Sieneras de Haroy de Secobia, y de Generos, de Burgos illi a memorato Leone X. praedecessore die XXIX. junii anno sexto sui pontificatus factae in redemptionem hujusmodi juxta praemissa realia duo millia, et tercenta; in dicta permutatione vero hujusmodi summae realia tercenta viginti in decursa quindennia, aliaque jura praedicta a die XX. octava mensis novembris anni MDCCLXXIX. usque ad totum dictum annum MDCCXCI. realia centum nonaginta tria, et in dicta hujusmet summae permutatione realia unum de viginti, et maravedis octo deberi.

VIII.

Similis pro monasterio s. Petri de Arlamo.

§. 12. In redemptionem quindenniorum, ac jurium praedictorum pro unione perpetua monasterii sancti Petri de Arlanu Burgensis dioecesis dictae congregationi a memorato Leone X. praedecessore die XXX. augusti MDXVIII. facta, juxta praemissa pacta fuerunt realia praedicta termille, in dicta hujus summae permutatione realia tercenta, in solutionem decursorum quindenniorum a die vigesima nona augusti anni MDCCLXXXVIII. ad totum annum MDCCXCI. realia dictae monetae quatuorcenta, et unum, ac in dicta hujus pariter summae permutatione realia quadraginta, et quatuor maravedis.

IX.

Similis pro eodem super unione monasterii facta ab Innocentio VIII.

§. 13. Ad redimenda juxta praemissa quindennia, aliaque jura, quae a dicta congregatione solvebantur propter unionem monasterii sancti Salvatoris de Omnia Burgensis illi a fel. rec. Innocentio pp. VIII. praedecessore Nostro die V. julii anno octavo sui pontificatus factam, fuit inter partes constitutum realia praedicta sex mille, et ducenta quinquaginta esse numeranda; ad dictam vero illorum permutationem realia sexcenta viginti quinque; ad decursa quindennia, aliaque dicta jura solvenda a die vigesima sexta mensis julii anni MDCCLXXVI. ad totum annum MDCCXCI. realia termille octingenta sexaginta quinque, ac ad dictam illorum permutationem per literas realia tercenta octoginta sex, et septemdecim maravedis.

X.

Similis pro monasterio s. Mariae de Obarenes.

§. 14. Stipulatum fuit a dicta congregatione juxta praemissa deberi realia de Vellon duo millia quingenta, et septuaginta quinque tum propter unionem monasterii beatae Mariae de Obarenes Burgensis dioecesis, a fel. rec. Clemente pp. VII. praedecessore Nostro XXVII. julii MDXXVI. illi factam, tum propter unionem solitudinum, seu eremorum eidem monasterio a memorato Innocentio VIII. anno quinto sui pontificatus decretam: ac realia ducenta quinquaginta septem, et septemdecim maravedis ob pecuniarum permutationem praedictam; nec non alia realia noningenta nonaginta octo, ob non soluta quindennia, et jura praedicta a die octava martii MDCCLXXXII. ad totum annum MDCCXCI. et in dictam hujus summae permutationem realia nonaginta novem, et viginti, et octo maravedis.

XI.

Similis pro monasterio s. Dominici de Silos.

§. 15. Satis esse conventum fuit ad redimenda quindennia, aliaque jura dicta a memorata congregatione debita tum ob unionem monasterii sancti Dominici de Silos Burgensis dioecesis a memorato Julio II. praedecessore anno MDXII., tum ob alias uniones eidem monasterio sancti Martini scilicet Matriti, sanctae Mariae de Duero, et prioratus de s. Trutos respective factas juxta praemissa realia sex millia ducenta quinquaginta, ac pro dicta pecuniarum hujusmodi permutatione Romam, realia sexcenta viginti quinque: in dissolutionem vero decursorum quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum a die duodecima septembris MDCCLXXXII. usque ad totum annum MDCCXCI. realia duo millia tercenta, et unum de viginti, ac in pecuniarum hujusmodi permutationem praedictam realia ducenta triginta, et unum, et triginta maravedis.

XII.

Similis pro monasterio s. Martini de Santiago.

§. 16. In eo pariter partes contrahentes convenerunt ad totalem redemptionem quin-

denniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae ab eadem congregatione solvebantur, tum ob unionem monasterii sancti Martini de Santiago Compostellanae dioecesis eidem congregationi a memorato Innocentio VIII. praedecessore anno tertio sui pontificatus, atque ob alias uniones prioratuum, et ecclesiarum sancti Cypriani de Brivis, sancti Martini de Ozon, sancti Laurentii de Carbuyero, sancti Petri de Soandres, sanctae Mariae de Portu, sancti Salvatoris de Hermis, sancti Antonii, et sancti Jacobi de Gonveyro, sancti Salvatoris de Bergondo, sanctae Mariae de Cambre respective factas solvenda esse juxta praemissa realia decem millia, et noningenta septuaginta quinque, ac in dictam hujus summae permutationem alia realia mille, et nonaginta septem, et septemdecim maravedis: in dissolutionem vero quindenniorum, aliorum dictorum jurium a die decima sexta aprilis anni MDCCLXXIX. usque ad annum MDCCXCI. deberi realia praedicta quinque millia, et quingenta quinquaginta octo, et pro dicta permutatione jam conventa realia quingenta quinquaginta quinque, et viginti octo maravedis.

XIII.

Similis pro eodem monasterio relate ad unionem beneficii, et cappellae s. Payo.

§. 17. Propter unionem beneficii, vel ecclesiae, seu cappellae s. Payo ante Altares dicto monasterio sancti Martini de Santiago Compostellanae civitatis, vel dioecesis anno MDII. die vigesima septima februarii a fel. rec. Alexandro pp. VI. praedecessore Nostro factam, conventum est solvenda esse juxta praemissa in redemptionem debitorum quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum realia hujusmodi quinque millia ducenta quinquaginta, in dictam hujus summae permutationem realia quingenta viginti quinque: in satisfactionem jam decursorum quindenniorum a vigesima septima die februarii usque ad totum annum MDCCXCI. realia mille ducenta viginti octo, ac in dictam hujus pecuniae permutationem realia centum viginti duo, et viginti et octo maravedis.

XIV.

Alia similis pro eodem super unione beneficii.

§. 18. Ab eodem pariter monasterio sancti Martini de Santiago pactum fuit deberi in redemptionem quindenniorum, aliorumque dictorum jurium a beneficio, seu cappella sancti Juliani de Morayme debitorum juxta praemissa dicta realia de Vellon mille octingenta septuaginta quinque, ac in dictam pecuniarum hujusmodi permutationem realia centum octoginta septem, et septemdecim maravedis: in decursa quindennia, aliaque jura praedicta a die prima martii MDCCLXXXVIII. usque ad totum dictum annum MDCCXCI. realia hujusmodi ducenta octoginta octo, ac pro dicta illorum permutatione Romam realia viginti et octo, et viginti et octo maravedis.

et cappellae s. Juliani.

XV.

Alias similis pro eodem super unione prioratus de Armelo.

§. 19. Redemptio quindenniorum, aliorumque dictorum jurium a congregatione praedicta tum propter unionem monasterii sancti Joannis de Poyo illi a fel. rec. Paulo pp. III. praedecessore Nostro sub die decima quarta aprilis anni MDXLVIII. factam, tum propter incorporationem prioratus de Armelo eidem monasterio alias pariter factam unanimi consensu juxta praemissa taxata fuit in realia termille centum viginti quinque, ac tum in dictam hujus summae permutationem realia tercentena duodecim et septemdecim maravedis: tum in quindennia, aliaque jura praedicta a die decima quarta aprilis anni MDCCLXXXIX. ad totum annum MDCCXCI. non soluta realia tercentena, et triginta tria, cum dicta pecuniarum hujusmodi permutatione realia triginta tria, et octo maravedis conventum est deberi.

XVI.

Similis pro eodem super unione praestimonii de Tribis.

§. 20. Apud contrahentes pariter exploratum fuit ad redimenda quindennia, aliaque jura praedicta a monasterio sanctimonialium s. Payo de Santiago solvenda ob unionem ecclesiae, seu praestimonii de Sobrado de Tribis Astoricensis dioecesis a memorato Julio II. praedecessore alias illi factam deberi juxta praemissa dicta realia de Vellon mille; pro dicta illorum permutatione realia centum: in non soluta quindennia, aliaque jura praedicta a die vigesima prima mensis julii anni MDCCLXXXIII. ad totum annum MDCCXCI. realia tercentena triginta sex, ac alia realia triginta tria, ac viginti, et duo maravedis pro dicta illorum permutatione.

Digitized by Google

XVII.

Similis pro unione monasterii s. Mariae ex Real de Naxera.

§. 21. Propter unionem perpetuam monasterii sanctae Mariae ex Real de Naxera Calaguritanae civitatis, vel dioecesis eidem congregationi alias sub die trigesima prima mensis aprilis anni MDXII. a memorato Julio II. praedecessore factam a dicta congregatione, seu monasterio esse solvenda juxta praemissa realia de Vellon ejusmodi duodecim millia ducenta octoginta quatuor, ac propter dictam hujus summae permutationem realia mille ducenta quinquaginta duo, et septemdecim maravedis, nec non ob non soluta quindennia, caeteraque jura praedicta, a die vigesima quinta octobris anni MDCCLXXXIII. ad totum annum MDCCXCI. realia praedicta quatuor millia, et nonaginta quinque, ac realia ejusmodi quatuorcentena novem, et septemdecim pro dicta pecuniarum permutatione partes unanimiter consenserunt.

XVIII.

Similis pro monasterio de s. Millan de la Cogolla.

§. 22. Ad redimenda quindennia, aliaque jura a monasterio de s. Millan de la Cogolla Calaguritanae dioecesis, seu a congregatione praedicta ob perpetuam illius unionem a memorato Alexandro VI. praedecessore anno MDII. factam, et anno MDXII. a dicto Julio II. pariter praedecessore eidem congregationi confirmatam debita conventum fuit solvenda esse juxta praemissa realia dictae monetae duodecim millia, et quingenta viginti quinque, pro dicta illorum vero permutatione realia mille ducenta quinquaginta duo, et maravedis septemdecim: ob decursa quindennia, aliaque jura praedicta a die XIII. martii MDCCLXXVI. ad totum annum MDCCXCI. realia septem millia octingenta quatuordecim, ac pro dicta horum permutatione realia septingenta octoginta et unum, et duodecim maravedis.

XIX.

Similis pro monasterio s. Mariae de Balbanera.

§. 23. Propter unionem monasterii beatae Mariae Virginis de Balbanera Calaguritanae civitatis, vel dioecesis eidem congregationi a memorato Leone praedecessore anno MDXXIII. factam fuit stipulatum deberi, juxta praemissa in redemptionem quindenniorum, ac jurium quae ab ipsa in hanc causam pendebantur, realia praedicta tria millia septingenta quinquaginta: in dictam illorum permutationem realia tercenta septuaginta quinque; pro quindenniis vero, ac juribus praedictis a die XXVII. aprilis MDCCLXXXV. usque ad totum dictum annum MDCCXCI. decursis realia hujusmodi mille, et duo, ac pro dicta illorum permutatione centum realia, et sex maravedis.

XX.

Similis pro monasterio s. Felicis de Guixolea.

§. 24. Constitutum est unanimi consensu a dicta congregatione in redemptionem quindenniorum, ac jurium praedictorum, quae ab ipsa propter tum monasterii sancti Felicis de Guixolea Gerundensis civitatis, vel dioecesis tum unius ex cappellis majoribus unionem alias eidem congregationi factam pensitabantur necessaria esse juxta praemissa realia undecim mille, et septingenta, ac in dictam hujus summae permutationem realia hujusmodi mille centum septuaginta; ad solidanda vero quindennia, et jura praedicta a die vigesima martii MDCCXC. ad totum annum MDCCXCI. decursa oportere solutionem realium de Vellon praedictorum octingentorum, ac novemdecim, ac pro dicta horum permutatione realia octoginta et unum, et maravedis triginta deberi.

XXI.

Similis pro eadem super unione monasterii s. Petri de Exlonza.

§. 25. Cum alias dictus Leo X. praedecessor sub die vigesima septima maji MDXV. congregationi praedictae monasterium sancti Petri de Exlonza Legionensis civitatis, vel dioecesis univerit, hinc ob hujusmodi, ejusque adnexorum, et praecipue parochialis ecclesiae sanctae Eulaliae unionem pactum est juxta praemissa pendenda esse realia quatuor mille, et quinquaginta, in dictam illorum permutationem realia quatuorcentena quinque; in satisfactionem vero quindenniorum, et jurium praedictorum a die vigesima prima octobris MDCCLXXXIII. ad totum annum MDCCXCI. debitorum alia realia mille tercenta viginti sex, ac pro illorum permutatione realia centum triginta duo, et viginti, et duo maravedis esse solvenda.

XXII.

Similis pro eadem super unione mo-

§. 26. Redemptio quindenniorum, ac jurium praedictorum, quae juxta praemissa a

nasterii s. Claudii de Leon.

dicta congregatione tum ob unionem monasterii sancti Claudii de Leon Legionensis civitatis, vel dioecesis ei a memorato Leone X. praedecessore anno MDXV. factam, tum ob alias uniones prioratus scilicet sancti Romani de los Soleros del Rey a fel. rec. Martino V. praedecessore Nostro anno sexto sui pontificatus, ac praestimoniorum de Asular, de Campo, et de Alcona a fel. rec. Calixto papa III. praedecessore itidem Nostro die duodecima aprilis MCCCCLVIII., et a fel. rec. Pio papa II. praedecessore pariter Nostro dicto monasterio sancti Claudii respective factas pendebantur, unanimiter in realibus quinque millibus, et noningentis praefinita fuit, dictumque, ut pro dicta hujus summae permutatione per literas Romam solverentur realia quingenta, et nonaginta: ea pro quindenniis, juribusque praefatis a die XXI. novembris MDCCLXXXV. ad totum dictum annum MDCCXCI. realia mille, et quatuor centena, et quadraginta, ac in illorum permutationem praedictam realia centum quadraginta quatuor.

XXIII.

Similis pro eodem super unione monasterii s. Benedicti de Fallagun.

§. 27. Factis calculis, deductis detractionibus jam usque ab initio conventis pactum fuit ab eadem congregatione in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae ob unionem monasterii sancti Benedicti de Fallagun Legionensis civitatis, vel dioecesis, ac ecclesiarum sancti Petri de Bondilla, abbatiae s. Mancii de Belver, aliorumque prioratuum in literis unionis hujusmodi a dicto Alexandro VI. praedecessore anno quarto sui pontificatus expeditis contentorum pensitabantur, realia viginti quatuor millia octingenta, pro dicta illorum permutatione realia duo millia, et quatuor centena octoginta: in solutionem vero quindenniorum, aliorumque jurium hujusmodi a die I. februarii MDCCLXXXIX. usque ad totum annum MDCCXCI. debitorum realia novem mille octingenta quadraginta quatuor, ac pro dicta illorum permutatione realia noningenta octoginta quatuor; et duodecim maravedis dictae monetae deberi.

XXIV.

Similis pro monasterio s. Salvatoris de la Caridad.

§. 28. Quod autem ad monasterium sancti Salvatoris de la Caridad vulgo de Cantada Lucensis civitatis, vel dioecesis attinet, ob illius unionem monasterio sancti Benedicti Vallisoletanae conventum fuit a dicta congregatione, ut hinc debita quindennia, ac jura praedicta juxta praemissa redimeret, realia mille, et quingenta quinquaginta, pro dicta illorum permutatione alia realia centum quinquaginta quinque: pro quindenniis vero, dictisque juribus a die XIV. aprilis MDCCLXXXV. ad totum annum MDCCXCI. realia quatuorcenta, et septemdecim, ac pro conventa earumdem permutatione realia quadraginta, et unum, et viginti sex maravedis esse praestanda.

XXV.

Similis pro monasterio s. Vincentii de Mont-fort.

§. 29. Ut redimerentur quindennia, aliaque jura a monasterio s. Vincentii de Mont-fort Lucensis civitatis, vel dioecesis, seu a dicta congregatione solvi consueta ob ipsius monasterii unionem dictae congregationi a memorato Alexandro VI. praedecessore anno millesimo quatuorcentesimo nonagesimo sexto factam arbitratum fuit juxta praemissa oportere realia termillia centum viginti quinque, pro illorum permutatione praefata per literas realia terecentena, et duodecim, et septemdecim maravedis: pro quindenniis, caeterisque dictis juribus a die vigesima quinta octobris anni MDCCLXXXVI. ad totum dictum annum MDCCXCI. nondum solutis realia sexcentena, et quadraginta septem, ac in illorum dicta permutatione alia realia sexaginta quatuor, et viginti sex maravedis.

XXVI.

Similis pro eodem monasterio super unione alterius monasterii s. Juliani de Samos.

§. 30. Redemptio quindenniorum, aliorumque dictorum jurium, quae a dicta congregatione propter perpetuam unionem monasterii sancti Juliani de Samos Lucensis civitatis, vel dioecesis, a toties memorato Julio II. die XXVII. maji MDVI. illi factam pensitabantur juxta praemissa aestimata fuit realia duo millia, et quingenta, ac pro dicta illorum permutatione Romam dictum fuit deberi alia realia ducenta, et quinquaginta; in satisfactionem vero quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum a die XXV. januarii MDCCXC. ad totum annum MDCCXCI. realia centum nonaginta, ac alia realia novemdecim pro eadem permutatione dictae summae.

Digitized by Google

XXVII.

Similis pro eodem super unione monasterii s. Mariae de Ferreyra.

§. 31. Et cum alias a dicto Leone X. praedecessore anno scilicet quinto sui pontificatus dicto monasterio sancti Juliani de Samos adnexum, ac incorporatum fuerit monasterium sanctae Mariae de Ferreyra pariter Lucensis civitatis, vel dioecesis quindenniorum, ac jurium, quae in hanc causam a dicto monasterio de Samos, seu congregatione praefata solvebantur redemptio constituta unanimi consensu fuit juxta praemissa in realibus praefatis mille, et ducentena viginti quinque, pro stipulata dicta illorum permutatione debebantur realia hujusmodi centum viginti duo, et septemdecim maravedis: in solutionem vero quindenniorum, aliorumque jurium hujusmodi a die trigesima prima martii MDCCLXXXVIII. ad totum dictum annum MDCCXCI. debitorum assignata fuerunt realia centum octoginta quinque, ac in dictam illorum permutationem realia octodecim, et maravedis septemdecim.

XXVIII.

Similis pro eodem super unione aliorum monasteriorum, et prioratuum.

§. 32. Conventum fuit a dicta congregatione solvenda esse realia termillia, et octingenta dictae monetae in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae ab eo debebantur, tum propter unionem monasterii sancti Salvatoris de Villanova de Lorenzana Mindoniensis civitatis, vel dioecesis a memorato Leone X. praedecessore die quinta decembris MDXVII. illi factam, tum etiam propter aliam unionem prioratus de Tabia ab eodem Leone praedecessore anno sui pontificatus dicto monasterio de Lorenzana subinde factam in dictam illorum permutationem alia realia tercentena, et octoginta, pro debitis vero, et nondum solutis quindenniis, aliisque juribus praedictis a die trigesima prima martii MDCCLXXXVIII. ad totum annum MDCCXCI. realia quingenta septuaginta, et unum, ac pro eadem illorum permutatione realia quinquaginta septem, et quatuor maravedis.

XXIX.

Similis pro unione ecclesiae s. Antonini de Bedon.

§. 33. Quod autem attinet ad quindennia, et alia jura praedicta ob unionem ecclesiae sancti Antonini de Bedon monasterio sancti Salvatoris de Celorio Ovetensis civitatis, vel dioecesis alias factam, et a dicta congregatione debita sat esse juxta praemissa pro illorum redemptione realia septingenta, et viginti quinque contrahentes praedicti convenerunt, ac propterea pro dicta summae hujusmodi permutatione deberi realia septuaginta duo, et septemdecim maravedis: pro debitis vero, et non solutis quindenniis, caeterisque juribus praedictis a die VII. julii MDCCLXXXVIII. ad totum dictum annum MDCCXCI. alia realia centum, et duo, et pro eadem illorum permutatione realia decem, et sex maravedis.

XXX.

Similis pro eodem super unione monasterii s. Joannis de Corias.

§. 34. Similiter, et unanimi consensu fuit juxta praemissa aestimata redemptio quindenniorum, aliorumque jurium hujusmodi, quae ob unionem monasterii s. Joannis de Corias Ovetensis civitatis, vel dioecesis eidem congregationi a fel. rec. Paulo III. praedecessore Nostro die vigesima septima nov. MDXXXVI. factam solvebantur realia quatuor millia, et quingenta, dicta illorum permutatio realia quatuorcentena, et quinquaginta: pro quindenniis vero, caeterisque juribus praedictis a die quarta januarii MDCCLXXVII. ad totum dictum annum MDCCXCI. non solutis duo millia septingenta octo, ac pro dicta hujus tandem summae permutatione realia ducentena, et maravedis viginti, et octo stipulatum fuit.

XXXI.

Similis propter unionem monasterii s. Mariae de Obona.

§. 35. Ad redimenda quindennia, caeteraque jura a dicta congregatione debita propter unionem monasterii beatae Mariae de Obona Ovetensis civitatis, vel dioecesis illi a memorato Paulo III. praedecessore die vigesima quarta octobris MDXXXVI. factam necessaria esse juxta praemissa realia hujusmodi mille, et quingenta pro dicta hujus summae permutatione realia centum quinquaginta, pro quindenniis, dictisque juribus a die XXV. augusti MDCCLXXVI. usque ad totum ann. MDCCXCI. non solutis realia noningenta, et viginti duo, ac pro eadem illorum permutatione nonaginta duo, et sex maravedis contrahentes inter se convenerunt.

XXXII.

Similis propter unionem mona-

§. 36. Aestimata fuit unanimi consensu juxta praemissa redemptio quindenniorum, alio-

sterii s. Salvatoris de Cornellana.

rumque jurium praedictorum, quae a dicta congregatione in vim unionis monasterii sancti Salvatoris de Cornellana ejusdem Ovetensis civitatis, vel dioecesis ab eodem Paulo III. praedecessore sub die XXVII. aug. MDXXXVI. illi factae debebantur realia dictae monetae mille, et sexcentena, pro dicta vero illorum permutatione juxta jam praefinitam methodum realia centum sexaginta; pro quindenniis, aliisque juribus praedictis a die quinta junii MDCCLXXXIII. ad totum annum MDCCXCI. realia quingenta quinquaginta quatuor, et pro eadem illorum permutatione realia quinquaginta quinque, et duodecim maravedis constitutum fuit.

XXXIII.

Similis propter unionem monasterii s. Vincentii de Aiedo.

§. 37. Arbitrarunt pariter dicti contrahentes pro redemptione quindenniorum, caeterorumque jurium, quae a dicta congregatione in vim unionis monasterii s. Vincentii de Aiedo Ovetensis pariter civitatis, vel dioecesis a dicto Leone X. praedecessore sub die XXVII. septembris anno tertio sui pontificatus factae pensitabantur, juxta praemissa deberi realia duo mille, et quingenta dictae monetae, ac realia ducentena, et quinquaginta pro dictae hujus summae permutatione; in satisfactionem vero quindenniorum, caeterorumque jurium praedictorum, quae a die decima sexta septembris MDCCLXXXV. erant debita, necessaria esse realia hujusmodi sexcentena, et viginti sex, ac pro eadem illorum permutatione realia sexaginta duo, et viginti duo maravedis.

XXXIV.

Similis pro monasterio s. Mariae de Yerasse.

§. 38. Quod attinet ad monasterium sanctae Mariae de Yerasse Pampilonensis civitatis, vel dioecesis, ex factis calculis, ac de jam stipulatis detractionibus compertum fuit solvenda esse a congregatione praedicta realia de Vellon praefata termille, et septingenta quinquaginta in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum, quae in vim unionis dicti monasterii s. Mariae de Yerasse eidem congregationi a fel. rec. Clemente papa VII. praedecessore sub die undecima decembris anno octavo sui pontificatus factae pendebantur; pro vero totiès dicta hujus summae permutatione realia hujusmodi tercentena septuaginta quinque: pro quindenniis vero, dictisque juribus a die tertia junii MDCCLXXXVI. ad totum annum MDCCXCI. debitis requiri realia octingenta triginta novem, ac in dictam hujus summae permutationem realia octoginta tria, et triginta maravedis.

XXXV.

Similis pro monasterio s. Zoili de Carrion.

§. 39. Jam alias a fel. rec. Eugenio papa IV. praedecessore Nostro monasterio sancti Zoili de Carrion Palentinae civitatis, vel dioecesis ecclesia sancti Romani de Extrapnna anno tertio sui pontificatus fuit unita, ac a memorato Clemente VII. praedecessore sub die undecima mensis julii MDXXXII. eidem congregationi dictum monasterium sancti Zoili fuit incorporatum, qua propter ad redimenda juxta praemissa quindennia, aliaque jura, quae in vim unionum hujusmodi a dicta congregatione solvebantur, pactum est, deberi realia praedicta octo millia quingenta, et viginti quinque, ac pro dicta illorum permutatione realia octingenta quinquaginta duo, et septemdecim maravedis, in satisfactionem porro quindenniorum, dictorumque jurium a die XIII. mensis augusti MDCCLXXXVII. debitorum alia similia realia mille quadringenta, septuaginta septem, ac pro eadem illorum permutatione realia centum quadraginta septem, et viginti sex maravedis pariter deberi.

XXXVI.

Similis pro monasterio s. Vincentii de Salamanca.

§. 40. Cum compertum esset monasterium sancti Vincentii de Salamanca Salamantinae civitatis, vel dioecesis familiaribus angustiis, ac aere alieno premi, atque ab aliis monasteriis ordinis, et congregationis praedictorum substentari inter partes contrahentes fuit conventum, ut ex gratia speciali, ab eo, seu a congregatione praedicta ad redimenda quindennia, aliaque jura, quae in vim unionis dictae congregationis, tum dicti monasterii, tum praestimonii, et ecclesiae de Castellanos de Moriscos pendebantur semissis dumtaxat solveretur summa, quae secus esset juxta praemissa numeranda, qua propter cum ad dictarum conditionum praescriptum redemptio quindenniorum, ac jurium hujusmodi aestimanda esset realia mille quingenta, et quinquaginta, dictum fuit sat esse, si ab eadem congregatione in hanc causam penderentur

Digitized by Google

realia septingenta septuaginta quinque: ac pro dicta illorum permutatione realia septuaginta septem, et septemdecim maravedis: pro quindenniis vero, juribusque praedictis a die VIII. mensis maji anni MDCCLXXXVII. ad totum annum MDCCXCI. debitis realia centum quadraginta octo, et pro eadem illorum permutatione realia quatuordecim, et decem maravedis.

XXXVII.

Similis pro conventu s. Isidori de Duenas.

§. 41. Fuit unanimi consensu conventum a monasterio sancti Isidori de Duenas Segobiensis civitatis, vel dioecesis, seu a dicta congregatione in redemptionem quindenniorum, aliorumque dictorum jurium propter unionem prioratus s. Boal alias a dicto Julio II. praedecessore die vigesima prima mensis augusti anni MDXII. factam debitorum solvenda esse juxta praemissa realia praedicta duo millia quatuorcentena septuaginta quinque: pro illorum vero dicta permutatione realia duocentena quadraginta septem, et septemdecim maravedis: in quindenniorum autem aliorumque jurium praedictorum a die VII. sept. anni MDCCLXXIX. ad totum toties dictum annum MDCCXCI. debitorum satisfactionem realia mille centum quadraginta quatuor, ac pro dicta illorum permutatione realia centum quatuordecim, et quatuordecim maravedis deberi.

XXXVIII. et XXXIX.

Similis pro nonnullis unionibus dicto conventui factis de anno 1131.

§. 42. Cum alias nempe die prima mensis martii anni MDCCXXXI. quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum summa, quae ob prioratus, ecclesias, et monasteria monasterio beatae Mariae virginis de Monserrato de Catalaunia, et monasterio sanctae Ceciliae Vicensis civitatis, vel dioecesis pluribus vicibus dictae congregationi unita pendebantur per initam tunc transactionem apostolica auctoritate, ac usu confirmatam praefinita fuerit, propterea factis jam conventis calculis, ac detractionibus constitutum fuit in quindenniorum, ac jurium hujusmodi redemptionem deberi realia viginti tria millia, et quingenta: pro illorum autem dicta permutatione alia realia duo millia tercentena quinquaginta, in quindennia, dictaque jura a die prima martii anni MDCCLXXVI. usque ad totum annum MDCCXCI. debita, ad juxta praemissa solvenda realia quatuordecim mille noningenta quadraginta duo, ac in dicta illorum permutatione realia mille quatuorcentena nonaginta novem, et sex maravedis.

XL.

Similis pro eadem congregatione super unione monasterii s. Benedicti de Bages.

§. 43. Quod autem attinet ad quindennia, ac alia jura praedicta a dicta congregatione debita in vim unionis monasterii sancti Benedicti de Bages Vicensis civitatis, et dioecesis, filialis dicti monasterii de Monserrato a fel. rec. Clemente pp. VIII. praedecessore Nostro die quinta mensis septembris anni MDXCIII. eidem, congregationi factae, quod illorum quantitas a dicta transactione, seu concordia diei primae martii anni MDCCXXXI. praefinita erat hac transactione prae oculis habita conventum fuit in redemptionem eorumdem quindenniorum, ac jurium numeranda esse a congregatione praefata octodecim millia, et octingenta realia hujusmodi, ac pro illorum dicta permutatione realia mille octingenta octoginta: pro quindenniis vero, dictisque juribus a die tertia mensis septemb. anni MDCCLXXVI. ad totum annum MDCCXCI. debitis, et non solutis deberi realia undecim mille quingenta triginta quatuor, ac pro quorum toties dicta permutatione realia mille centum quinquaginta tria, et quatuordecim maravedis.

XLI.

Similis pro monasterio s. Benedicti de Zamora.

§. 44. Redemptio quindenniorum, aliorumque jurium, quae a monasterio sancti Benedicti de Zamora Zamoriensis civitatis, vel dioecesis, vel a memorata congregatione propter unionem prioratus sancti Petri de Nave alias illi factam pensitabantur, aestimata fuit juxta praemissa unanimi partium consensu, realia mille, pro dicta illorum permutatione debebantur realia centum, ac in quindenniorum, aliorumque jurium hujusmodi a die vigesima quinta mensis augusti anni MDCCLXXXVI. ad totum dictum annum MDCCXCI. debitorum satisfactionem realia duocentena, et tredecim, ac pro dicta illorum permutatione realia viginti, et unum, et decem maravedis.

XLII.

Similis pro monasterio s. Benedicti Vallisoleti.

§. 45. Ut quindennium, caeteraque jura praedicta, quae a monasterio sancti Benedicti

Vallisoleti Zamoriensis civitatis, vel dioecesis, seu a dicta congregatione intuitu unionis prioratus sancti Romani de Oruixa illi a memorato Julio II. praedecessore sub die quinta mensis februarii anno primo sui pontificatus factae, pendebantur, redimerentur, dicti contrahentes juxta praemissa arbitrarunt, solvenda esse realia mille, et noningenta viginti quinque, ac in illorum dicta permutatione realia centum nonaginta duo, et septemdecim maravedis: pro quindenniis, caeterisque juribus praedictis a die decima quarta mensis aprilis anni MDCCLXXXV. ad totum annum MDCCXCI. debitis realia quingenta, et septemdecim, ac pro dicta horum permutatione realia quinquaginta, et unum, et viginti sex maravedis.

XLIII.

Similis pro monasterio beatae Mariae virginis de Bueso.

§. 46. Tandem, et si quindenniorum, ac jurium praedictorum redemptio, quae monasterium beatae Mariae virginis de Bueso Zamoriensis civitatis, vel dioecesis, seu dicta congregatio propter unionem beneficii, et ecclesiae sancti Cucufati a toties memorato Julio II. praedecessore die VIII. mensis januarii anno sexto sui pontificatus illi factam pendere tenetur, sit juxta praemissa extimata realia mille, et septuaginta duo: nihilominus tum pro redditu um dicti beneficii tenuitate, qui vix ad substentationem vicarii inibi commorantis a monachis dicti monasterii electi satis sunt, tum etiam pro conditione aedium del Bueso, quae cum mox penitus quasi exustae fuerint, omnino ruinosae reperiuntur, a memorato Hyppolito cardinali non solum condonata fuit dicta summa ad obtinendam redemptionem quindennii, aliorumque jurium praedictorum, ut praefertur, necessaria, sed etiam omnia omnino quindennia, et jura praedicta ab anno MDCCXXXIII. non soluta plene ei dimisit.

Numeratio pretii redemptionis, et stipulatio instrumenti.

§. 47. Hisce itaque juxta conditiones usque ab initio negotii oblatas pro unoquoque monasterio, ac re, quae in deliberationem veniebat singillatim conventis cum summa, quae hinc confecta est, ad tercentena quadraginta tria millia octingenta viginti unum realia de Vellon, et septemdecim maravedis monetae Hispanae, seu ad septemdecim mille et centum nonaginta unum scuta et obul. septem monetae Romanae ascenderet, ac memoratus Bonaventura procurator generalis jam paratus esset hanc summam in numerata pecunia solvere, hinc dicti contrahentes nomine, ac vigore facultatum, ut praefertur, sibi respective attributarum publicum hisce desuper sub die XIV. mensis martii anni MDCCXCII. stipularunt instrumentum per acta Angeli Verruchi regii notarii oppidi civitatis nuncupat. Matriti, Toletanae dioecesis, conveneruntque praeterea in ipso actu stipulationis hujus contractus.

I.

Aliae pactiones in stipulatione conventae.

§. 48. Omnia supraenumerata esse prorsus conformia propositionibus ab eodem Bonaventura procuratore generali ad redimenda dicta quindennia, et jura praedicta, usque ab initio exhibitis, ac a dicto collegio cardinalium, aliisque interesse habentibus, ut praefertur, approbatis: ideoque a dicto Bonaventura procuratore generali tum pro perpetua redemptione quindenniorum, ac jurium praedictorum, tum pro quindenniis, aliisque juribus a monasteriis, seu congregatione praedicta non solutis, cum demum pro permutatione Romam debitae summae solvenda esse dicta tercentena quadraginta tria millia octingenta viginti unum realia de Vellon, et septemdecim maravedis monetae Hispanae, quapropter omnia, et singula, quae singillatim pro unoquoque monasterio persecuta erant vigore dictarum facultatum approbarunt, ac confirmarunt, et quatenus opus esset, hisce desuper transigerunt.

II.

Memoratus Hippolytus cardinalis tunc nuncius apostolicus in vim earumdem facultatum propter factam a dicto Bonaventura procuratore generali summae hujusmodi solutionem in pecunia numerata acceptilationem, seu apocham in validiori, ac ampliori forma monasterii, ac congregationi praedictae, seu eorum nomine dicto Bonaventurae generali de accepta summa hujusmodi signavit, eique tradidit sibi interim assumens onus, illico, ac immediate transferendi eamdem numeratam pecuniam in manibus Joannis Baptistae Fosi, et Gosè sociorum nummulariorum dicti oppidi civitatis nuncupatae Matriti, ut per literas hanc summam permutarent Romam ad dispositionem, ac jussum dicti Gregorii cardinalis

Salviati, prout erat ei in mandatis, ita tamen ut in instrumento tunc stipulato ipsa apocha dictorum nummulariorum de recepta pecunia esset inserenda.

III.

Ut per factae dictae numeratae pecuniae solutionem perfecta non solum esset eorumdem quindenniorum, aliorumque jurium praedictorum perpetua redemptio, dimissa quoque essent debita quindennia, aliaque jura hujusmodi nondum tunc soluta, nec non satisfactum promissioni pendendi decem in singula centena in permutationem totius dictae summae, Romam ita ut nullo unquam tempore nemini liceret sub quovis praetextu, causa, et colore omnia, et singula, quae fuerunt unanimi consensu in vim facultatum ipsi respective attributarum conventa, ac stipulata impetere, aut de nullitatis vitio redarguere.

Preces porrectae pro obtinenda apostolica confirmatione.

§. 49. Quamobrem memoratus Hippolytus cardinalis alias nuncius pro horum omnium validitate, ac firmitate nomine dicti collegii cardinalium aliorumque interesse habentium hujusmodi evictionem hisce desuper promisit.

IV.

Tandem convenerunt, ut subinde omnibus, et singulis in tunc stipulato instrumento contentis, ac expressis postulanda, ac impetranda esset apostolica confirmatio. Cum autem sicut memoratus abbas generalis, coeterique praedicti Nobis humiliter nuper exponi fecerunt, quo pactum hujusmodi praestetur, instrumentum praedictum in lingua Hispanica in forma authentica, cujus tenor per summa capita fuit superius enunciatus exhibi curaverint, ac quo firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae Nostrae confirmationis robore communiri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 50. Nos igitur praevio maturo hujus contractus, seu concordiae examine ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratum dicti contractus, seu concordiae instrumentum inter eumdem Hippolytum cardinalem tunc archiepiscopum Corinthiensem, ac Nostrum, et Sedis apostolicae in regnis Hispaniarum nuncium nomine collegii cardinalium, aliorumque interesse habentium praedictorum ex una, et dictum Bonaventuram Ardonez procuratorem generalem ordinis, et congregationis praedictorum nomine eorumdem monasteriorum, ac congregationis ex altera partibus in oppido civitate nuncupata Matriti Toletanae dioecesis sub die XIV. martii anni MDCCXCII. per acta Angeli Trucchi notarii regii in Hispano idiomate stipulatum cum omnibus, et singulis in eo contentis auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet in eo intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 51. Decernentes has praesentes literas, nec non omnia, et singula in eis contenta, et expressa, nec non in dicto instrumento conventionis utriusque promissa etiam eo quod quilibet in praemissis, seu eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel habere praetendentes cujusvis status, ordinis, et praeeminentiae sint, etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni illis non consenserint, seu quod ipsi ad ea vocati non fuerint, aut ex alia qualibet etiam juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu quamtumvis magno inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo quod in praemissis solemnitates, et quaecumque alia forsan servanda, et adimplenda minime servata, et adimpleta, seu causae, propter quas praesentes emanaverint satis adductae, verificatae, et justificatae non fuerint notari, impugnari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in inte-

grum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel justitiae remedium impetrari posse, sed tamquam ad veteres, gravissimasque controversias, ac futurarum dissentionum causas de medio tollendas cum ecclesiastica pacis, rectique rerum ordinis profectu factas, et emanatas perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac respective ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 52. Non obstantibus fel. rec. Pauli pp. II., aliorumque Romanorum pontificum de rebus ecclesiasticis non alienandis, nec non Pii pp. IV. praedecessoris Nostri de gratiis interesse camerae apostolicae quomodolibet concernentibus in eadem camera registrandis, aliisque apostolicis, nec non in synodalibus, provincialibus, et generalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus praemissis quomodocumque adversantibus, ac etiam Nostris, et cancellariae apostolicae regulis etiam illa de jure quaesito non tollendo; privilegiis quoque, indultis, et gratiis etiam alternativarum, ac literis apostolicis quibusvis ecclesiis collegiis, ac personis quacumque ecclesiastica etiam cardinalatus dignitate fulgentibus quantumvis specifica, et individua mentione dignis, etiam sub quibusvis tenoribus, et formis in contrarium praemissorum concessis, et emanatis, dictarumque ecclesiarum, et collegiorum, sive capitulorum, et universitatum etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, et consuetudinibus etiam immemorabilibus. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata praesentibus inserti forent pro expressis habentes ad praemissorum omnium, et singulorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse de apostolicae potestatis plenitudine derogamus, et derogatum esse volumus; nec non omnibus, et singulis quae in ipsis praesentibus literis superius in specie, quaeque in aliis super tractatus praedicti ratihabitione editis decrevimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 53. Volumus autem, ut ipsarum praesentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima sexta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXLV.

Dat. die 22. jan. 1796. Anno XXI.

Ampliatio concessionis factae capitulo, et canonicis ecclesiae metropolitanae Caesenatensis super usu mitrae.

Dilectis filiis dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis Caesenae.

Pius PP. VI.

Dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Inest profecto in omnium animis bonorum sensus quidam praecipui amoris et benevolentiae erga civitatem illam, in qua fuit quisque in lucem editus, atque susceptus, ubi sacris primum imbutus, ubi tenera adhuc aetate ad pietatem et optimas artes excultus, ubi genus, ubi majorum vestigia habet. Quo quidem sensu et Nos affici vel maxime profitemur, ejusque rei per multa antehac, eademque certissima dedisse signa arbitramur. Etsi vero satis jam sibi factam a Nobis isti patriae existimare possit, nondum tamen est nostra in illam charitas expleta. Quare summas, inter quas detinemur, quotidie curas, illa interdum subit jucundissima sane cogitatio, de ea nimirum augenda magis et ornanda. Atque virtutum quamvis splendore dextrarum, dilecti filii, qui primas in illius clero tenetis, lucere ea maxime debeat, id quod a vobis jure omnino postulatur, statuimus tamen, ut ex

Digitized by Google

vestris etiam honoris insignibus decus eidem aliquid accedat.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur vos quoque specialis favore gratiae prosequi volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, motu proprio et ex certa scientia, maturaque deliberatione Nostris, vobis, dilecti filii, praeposito, archidiacono, et capitulo ecclesiae cathedralis Caesenae patriae Nostrae, vestrisque successoribus, ut in diebus festis infra annum solemnioribus, nempe in nativitate Domini, in dominicis Resurrectionis, ac Pentecostes cum duobus respective sequentibus diebus, in festis Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis, et Corporis Domini nostri Jesu Christi, in feria quinta coenae Domini, feria sexta in parasceve, et sabato sancto: dominica in Albis, et dominica sanctissimae Trinitatis: in festivitatibus Conceptionis, Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, et Assumptionis beatae Mariae virginis, omniumque sanctorum, nativitatis sancti Joannis Baptistae, sanctorum Petri et Pauli, beatae etiam Mariae virginis de Populo nuncupatae, ac translationis corpus sancti Mauri episcopi, in die anniversario dedicationis vestrae cathedralis ecclesiae, ac in commemoratione omnium fidelium defunctorum; dummodo iisdem diebus episcopus solemniter ac pontificaliter celebret; sicuti etiam aliis diebus in quibus episcopus aeque solemniter, ac pontificaliter celebrare voluerit, et canonici juxta praescriptum caeremonialis episcoporum sacra paramenta assumere debeant; singuli vestrum, vestrique successores in vesperis, et missis solemniter decantandis, nec non in processionibus, seu aliis hujusmodi functionibus, in quibus sacra adhibentur paramenta, tam in dicta cathedrali, quam in aliis ejusdem civitatis, et suburbiorum ejus ecclesiis, in quibus ad sacra solemniter peragenda tam episcopus, quam capitulum collegialiter accedere consueverint, vel in futurum contigerit, mitra simplici ex tela linea, praesente etiam sanctae Romanae Ecclesiae cardinali, et de latere, nec non provinciae Romandiolae legato, uti libere et licite possitis et valeatis, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo concedimus et indulgemus.

Declaratio specialis.

§. 3. Quod si episcopus in enunciatis festivitatibus, ac respective diebus absens fuerit, vel praesens pontificaliter non celebret, sicut etiam in processionibus litaniarum tum majorum, tum minorum, quas idem episcopus per seipsum non peragit, dignitati, seu canonico tantum hujusmodi functiones peragenti, ut indumenta pontificalia sacris actionibus respective convenientia, nempe mitram simplicem ex tela aurea absente episcopo, ex tela vero linea praesente episcopo, vel Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali, crucem pectoralem sine gemmis, annulum cum unica gemma, sandalia ex oloserico, chirotecas, tunicellam et dalmaticam, nec non faldistorium ligneum oloserico currentis coloris, non autem ex tela aurea vel argentea coopertum, et ministrum de candela, seu palmatoria inservientem habere libere et licite possit, et valeat tenore praesentium concedimus pariter et indulgemus. Caeteris canonicis usu mitrae, quotiescumque episcopus pontificaliter per seipsum non celebret, et sacra paramenta ab ipsis assumi non debeant, penitus interdicto. Praeterea contingere cum possit, ut festum aliquod, ultra supra expressa in cathedrali, vel in aliis ejusdem civitatis, et suburbiorum ecclesiis in quibus vel praesente, vel absente episcopo, capitulum collegialiter conveniat, peragatur, dignitati seu canonico in missa et vesperis, sive etiam processionibus celebrandis munus explenti pariter indulgemus, ut mitra, et respective convenientibus indumentis, pontificalibus supra enunciatis uti possit, dummodo licentiam singulis vicibus ab episcopo obtinuerit. In exequiis vero defunctorum, in quibus juxta pontificalis Romani part. 3. tit. de officiis, quod post missam solemnem pro defunctis agitur, et caeremonialis episcoporum lib. 2. cap. 2. dispositionem, conveniens est, ut fiant absolutiones, tam ab ipso episcopo celebrante, quam ab aliis quatuor episcopis, vel praelatis, si adsint, vel in defectum episcoporum a quatuor primis dignitatibus, vel canonicis, ut hujusmodi quatuor sive dignitates, sive canonici absolventes in actu tantum absolutionum praedictarum mitra simili uti possint facultatem tribuimus et impertimur.

Inhaerentes autem sacrorum rituum congregationis decreto die XXIX. januarii MDCCLI. edito, et a san. mem. Benedicto XIV. praedecessore Nostro suis literis apostolicis tertio kalendas martii ejusdem anni confirmato volumus ac districte praecipiendo mandamus, ne dignitas, aut canonicus celebrans praesumat ullo modo, aut pontificalibus indumentis ad altare, aut in choro indui, vel populum trina benedictione benedicere, vel cum formula episcopali — Pax vobis — salutare, vel pastorali baculo uti. Nullus vero sive canonicus, sive dignitas in processionibus Corporis Christi mitram in capite gestare, aut mitra in aliis, praeterquam in supradictis collegialibus functionibus uti unquam valeat. Insuper vobis singulis, vestrumque successoribus, ut in propriis armis et insigniis mitram sine pileo apponi facere, et addere possitis, licentiam impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, vestri etiam capitulis, statutis, etiam juramento, et auctoritate, apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, et firmatis, consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima secunda januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXLVI.

Dat. die 26. ian. 1796. Anno XXI.

Instantibus decurionibus terrae Marano nullius dioecesis Sublacensis facultas administro generali mensae abbatialis Sublacensis ineundi contractum venditionis conceditur.

Dilecto filio Josepho Catanio mensae Nostrae abbatialis nullius dioecesis Sublacensis in districtu Urbis administro generali.

Pius PP. VI.

Dilecte fili
salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii decuriones Nostrae terrae cui Marano est apud vulgus nomen nullius dioecesis Sublacensis in districtu Urbis, se in animum induxisse suum redimere in perpetuum decimas, et proventus mensae abbatiali Nostrae a suis popularibus debitos, quo horum conscientiae securitati prospiciant, qui in illis reddendis negligentes plane sint, remque ita se inter ac te convenisse, ut triginta quinque scuta in singulos annos, pro eo ipsi pendant, ad quod praestandum veniam se a venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus bono regimini status ecclesiastici praepositis impetrasse, nec praeterea quidquam, nisi Nostrum consensum ad negotium conficiendum deesse.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, discretioni tuae, dilecte fili, qui praedictae mensae abbatialis Nostrae administer generalis es, ut postquam compereris in evidentem ejus mensae utilitatem id cessurum, contractum cum ipsis decurionibus terrae Marano perpetuae locationis, et conductionis decimarum, et proventuum praedictorum pro annuo canone superius expresso, et cum conditionibus proficuis inire, stipularique auctoritate Nostra apostolica possis, et valeas, facultatem tenore praesentium impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Pauli pp. II. praedecessoris Nostri de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, coeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Digitized by Google

Dat. die 20. jan. 1796. Anno XXI.

MXLVII.

Facultas Brasiliae antistitibus dispensandi in quocumque gradu consanguinitatis et affinitatis, praeter primum, et delegandi presbyterum ad sacramentum confirmationis administrandum.

Venerabilibus fratribus antistitibus Brasiliae, quae in ditione est charissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Magnam profecto curam, et cogitationem suscipiendam existimavimus de eo, quod expositum nuper Nobis est charissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae nomine, ut remedii aliquid adhiberemus Brasiliae vestris populis laborantibus, quos etiam, tamquam oves suas, pastorum princeps Nobis pascendos, et ducendos commendavit. Renunciatum nam est, apud illos ex natura locorum, qua familiae altera ab altera longius disterminantur, et commercia eas inter prohibentur, atque ex aliis multis causis, quae difficilem habent explicatum connubia passim iniri inter propinquos, nec inde eos deterreri posse, aut religionis sanctitate, aut poenarum ab Ecclesia propositarum metu, aut antistitum auctoritate ulla, sed infinitum malum quotidie serpere, et manare latius: quominus vero ab Sede hac sancta apostolica identidem dispensatio petatur, tantum maris, ac terrarum spatium oppositum esse; illud praeterea adjectum fuit sacramento confirmationis, quo ut baptizatos homines adversus communes Nostrae salutis hostes armarent, ac munirent, adeo solliciti erant apostoli, eo saue plerosque in Brasilia destitui, quod episcopus, qui ordinarius ejus minister sit, ne se ad illos conferat in abditis, ac vastis, et asperrimis locis, fere dispersos, retineatur, aut aetate affecta, aut valetudine, aut longitudine, et difficultate itinerum; aut negotiis etiam suae ecclesiae gravioribus, quae illum tamdiu abesse a sua cathedrali non sinunt. Quae cum ita se habeant Nobis ejusdem regiae majestatis nomine supplicatum fuit, ut de ea plenitudine potestatis ligandi, atque solvendi, quam a Domino accepimus, prospicere istius regionis incolis velimus, pro quibus idem Dominus vitam ipsam profudit.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur hoc tam praeclarum studium, hancque tam piam Mariae Franciscae reginae in suos voluntatem ipsi gratulantes, votisque ipsius quantum cum Domino possumus annuentes, vobis, venerabiles fratres, vestra nimirum pietate, doctrina, et prudentia freti, ut in sua quisque vestrum dioecesi, cum fidelibus vestrae cujusque curae commissis, quocumque, praeter primum, consanguinitatis tam in linea recta, quam transversa, praeterque primum affinitatis in lineae transversae gradu, ac etiam si secundus lineae transversae gradus attigerit primum, vel ad matrimonia deinceps contrahenda, vel ad permanendum in jam contractis pro utroque foro gravibus de causis gratis dispensare, atque eos praeterea, qui neglectis propinquitatis ejusmodi gradibus, contra leges ecclesiasticas, tametsi scienter, nefariam matrimonium jungere ausi fuerint, ab excessibus, excommunicatione, aliisque censuris, et poenis ecclesiasticis etiam pro utroque foro absolvere, ac prolem inde susceptam legitimam declarare, et quoniam metuendum est, quod flentes dicimus, ne aliquot suo scelere eo processerint, ut affinitate in primo gradu lineae rectae ex illicito concubito implicati sint, erga hos quoque, in occultis, et in foro conscientiae tantum, dummodo certo constet, quod conjux proles non sit ab altero contrahentium genita dispensationis, et absolutionis commemoratae beneficio uti possitis, et valeatis facultatem quam cum idoneis presbyteris communicare, magno tamen judicio, et delectu adhibito, vobis integrum sit auctoritate Nostra apostolica per praesentes literas, quae ad viginti quinque annos, nec ultra vim habeant, impertimur. Illud vero etiam, ut presbyterum aut saecularem, aut cujusvis ordinis, congregationis, et instituti, ab hac sancta Sede adprobati, regularem, iis quidem instructum virtutibus, quas divus Paulus requirit epistolis ad Timotheum, ac Titum suis, qui in iis cujusque vestrum dioecesis partibus, quo vos adire nequeatis, sacramentum confirmationis, chrismate per vos, aut catholicum alium episco-

pum gratiam, et communionem Nostram, et sanctae Sedis hujus habentem, benedicto, eodemque novo, si praesto sit, sin minus, etiam antiquo, rite administret, eligere Nostro, et sanctae Sedis hujus nomine deputare, et delegare possitis, et valeatis, eadem auctoritate Nostra apostolica per ipsas praesentes literas ad viginti quinque annos, ut dictum est valituras concedimus, et indulgemus. Non obstantibus fel. rec. Pii pp. VI. praedecessoris Nostri *de registrandis in camera*, aliisque apostolicis, atque in universalibus, synodalibusque, et provincialibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Monitum ad episcopos.

§. 3. Pulchre vero intelligitis, venerabiles fratres, ecquid extraordinariae, et amplae potestatis a Nobis fuerit ad vos delatum, quanta sit opus, ad illam gerendam fide, vigilantia, diligentia, solertia. In id praecipue etiam atque etiam incumbite, ut Sedis hujus apostolicae benignitatem in se agnoscant, gratoque semper animo prosequantur ii, quibuscum ea uti necesse habebitis. Quae de dispensationibus in causa matrimoniorum, inter propinquos concilium Tridentinum tam sapienter praecepit, *capite quinto de reformatione sessionis vigesimae quartae*, sunt illis, occasione oblata, dilucide explicanda, vehementerque inculcanda; simulque ostendendum, hanc tantam lenitatem, quam Romana Ecclesia, *tamquam si nutrix foveat* filios suos, erga ipsos modo adhibet, hoc unum spectare, ut *sciant* denique *vas suum* possidere in *sanctificatione*, et honore, *non in passione desiderii, sicut et gentes, quae ignorant Deum* (1. ad Thessalonic. 4.).

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus autem, harum ut literarum exemplis etiam impressis notarii publici manu subscriptis, et sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem omnino fides, quae ipsis originalibus in judicio, et extra adhibeatur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

MXLVIII.

Dat. die 26. jan. 1796. Anno XXI.

Facultas Mariae Josepho episcopo Podiensi promulgandi in sua dioecesi, antiquo privilegio apostolico rato habito, indulgentiam plenariam in forma jubilaei quando festum Annunciationis incidit in feria sexta in parasceve.

Venerabili fratri Mariae Josepho episcopo Podiensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Studium tuum ardens, curaque tua assidua, qua in salutem gregis divini, qui tibi fuit commissus, quique a rapacibus lupis misere obsidetur, incumbis, omnibus ex partibus se quidem ostendit, iis in literis, quas a te nuper libentissime accepimus, die primo labentis anni datas. Levatur aliquando Noster moeror, quem incredibilem profecto ex tantis malis suscipimus, quibus Galliarum ecclesiae obruuntur, quum illarum episcopos retinere adhuc cernimus invictum animi robur, et constantiam, nec ullis laboribus, et aerumnis frangi unquam, aut debilitari, eosdemque in vigilia quadam sacerdotali perpetuo manere. Est autem illud nunc tenendum, ad quod sanctissimus ille antistes, et martyr Cyprianus adhortabatur suos, (epist. LX. Pamel. LVII.) quum eodem fere in discrimine Africanae essent ecclesiae: *ut jejuniis, et orationibus insistere, cum omni plebe ne desinamus, et gemitibus continuis: haec sunt enim nobis arma caelestia, quae stare, et perseverare fortiter faciunt.* Quod quidem, ut fideles homines alacrius, et diligentius paragant, ea benignitas, quae apostolicae Sedis hujus, ut pote parentis omnium amantissimae, est maxime propria expromenda pene tota, impertiendaque illis est.

Memoratur concessio facta a praedecessoribus Romanis pontificibus.

§. 2. Itaque quod scribis ab Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, vel prisca aetate, ac postremo a Benedicto pp. XIII. concessum fuisse dioecesi Podiensi tuae, cujus ecclesiae cathedralis patronam habet beatam Mariam virginem ab angelo nunciatam, ut quo anno hujus dies festus feria sexta in parasceve occurrat, indulgentia tum plenaria in forma jubilaei in ipsa dioecesi promulgetur; eoque te privilegio jam anno MDCCLXXXV. ingenti cum tui populi, ac finitimorum quoque fructu, usum fuisse, id Nos, tuis ut postulatis obsequamur, hoc etiam anno ratum habemus.

Digitized by Google

Concessio licentiae publicandi eamdem indulgentiam a praedecessoribus tributam.

§. 3. Itaque fraternitati tuae, per has literas committimus, et mandamus, ut eam indulgentiam plenariam in forma jubilaei, qualis in apostolicis literis commemorati praedecessoris Nostri Benedicti XIII. quarum tenorem hic pro expresso haberi volumus, concessa fuit promulgari in praedicta tua dioecesi, auctoritate apostolica cures, eamque intra octo dies lucrandam declares a Christifidelibus quibuscumque, etiam advenis, tuam tamen, et Nostram, et sanctae Sedis hujus communionem habentibus, iisdemque vere poenitentibus, et rite confessis, et sacra communione refectis, Deumque enixe rogantibus, ut misereatur populi sui, ut exurgat, et judicet causam suam, ne obliviscatur inopiae nostrae, et tribulationis nostrae.

Remissio nonnullorum operum a Benedictina requisitorum.

§. 4. Et quoniam tanta isthaec perturbatio rerum haud sinit, ea ut pietatis opera praestentur, quae in illis praeterea Benedicti XIII. literis praecipiuntur, id permittimus prudentiae tuae, ut quae tempus, quae locus postulare intelliget, alia, prae illis pietatis opera facienda decernat. Neque hoc tanto beneficio carere aequum est fideles viros illos sive clericos, sive laicos dioecesis tuae, qui in fugam ab impiis acti solum vertere compulsi sunt aegentes, angustiati, afflicti, illorum instar, quos laudat Paulus, qui a reliquo grege interim necessitate temporis, corpore non spiritu sunt separati. (Cyprian. ep. LVIII. Pamel. LVI.) Itaque ad hos etiam, si injuncta pietatis opera, quorum habebunt facultatem, perfecerint, indulgentiam eamdem, perinde ac una cum suis versari pergerent, pertinere volumus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, de non concedendis indulgentiis ad instar, caeterisque contrariis quibuscumque. Perlatum vero et illud ad Nos est eum, qui in tua dioecesi claves regni coelorum, ut divi Optati Milevitani verbis utamur; (l. 11. C. Parmen. cap. 1.) sibi usurpare contendit, qui contra cathedram Petri suis praesumptionibus, et audaciis sacrilegio militat, pseudo-episcopum nempe intrusum, haud veritum hujus ipsius cathedrae privilegium, indulgentiam scilicet, de qua hactenus, publice proponere. Tu itaque, venerabilis frater, eadem auctoritate Nostra apostolica denunciato aperte, ac districte jubeto omnibus, ut ne ejus edictorum, aut literarum, aut sermonum ullam rationem habeant, ut ab eo se omnino segregent, ut ne ecclesiam cathedralem tuam quamdiu ab eo tenebitur, neque alias ab hominibus cum eo nefarie conjunctis, occupatas, celebratasque ecclesias supplicatum adeant, nisi summo se scelere, et sacrilegio alligare malint. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima nona januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Reperta novissime extra archivium R. C. A. imprimitur extra ordinem, in declarationem alterius, quae extat sub num. 944. pag. 2627, et sequen.

MXLIX.

Dat. die 17. jun. 1793. Anno XIX.

Acta Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia papae sexti in consistorio secreto feria secunda die XVIII. junii MDCCXCIII. causa necis illatae Ludovico XVI. Galliarum regi christianissimo.

Venerabiles fratres.

Prooemium.

§. 1. Quare lacrimae, et singultus verba Nobis non intercipiant? Nonne magis gemitibus, quam ulla voce significandus est immensus ille animi dolor, quem expromere cogimur, dum vobis nunciamus editum Lutetiae die vigesima prima januarii currentis anni horrendum illud crudelitatis, atque immanitatis spectaculum.

Relatio processus habiti pro decernenda morte regis, quae illegalis, et injusta declaratur.

§. 2. Per impiorum hominum conspirationem capitali poena damnatus est Ludovicus XVI. rex christianissimus, et judicium impletum. Sed quale illud judicium, quaque peractum ratione fuerit, breviter vobis commemorabimus: nulla illud auctoritate, nullo jure exercitum ab nationali conventu; is enim abolita praestantioris monarchici regiminis forma, publicam omnem potestatem penes populum constituerat, qui nulla regitur ratione, et consilio, nullum rerum percipit discrimen, pauca ex veritate, multa ex opinione aestimat, inconstans, facilis decipi, et ad prava quaeque impelli, ingratus, arrogans, crudelis, qui humano sanguine, qui caede, funeribusque gaudet, ac expirantium poenis, ut in

veterum conspiciebatur amplis theatris, ad voluptatem pascitur. Ferocior pars hujus populi, sui regis imperium detrectasse non contenta, vitam etiam illi eripere cum vellet, eos esse judices jussit, qui accusaverant, ac infensum illi animum aperte declaraverant, jamque in ipso judicii aditu repente nequiores aliquot evocati fuerant, ut condemnantium numerus caeteris praevaleret. Quem tamen augere non potuerunt, ut proinde rex minori legitimo numero fuerit immolatus. Ex tot iniquis, perversisque judicibus, ex tot captatis suffragiis, quid non triste, horridum, omnibusque saeculis execrabile timeri, expectarique poterat? Tamen quoniam tanti facinoris horror multos a scelere deterruerat, magna inter suffragantes exorta concertatione, iterum ad suffragia ferenda devenire visum est, quorum exitum, etsi ex conjuratorum sententia fuerit, legitimum esse pronunciarunt. Multa hic alia praetermittimus contra jus, acta, ac nulla prorsus, atque irrita, quae in augustissima patronorum defensione, ac in publicis passim foliis legi possunt. Omittimus quoque, quae ante supremum supplicium subire, ac pati coactus rex fuit. Diuturnam nempe in permutatis carceribus custodiam, ex qua nonnisi, ut ad conventionis cancellos sistere, interdum ducebatur: illatam ejus confessario mortem: a carissima regia familia segregationem, caeteraque ad illius aut poenam, aut ignominiam aerumnarum genera, ad quae nemo, in quo aliquid humanitatis esset, plane non exhorresceret; cum praesertim nota, ac perspecta foret omnibus Ludovici indoles suavis, benefica, clemens, patiens, amans sui populi, a rigore, a severitate aliena, erga omnes facilis, et indulgentissima; quo factum est, ut ad convocanda regni comitia, quae flagitabantur, induceretur, quaeque in regiam auctoritatem, ac demum in caput suum redundarent. Praeterire tamen non possumus, quae de ejus virtutibus omnes ex ipsius testamento perspiciunt, propria perscripto manu, ex intimo sui animi sensu, ac ubique typis evulgato. Quanta in eo virtutis species; quantus fuit in catholicam religionem ardor animi, quae verae in Deum pietatis indicia, qui dolor, quae poenitentia, quod, vel invitus, nomen suum actis disciplinae, fideique orthodoxae ecclesiae contrariis adscripserit! Unde in tot adversis magis in dies ingruentibus rebus cum poene obrueretur, ab ipso usurpari potuit Jacobi I. Britanniae regis sententia; cum diceret — Calumnias spargi contra se in tribunitiis concionibus, non quia crimen aliquod designasset, sed quia rex erat; quod omni crimine pejus habebatur — At hic intermittamus aliquantum de Ludovico loqui, ut afferamus potissimum ex historia exemplum, quod Nostro huic argumento plane congruens, quodque luculentis ingenuorum scriptorum testimoniis comprobatur.

Comparatio damnationis regis Galliarum, et reginae Scotiae.

§. 3. Maria Stwarta Scotorum regina Jacobi V. Scotiae regis filia, et Francisci II. Galliarum regis vidua, titulos, et insignia regum Angliae cum assumpsisset, quae jam Angli ad Elisabetham detulerant, quantas ab eadem aemula, et a factiosis Calvinianis hominibus aerumnas tulerit, vel per insidias, vel per vim illatas, plurimi enarrant historici. Saepe carceribus inclusa, saepe judicium examini subjecta respondere recusaverat, cum diceret reginam se soli Deo vitae suae rationem reddere teneri: tandem toties, varieque vexata, respondit, objecta diluit crimina, suam probavit innocentiam. Non idcirco tamen a suscepta iniquitate judices se continuerunt; in eam tamquam ream, jamque convictam, mortis pronunciarunt sententiam; ac tum super pegmate caput illud regium fuit detruncatum.

Judicium latum a Benedicto XIV. super occisione Mariae Stwartae.

§. 4. De hoc eventu Benedictus XIV. lib. 3. — sui operis de Servorum Dei beatificatione cap. 13. num. 10. in haec verba ratiocinari pergit — Si de hujus reginae martyrio quaestio institueretur, quae usque adhuc instituta non est, adversus martyrium plana esset oppositio ex sententia desumenda, et ex caeteris, quae impie adversus eam haeretici debacchati sunt, et praecipuae Georgius Buchananus in infami libello, cui titulus est; *Detectio Mariae*. At si vera mortis causa examinetur, cum illa constituenda sit in odio catholicae religionis, quae ipsa superstite in Anglia perstitisset, si invicta perpendatur constantia, qua oblatam repulit deserendae catholicae religionis conditionem, si admirabile animadvertatur robur, quo mortem sustinuit, si attendantur, prout attendi debent, protestationes ante obitum, et in obitu emissae, se semper catholicam vixisse, et propter fidem catholicam libentissime mori, si non omittantur, prout omitti non debent, evidentissimae

rationes, quibus ostenditur, nedum falsitas criminum Mariae reginae oppositorum, sed etiam iniquam mortis sententiam specie tenus calumniis innixam, vero processisse ex odio catholicae religionis, et ut haeretica dogmata Angliae regno immota persisterent; nihil fortasse deerit ex iis, quae pro vero martyrio sunt necessaria.

Eam ipse declarat martyrem.

§. 5. Scimus ex Augustino, quod martyrem non facit poena, sed causa, atque ob hanc ipsam rationem Benedictus XIV. cum se propensum pro Mariae Stwartae martyrio declarasset, illud expendere coepit » an ad martyrium satis sit, tyrannum ad inferendam mortem moveri ex odio adversus fidem Christi, quamvis occasionem mortis desumat ex alia re, quae ad ipsam Christi fidem, aut nihil pertinet, aut nonnisi ex accidenti pertineat; et affirmative resolvit, ductus ratione, quod actus non ab occasione, vel a causa impulsiva, sed a causa finali veram sui speciem desumit, ac propterea sufficere ad martyrium, si persecutor ad necem inferendam movetur odio in fidem, licet occasio mortis provenerit ex alia re, quae ratione circumstantiarum ad fidem non pertineret.

Idipsum sentiendum esse de rege Galliarum declaratur.

§. 6. Nunc ad regem Ludovicum revertamur. Si gravis est Benedicti XIV. auctoritas, si ejus opinioni plurimum est tribuendum, cum ipse propendere se in reginae Stwartae martyrium significasset, cur Nos eidem non consentiremus pro martyrio regis Ludovici? Convenit enim affectus, convenit propositum, convenit casus acerbitas, unde convenire debet et meritum. Et quis umquam dubitare possit, quin ille rex praecipue interemptus fuerit in odium fidei, et ex catholicorum dogmatum insectatione? Tamdiu erat, cum Calviniani in Gallia orthodoxae religioni perniciem moliri coeperant: sed parandi prius fuerunt animi, ac impiis imbuendi doctrinis populi, quas ex eo tempore per libellos perfidiae ac seditionis plenissimos in vulgus spargere non desistebant, ac ad sui propositi societatem perversorum philosophorum operam adjungebant. Tale tamque perniciosum impietatis artificum scelus generalis Gallicani cleri conventus anni MDCCXLV. deprehenderat, Nosque ipsi jam praevisam ex pontificatus Nostri primordio detestandam adeo perfidorum hominum industriam, intentatumque maximum periculum annunciavimus per epistolam encyclicam ad omnes episcopos ecclesiae catholicae, cum eos sequentibus verbis hortaremur » Auferte malum de medio vestri, id est venenatos libros ab oculis gregis magna vi, et sedulitate extorquete » Quae hortationes, ac monita Nostra si successissent, minime nunc adeo progressam esse intentatam regum, regnorumque perniciem doleremus. Cum teterrimi illi homines multum se proficere, jamque adesse tempus sua exequendi consilia agnoscerent, aperte proferre coeperunt in libro typis edito anno MDCCLXXXVII. assertionem Hugonis Rosarii, seu si quis alius est ejus libri auctor: laudabile nempe esse tollere de medio supremum principem, qui obsequi religioni reformatae non vult, nec in se partes suscipere protestantium pro eadem religione.

Detegitur fallacia quae continetur sub specioso titulo libertatis.

§. 7. Qua tam iniqua sententia paulo ante declarata, quam Ludovicus in vitae miserrimas incidisset vices, palam omnibus factum est, quae illius origo fuerit aerumnarum: idque adeo pro comperto habendum est, tales nimirum, quales prodibant in Gallia ex improbis libris, tanquam ex venenata stirpe, processisse fructus: ut in vita scelestissimi Volterii in vulgus edita scriptum fuerit, aeternas illi ab humano genere habendas esse gratias, tanquam primo publicae revolutionis auctori, qui cum populos ad suas agnoscendas, adhibendasque vires impulisset, effecit, ut formidabile illud dejiceretur despotismi propugnaculum, religiosa nempe, et sacerdotalis auctoritas, qua stante numquam tyrannidis, ut dicebant, dissolutum fuisset jugum, cum utraque mutuis inter se nexibus consistat, alteraque subversa alterius interitus necessario consequatur. Hunc illi tanquam de sublato regno, ac disjecta religione triumphum jam canentes, impiorum scriptorum tanquam ducum victricium copiarum, gloriam, ac nominis splendorem depraedicant. Ac tum fuit, ut cum his artibus ad suas partes maximam populi multitudinem illexissent, ad eamdem per omnes Galliae provincias magis, magisque ope, ac promissis, lactandam, seu potius illudendam, speciosum illud reperirent libertatis nomen, omnesque ad ejus elata insignia, ac vexilla evocarent; haec illa nempe philosophica libertas est, quae illuc spectat, ut corrumpantur animi, ut depraventur mores, ut omnis legum, ac rerum omnium ordo

subvertatur: eam propterea Gallicani cleri conventus fuit detestatus jam in plebis animos per fallacissimas irrepentem sententias, eam Nos ipsi in memorata encyclica hisce verbis designandam, declarandamque duximus » Id » praeterea aggrediuntur perditissimi philo» sophi, ut quibus homines vinculis inter se, » atque cum dominantibus conjunguntur, et » in officio continentur, ea omnia dissolvant, » liberum hominem nasci ad nauseam usque » clamitant, regeruntque, nec cujusquam ob» noxium imperio: societatem propterea mul» titudinem esse hominum ineptorum, quo» rum se prosternat stupiditas coram sacer» dotibus, a quibus decipiantur, coram regi» bus, a quibus opprimantur; adeo ut con» cordia inter sacerdotium, et imperium ni» hil sit aliud, quam immanis conspiratio con» tra insitam homini libertatem. »

Quid sentiendum sit de alio nomine aequalitatis.

§. 8. Falso huic ac mendaci libertatis nomini illi jactati humani generis patroni adjunxerunt aliud aeque fallax nomen aequalitatis inter homines scilicet, qui in civilem societatem coierunt, quasi, illi cum variis obnoxii sint animorum affectionibus; ac in diversas abeant, incertosque pro sua cujusque libidine motus, nemo esse debeat, qui auctoritate, et vi praevaleat, coerceat, moderetur, ac a perversa agendi ratione ad officia revocet, ne societas ipsa ex tam temerario, ac inter se adverso plurimarum cupiditatum impetu in anarchiam decidat, prorsusque dissolvatur ad instar harmoniae, quae ex plurimorum sonorum consensione componitur, et si non apta chordarum, vocumque temperatione consistat, in perturbatos abit strepitus, ac plane dissonos. Deinceps cum se constituissent juxta phrasim sancti Hilarii Pictaviensis praeceptorum emendatores, et arbitros religionis, cum religionis opus, obedientiae sit officium; de ipsa Ecclesia, ejusque constituenda ratione nova ac inaudita statuere judicia coeperunt. Ex ea officina prodiit sacrilega illa constitutio, quam Nos in responsione Nostra diei x. martii MDCCXCI. ad expositionem triginta subscriptorum episcoporum refutavimus. Quare congrue aptari videtur hic posse, quod scriptum est a sancto Cypriano » quomodo » fiat, ut de christiano judicent haeretici, de » sano saucii, de integro vulnerati de sancto » lapsi, de judice rei, de sacerdote sacrile» gi? » Quid superest, quam ut ecclesia capitulo cedat? Qui in diversis civium ordinibus adhuc fideles erant, constanterque rejiciebant novae constitutioni jurejurando se obstringere, ad infortunia statim, ac ad necem destinabantur: itum est repente in promiscuas eorum caedes, saevitum in ecclesiasticos quam plurimos, occisi episcopi, qui quanta devotione, et reverentia colendi sint, exemplo suo docuit Christus Dominus, qui referente sancto Cypriano » usque ad passio» nis diem servavit honorem pontificibus, et » sacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei, » nec agnitionem Christi servassent. » Fuit demum ex quovis hominum coetu interempta multitudo. Quorum mitior poena fuit, e patriis sedibus sine ullo discrimine aetatis, sexus, conditionis in exteras regiones ejiciebantur. Etsi vero decretum esset, ut quisque libere, quam vellet, religionem exercere posset, quasi per quamlibet pateret ad aeternam salutem via, tamen vetabatur catholica religio sola, tanquam capitalis criminis poenas effuso per fora, per vias, per domus sanguine luebat, neque aliquos exterae ditiones, ad quas confugerant, tutari poterant, cum ibidem deprehensi, ac dolis, perfidiaque decepti mactarentur. Sed haec haeresum natura est, hic mos haereticorum jam ab antiquis Ecclesiae saeculis exortus, ac prae caeteris tyrannico Calvinianorum praecipue in Gallia confirmatus usu, vi, ac minis omnes in suos sensus impellentium.

Prosequitur judicium super martyrio regis christianissimi.

§. 9. Ex hac apud Gallos incoeptarum impietatum nunquam interrupta serie, cui non perspectum plane sit, odio in religionem primas acceptas referri partes earum machinationum, per quas omnis nunc exagitatur, et convellitur Europa, ac exinde inficiari nemo possit ipsi mortem illatam esse Ludovico.

In eum illi quidem plurima cumulare conati sunt ex politicis rationibus deducta crimina, inter quae tamen praecipua eminet firmitas animi, qua decretum de ejiciendis in exilium catholicis presbyteris approbare, ac sancire noluit, itemque ejusdem epistola ad Claromontanum praesulem nunciantis, sibi constitutum esse, statim ac posset, catholicum in Galliam cultum restituere. An hoc satis esse non valeat, ne temere existimatum, dictumque sit Ludovicum esse martyrem? Capitalis etiam in Mariam Stwartam prolata sententia nitebatur criminibus molitionum, con-

Digitized by Google

spirationumque adversus publicae rei statum, intermixta solum religionis mentione; nihilo tamen minus Benedictus XIV. spretis commentis in sententia expressis veram judicavit, multoque aliis potiorem fuisse illius condemnationis originem, ipsum videlicet contra religionem odium, indeque martyrii causam existere.

Solvuntur objectiones. §. 10. At hic quidem, ut inaudivimus, huic Ludovici martyrio obstare existimant, quod ille approbaverit constitutionem a Nobis jam refutatam in superius memorata Nostra ad episcopos responsione. Verum nonnulli arbitrantur rem secus se habere, atque asserunt: cum exhibita regi fuisset, cui nomen subscriberet, constitutio, haesisse ipsum cogitabundum, ac subscribere recusasse, quod timeret, ne factum id suum vim haberet approbationis. Sed cum ei repositum esset a quodam ex administris, (cujus etiam nomen enunciant, cuique fidebat rex plurimum) non aliud illa subscriptione significatum iri, quam veridicum, seu authenticum esse constitutionis scriptum, ne Nos, ad quos transmittendum ab ipso erat suppositum illud esse ullo modo suspicari possemus, facile simplici hac, ut apparet, ratione inductus fuit ad subscribendum, idque in supremis suis tabulis innuit, cum diceret, se contra proprium votum subscripsisse: et revera ipse sibi minime congruere, planeque pugnare secum videretur, si quod ex animo approbaverat, constanter deinceps reprobasset, cum scilicet subscribere noluerit decreto, quo presbyteri injurati in exilium mittebantur, neque item in literis ad Claromontanum episcopum, datis se catholicum in Gallia cultum redintegrare velle declarasset. Sed utcumque illud fuerit (non enim hic quidquam in Nos recipimus) ac ut etiam seductum vel animi levitate, vel errore aliquo Ludovicum in subscribendo approbasse concedamus, num statim idcirco Nostra erit de ejus martyrio varianda opinio? Vetat id Nobis certa illa ac solemnis, quae subsecuta est regia retractatio, ac mors ipsa, quam superius demonstravimus, illatam ipsi fuisse in odium catholicae religionis, ut idcirco quidquam honori ipsius martyrii detrahi posse perdifficile plane videatur. Quandoquidem in sancto Cypriano, qui de baptismo haereticorum aliter senserat, quam veritas postulabat, tamen uti fructuosum sarmentum gloriosa martyrii falce Deus purgavit, quod adhuc purgandum erat, ut totidem verbis, pluribus in locis refert sanctus Augustinus.

§. 11. Non aliter constituta quaestione in congregatione Rituum, non obstaret martyrio Johannis de Britto societ. Jesu, quod in missione Madurensi adhibuerit vetitos ritus Sinenses, non haesitarunt suffragantes convenire in sensu negativo, scilicet non obstare, ex quo Dei servus per subsequens martyrium sanguine retractaverit usum ipsorum rituum: sed scissi fuerunt num expediret proferre favorabile decretum, ne captaretur occasio propugnandi recessum fuisse a repetita proscriptione eorumdem rituum. At Benedictus XIII. omnem sustulit difficultatem praecipiendo, ne ex decreto pronunciando inferri posset apostolicam Sedem recedere voluisse a constitutionibus suorum praedecessorum, ritus antedictos prohibentibus; at insimul approbavit retractationem emissam a ven. Johanne, non atramento, sed sanguine, decernendo oppositam exceptionem non obstare, quominus in causa ven. servi Dei Johannis de Britto ad ulteriora procederetur ad discussionem dubii, super martyrio, et causa martyrii, nec non ulterius dubii, de signis, et miraculis, quae ejus intercessione patrata, discutere ut ex decreto tunc lato, et typis evulgato II. julii MDCCXLI. Hoc Nos instructi decreto, veram esse planeque comprobatam cernentes Ludovici retractationem, scriptam et atramento, et generoso ejus sanguine effuso, non longe abeundum Nobis esse censemus a Benedicti judicio, non jam ut simile nunc efformemus decretum, sed ut in Nostra constemus jam praecepta animi sententia de martyrio regis Ludovici, non obstante, quaecumque illa fuerit, civilis cleri constitutionis approbatione. Idem ut supra.

§. 12. Ah Gallia, ah Gallia! a praedecessoribus Nostris appellata » totius christianitatis speculum, et immotum fidei firmamentum, utpote quae in fervore fidei christianae, ac devotione apostolicae Sedis, non sequeris alias, sed antecedis! Quam hodie aversa a Nobis es, quam hostili in veram religionem animo, ac inter omnes, qui umquam fuerunt ejusdem insectatores infestissima! Et tamen ignorare, etsi velis, non potes, quod tutela, et soliditas regnorum est fidei religio, utpote quae et potestatum abusus, et subjectorum licentiam comprimit; atque hanc ob causam invidi ho- Dolet pontifex in regno Galliarum catholicam religionem quasi penitus defecisse.

Digitized by Google

stes regalium potestatum, ut eas dejiciant, ad subvertendam catholicam fidem adspirant.

Regem interfectum fuisse declarat ex quo catholicus erat.

§. 13. Ah iterum Gallia! Tu quae regem tibi dari catholicum postulasti, quia leges fundamentales regni, non alium regem, nisi catholicum regem ob id ipsum, quod catholicum esset, occidisti!

Justitia judicati confirmatur, etiam per ea quae fuuntsunt subsequuta.

§. 14. Tantus porro fuit ille tuus in regem furor, ut nec ipsa illius caede satiatus quiesceret. In mortuum etiam, in ejusque exanime corpus sevire voluisti; inhonorata siquidem mandasti cadaver ipsum inferri, humarique sepultura. At in Maria Stwarta jam extincta, ratio habita fuit regiae dignitatis. Corpus ejus relatum fuit in arcem et balsamo conditum, repositum in loculo paratum ad sepeliendum; domesticisque, et ministris injunctum, ut ibidem remaneant, ac pristinum statum, et splendorem conservantes alii non concedant, donec honorificae alicui sepulturae mandetur. Quid hoc inexpleto odio tuo tandem lucrata fueris, nisi, dedecus, infamiam atque regum, ac principum omnium multo graviorem, quam quae in Elisabetham Anglam exarserat, offensionem, odium, indignationem.

Opinio pontificis super beatitudine regis.

§. 15. Ah dies, Ludovico, triumphalis! Cui Deus dedit, et in persecutione tolerantiam, et in passione victoriam. Caducam coronam regiam, ac brevi evanescentia lilia, cum perenni alia corona ex immortalibus angelorum liliis contexta feliciter illum commutasse confidimus.

Confidit sanguinem regis innocentis intercedere posse pro populo apud Deum.

§. 16. Quid interim Nobis pro Nostro apostolici ministerii officio agendum sit ex sancti Bernardi ad suum Eugenium literis edocemur, cum ipsum hortaretur, dare operam, « ut in» creduli convertantur ad fidem, conversi » non avertantur, aversi revertantur ». Ac prae oculis habemus Clementis VI. praedecessoris Nostri exemplum, qui non destitit illatam Andreae Siciliae mortem vindicare, gravissimis inflictis poenis contra illius interfectores, et conspiratores, ut legitur in suis apostolicis literis. Sed quid proficere, quidque consequi ab illo possumus populo, qui non solum monita Nostra contempsit, sed gravissimis in nos insultavit offensionibus, usurpationibus, injuriis, et calumniis, eoque audaciae, ac insaniae processit, ut fictas componeret, et eorum erroribus accomodatas literas sub Nostro nomine. Sinamus igitur illum esse, quoniam ita libet, in sua miserrima pravitate pertinacem, confidamusque innoxium Ludovici sanguinem clamare quodammodo, atque orare, ut suam ille agnoscat, damnetque in aggerandis delictis pervicaciam, at consideret acerbissimarum poenarum genera, quae Deus, vindex scelerum justissimus populis solet ob minus gravia perpetrata commissa infligere.

Preces indictae pro requie animae regis.

§. 17. Haec apud vos agere ad aliquod acerbissimi casus solatium voluimus. Itaque ut jam dicendi finem faciamus, quod reliquum est vos ad solemnes exequias pro extincto rege Nobiscum de more peragendas invitamus. Quae quidem funebria precationum Nostrarum officia, etsi supervacua videri in eum possint, qui martyris nomen assecutus creditur, dicente sancto Augustino « Ecclesia pro mar» tyribus non orat, sed eorum potius oratio» nibus se commendat. » tamen haec ipsa Augustini sententia de illo intelligi, explicarique debet, qui martyr non jam ex humana persuasione creditus sit, sed ex apostolicae Sedis judicio comprobatus.

Die igitur vobis indicenda in pontificio Nostro sacello publicas de more exequias una vobiscum, venerabiles fratres pro Ludovico XVI. christianissimo rege peragemus.

by Google

ANNO VIGESIMO SECUNDO

ML.

Dat. die 8. martii 1796. Anno XXII.

Ut ritus officii patrocinii beatae Mariae virginis a duplici majori ad duplicem secundae classis sine octava elevari possit in civitate, et dioecesi de Guatimala in Indiis Occidentalibus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater archiepiscopus, nec non dilecti filii presbyteri, et homines civitatis de Guatimala in Indiis Occidentalibus Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga Deiparam praeseferunt affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessionis tenor.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito dilecto filio magistro Dominico Coppola sacrorum Rituum congregationis secretario, ut in perpetuum pro eadem civitate, et dioecesi de Guatimala ritum officii patrocinii beatae Mariae virginis a duplici majori, ad duplicem secundae classis sine octava elevari possit auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae civitatis, et dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava martii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLI.

Dat. die 12. martii 1796. Anno XXII.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui occasione capituli provincialis visitaverint ecclesias fratrum ordinis eremitarum sancti Augustini.

Digitized by Google

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Cum sicut accepimus capitulum provinciale fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini excalceatorum nuncupatorum in ecclesia, seu eorum domo propediem benedicente Domino celebrandum sit; Nos ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti; omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sancta communione refectis, qui praedictam, vel aliquam ex ecclesiis domorum ordinis hujusmodi ubicumque existentem, die quo incohabitur capitulum provinciale hujusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus: praesentibus post celebrationem dicti capituli provincialis minime valituris.

Conditio adjecta, et fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint, utque earumdem praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda martii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLII.

Dat. die 18. martii 1796. Anno XXII.

Instante ministro generali congregationis clericorum regularium Minorum nuncupatorum confirmantur nova statuta, et decreta ejusdem congregationis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Gravibus licet, et multiplicibus curis distenti in universae Ecclesiae administratione Nobis divinitus commissae, libenter tamen ad ea paternum animum intendimus, quae ad regularium ordinum disciplinam servandam, perficiendamque pertinent, ut ita religiosis viris ad pietatem compositis, atque exemplo, et virtute praefulgentibus, fidelis populus in viis Domini securius dirigatur.

Tenor precum porrectarum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius modernus praepositus generalis congregationis clericorum regularium Minorum nuncupatorum pro bono ejusdem congregationis regimine novus constitutionum et statutorum codex efformatus fuerit, cui titulus » Decretorum codex clericorum regularium minorum capituli trigesimi octavi, ac proximi praecedentium jussione lucubratus » hic vero codex a venerabilibus fratribus Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, et dilectis filiis Romanae curiae praelatis super disciplina regulari specialiter a Nobis deputatis, quibus rem totam commisimus, ad examen revocatus fuerit, et approbatus; idem propositus generalis, ut omnes, et singuli, qui institutum hujusmodi profitentur, leges, et statuta in dicto codice contenta observare teneantur, eaque serventur exactius, et firmius subsistant, apostolicae Nostrae confirmationis robore communiri summopere desiderat.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, praedictum decretorum codicem, et singula in eo contenta, illorumque tenores perinde ac si praesentibus de verbo ad verbum inserta essent, apostolica auctoritate earumdem praesentium tenore confirmamus, et approbamus, illisque perpetuae et inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quoquo modo intervenerint, supplemus, et sanamus.

Digitized by Google

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; contradictores quoslibet, et praemissis non parentes per censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ejusdem congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava martii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 30. martii 1796. Anno XXII.

MLIII.

Instantibus sodalibus congregationis beatae Mariae virginis septem Dolorum dioecesis Sanctae Fidei in Indiis, et clero eidem ecclesiae addicto, indulgetur ut in dominica III. septembris a consodalibus, et clero praedictis recitari possit officium septem Dolorum pro ordine Servorum beatae Mariae virginis approbatum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilecti filii superiores congregationis titulo beatae Mariae virginis septem Dolorum erectae in ecclesia parochiali villae de Medellin dioecesis Sanctae Fidei in Indiis exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga Deiparam praeseferunt devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune provid re, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola sacrorum Rituum congregationis secretario, ut in posterum a consodalibus ejusdem congregationis, et a clero eidem ecclesiae addicto in dominica tertia septembris recitari possit ritu duplici majori sine octava officium cum missa septem dolorum beatae Mariae virginis approbatum auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima martii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLIV.

Dat. die 5. apr. 1796. Anno XXII.

Electio superiorum congregationis Italiae monachorum reformatorum divi Bernardi ordinis Cisterciensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Ecclesiae Christi, quae castrorum aciei ordinatae rectissime comparatur, divino numine, ac benignitate praepositi, omnes ejus partes curare, nullam profecto negligere Nos debere intelligimus; ac magnam proinde cogitationem, et studium suscipere, quo religiosis familiis strenui, et sapientes duces, rectoresque praeficiantur. Itaque, quum tempus jam advenerit, quo congregationi Italiae monachorum reformatorum, ut appellantur, divi Bernardi ordinis Cisterciensis novi sint moderatores tribuendi, id certe optabamus, ut ex ejus legum optimarum praescripto, comitiis habitis, per suffragia deligerentur. Atqui tanto hoc impetu teterrimi belli in Subalpinas regiones facto, quum nec vocales itinerum tot pericula adire, nec monasteriorum facultates imminutae sumptus necessarios queant perferre, ad illud consilii idcirco devenire cogimur, quod pro eadem congregatione susceptum olim fuit ab fel. rec. Alexandro pp. VII. praedecessore Nostro, quum alia coelitus immissa clades homines adtereret, ut auctoritate nimirum Nostra apostolica temporum difficultates vinceremus.

Tenor concessionis. §. 2. Quamobrem dilectos filios infrascriptos ejus congregationis monachos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine Angelum Victorium a sancto Antonio Viasonensem abbatem generalem, Raphaelem a sancto Eustachio Casalium primum adsistentem, Amadeum a sancta Theresia Simondium adsistentem secundum, Franciscum Xaverium a sancto Jacobo Blanchium visitatorem generalem primum, Balthassarem a sancto Antonio Panzo jam visitatorem generalem secundum; Josephum denique a sancto Petro Fontanam procuratorem generalem commemoratae congregationis universae tenore praesentium literarum constituimus, facimus, et deputamus, ad id usque tempus, quo eorum quodque munus definitum est statutis ejus congregationis, ab hac sancta Sede apostolica confirmatis.

§. 3. Praecipimus propterea in virtute sanctae obedientiae dilectis filiis superioribus, et monachis ejusdem congregationis, et omnibus, et singulis, ad quos spectat, et in futurum spectabit: indignatione etiam Nostra non obtemperantibus, ac poenis propositis arbitrio Nostro infligendis, ut abbatem generalem, adsistentes, visitatores generales, et procuratorem generalem praedictos, ex quo die his Nostris literis publice recitatis munus ii suum quisque iniverint, perinde agnoscant, recipiant, observent, ac si comitiis solemnibus creati essent, iisdemque, suum cuique a Nobis demandatum munus administrantibus, se submittant, prompto, alacrique animo pareant, studio, atque opera praesto sint, ac faveant. Poenae contra inobedientes inflictae.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ejusque congregationis, et ordinis statutis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die quinta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo. Derogatio contrariorum.

MLV.

Dat. die 11. aprilis 1796. Anno XXII.

Suppressio conventus sancti Angeli fratrum minorum sancti Francisci castri Rojatis, et

Digitized

applicatio bonorum seminario Sublacensis nullius dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quod sancta synodus Tridentina tam graviter commendat, tam vehementer inculcat de clericorum seminariis constituendis, necessarioque censu augendis, id profecto Nos omni cura, et diligentia ad hanc usque diem facere contendimus, in abbatia Nostra Sublacensi in districtu urbis: idque adeo apertum testatumque esse omnibus arbitramur; de qua cura, et diligentia nondum esse remittendum Nobis existimamus.

Causae impellentes ad suppressionem decernendam.

§. 2. Novimus quidem conventum s. Angeli fratrum minorum s. Francisci, qui conventuales vocitantur, non longe a Rojatis castro in finibus ejusdem abbatiae aetate jam fel. rec. Innocentii pp. X. praedecessoris Nostri suppressum, decreto, ut in parvis, quod ad suam constitutionem instaurandae, ante editam explicandam vulgavit x. feb. MDCCIV. quo sane is pontifex maximus, ut ad praescriptam observantiam redigeret regulares, parvos conventus statuit supprimendos; quoniam fratres in illis exiguo numero degentes, nec divinum officium in choro celebrare, nec orationi mentali, et spiritualibus collationibus, studiisque in communi vacare, neque clausuram, quibus rebus, tanquam basibus regularis vita superstruitur, servare possint, ast otio dediti soli per loca infrequentia vagentur; adeout in ejusmodi conventibus collocari nequeant religiosi optimae notae viri, ast eo moderatores amandare cogantur laxioris disciplinae fratres, qui loci occasione, et licentia pejores fiunt. Quae facies cum esset tum ejus conventus prope Rojatis castrum, justam ille sententiam minime effugit. Restitutum quidem cum postea opera, et gratia bo. mem. cardinalis Antonii Barberini esse scimus; ea certe conditione, ut fratres sacerdotes quatuor, laicos duos perpetuo aleret.

Remedia frustra adhibita.

§. 3. Verum cum ejusmodi conditionem neque antea praestitisse, neque posthac praestare eum posse ob redditiuum tenuitatem, aerisque alieni magnitudinem, compertum nobis sit, neque fructus, utilitatemque eum proferre, quae adhuc desiderata est.

Decretum suppressionis.

§. 4. Motu proprio, certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine tenore praesentium literarum iterum supprimimus, ejusque bona prorsus omnia qualiacumque tum stabilia, cum mobilia, nomina, jura, et actiones cujusvis generis seminario praesenti abbatiae Nostrae addicimus, et incorporamus; qui unus est ex illis usibus, in quos juxta Innocentianam constitutionem bona conventuum suppressorum converti debent; itaque in illorum possessionem seminarium abbatiae Nostrae a vicario Nostro generali, aut ab deputatorum ejusdem seminarii aliquo per ipsum vicarium subdelegando immitti, statim post has literas Nostras recitatas, volumus, et jubemus; atque auctoritate Nostra in idem seminarium debita, atque onera suppressi conventus transferimus.

Consulitur satisfactioni missarum.

§. 5. Quae inter, quoniam duo sacrificia sint, solemni caeremonia, et cantu peragenda, alterum die octava maji, alterum die quarta octobris, ad expiandas animas duorum ex familia Columnensium vita functorum, ea uti antea peragi religiose decernimus; caeterum, ut agricolarum etiam utilitati prospiciamus, qui in vicinia ejus conventus degunt, quo ne diebus festis missae copia illis desit, id onus propterea seminario Nostro Sublacensi adjicimus, iis ut diebus in illius conventus ecclesia, quae in suum jus transiit, sacrificium missae unum saltem per sacerdotem ad confessiones adprobatum celebratum omnino curet. Quod sane ut levius, et facilius ei sit, statuimus, ut quae missarum celebrationes octo, et sexaginta ecclesiae, quae s. Mariae ad Nives nuncupabatur Subiaci auctoritate Nostra in profanos usus conversae ab eo debebantur, in ecclesia deinceps ejus conventus diebus festis exsolvantur.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quorumcumque testamentorum dispositionibus, quibus quoad praemissa tantum, nunc derogamus. Quibuscumque etiam illius conventus statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dum-

taxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 12. aprilis 1796. Anno XXII.

MLVI.

Instante rege catholico indulgetur regio consuli Algierii, et Hispanis omnibus, qui eo transtulerint, aut deinceps transferant, et cujusque familiae, ut diebus abstinentiae et jejunii alantur iisdem cibis, quibus vescerentur ex privilegio apostolico si intra fines Hispaniarum regni essent.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Est id plane regium, vigilare assidue, ac longe in posterum providere, suorumque popularium utilitati, et saluti tempore consulere, ac eorum neminem, quamvis magno locorum intervallo disjunctum, non sua cura, et cogitatione complecti.

Expositio precum. §. 2. Quamobrem omnino benigne accepimus, quod expositum Nobis nuper fuit carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici nomine pro suo consule, ac reliquis Hispanis omnibus Algierii commorantibus, qui diebus abstinentiae, et jejunii vesci nequeant eo ciborum genere, quo tum oporteat; quippe quod raro admodum eo importetur, ob perpetuum fere pestis metum; quodque etiamsi suppetat, insalubre, et noxium censetur humanis corporibus, eo grassante morbo, qui paterna idcirco Nostra indulgentia egeant: adjectum illud quoque fuit, ejusdem regiae majestatis nomine, opportunissimum sibi videri, ad omnia discordiarum, et contentionum semina radicitus evellenda, totam Hispanorum eo in oppido multitudinem, non solum consulem, ejusque cohortem, sub potestatem ordinariam redigi cappellani majoris, ejusque vicarii generalis regiorum exercituum.

Tenor concessionis. §. 3. Quibus Nos votis igitur annuentes, de Nostrae apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium literarum, quae perpetuo sint valiturae, veniam concedimus tum regio Hispaniarum consuli, ac vice-consuli, qui Algierii sint, quique deinceps sint futuri, tum omnibus, et singulis Hispanis, qui Algierium migraverint, aut migraturi sint, et cujusque familiae, atque iis adeo, qui eorum mensa utentur, ut diebus commemoratis abstinentiae, et jejunii, iisdem cibis alantur, quibus ex hujus sanctae Sedis privilegiis jam impetratis, ali possent, si intra fines regni Hispaniarum versarentur: eosdem praeterea consulem, vice-consulem, Hispanos omnes, et singulos, qui in Algierum transtulerint, vel transferent, et cujusque familiam jurisdictioni ordinariae in spiritualibus cappellani majoris, ejusdemque vicarii generalis exercituum regis Hispaniarum catholici, ac ejus delegatorum subjectos postmodum esse constituimus, praecipimus, et jubemus: eosque ab omni alterius cujuscumque jurisdictione ordinaria liberos pronunciamus, et declaramus.

Clausulae subiata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, ac definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, vel personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum

ed by Google

tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 19 apr. 1796. Anno XXII

MLVII.

Ad sublevandum nosocomium Parmense, de Misericordia nuncupato, imponitur tributum super bonis ecclesiasticis intra fines ducatus Parmensis existentibus.

Venerabilibus fratribus episcopis, qui intra ducatus Parmensis fines dioecesim habent.

Pius PP. VI.

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Quantum studium semper extiterit Ecclesiae Christi, ab ipso informatae, atque eductae, in pauperibus, ac praesertim aegrotis sublevandis, omnique solatii genere juvandis, quamque libenter suas facultates, ad illud officii praestandum, saepissime effuderit, omnium certe id aetatum literae, ac monumenta testantur.

Ratio et tenor concessionis.

§. 2. Quo et Nos incensi studio, non possumus non statim flecti ad opem, quae enixe a Nobis imploratur, ferendam nosocomio Parmensi, quod miseris illis magnum est perfugium, unde a misericordia nomen merito traxit, cujus ita angustae, afflictaeque fortunae dicuntur esse, ut stare illud nequeat diutius, nisi ecclesiae ei pietas propere subveniat. Itaque motu proprio, certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis, qua sumus instructi plenitudine, vobis, venerabiles fratres, harum literarum tenore praecipimus, et mandamus, ut in bona prorsus omnia, cujusque modi sint, ad mensas episcopales, abbatiales, conventuales, ad capitula cathedralium, et collegiatarum, ad prioratus, praepositurας, canonicatus, praebendas, et alia quaecumque beneficia, ad coenobia, monasteria, collegia, domos, hospitia, quocumque appellentur nomine; etiam undecim congregationum, ad quascumque militias, etiam s. Joannis Hierosolymitani, et sancti Georgii ordinis equestris Constantiniani, ac sanctae Mariae della Steccata vulgo vocitatas, ad quaslibet communitates, et personas ecclesiasticas, tam saeculares, quam regulares, cujuscumque gradus, conditionis, et dignitatis sint, quocumque privilegio sint munitae, pertinentia, etiam a Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus possessa; neque in ea solum bona, quae post annum MDCXX. ab iis parta; sed in illa etiam, quae ante id temporis possessa ab iis fuerint, in bona profecto ejusmodi, ad praesentem dumtaxat effectum, quisque vestrum in sua dioecesi, quae intra fines sit Parmensis ducatus, certum tributum, pro commemorato nosocomio substentando, auctoritate Nostra apostolica imperetis.

Declaratio, quae circa bona immunia a tributo.

§. 3. Quod quidem tributum, (necessitatibus nosocomii id postulantibus) non in posterum modo imponi statuimus, sed exigi idem etiam pro iis, qui sunt praeteriti, mensibus hujus labentis anni MDCCXCVI. Caeterum, si qua sunt ea inter bona, quae onere jam sint gravata alio, ad aliud forte nosocomium tuendum, et alendum, haec aut immunia penitus ab novo hoc tributo esse decernimus, aut si onus illud quod sustinuerit, sit minus quam tributum imponendum, eam partem solum ab iis exigi volumus, quae reliqua est, ut cum aliis ecclesiasticis bonis onus exaequent. Fundos vero illos, qui patrimonii ecclesiastici titulo sint alicui adsignati, quique ad singulares familias postea reversuri sunt, ei tributo obnoxios esse non permittimus. Illud denique vos, venerabiles fratres, etiam, atque etiam pro vestra sapientia videbitis, ut ne cui per illam tributi solutionem, legitima congrua minuatur, utque in exigendi ratione praescriptum servetur constitutionis ab felicis recordationis Clemente pp. V. praedecessore Nostro in concilio Viennensi editae.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus literis Nostris in simili forma Brevis datis die VI. aprilis MDCCLXXXXI. nec non, quatenus opus sit, iis, quae die XXIII. aprilis superioris anni sunt expeditae, aliisque apostolicis atque in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione

Digitized by Google

apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 22. apr. 1796. Anno XXII.

MLVIII.

Instante principe Columna de Hostiliano conceditur duodecim cappellanis in ecclesia de ejus jurepatronatu Aversanae dioecesis existente, ut mozzettam gestare valeant.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum, sicut dilectus filius nobilis vir Marcus Antonius Columna princeps de Hostiliano Nobis humiliter exponi fecit, ipse nuper inter caetera, quae ad divinum cultum promovendum in ecclesia, ut asserit, de suo jurepatronatu terrae de Juliano Aversanae dioecesis, quam pariter suae praenobili familiae jure feudi spectare asserit, instituit, duodecim etiam cappellanias ad nutum amovibiles et quatuor officia clericatus fundaverit; quo splendor, et decus fundationis hujusmodi augeatur, eosdem cappellanos divinum cultum peragentes aliquo insigni per Nos honestari summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eumdem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque, ac singulorum cappellanorum praedictorum pro tempore existentium personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut omnes, et singuli cappellani praedicti pro tempore existentes perpetuis futuris temporibus mozzettas violaceas cum rocchetto, illorum vero major, seu caput eamdem mozzettam mustella alba ornatam tam in praefata ecclesia, quam extra eam in supplicationibus, vulgo processionibus, aliisque ecclesiasticis functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, et deferre, illisque uti libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae Aversanae dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam

Digitized by Google

derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes non intendimus dictum juspatronatum in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima secunda aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 22. apr. 1796. Anno XXII.

MLIX.

Instante confraternitate sanctae Mariae Gratiarum de Confalone nuncupata oppidi Centum Cellarum, confirmatur privilegium liberandi quotannis unum reum ad triremes perpetuas damnatum alias eidem confraternitati concessum.

Dilectis filiis gubernatori, ac confratribus sanctae Mariae Gratiarum de Confalone nuncupat. oppidi civitatis etiam nuncupati Centum Cellarum Viterbiensis dioecesis.

Pius PP. VI.

Dilecti filii
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum per rectorum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecistis, quod alias felicis recordationis Benedictus pp. XIV. praedecessor Noster per suas in simili forma Brevis sub die XVI. maji MDCCXXXII. expeditas literas confraternitatis vestrae fide, et diligentia ductus, qua detentis in publicis carceribus istius oppidi civitatis nuncupati Centum Cellarum cibaria suppeditabat, aliaque adjumenta iis praebebat, qui aegroti in illis jacerent, praemii alicujus loco eidem confraternitati in perpetuum concessit, ut unum reum ad triremes perpetuas, seu ad sui vitam condemnatum, quem petierit, atque a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. Rom. Ecclesiae cardinalium negociis, et consultationibus status Nostri ecclesiastici praeposita obtinuerit, quotannis liberare a poena posset, certis tamen reservatis conditionibus, et alias prout in dictis Benedicti praedecessoris desuper expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, vos nunc, qui a majorum vestrum pietate nunquam descivistis, graviora etiam onera ad solandos illos miseros receperitis, ac propterea cupiatis ad tollendas in posterum omnes controversias, ut privilegium hujusmodi non solum ratum habeamus, sed lucem etiam, si qua desideratur, majorem afferamus, Nostraque auctoritate confirmemus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos itaque vos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, facultatem liberandi in singulos annos unum reum ad triremes quoad vixerit damnatum a quocumque judice, et tribunali fuerit in eum lata sententia, ac vel is deportatus ad triremes jam fuerit, et in ipsis retentus, vel nondum fuerit, in perpetuum vobis, et confraternitati vestrae auctoritate apostolica tenore praesentium adserimus, et confirmamus, et quatenus opus sit, de novo concedimus, et indulgemus, conditionibus tamen omnibus praestitis, quae in praedictis Benedicti praedecessoris literis sunt appositae, ac servata in reliquis earumdem forma, et dispositione. Mandantes propterea commemoratae cardinalium congregationi, ac omnibus, et singulis, ad quos spectat, et in futurum spectabit, ut quotannis in perpetuum vobis unum reum in poenam triremis perpetuae, seu ad vitam damnatum liberum dimittat, et concedat, ipsumque reum per vos pro tempore liberatum ab omni poena eo ipso absolutum esse, et censeri, nec illum propter praeterita delicta, et excessus ulterius molestari, vel perturbari posse auctoritate, et tenore praedictis decernimus, et declaramus.

Digitized by Google

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis, quae in dictis suis literis idem Benedictus praedecessor voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 29. apr. 1796. Anno XXII.

MLX.

Confirmatio decreti editi a sacra congregatione Rituum super prosecutione processus pro beatificatione servi Dei Alphonsi Mariae de Ligorio.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

§. 1. Nuper in particulari congregatione sacrorum Rituum a Nobis destinata disceptatum est, referente venerabili fratre Nostro Joanne episcopo Sabinensi cardinale Archinto nuncupato, eidem congregationi praefecto, an quae servo Dei Alphonso Mariae de Ligorio fundatori congregationis sanctissimi Redemptoris vocitatae, et episcopo olim sanctae Agathae Gothorum objiciuntur circa immutationem regularum suae ipsius congregationis obstent signaturae commissionis, vel ulteriori progressui causae super dubio virtutum in casu, et ad effectum, de quo agitur. Itaque audito dilecto filio magistro Hieronymo Napulionio fidei promotore, visisque juribus ex utraque parte allatis, rescribendum illa censuit: negative in omnibus; atque esse imponendum perpetuum silentium; ita ut, nec fidei promotor, nec ullus alius in causa suffragaturus, in ulteriori causae examine, supradicto obstativo ullatenus uti possit.

Preces porrectae pro illius confirmatione.

§. 2. Quod quidem decretum jam ante a Nobis probatum, cum dilecti filii superior nunc generalis commemoratae congregationis, ac Josephus Cajetanus Cardone sacerdos, ejus sodalis, et causae ipsius servi Dei postulator, vehementer cupiant, enixeque rogent, ratum ut illud a Nobis haberi apertius etiam profiteamur, eo id libentius facimus, eorumque precibus annuendum ducimus, quod memoria tenemus pietatem singularem, et observantiam servi Dei erga hanc sanctam apostolicam Sedem, voce saepe, rebus gestis, et scriptis ab ipso testatam.

Confirmatio.

§. 3. Itaque decretum illud ab praedicta sacrorum Rituum congregatione editam apostolica Nostra auctoritate, tenore praesentium literarum, iterum adprobamus, et confirmamus, illique apostolicae firmitatis robur adjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, ac illis plenissime suffragari, et ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et apostolicae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem harum ut literarum exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae alicujus in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem omnino fides in judicio, et extra, quae ipsis originalibus adhibeatur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima nona aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 29. apr. 1796. Anno XXII.

MLXI.

Confirmatur decretum a concilio hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani editum.

Dilecto filio magno magistro hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper tuo nomine Nobis expositum fuit quod alias nempe die tertia mensis novembris

Digitized by Google

anni millesimi, septingentesimi nonagesimi quinti, quo in hisce miserrimis temporibus, in quibus ob hodiernas regni Galliarum perturbationes redditus communis aerarii istius hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani valde imminuti sunt, acceptum cum expenso in ipsius hospitalis exhibitionem, et substentationem admodum necessario aequatur, a te, et a dilectis filiis consilio dicti hospitalis nonnulli fratres milites ejusdem hospitalis expresse professi fuerunt delegati, qui perpenso judicio, prout res postulabat, quid in tanta rerum ambage agendum esset, consulerent: quorum sententiae cum omnes suffragati sitis, inde probatum est decretum tenoris, qui sequitur.

Tenor decreti. §. 2. Die vigesima nona mensis februarii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto ab incarnatione. Essendo stata letta la relazione dei reverendi commissarj deputati li 3. novembre prossimo passato del tenore seguente, cioè.

Altezza eminentissima, e sagro consiglio.

Per disimpegno della commissione, di cui si degnarono onorarci l'altezza vostra eminentissima e questo sagro consiglio di equilibrare l'esito all'introito del pubblico erario, nel mentre portiamo tutta la nostra maggior attenzione a minorare in quanto sia possibile le pubbliche spese, abbiamo creduto ancora doveroso di non perdere di vista l'aumento dell'introito, che senza allontanarci dalle massime fondamentali della nostra costituzione si potrebbe stabilire: poichè accrescendo da una parte li proventi, e diminuendo dall'altra le spese, è indubitatamente il mezzo più sicuro di pervenire al desiderato fine di bilanciare l'esito all'introito.

Il primo oggetto che ci si presentò, fu l'introito del mortorio, e vacante che le nostre leggi stabilirono a favore del comun tesoro, accordandogli per tutto questo tempo gl'intieri frutti delle dignità e commende, che fossero in questo caso, colla distinzione però, che in quanto a quelle vacate per rassegna, o privazione si prescrive che il mortorio, e vacante sia di due anni intieri; ma rispetto alle altre, che per morte del possessore, od altro motivo vacassero, il mortorio non è che la rata del giorno della morte a tutto il dì trenta aprile sequente; e sebbene il vacante sia sempre di un anno, cioè non ostante la maggiore, o minore durata del mortorio ad anno comune reca la differenza di un quarto intiero di questa rendita, che per le sole cinque lingue d'Italia, Aragona, Inghilterra, e Baviera, Alemagna, Castiglia, e Portogallo rileva la somma annuale di ventisette mila scudi: a vista di che dunque stimiamo, che senza avere riguardo al titolo per cui si trovi vacante la dignità, o commenda si debba stabilire per regola generale, che il mortorio, e vacante sia sempre di due anni intieri, da percepirsi però nel modo seguente.

Seguita la morte di qualsisia dignitario o commendatario il comun tesoro entrerà nel possesso della dignità, o commenda, e ne goderà secondo il solito intieramente i frutti sino a tutto il dì trenta aprile seguente, e poi per un anno per ragione del vacante secondo l'attuale disposizione de'nostri stabilimenti; al dì primo maggio poi seguente entrerebbe nel possesso, e godimento de'frutti della dignità, o commenda il nuovo provisto, il quale però sarà tenuto nello stesso primo anno di rendita, ed al più tardi colle responsioni della prima annata di pagare l'importo di quei mesi, e giorni, che nel mortorio goduto già dal comun tesoro mancavano per compirsi il tempo di un anno; ed in tal guisa il tesoro averebbe il profitto prefissoci di due intiere annate, senza punto alterare nel resto il sistema statutario.

Il proposto stabilimento rispetto alle dignità, e commende cadute in mortorio, e vacante deve pure servire di regola per quelle che venissero a vacare in risulta della smutizione di quelle, a favore però del dignitario e commendatario rassegnante, dimodochè vacata una dignità, o commenda della rendita di quattro mila scudi, se chi l'ottenne per compimento dell'annata del mortorio ebbe a pagare la rata di tre mesi, o siano mille scudi, avendo egli, per ottenere questa, rassegnata altra dignità, o commenda dell'annua rendita di due mila scudi, doverà ripetere dal suo successore scudi cinquecento, che è la rata che corrisponde ai tre mesi che averebbe dovuto averla goduta, secondo la massima ricevuta nel sagro ordine, che non si lascia rendita, senza prendere rendita.

Altro oggetto d'introito per il tesoro ci si presentò potersi stabilire sulle pensioni che si costituiscono dalli dignitarj, e commendatari a favore dei nostri fratelli, e sopra quelle che questi si trasferiscono tra loro o direttamente o per mezzo di rinuncia che fanno in mano dell'eminentissimo gran maestro in occasione di donazione magistrale: riflettendo noi dunque, che le pensioni più privilegiate devono considerarsi quelle che costituisce l'eminentissimo gran maestro nell'atto di donazione di qualche commenda per sua grazia magistrale, siccome queste pagano un annata, è molto ragionevole che subiscano la stessa legge tutte l'altre pensioni, che non hanno un origine così rispettabile. Le pensioni magistrali pagano l'annata all'eminentissimo signor gran maestro; e le altre pensioni la pagherebbero al comun tesoro, a somiglianza di ciò che nei nostri stabilimenti si trova stabilito per le commende che conferiscono i priori delle quali l'annata si paga al comun tesoro. Questo provento sebbene non sia molto considerabile, ma al calcolo fatto sopra le pensioni costituite, o trasferite soltanto nelle sopraddette cinque lingue in un decennio recherebbero al tesoro l'annuale rendita di cinque mila e più scudi, quale attese specialmente le attuali circostanze del pubblico erario, sembra non doversi trascurare; stimiamo perciò che eccettuati tutti quelli che fossero provisti dall'eminentissimo gran maestro di pensioni sulle commende, che conferisce per sua grazia magistrale, o sulle camere magistrali, o delle pensioni prese al commendatore in permuta della commenda o camera conferitagli, ogni altro pensionista dentro il termine di un anno da decorrere dal dì della collazione, o traslazione intieramente consumata, dovrà al pari dei commendatarii provisti di grazia priorale pagare al comun tesoro un annata di frutto dell'ottenuta pensione, sotto pena della nullità della medesima, la quale s'incorporerebbe subito alla dignità, o commenda, su di cui si trovasse imposta, a condizione però, che il dignitario, o commendatore, a di cui beneficio ciò ridonderebbe pagasse subito al tesoro, perchè non ne restasse defraudato, l'annata dovuta dal pensionista sotto pena d'incapacità, come se fosse liquido debitore del tesoro. Se l'altezza vostra eminentissima, e sagro consiglio si degneranno approvare questo nostro sentimento, sarà necessario ordinarsi alla cancelleria di dare subito nota in tesoro di ogni nuovo pensionista, eccettuati solamente quelli, che nel modo disopra indicato l'ottennero dall'eminentissimo gran maestro, e sottomessi intanto alle superiori determinazioni dell'altezza vostra eminentissima, e di questo sagro consiglio col più profondo rispetto siamo

Dell'altezza vostra eminent. umiliss., devot., obbed. servit., e religiosi ubbidientissimi

Le balì de Montauroux gran commendat.
Il G. Cas. de Amposta Perez de Sarrio.
Le balì Despennes.
Il balì di Torino fra Nicola Frisari.
Il balì fra Mariano de Cascaxaves.
Balì Tommasi.
Il balì luogotenente Torring.
Il conservatore convent. com.
Fra Federico Preysing.

Sua altezza eminentissima, ed il sagro consiglio con lo scrutinio delle palle hanno approvato la suddetta relazione in tutte le sue parti ordinando l'esecuzione della medesima.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo praeinsertum decretum firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desideres: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis providere, et ut infrà indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur te, ac hospitale praedictum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, teque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi praeinsertum decretum, ac omnia in eo contenta auctoritate Nostra apostolica confirmandi et approbandi, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjiciendi, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplendi, et servandi plenam et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur. Confirmatio apostolica.

Digitized by Google

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die trigesima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXII.

Dat. die 6. maji 1796. Anno XXII

Confirmatio privilegiorum concessorum a Pio pontifice IV. collegio artis medicae, et philosophiae universitatis Caesenatensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Memorantur praecedentes literae apostolicae ad rem latae.

§. 1. Nos alias ad preces dilectorum filiorum magistratus Caesenatensis per Nostras in simili forma Brevis sub die II. septembris transacti anni MDCCXCV. expeditas literas, quo jura, et privilegia collegii juristarum universitatis studii generalis civitatis, et patriae Nostrae Caesenatensis per plures Romanos pontifices praedecessores Nostros ei concessa sarta tecta servarentur, ac non obstantibus constitutionibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. pro archigymnasio Sapientiae hujus almae urbis sub plumbo IV. kalen. sept. anni MDCCXLIV., et Clementis pp. XIV. praedecessorum Nostrorum pro universitate Ferrariensi, sub die V. aprilis MDCCLXXI. respective editis plenissime vigerent non solum jura, ac privilegia praedicta, auctoritate apostolica confirmavimus; verum etiam quidquid illis adversari poterat, sustulimus, atque abrogavimus, prout in memoratis Nostris literis uberius continetur.

Preces porrectae pro confirmatione privilegiorum.

§. 2. Cum autem sicut nuper pro parte dicti magistratus Nobis expositum fuit, privilegia quoque collegio artis medicae, et philosophiae ejusdem universitatis studii generalis Caesenatensis a fel. rec. Pio pp. IV. praedecessore itidem Nostro per suas literas sub plumbo die XXIII. julii anni MDLXI. datas amplissime concessa a multis pessumdentur quo ea in suo robore in aevum permaneant, memorati exponentes per Nos pariter confirmari privilegia hujusmodi summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmationis tenor.

§. 3. Nos igitur pro ea paterna charitate, qua omnes Nobis, et Romanae Ecclesiae etiam in temporalibus subditos, praesertim vero concives Nostros prosequi tenemur, quidquid in illorum detrimentum attentatur, avertere cupientes, ac eorumdem exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus annuere, novisque, ac specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ac etiam motu proprio, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine memoratas Pii IV. praedecessoris Nostri literas, omniaque, et singula in eis contenta tenore praesentium auctoritate apostolica confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis ac irrefragabilis apostolicae firmitatis robur et munimen denuo adjicimus: quin immo motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus omnia, et singula in eisdem literis contenta iterum statuimus, concedimus, et indulgemus.

Declarationes speciales.

§. 4. Volentes praeterea, et declarantes, ut omnes qui ad doctoralem gradum in medi-

Digitized by Google

cina, ac philosophia in universitate Caesenatensi fuerint promoti, posteaquam tamen doctoratus privilegium in archigymnasio hujus almae urbis, ac in aliis omnibus, et singulis ditionis Nostrae ecclesiasticae universitatibus iis, ad quos spectat, exhibuerint, ea omnia, quae ad artem medicam, aut philosophiam quomodolibet spectare dignoscitur exercere, ac petere, consequi, et obtinere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia proinde ac si in ipsis universitatibus studiorum generalium lauream doctoralem suscepissent.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes ipsas praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causae, propter quas praesentes emanarunt adductae, aut verificatae, et justificatae fuerint, aut quavis alia causa, colore, et praetextu ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam substantiali defectu notari, impugnari, infringi, et retractari, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac sanctae Romanae Ecclesiae cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Benedicti, et Clementis praedecessorum literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta maji millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXIII.

Dat. die 1. junii 1796 Anno XXII.

Facultas nuncio Bavariae confirmandi conventionem inter ducem Bavariae, et praepositum praepositurae Berchstgadensis nullius provinciae Salisburgensis de ac super quibusdam fodinis salinariis ad dictam praepostituram spectantibus stipulatam.

Venerabili fratri Æmygdio archiepiscopo Rhodiensi apud dilectissimum in Christo filium Nostrum Carolum Theodorum Bavariae ducem, et sacri Romani imperii principem electorem Palatinum Nostro, et apostolicae Sedis nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Decet Romanum pontificem in iis auctoritatis suae partes libenter interponere, per quae insignium ecclesiarum statui ad majorem Dei gloriam, divinique cultus augmentum firmiter, ac scite consulitur, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem pro parte dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Theodori ducis Bavariae, et sacri Romani imperii principis electoris Palatini, nec non dilectorum filiorum moderni praepositi praepositurae Berchstgadensis nullius provinciae Salisburgensis, et decani, ac canonicorum, et capituli ejusdem praepositoralis ecclesiae Berchstgadensis, quod jam ab antiquis usque temporibus tum scilicet in praepositurae praedictae fundatione, tum in pluribus concessionibus, quae deinceps factae fuerunt, quoddam territorium Montosum in illius dotem a pietate tunc Bavariae dominantium assignatum fuit; quodque cum uberrime deinde fodinae salinariae in dicto territorio prodierint, duces Bavariae suppeditatis sumptibus ad illas effodiendas, ac ad eum statum adducendas, ut illa-

rum proventus duobus ab hinc saeculis maximum ejusdem praepositurae vectigal constituant, salis bujusmodi emptionem certo jam constituto pretio partim pecunia numerata, partim conventa, et pacta annona solvendo, sibi quasi privative reservarunt. Verum cum ex pluribus casibus territorium praedictum gravia damna passum sit, quae ut repararentur, aliisque de causis dicti praepositus, et capitulum grande, atque immodicum, viribusque mensae praeposituralis omnino impar aes alienum ad summam usque quingentorum mille florenorum circiter illius monetae, vel cum aerario electorali, vel ab aliis subventoribus gravi foenore contraxerint, quin aliqua spes affluat fore, ut illud tandem dissolvi poterit: immo quod maximum est, cum ex novissima visitatione a commissariis capitularibus, et electoralibus anno MDCCXCIV. peracta compertum sit, omnes illius tractus, carduas sylvas ad quotidianum illarum usum adeo imminutas, et deteriores factas esse, ut ligna ad effodiendum salem praedictum necessaria brevi defectura sint; hinc, prius quam eadem praepositura ob vim aeris alieni jam contracti, et in posterum contrahendi, cui solvendo non sit, vel etiam ob non solutas conventas usuras certo certius cadat, ac omnia sua bona creditoribus renuntiare, bonisque cedere cogatur, memoratus praepositus, ac capitulum aere suo putarunt contractum cum eodem Carolo Theodoro duce stipulare, quo ipse salvis antiquis Bavariae juribus, suorum praedecessorum liberalitatem, ac beneficientiam emulando non solum turbatam rei familiaris mensae praeposituralis administrationem restituit, verum etiam illam in eum statum adduxit, ut futurae calamitates nullum, aut saltem minimum damnum illi inferre valerent: quamobrem sub die XVI. aprilis monachi ab eodem Carolo Theodoro duce XXVIII. aprilis MDCCXCV. Frisinga a praeposito, canonicis, et capitulis praedictis solemnis stipulata, ac ratihabita fuit conventio, quo dux Bavariae auctis redditibus mensae praeposituralis, illaque ab aere alieno, quo praemebantur, exonerata, fodinarum salinariarum hujusmodi curam sibi suscepit. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat conventio hujusmodi, quod de re ecclesiastica agitur, stare haud possit, quin Nostra, et hujus sanctae Sedis auctoritas hisce desuper intercedat: hinc quo eadem conventio firmiter subsistat, et exacte servetur memorati exponentes illam apostolicae confirmationis patrocinio per Nos communiri summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus ac mandamus, ut constito tibi de veritate narratorum, ac de utilitate contractus praedicti illum, ac omnia in eo conventa auctoritate Nostra apostolica confirmes, et approbes, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicias, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, suppleas, et sanes. Tenor concessionis.

§. 4. Decernentes has praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo ac fel. recordationis Pauli pp. II., aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 10. Junii 1796. Anno XXII.

MLXIV.

Congregationi sancti Philippi Nerii loci de Monte Falco Spoletanae dioecesis communicantur privilegia et indulgentiae congregationum ejusdem sancti Philippi Nerii Bononiensis dioecesis et Nucerinae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium. § 1. Quoties a Nobis id petitur, quod ad divinum augendum cultum, animarumque Christifidelium salutem facilius procurandam accomodum esse dignoscitur, omnino Nos decet libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio precum. § 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri saeculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii de Monte Falco vulgo nuncupat. Spoletanae dioecesis, quod eadem congregatio hodie, seu nuper a Nobis per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas confirmata, et nonnullis gratiis, indultis, et privilegiis decorata fuit, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto ejusdem sancti Philippi Nerii, quod dilecti pariter filii presbyteri saeculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii Bononiensis in ecclesia beatae Mariae virginis de Galliera nuncupata, et in civitate Nucerina erectae servant, hactenus vixerunt, et adhuc vivunt de praesenti. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, regulae, et instituta dictae congregationis Bononiensis a rec. mem. Gregorio XIII., et Gregorio XV., et inde congregationis Nucerinae a felicis rec. Benedicto XIV. Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris specialiter approbata, ipsisque congregationibus Bononiensi, et Nucerinae, ac illarum ecclesiis, presbyteris, et personis ab iisdem, et forsan aliis Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris multa privilegia, favores, gratiae, indulgentiae, exemptiones, regulae et indulta concessa fuerunt, prout in ipsorum praedecessorum literis apostolicis desuper respective uberius dicitur contineri: ipsi vero exponentes regulas, et indulta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare parati sint, ac proinde eisdem quoque privilegiis, et gratiis frui, et gaudere posse plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 3. Nos igitur specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quarumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac praedictarum literarum apostolicarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praefatae congregationi sancti Philippi Nerii loci de Monte Falco nuncupat. Spoletanae dioecesis, illiusque ecclesiae, ac presbyteris saecularibus, et personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, gratiis, indulgentiis, exemptionibus, regulis, et indultis memoratarum congregationum Bononiensis, et Nucerinae, earumque ecclesiis, presbyteris, et personis per praedictos Romanos pontifices praedecessores Nostros quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus eaedem congregationes Bononiensis, et Nucerina, earumque ecclesiae, presbyteri, et personae ex ipsorum praedecessorum Nostrorum concessione de praesenti utuntur, fruuntur, et gaudent, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiae, indulgentiae, exemptiones, regulae, et indulta hujusmodi, ipsi congregationi loci de Monte Falco nuncupati Spoletanae dioecesis, ejusque ecclesiae, presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, sine praejudicio tamen gratiarum, indultorum, ac privilegiorum eidem congregationi loci de Monte Falco praedicti, ut praefertur, concessorum et dummodo ipsius congregationis presbyteri, — Tenor concessionis.

et personae nunc et pro tempore existentes regulas, et instituta praedictis congregationibus Bononiensi, et Nucerinae, ut praefertur, approbata observent; apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictae congregationis loci de Monte Falco nuncupati, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis, clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXV.

Dat. die 10. jun. 1796. Anno XXII.

Confirmatio erectionis congregationis presbyterorum Oratorii sancti Philippi Nerii facta in loco nuncupato Monte Falco Spoletanae dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Injuncti Nobis per abundantiam divinae gratiae pastoralis officii sollicitudo postulat, ut ad ea, per quae prospero illorum Christifidelium, qui Deo propius in religione, aut congregatione aliqua famulari susceperunt, statui, quoad Nobis integrum est, opportune consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout salubriter in Domino conspicimus expedire.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque accepimus in loco de Monte Falco nuncupato Spoletanae dioecesis congregatio presbyterorum, et clericorum saecularium Oratorii sancti Philippi Nerii auctoritate ordinaria erecta et instituta sit, et iidem presbyteri fidelium confessiones audire, ecclesiae sacramenta ministrare, exortationes ad populum habere, infirmos visitare, ac alia pietatis, et charitatis opera, non sine notabili piarum animarum spirituali consolatione, divinique cultus augumento juxta pium eorum institutum exercere cupiant, et de praesenti exerceant; pro erectionis autem, et institutionis hujusmodi subsistentia, et validitate plurimum cupiant illas apostolicae Nostrae confirmationis robore communiri.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Nos presbyteros, et clericos praefatos, ut ad pia, et sacra opera hujusmodi exercenda promptiores reddantur, ac fructus, quos in vinea Domini plurimos hactenus Domino attulerunt, eosdem uberiores in posterum afferant, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, erectionem, et institutionem praefatas, quatenus illae canonice factae fuerint, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuae et inviolabilis apostolicae firmitatis robur

Digitized by Google

adjicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; et nihilominus in ipso loco de Monte Falco Spoletanae dioecesis unam presbyterorum et saecularium clericorum in illa pro tempore recipi volentium congregationem ad instar congregationis Oratorii hujusmodi in ecclesia sanctae Mariae in Vallicella, et Gregorii de urbe, dudum auctoritate apostolica erectae, dummodo tamen presbyteri, et clerici hujusmodi ordinationes, et instituta domus dictae congregationis Oratorii alias a fel. rec. Paulo papa V. praedecessore Nostro confirmata receperint, et illa pro viribus observare intendant, auctoritate, et tenore similibus etiam perpetuo erigimus, et instituimus.

Privilegia congregationi concessa.

§. 4. Ac nunc, et pro tempore existentibus praeposito, et presbyteris, ac aliis ejusdem congregationis sic de novo erectae, qui ab ordinario adprobati fuerunt, ut confessiones quorumcumque ad eos accedentium, quocumque anni tempore audire, ac illis poenitentia debita pro modo culpae injuncta, et aliis injungendis injunctis absolutionem impendere salutarem possint, et valeant: sacerdotes vero in eadem congregatione recepti parochis, eorumque jurisdictioni minime subjaceant, et sibi ipsis invicem quaecumque sacramenta ecclesiastica quovis etiam paschalis resurrectionis Dominicae tempore, vice, et loco parochi ministrare, superiores autem congregationes per praesentes erectae per se, vel alium, seu alias ex ipsis jam approbatis, suos subditos (non tamen in casibus Sedi apostolicae reservatis, neque in literis die coenae Domini legi solitis contentis) absolvere, illisque debitam poenitentiam similiter injungere iidem superiores receptos inobedientes, et ipsius congregationis constitutionum transgressores punire, et poenitentia pro modo culpae eorum arbitrio, servata in forma ordinationum, et institutionum hujusmodi afficere, si sibi videbitur cum consensu majoris partis dictae congregationis culpabiles ejicere, invocato etiam si ad hoc opus fuerit, auxilio brachii saecularis libere, ac licite possint, et valeant auctoritate et tenore praesentis concedimus, et indulgemus. Ac demum quod congregatio per praesentes erecta sit, et perpetuo remaneat subjecta omnimodae jurisdictioni episcopi Spoletani pro tempore existentis, qui tamen ordinationes, et instituta praedicta nullo modo mutare, et alterare possit similiter perpetuo statuimus, et ordinamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes praesentes literas semper et perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, ac ab omnibus inviolabiliter observari; et ita per quoscumque judices et commissarios quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Concessio indulgentiarum.

§. 6. Ac insuper, ut ecclesia congregationis sic erectae in majori veneratione habeatur, et ab ipsis Christifidelibus congregationis frequentetur honoribus, aliique presbyteri ad congregationem per praesentes erectam ingrediendam magis incitentur omnibus, et singulis presbyteris, et clericis, qui eamdem congregationem de caetero ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint plenariam, ac ipsis nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, et aliis conviventibus ejusdem congregationis in eorum mortis articulo nomen Jesu, corde, si ore nequierint, invocantibus etiam plenariam, nec non tam illis, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem congregationis per praesentes erectae ecclesiam die festo principali dictae congregationis per ipsos presbyteros semel tamen eligendo, et ab ordinario approbando a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem etiam concedimus et elargimur. Nec non tam presbyteris, ac aliis ejusdem congregationis quoties pro exortationibus habendis convenerint, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus eisdem exortationibus interessentibus decem annos, et qui ecclesiam praedictae congregationis in quatuor aliis anni festis diebus per eosdem presbyteros semel tamen eligendis, et ab ordinario approbandis a primis vesperis usque ad occasum solis festorum hujusmodi

singulis annis devote visitaverint, et ut praefertur oraverint, septem annos, et totidem quadragenas; eisdem vero presbyteris, et aliis dictae congregationis quoties divinis officiis in sua ecclesia, seu oratorio more dictae congregationis celebrandis, aut congregationibus publicis, vel secretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, aut infirmos consolati fuerint, vel sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam antequam cubitum eant, examinaverint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicam, et toties salutationem angelicam tam pro animabus presbyterorum, et aliorum dictae congregationis, quam aliorum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut quodcumque pietatis, vel charitatis opus exercuerint toties pro quolibet praedictorum operum exercitatio sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de gratiis ad instar non concedendis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus statutis, legibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique locorum in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXVI.

Dat. die 10. junii 1796. Anno XXII.

Confraternitati Nostrae Dominae de Corona Lisbonensis dioecesis indulgetur, ut nuncupari possit de sanctissimo Sacramento.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii confratres confraternitatis Nostrae Dominae de Corona nuncupatae, in ecclesia conventus de Cabregas fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum extra muros civitatis Lisbonensis canonice, ut asseritur, erectae ob suum erga divinum Eucharistiae sacramentum incensum studium, quo ipsi flagrant, titulum confraternitatis sanctissimi Sacramenti per Nos eis conferri, ac indulgentias, et privilegia spiritualia, quibus caeterae confraternitates sub titulo sanctissimi Sacramenti canonice erectae utuntur, eis communicari, nec non ut insigniis, ac habitu rubri coloris uti, ac gestari possint, eis concedi summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut dicta confraternitas de caetero confraternitas sanctissimi Sacramenti nuncupetur, auctoritate

apostolica tenore praesentium concedimus, eique omnes indulgentias, et privilegia spiritualia, quatenus revocata non sint, quibus caeterae confraternitates sub titulo, et denominatione sanctissimi Sacramenti erectae fruuntur, et gaudent, auctoritate et tenore praedictis indulgemus: ac tandem ut confratres dictae confraternitatis perpetuis futuris temporibus insignia, et habitum rubri coloris, aliarum confraternitatum sanctissimi Sacramenti in quibusvis functionibus, et actibus publicis, et privatis sive in ecclesia praedicta, sive extra illam, et ubique locorum gerere, ac gestare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus cancellariae Nostrae apostolicae regula de indulgentiis ad instar non concedendis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXVII.

Dat. die 24. junii 1796 Anno XXII

Instantibus superioribus monasteriorum ordinis sancti Pauli primi eremitae Poloniae existentium, attenta difficultate habendi presbyteros saeculares, qui curam animarum gerant in ecclesiis parochialibus de jure patronatu dictorum monasteriorum conceditur, ut deinceps superiores praedicti ad curam animarum hujusmodi suos monachos locorum ordinariis nominare, ac praesentare possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Julianus Kowalski monachus expresse professus ordinis sancti Pauli primi eremitae, ac procurator monasteriorum sui ordinis Poloniae, quod intra latifundiorum ad aliqua ex dictis monasteriis spectantium ambitum nonnullae ecclesiae parochiales de suo jure patronatu erectae reperiuntur, quarum cura habitualis, quamvis, ut asseritur, sit penes superiores monasteriorum hujusmodi, cura tamen actualis jamdiu per presbyteros saeculares locorum ordinariis ab eisdem superioribus nominatos, et praesentatos geri consuevit: verum quia interdum, ac novissimis etiam temporibus factum est, ut nonnulli presbyteri saeculares, quibus, ut praefertur, cura animarum in dictis ecclesiis parochialibus incumbebat, alia beneficia ecclesiastica residentialia consequuti debita sedulitate, ac diligentia postmodum illam administrare nequiverint; quocirca superiores praedictorum monasteriorum ad praecavendum spirituale damnum, quod exinde Christifidelibus suis subditis creabatur, ob penuriam presbyterorum saecularium in illis partibus, qui ad munus hujusmodi fungendum idonei essent, aliquos ex suis monasteriis Monachos in cooperatores ad curam animarum gerendam delegare omnino tenentur: dum curati omnia fere suorum beneficiorum emolumenta lucrantur: Nobis propterea memoratus exponens humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore cen-

sentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, quod modernis earumdem parochialium ecclesiarum curatis quandocumque cedentibus, vel decentibus, aut alias curam animarum hujusmodi dimittentibus, vel amittentibus, seu illis qualitercumque ex illorum personis vacantibus in posterum, ac perpetuis futuris temporibus superiores eorumdem monasteriorum pro tempore existentes ad curam animarum in parochialibus ecclesiis praedictis gerendam monachos dicti ordinis expresse professos ad id idoneos servatis alias servandis, locorum ordinariis, aut ad tempus, aut ad vitam praesentare, ac nominare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus, et declaramus, ac respective concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non quatenus opus sit, ordinis, et monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, ac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXVIII.

Dat. die 14. junii 1796. Anno XXII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Leonardi a Portu Mauritio.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Ecclesiam Christi quam is adeo dilexit, pro qua se ipsum, teste apostolo, tradidit, illam ut sanctificaret, esse perpetuo sanctam, nemo in controversiam vocare possit, quin magno impietatis scelere se adliget. Non priorum igitur aetatum fuit solum ea innocentiae, et eximiae virtutis laus, qua Dei sponsa gentibus luceret qua vel una cuncti illam agnoscerent, suspicerent, ad eam allicerentur. Nostra quoque memoria, suorum eam filiorum sancti mores praeclare admodum commendant, et ornant, quos ipsa nimirum genuit, eduxit, aluit, informavit; quos sinu gremioque suo complexa semper tenuit.

Laudes servi Dei.

§. 2. Hos inter Nos ipsi, quum florentiori essemus aetate, Dei servum Leonardum a Portu Mauritio novimus; quod certe animo repetentes ingenti afficimur laetitia et voluptate. Nam ille, quum adolescentulus Romam, tamquam in sanctitatis disciplinam venisset, ejusque facilius, et celerius adsequendae studio, fratribus minoribus divi Francisci, qui reformati appellantur sacri recessus divi Bonaventurae, heic se aggregasset, brevi is evasit, ut cum excellens cultor ipse sanctitatis, tum aliis vero innumeris illius auctor, et magister optimus esset, quibus profiteri omnino posset; perinde ut olim Paulus: imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Permagna Italiae pars hujus rei testis est, quae illum cernere videtur sibi adhuc, et audire fulgurantem, tonantem, permiscentemque vehementi, et

inflammata oratione animos frequentissimae concionis, deducentemque illos, exemplo suo non minus, quam voce, ad christianam virtutem omnem amplectendam. Haec vero civitas, quae illum e pueritia vix egressum accepit, quae ad optimas eum artes, et ad tantam excellentiam erudivit, ubi ille diutius, quam uspiam commoratus est, quo festinavit reverti, inde ut laxatus corporis vinculis in coelum evolaret, ea, prae caeteris, illius memoriam jucundissimam retinet: crebris illum celebrat sermonibus, vitaeque ejus perfectissimae rationem, et institutum, ipsumque oris, et corporis habitum recordans, eos iterum excitari sentit pietatis ignes, quos sibi ille subjecerat.

Judicium sacrae congregationis Rituum super ejus virtutibus.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus eumdem servum Dei Leonardum a Portu Mauritio multipliciter claruisse, nec non miraculis, quae ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis.

Beatificatio.

§. 4. Hinc est, quod Nos totius antedicti ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia, et reformatorum nuncupatorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictae congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei servus Leonardus a Portu Mauritio in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur: imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die ab ordinariis, et ordinis praedicti praesidibus, ad quos spectat, designanda recitetur officium, et missa de communi confessoris non pontificis cum orationibus propriis a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani.

Concessio missae, et officii proprii.

§. 5. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus in toto ordine fratrum minorum sancti Francisci de observantia, et reformatorum nuncupatorum, in civitate, et dioecesi Albinganensi, in qua natus est, et ex gratia speciali etiam in civitate, et dioecesi Florentina, ab omnibus utriusque sexus christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo duntaxat anno a datis hisce Nostris literis, et quoad Indias a die, quo eaedem literae illuc pervenerint, inchoando in ecclesiis ordinis, civitatum, et dioecesum antedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario constituta, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die XIX. currentis mensis junii, et anni pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu secretarii dictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta junii, millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

IN FESTO B. LEONARDI

A PORTU MAURITIO CONFESSORIS

Missionarii apostolici ordinis s. Francisci strictioris observantiae sacri recessus s. Bonaventurae Urbis.

Oratio.

Orationes festo recitandae

§. 7. Deus, qui beatum Leonardum confessorem tuum evangelicae praedicationis, et singularis poenitentiae gratia decorasti; con-

cede propitius, ut ejus inhaerentes monitis, et exempla sectantes praemia consequamur aeterna. Per Dominum etc.

Secreta.

Haec munera, Deus vere misericors, fragilitati nostrae auxilientur, et secundum divitias gratiae tuae fiant nobis pignora gloriae sempiternae. Per Dominum etc.

Postcommunio.

Cito anticipent nos misericordiae tuae, quaesumus Domine, meritis beati Leonardi confessoris tui; et quos divinis alimentis recreasti, fac, ipso intercedente, usque in finem tua protectione munitos. Per Dominum etc.

DECRETUM ROMANA, SEU ALBIGANENSIS.

Confirmatio apostolica.

§. 8. Sanctissimus Dominus Noster Pius sextus pont. max. ad humillimas preces fr. Josephi Mariae a Masserano postulatoris causae venerabilis servi Dei Leonardi a Portu Mauritio sacerdotis professi ordinis s. Francisci strictioris observantiae sacri recessus s. Bonaventurae Urbis, provinciae Romanae, ac missionarii apostolici, referente r. p. d. Hieronymo Napulionio fidei promotore, suprascriptas orationes ab eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Archinto episcopo Sabinensi sacrorum Rituum congregationi praefecto; et a praefato promotore fidei, meque infrascripto secretario revisas, in missa solemni celebranda in basilica Vaticana pro beatificatione ejusdem venerabilis servi Dei recitari posse concessit.

Die prima junii MDCCXCVI.

J. card. Archintus praefectus.

Loco ✠ Signi

D. Coppola S. R. C. secret.

MLXIX.

Dat. die 9. julii 1796. Anno XXII.

Instante coetu provinciali Romandiolae Ravennae coacto tribuitur facultas ipothecandi bona ecclesiastica, ut a patriis vel exteris subventoribus, necessariam pecuniae summam, aut mutuentur, aut in foenore sumant ad solvendam contributionem nuper toti exarchatui Ravennatensi a Gallicarum copiarum imperantibus indictam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Gravia quidem sunt, et non parvo moerore lugenda, quae per totam quasi ditionem Nostram ecclesiasticam a Gallicis copiis nuper perpetrata sunt. Nam ipsi non Nostros solum comitatum Bononiensem, ac ducatum Ferrariensem hostiliter occuparunt, et adhuc occupant: verum etiam totum exarchatum, seu provinciam Nostram Ravennatensem tamquam agrum hostilem incursarunt, atque inter caetera eas imposuerunt contributiones, et tributa, quae eadem provincia vix tolerare potest. Quocirca publici civitatum, et locorum dicti exarchatus, seu provinciae repraesentantes in coetum Ravennae coacti cum ob publicam pecuniae numeratae inopiam hanc unam praesto esse posse rationem intellexerint, quomodo indicto tributo satisfaciant, ut nempe opportunam, ac necessariam summam ad certum tempus, et in causam praedictam erogandam domi, vel foris aut mutuans, aut eo minori, quo fieri potest, foenore, hypothecatis tum pro sorte principali, tum pro interusuriis solvendis laicorum non solum, sed etiam ecclesiasticorum, et locorum piorum dictae provinciae bonis sument. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Ratio concessionis.

§. 2. Nos igitur ob sinceram ejusdem exarchatus, seu provinciae Ravennatensis in Nos, et apostolicam Sedem fidem, et devotionem jugiter demonstratam eosdem exponentes condignis gratiae, et beneficentiae Nostrae favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, venerabili fratri Antonio archiepiscopo Ravennatensi per praesentes committimus et mandamus, ut eisdem exponentibus, opportunam, ac necessariam summam praedictam ad certum tempus, et in supradictam dumtaxat causam erogandam, vel a patriis, vel ab exteris subventoribus aut mutuari, aut etiam minori foenore, quo fieri pote- Tenor concessionis.

Digitized by Google

rit, sumere, hypothecatis tum pro sorte principali, tum pro interusuriis solvendis bonis laicorum non solum, sed etiam ecclesiasticorum tum saecularium, tum regularium, aliorumque locorum piorum exarchatus, seu provinciae hujusmodi, ea hypotheca, quae sit omnium privilegiatissima, caeterasque omnes etiam dotales, quantumvis speciales, et privilegiatas vincat, absque ullius censurae ecclesiasticae, aut poenae incursu libere, ac licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica plenam et amplam facultatem tribuat, et impertiatur tenore praesentium plenam, et amplam facultatem tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas etiam ex eo, quod interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, seu vocati, et auditi, neque causae propter quas praesentes emanarunt, adductae, verificatae, aut justificatae ullatenus fuerint, ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, excogitato, et substantiali, sive etiam ex eo, quod in iisdem solemnitas, aut quaevis alia servanda, et adimplenda servata, et adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante etiam in capite juris clauso, sive enormis, vel enormissimae, et totalis laesionis, et quovis alio praetextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, et privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, aut impetrato quemque in judicio, vel extra illud uti, aut se juvari posse, sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Pauli pp. II., et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quorumcumque ordinum regularium etiam mendicantium et congregationum, locorumque piorum praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava julii, millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXX.

Dat. die 16. julii 1796. Anno XXII.

Monialibus monasterii de Santarem Lisbonensis indulgetur, ut omnibus privilegiis et gratiis spiritualibus tertii ordinis s. Francisci uti possint.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae abbatissa, seu priorissa, ac moniales cappuccinae recollectae nuncupatae regii conservatorii Nostrae Dominae Innocentium de Santarem Lisbonensis dioecesis tertii ordinis sancti Francisci de poenitentia nuncupati quod alias, et ab ipsa conservatorii

hujusmodi fundatione regimini, et jurisdictioni tertii ordinis saecularium sancti Francisci in conventu fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum erecti subjectae erant : eaque propter omnibus, et singulis gratiis, privilegiis, ac indultis spiritualibus, quibus dictus ordo fratrum minorum sancti Francisci utebatur, ipsae quoque fruebantur, et gaudebant. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, novissime a quovis regimine, ac unione dicto tertio ordini sancti Francisci fuerint exemptae, et segregatae, atque innovatis suis constitutionibus, jurisdictioni, correctioni, et administrationi venerabilis fratris patriarchae Lisbonensis pro tempore existentis subjectae, ac memoratae exponentes nihilominus indultis, gratiis, et privilegiis spiritualibus praedictis uti posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, monialibus regii conservatorii praedicti, ut omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, et indultis spiritualibus, quibus ante segregationem, separationem, et dismembrationem hujusmodi utebantur, fruebantur, et gaudebant, pari modo nunc, et futuris perpetuis temporibus uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia perinde, ac si adhuc eidem ordini unitae, ac subjectae essent, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes Nostras literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, ordinis, et conservatorii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXI.

Dat. die 22. julii 1796. Anno XXII.

Confirmatio instituti Camaldulensis observandi in monasterio sanctae Catharinae civitatis Foroliviensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae abbatissa, et moniales monasterii s. Catharinae civitatis Nostrae Foroliviensis, quod quamvis monasterium hujusmodi suas peculiares haberet constitutiones, et statuta, ad quae moniales praedictae suae vitae institutum conformabant, dirigebantque, multis tamen rationabilibus de causis major pars earumdem sanctimonialium anno

MDCCLXIX. regulam, atque institutum monialium ordinis s. Benedicti congregationis Camaldulensis in manibus tunc existentis episcopi Foroliviensis professa sunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo apostolica auctoritate tam officia propria sanctorum ordinis, et congregationis praedicti recitari, quam gratiis spiritualibus, et indulgentiis ordini, et congregationi praedictis a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, ac alias concessis uti, et frui ab iisdem exponentibus possint, praesertim cum tres ex quinque monialibus dicti monasterii, quibus antiquum vitae genus, et institutum retinere placuit, jam supremum suum objerint diem, ac duae superextantes Camaldulense institutum ante sui obitum amplecti promptae sint, per Nos eidem monasterio dictum Benedictinum Camaldulense institutum confirmari memoratae exponentes summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur easdem exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illarumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum consilio supplicationibus hujusmodi inclinati memoratum Camaldulense institutum eidem monasterio sanctae Catharinae a dictis sanctimonialibus, ut praefertur, professum auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui in illius introductione, ac professione quomodolibet intervenerint, supplemus, nec illud quocumque titulo, praetextu, causa, aut quaesito colore a quovis in posterum, ac perpetuis futuris temporibus variari, ac mutari posse declaramus, salva tamen ejusdem congregationis auctoritate.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus, sortiri et obtinere, ac illis, ad quod spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari:

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XXIX. julii millesimo septingentesimo nonagesimo-sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXII.

Dat. die 9. aug. 1796. Anno XXII.

Concessio indulgentiae assequendae ab eis, qui interfuerint orationi quadraginta horarum in ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis.

§. 1. Ad augendum fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac s. communione refectis, qui orationi quadraginta horarum continuatarum, non autem nisi noctis tempore in-

terpolatarum de licentia ordinariorum respective locorum in ecclesiis, in quibus per dilectos filios fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum tempore quadragesimali verbum Dei praedicari, et sermones fieri contigerit, in palmarum vel alia dominica, aut die ad hoc magis opportuna instituendae, per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Conditiones adnexae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Praesentibus ad septemnium tantum valituris. Volumus autem, ut si alia similis indulgentia christifidelibus praemissa in dictis ecclesiis peragenda concessa fuerit, et ad tempus nondum elapsum duratura, illa revocata sit, prout per praesentes apostolica auctoritate revocamus; utque si pro impositione, propositione, admonitione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint; utque praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, seu procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 9. aug. 1796. Anno XXII.

MLXXIII.

Concessio indulgentiae assequendae ab eis, qui intervenerint orationi quadraginta horarum in ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci cappuccinorum in provinciis Galliarum, et Hispaniarum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis.

§. 1. Ad augendum fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui orationi quadraginta horarum continuatarum, non autem nisi noctis tempore interpolatarum de licentia ordinariorum respective locorum in ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum in provinciis tum Galliarum, tum Hispaniarum existentibus, semel in anno tantum et respective instituendae per aliquod temporis spatium devote interfuerint et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Conditiones adnexae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Praesentibus ad septemnium tantum valituris. Volumus autem, ut si alias Christifidelibus in quocumque alio anni die praemissa in aliqua ex dictis ecclesiis peragenda aliqua alia indulgentia similis perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, illa revocata sit, prout per praesentes apostolica auctoritate revocamus; utque si pro impositione, propositione, admonitione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint; utque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXIV.

Dat. die 9. aug. 1796. Anno XXII.

Concessio indulgentiae assequendae ab eis, qui interfuerint missionibus dandis a fratribus ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis.

§. 1. Coelestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sua in Deum, et proximos charitate, et christianae religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus, quo in genere cum ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum religiosos habeamus, eosque in primis, quos dilecti filii eorumdem fratrum superiores ob hanc causam hoc ipso, et sequentibus annis in diversas christianae reipublicae provincias mittere constituerunt. Nos sane eorumdem religiosorum pietatem, ac operam, illorumque, ad quos mittendi erunt, religionem et devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes, supplicationibus dilecti filii moderni ministri generalis ejusdem ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piamque superiorum praedictorum deliberationem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis religiosis dicti ordinis, ad missiones in quibusvis locis de ordinariorum licentia respective exercendas in futurum mittendis, ubi tamen non erunt missionarii congregationis de Propaganda Fide, et aliis utriusque sexus Christifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram et apostolicam benedictionem per praesentes impertimur, nec non eisdem vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui missionibus praedictis pro tempore habendis pie, ac devote interfuerint, ac pro Sanctae Romanae Ecclesiae exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, haeresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino auctoritate apostolica tenore praesentium una vice duntaxat pro unaquaque missione de ordinariorum locorum respective facienda concedimus et elargimur.

Hortatio ad ordinarios pro publicatione literarum, et fides habenda transumptis.

§. 2. Hortantes venerabiles fratres patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, et alios ecclesiarum Dei praelatos, et rectores, ac verbi Dei praedicatores, ut in suis quibuscumque ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, praesentes literas, ac omnia in eis contenta publicent, ac publicari faciant, ac eorumdem eisdem religiosis favorem, et auxilia in praemissis praestent. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, administratione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint; utque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, vel personae in ecclesiastica dignitate constitutae sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Dat. Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXV.

Dat. die 9. aug. 1796. Anno XXII.

Collegio doctorum civitatis Tiferni instante confirmatur privilegium ei alias concessum, ut supra veste talari induere possint doctores eidem aggregati vestem pelliciam cinericei coloris ad instar mantellettae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Decet Romanum pontificem Christifideles sibi, et apostolicae Sedi etiam in temporalibus subditos, quos in fide, ac sincera devotione, aliisque virtutum meritis sibi praesertim devinctos cognoscit, hos ex sua, et ejusdem apostolicae Sedis benignitate novis honoribus, ac beneficiis cumulare, quo ipsi in suo obsequio magis magisque persistant, et eorum exemplo alii ad similia promerenda premia inducantur, prout in Domino salubriter expedire conspicit.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii collegium doctorum civitatis Nostrae Tiferni, quod alias a fel. rec. Paulo

papa V. praedecessore Nostro per suas in simili forma Brevis anno millesimo sexcentesimo undecimo expeditas literas inter caetera privilegia, quibus in erectione ejusdem collegii illud honestavit, ei quoque concessit, ut quamdam vestem pelliciam cinericei coloris veluti quamdam mantelletam super veste talari, quae apud aliquos varo nuncupatur, induere, ac in omnibus, et singulis actibus tam publicis, quam privatis gestare libere, ac licite possent. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quamvis pluribus scripturis, ac documentis authenticis apud publicum archivium registratis concessio hujusmodi luculenter comprobetur, quod tamen apostolicae literae praefatae deperditae fuerunt, ne temporis progressu tam insigne privilegium in desuetudinem abeat: Nobis propterea memorati exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dictum privilegium collegio doctorum civitatis Nostrae Tiferni, ut praefertur, alias apostolica auctoritate concessum auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis firmitatis robur adjicimus, et quatenus opus sit, ut omnes, et singuli doctores dicto collegio aggregati, atque adscripti perpetuis futuris temporibus vestem pelliciam cinericei coloris ad instar cujusdam mantelletae, quae apud aliquos varo nuncupatur, super veste talari in quibusvis actibus collegii, et functionibus tum publicis, tum privatis induere, atque respective gerere libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore praedictis de novo concedimus, et indulgemus.

Clausulae salutares, et irritantes. §. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo. Derogatio contrariorum.

MLXXVI.

Dat. die 11. aug. 1796. Anno XXII.

Moderantur literae apostolicae 19. junii 1787. pro congregatione Hispana ordinis Carthusiani.

Venerabili fratri Philippo archiepiscopo Pergensi, Nostro, et Sedis apostolicae apud carissimum in Christo filium Nostrum Carolum Hispaniarum regem catholicum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Postquam Nos alias per Nostras in simili forma Brevis sub die x. martii anni MDCCLXXXIV. expeditas literas ad preces clarae memoriae Caroli III., dum vixit, Hispaniarum regis Catholici Nobis humiliter porrectas, praevia exemptione, et liberatione omnium monasteriorum, domuum, et granciarum monachorum ordinis Carthusiensis, in ditione eidem Carolo regi tunc subjecta consistentium, nec non personarum omnium a quavis subjectione, jurisdictione, correctione, obedientia, et visitatione prioris generalis, et capituli ordinis praedicti, eadem monasteria, domus, et grancias in novam congregationem Hispanam auctoritate Nostra apostolica erreximus cum pluribus facultatibus, et indultis, subinde per alias Nostras in simili pariter forma Brevis sub die decima nona junii anni MDCCLXXXVII. expeditas literas non solum dilectum filium Nostrum Hippolytum Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Vincenti nuncupatum tunc archiepiscopum Corinthiensem, ac apud eumdem Carolum regem catholicum apostolici nuncii munere fungentem in praesidentem primi capituli gene- Memorantur providentiae captae in literis apostolicis datis ad diem 10 martii 1784. et 19. junii ejusdem anni.

ralis sic noviter erectae congregationis Hispanae dicti ordinis Carthusiani deputavimus: verum etiam plura, atque plura, vel ad methodum in sessionibus, et actis capitularibus tunc, et perpetuis futuris temporibus circa vicarii generalis, aliorumque superiorum generalium, et localium dictae congregationis electionem, vel ad rectam ejusdem congregationis, suorumque capitularium directionem respicientia fuerunt a Nobis praescripta, ita tamen ut quoties ex usu, ut non raro in rebus humanis evenire solet, constasset, quaedam inter haec eidem congregationi minus apta, vel etiam non adeo clara irrepsisse, fas esset eidem congregationi a Nobis, ac ab apostolica Sede opportuna remedia postulare, prout in memoratis Nostris literis uberius continetur.

Ratio concessionis.

§. 2. Et quidem quamvis in primo capitulo generali dictae congregationis, praesidente memorato nuncio apostolico, mense julii anni MDCCLXXXIX. habito, omnia juxta earumdem Nostrarum literarum dispositiones et statuta tranquille, ac quiete transacta sint, ac deinde etiam statuta imposterum ab eadem congregatione servanda fuerint collecta, quod tamen tempore, et usu postmodum compertum est, non omnia, quae in memoratis Nostris anno MDCCLXXXVII. expeditis literis fuerunt disposita, aeque utilia eidem congregationi esse, ac fore: Nobis propterea carissimus in Christo filius Noster Carolus earumdem Hispaniarum rex catholicus dicti Caroli III. regis parentis sui vestigiis insistens humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Deputatio commissarii apostolici pro decernenda moderatione praecedentium literarum.

§. 3. Nos igitur ejusdem Caroli regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere, ac congregationem praedictam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et omnes ac singulares illorum personas, quarum interest, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, memoratas Nostras in simili forma Brevis, ut praefertur, die decima nona mensis junii MDCCLXXXVII. expeditas literas pro plene, ac sufficienter, ac de verbo ad verbum insertas habentes, de dilecti filii Nostri Francisci Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Carafa nuncupati, congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium episcoporum, et regularium consultationibus praepositorum praefecti consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae, de cujus prudentia, consilio, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, ac mandamus, ut auctoritate Nostra apostolica constituas.

I.

Tenor declarationum emittendarum a commissario apostolico.

§. 4. Ut quamvis per memoratas Nostras literas praescribatur, ut in singula quadriennia capitulum generale convocetur, in posterum tamen nisi septimo quoque anno capitulum hujusmodi habeatur.

II.

De facultatibus definitoribus concedendis.

§. 5. Ut absoluto capitulo generali definitorum dictae congregationis omnibus, et singulis facultatibus utatur, quas constitutiones, et statuta dicti ordinis priori generali Gratianopolitano extra capitulum concedunt.

III.

De visitatione a vicario generali facienda.

§. 6. Ut visitatio vicarii generalis a memoratis Nostris literis praescripta bis imposterum sine secretario generali, ac cum definitore suae, aut alterius provinciae in singula septennia suscipiatur, utque visitationem hujusmodi vicarius generalis pro suo arbitrio, et prudentia duobus solis monachis suae, aut alterius provinciae dictae congregationis, qui vel actu sint, vel prius fuerint officiales generales, atque ob religionis zelum, rerum usum, et experientiam omnino in Domino commendabiles sint, committere possit.

IV.

De residentia secretarii generalis praefinienda.

§. 7. Ut ad secretarium generalem, qui post hac, neque a vicario generali, neque a dictis duobus monachis delegatis in socium visitationis adsciscí poterit, sed semper apud definitorium residet, dum alter ex definitoribus, aut ob susceptam visitationem absens

erit, aut aliter detineatur, quin in definitorio suffragium ferre possit, jus suffragii hujusmodi devolvetur.

V.

De facultatibus definitorio generali concedendis absente vicario generali.

§. 8. Ut absente vicario generali, definitorium generale nisi ea, quae parvi momenti erunt, de consilio tamen ipsius vicarii generalis, dummodo non ea sint, quibus nulla mora adhiberi potest, decidere, ac definire valeat, immo definitorium, absente vicario generali, nunquam decretorum ab eodem vicario generali in actu visitationis latorum cognitionem suscipiet: in gradu autem appellationis ab aliquo monacho, aut monasterio interpositae nisi post ipsius vicarii generalis reditum: si quid porro absente vicario generali a definitorio generali decernendum erit, aut ad aliquam electionem procedendum tunc res definita haud erit, nisi tres ex quatuor definitoribus, aut omnes, si numero minores sint, ei suffragentur.

VI.

De forma electionis superiorum statuenda.

§. 9. Ut posthac electio priorum aut aliorum superiorum localium non a cujusque monasterii familia, prout in memoratis Nostris literis fuerat praescriptum, sed ad formam statutorum ordinis Carthusiani a felicis recordationis Innocentio pp. XI. praedecessore Nostro confirmatorum erit facienda, ac definitorium generale hujus Hispanae congregationis eisdem juribus, ac facultatibus hisce desuper utatur, quae prior generalis Gratianopolitanus, aut capitulum Gallicanum, aut suum definitorium potitum est, nisi tamen prioratus, per mortem, aut per abdicationem prioris pro tempore existentis annuente definitorio generali, quae tamen non sit annualis a statuto praescripta, vacaverit; tunc siquidem, ac in hisce dumtaxat duobus casibus intra spatium viginti dierum integrum erit cujusque monasterii familiae declarare definitorio an velit sibi novum priorem eligere, aut ab actu hujusmodi se abstinere, servata semper, aut constitutionum dicti ordinis, aut earumdem Nostrarum literarum forma; quod si post quater inita comitia nemo fuerit electus, ille censeatur in priorem cooptatus, cui major pars suffragata erit, et in suffragiorum paritate professione antiquior, et in aequali antianitate a vicario generali designatus, cui quidem vicario generali non in hoc solum casu, sed etiam in caeteris omnibus actibus definitorialibus, aut electivis, ubi neque sit suffragiorum paritas, aut rerum ambiguitas, competet jus definitionis.

VII.

De abdicationibus a definitorio generali recipiendis.

§. 10. Ut liceat definitorio generali cujuslibet definitoris, aut prioris, aut officialis generalis spontaneam abdicationem ex legitima causa acceptare.

VIII.

De facultate confirmandi priores eidem definitorio tribuenda.

§. 11. Ut quamvis in Nostris toties memoratis literis statuatur, ut priores nisi per triennium suis respective muneribus fungantur, quo elapso officia sua deponant, ac nisi post aliud triennium ad eadem officia reeligi possint, deinceps tamen fas erit definitorio generali eos pro suo libitu, et prudentia in sua officia confirmare, aut reeligi, etiam non elapso triennio praedicto, non servata itidem aetate pro vicariis, magistris novitiorum, et procuratoribus praescripta; sat enim erit ad formam apostolicarum constitutionum, ut posthac vicarii, et magistri novitiorum trigesimum quintum suae aetatis annum, et decimum quintum professionis; procuratores vero aetatem in prioribus requisitam exegerint.

IX.

De emendatione articuli super officio prioris.

§. 12. Ut non obstante quavis earumdem Nostrarum literarum dispositione, in posterum vicarius generalis, et definitores, et secretarius generales sua officia deponentes in priores eligi poterunt.

X.

De praefinienda electione successorum vicarii generalis defuncti.

§. 13. Ut in futuris capitulis generalibus eadem forma, qua vicarius generalis, duo designentur monachi, qui sub nuncupatione primi, et secundi substituti eveniente obitu intra septennium, vel vicarii generalis, tunc primus substitutus, hocque etiam defuncto, secundus substitutus in demortui locum gradatim succedant, usque ad septennii exitum, quorum tamen nomina nisi in suis respective casibus semper latebunt: si porro utrique substituti hujusmodi intra septennium praedictum

Digitized by Google

suum supremum clauserint diem, tunc eveniente obitu vel vicarii generalis, vel ultimi superstitis, quae per dictas literas praescribuntur, erunt servanda, ita tamen ut pro primo biennio primi tres anni cum dimidio censendi sint.

XI.

De praesidente capituli generalis eligendo.

§. 14. Ut in futurorum capitulorum generalium praesidentem vicarium generalem, qui ab officio exiit imposterum constituas.

XII.

De optione vicario concedenda.

§. 15. Ut cuique vicario generali ac definitorio deinceps permittatur optio monasterii pro sua residentia, durante suo septennio, ac pro celebratione proximi futuri capituli generalis.

XIII.

De jurisdictione nuncii apostolici in quaestionibus discernendis.

§. 16. Ut si aliqua difficultas, aut dubitatio circa statuta, aut alia hujusmodi sic postulet horum inappellabilis interpretatio, ac definitio ad te, aut ad Nostrum, ac apostolicae Sedis pro tempore existentem apud reges catholicos nuncium spectet, salvo tamen semper in iis, quae majoris momenti sunt, ad Sedem apostolicam recursu; quamobrem tibi, ac nuncio pro tempore existenti praedicto omnem, et quamcumque difficultates, et dubitationes hujusmodi interpretandi, decidendi, et definiendi, nec non honores, et praerogativas, ac privilegia alicui dictae congregationis alumno a dicto definitorio sic exigentibus suis meritis, concessa, quae nisi per raro juxta dicti ordinis constitutiones permitti hortamur, confirmandi opportunam, et necessariam facultatem, auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus et impertimur.

XIV.

De aequalitate officialium constituenda.

§. 17. Ut declares definitorium generale, et quemlibet illius officialem, nisi suum officium, aut infirma valetudo secus postulet, tum cultu, ac victu, tum regulari observantia, vita communi, choro, caeterisque ecclesiasticis functionibus, caeteris monachis inferioribus omnino aequiparari. Quapropter nemini illorum fas erit apud se peculium, salva itineris causa, retinere, sed secretarius generalis depositarius erit non peculii solum cujusque offitialis definitorii generalis, sed pecuniarum etiam, quae a monasteriis dictae congregationis pro exhibitione curiae generali in singulos annos exiguntur, quae quidem taxatio nunquam alicui ex dictis monasteriis ex eo augenda erit, quod unus, aut alter ex officialibus generalibus in eo professionem regularem emiserit; secretarius porro generalis dati, et accepti rationem eidem definitorio exhibere tenebitur, ac vicarius generalis, ipse secretarius generalis, et procurator generalis hisce desuper iisdem facultatibus, ac etiam aliquando majoribus utantur, quas priores, ac procuratores in suo cujusque monasterio habent, servata tamen debita proportione inter officia majora, et inferiora.

XV.

De subrogatione demortui definitoris intra quadriennium.

§. 18. Ut tandem quae circa subrogationem novi definitoris in locum demortui intra quadriennium a memoratis Nostris literis statuta sunt, eadem serventur, si intra septennium deficiat, quod itidem erit exequendum si ob mortem intra septennium vicarii generalis, et duorum substitutorum, definitor generalis in locum ultimi defuncti sufficiendus sit. Demum tibi injungimus, ut praefatas Nostras in omnibus, et singulis, in quibus praesentibus minime adversantur, earumque tenores, et in eis contenta quaecumque, auctoritate Nostra praedicta confirmes, illisque perpetuae, et inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicias.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 19. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 20. Non obstantibus quatenus opus sit memoratis Nostris literis, aliisque constitutio-

Digitized by Google

nibus et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 30. aug. 1796. Anno XXII.

MLXXVII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Joannis de Ribera patriarchae Antiocheno, et archiepiscopo Valentino.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Benedictus Dominus Noster Jesus Christus refugium, et virtus Nostra, qui inter plurimas tribulationes, quae in hisce difficillimis reipublicae christianae temporibus undique invenerunt Nos nimis, consolationibus suis spiritualibus nos laetificare identidem non desinit. Non multis siquidem ab hinc diebus summo cum gaudio beato Leonardo a Portu Mauritio, quo, dum adhuc in minoribus essemus, familiariter usi sumus, propter eximias atque heroicas suas virtutes altarium honores decrevimus. Hodie non minori intimo animi Nostri sensu omnibus pariter Christifidelibus, praesertim vero iis, qui ad sacra ministeria vocati sunt, novum sacerdotalis vitae non solum, sed etiam pastoralis solicitudinis, et vigilantiae exemplar in Dei servo Joanne de Ribera patriarcha Antiocheno, et archiepiscopo Valentino ad aemulandum, imitandumque proponimus.

Laudes venerabilis servi Dei.

§. 2. Nunc quidem temporis, in quo multi falsi prophetae venerunt ad Nos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Is enim contra, cum usque ab infantia sua semper Deum timuerit, et mandata ejus servaverit, vel in domo esset paterna, vel in universitate Salmanticensi, ob suorum morum integritatem, ac in dies percrebescentem suarum virtutum famam, a sanctissimo praedecessore Nostro s. Pio pp. V. etiam priusquam aetatem a recentissime absoluto Tridentino concilio praescriptam exegisset, ecclesiae Pacensi praefectus statim talem se episcopum exhibuit, quales apostolus omnes omnino episcopos esse desiderat. Quamobrem cum tamquam lucerna, quae super candelabrum posita lucet omnibus, qui in domo sunt, ipse inter caeteros Hispaniarum episcopos micasset, vacatis paulo post patriarchatu Antiocheno, et archiepiscopatu Valentino memoratus Pius praedecessor, postulatis cla. mem. Philippi II. regis catholici annuens, non dignitate solum patriarchali illum auxit, sed etiam ad cleri, populique Valentini utilitatem, atque ad veterem pie sancteque vivendi disciplinam in illa dioecesi promovendam, vel etiam, quatenus opus esset, revocandam hujus archiepiscopalis ecclesiae curam, ac regimen illi, quamvis summopere reluctanti, commisit. Qua quidem in administratione veluti si ex nova dignitate ad pastoralem suam solicitudinem novi stimuli adjici possent, ita se gessit, ut factus omnibus omnia magis magisque et in sustentandis pauperibus largum, et in curandis viduis, et pupillis assiduum, et in caeteris omnibus paterne in viam salutis aeternae dirigendis promptum usque ad extremum suae vitae spiritum se praestitit.

Judicium de illius virtutibus et miraculis editum a s. congregatione Rituum.

§. 3. Quocirca cum mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus eumdem servum Dei Joannem de Ribera multipliciter claruisse, nec non miraculis, quae ad ejus intercessionem, et ad ma-

nifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur; eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis.

Beatificatio. §. 4. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, et quamplurium venerabilium fratrum Nostrorum archiepiscoporum, et episcoporum Hispaniarum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de supradictae congregationis consilio, et assensu auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei servus Joannes de Ribera imposterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur: imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die ab ordinariis, ad quos spectat, designanda recitetur officium, et missa de communi confessoris pontificis, cum orationibus propriis a Nobis approbatis, juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani.

Concessio officii, et missae. §. 5. Porro recitationem officii, et missae cebrationem hujusmodi fieri concedimus in civitate, et dioecesi Hispalensi, in qua natus est, in civitate, et dioecesi Pacensi, in qua primum fuit episcopus, ac in civitate, et dioecesi Valentina, in qua usque ad extremum suae vitae spiritum fuit archiepiscopus, et ubi ad coelos evolavit, ejusque venerabile corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexus christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce Nostris literis inchoando in ecclesiis civitatum, et dioecesum antedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario constituta, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die XVIII. proximi septembris currentis anni, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii dictae congregationis subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

IN FESTO

B. JOANNIS DE RIBERA CONFESSORIS

Patriarchae Antiocheni, et archiepiscopi Valentini.

Oratio.

§. 7. Deus, qui beatum Joannem confessorem, atque pontificem pastorali sollicitudine, et divini sacramenti Corporis, et Sanguinis tui dilectione admirabilem effecisti; quaesumus, ut, ejus intercessione, redemptionis tuae fructus nos jugiter facias esse participes. Qui vivis etc. Orationes in ejus festo recitandae.

Secreta.

Illo nos igne, Domine, altari tuo intervenientes accendamur, quo b. Joannes confessor tuus, et pontifex haec peragendo aestuabat. Per Dominum etc.

Postcommunio.

Sumpto, Domine, salutari mysterio, quaesumus, ut exemplo b. Joannis confessoris tui, atque pontificis in perpetua tantae dignationis recordatione maneamus. Per Dominum nostrum etc.

DECRETUM VALENTINA.

§. 8. Sanctissimus Dominus Noster Pius Sextus pont. max. ad humillimas preces p. Vincentii Castrillo ex-generalis ordinis minimorum sancti Francisci de Paula, postulatoris causae venerabilis servi Dei Joannis de Ri- Approbatio apostolica.

bera patriarchae Antiocheni et archiepiscopi Valentini, referente r. p. d. Hieronymo Napulionio fidei promotore, suprascriptas orationes ab eminentissimo et reverendissimo d. card. Archinto episcopo Sabinen. sac. rit. congregationi praefecto, et a praefato promotore fidei revisas, in missa solemni celebranda in basilica Vaticana pro beatificatione ejusdem venerabilis servi Dei recitare posse concessit.

Die III. augusti MDCCXCVI.

J. card. Archintus praefectus.

Loco ✠ sigilli.

D. Coppola S. R. C. secretarius.

Dat. die 30. aug. 1796. Anno XXII.

MLXXVIII.

Instante episcopo Oriolensi confirmatur decretum congregationis Rituum de recitando officio die decima sexta augusti cujuslibet anni cum missa ritu duplici minori in honorem sancti Rochi in civitate et dioecesi praedicta.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Quum, sicut venerabilis frater episcopus Oriolensis nuper exponi Nobis fecit, vehementer ipse cupiat, pro sua in sanctum Rochum pietate, ejus cultum apud se propagare, Nobis propterea humiliter supplicari fecit ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio tenor.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; audito etiam dilecto filio magistro Domino Coppola congregationis sacrorum Rituum secretario; ut ab universo clero saeculari civitatis, et dioecesis Oriolensis, nec non a religiosis, et monialibus, utentibus calendario dioecesano, quotannis recitari ritu dupl. min. die XVI. augusti in honorem praedicti sancti officium cum missa de communi confessoris non pontificis, cum orationibus, et lectionibus secundi nocturni propriis jam a fel. rec. Benedicto papae XIV. praedecessore Nostro adprobatis, pro ecclesiis archiconfraternitatum urbis, et civitatis Tusculanae, Deo in honorem ejusdem sancti Rochi dicatis, libere, et licite possit, ac valeat; fixe tamen adsignato in posterum primo die non impedito pro officio sancti Hyacinthi, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, earumdem civitatis, et dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 15. sept. 1796. Anno XXII.

MLXXIX.

Praefinitur, ut electores beneficiorum recipiant preces primarias porrectas, vel porrigendas ab imperatore Romanorum.

Dilectis filiis capitulis, et canonicis quarumcumque cathedralium etiam metropolitanarum, et collegiatarum ecclesiarum per sacrum Romanum imperium ubilibet existentium.

Digitized by Google

Pius PP. VI.

Dilecti filii
salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor declarationis.

§. 1. Cum difficultates illae, quae alias circa preces, quas primarias vocant, subortae fuerunt, locum in praesens, benedicente Domino, non obtinuerint, nullumque propterea charissimo in Christo filio Nostro Francisco Romanorum regi, in imperatorem electo, pontificiae Nostrae benevolentiae argumentum deesse velimus, id vobis nunc notum, et perspectum, dilecti filii, esse aequum ducimus, simulque vos admonere, ut eas preces, quas de caetero a dicto Francisco rege, sive vobis, sive aliis quibusvis collatoribus, seu collatricibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum per sacrum Romanum imperium ubilibet existentium, pro beneficiorum hujusmodi, cum primum illa vacaverint, collatione, servatis tamen restrictionibus, et exceptionibus solitis, facienda, porrigi, seu exhiberi contigerit, omnino recipiendas, et admittendas esse noscatis. Haec dum vobis, dilecti filii, significamus, minime veremur, quin illas pro filiali vestro in Nos studio debitae executioni demandaturi sitis; vobisque interim coelestium charismatum incrementa ex animo a Deo precamur, ac perpetuum paternae charitatis Nostrae pignus apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia septembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 13. sept. 1796. Anno XXII.

MLXXX.

Instantibus monachis monasterii Copriunicensis dioecesis Cracoviensis ordinis Cisterciensis confirmatur rescriptum congregationis episcoporum et regularium super unione bonorum ad mensam abbatis claustralis spectantium mensae capitulari ejusdem monasterii facienda.

Venerabili fratri Laurentio archiepiscopo Thebarum delegato apostolico Poloniae commoranti.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii monachi monasterii Copriunicensis ordinis Cisterciensis Cracoviensis dioecesis, quo cum ob vices, quibus regnum Poloniae novissimis hisce temporibus circum actum est, plura bona annui redditus sunt: quatuor mille circiter monetae Romanae a mensa capitulari dicti monasterii, ad quam spectabant sine spe redintegrationis sint avulsa; cum insuper ob factam anno MDCCLXXXII. temporariam divisionem bonorum inter mensas abbatis commendatarii, et abbatis claustralis tertiae partis huic assignatae fructus vix ascendant ad annua scuta novem centena, qui nec pro quarta parte aequant summam deperditorum reddituum: cum demum ob insignia tributa, ac vectigalia, quibus praeter sumptus ad restaurandam ecclesiam, et monasterium necessarios, reliqua bona tum mensae abbatialis, tum mensae capitularis gravantur, aliisque etiam gravissimis de causis fructus, et proventus utriusque mensae impares omnino sint cultui, et exhibitioni tum abbatis claustralis, tum monachorum dicti monasterii; hinc memorati exponentes pro ipsius monasterii utilitate bona ad mensam abbatialem claustralem pertinentia mensae capitulari dicti monasterii per Nos perpetuo uniri, nec non eis, ut post mortem moderni abbatis claustralis ejusdem monasterii in illius locum priorem triennalem ex alumnis dicti monasterii assumendum sibi eligere debere, ac licite possint, facultatem per Nos concedi summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis ex-

Digitized by Google

communicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium episcoporum, et regularium negotiis, et consultationibus praepositorum, qui hisce desuper tuam audierunt relationem, consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut constito tibi prius de veritate narratorum, bona ad mensam abbatis claustralis quomodolibet spectantia, et pertinentia mensae capitulari ejusdem monasterii Copriunicensis auctoritate Nostra apostolica unias, atque incorpores; utque unio, et incorporatio hujusmodi nisi in mortem moderni abbatis claustralis dicti monasterii perficiatur, statues, et declares: praeterea tibi injungimus, ut eisdem exponentibus, dum per funus ejusdem moderni abbatis claustralis suum officium primum vacaverit, in illius locum deinceps, priorem triennalem ex ejusdem monasterii alumnis ad instar monasteriorum Subjovensis, Vauchocensis, Obrensis, Paradismensis ejusdem ordinis, servatis servandis, eligere libere, ac licite possint, ac valeant, dicta auctoritate concedas: servata tamen semper ejusdem congregationis auctoritate.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac eisdem exponentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, ac definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasterii praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXXI.

Dat. die 20. sept. 1796. Anno XXII.

Confirmatur decretum congregationis Rituum, quo ratam habet electionem sanctae Mariae Magdalenae poenitentis in patronam principalem villae de Arabal Hispalensis dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor decreti editi a congregatione Rituum.

§. 1. Nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum pro dilectis filiis clero saeculari, et regulari, ac populo villae de Arahal dioecesis Hispalensis factum est decretum, tenoris qui sequitur — Relatis ad sacram Rituum congregationem ab eminentissimo, et reverendissimo domino cardinali De Somalia Urbis vicario humillimis precibus cleri saecularis, et regularis, nec non populi villae de Arabal dioecesis Hispalensis supplicantium pro confirmatione electionis sanctae Mariae Magdalenae poenitentis in patronam principalem ejusdem villae; sacra eadem congregatio, comperiens hujusmodi electionem servatis servandis, et legitime factam fuisse, eamdem confirmavit, et approbavit, atque festivitati sanctae Mariae Magdalenae poenitentis in patronam principa-

lem electae praerogativas omnes sanctorum protectorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit. Die x. septembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto.

J. card. Archintus praefectus.

Loco ✠ Signi.

D. Coppola S. R. C. segretarius.

Confirmatio decreti.

§. 2. Quum autem sicuti praedicti clerus saecularis, et regularis, ac populus Nobis exponi curarunt, vehementer ipsi cupiant decreto illi confirmationem Nostram accedere; Nos specialem ipsis gratiam facere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum supra insertum auctoritate apostolica tenore praesentium literarum approbamus, et confirmamus, salva semper in praemissis auctoritate praefatae congregationis cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus per his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die trigesima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 1. octob. 1796. Anno XXII.

MLXXXII.

Unio abbatiae sanctorum Vincentii et Anastasii de urbe abbatiae Sublacensi cum applicatione pensionis alias solutae seminario Romano.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur beneficia collata pro decore Sublacensis abbatiae sanctae Scholasticae nuncupatae.

§. 1. Quod praecipue spectabamus in spirituali regimine monasterii abbatiae nuncupati, sanctae Scholasticae ordinis sancti Benedicti nullius dioecesis in districtu urbis, dum inter Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales cooptati, ejusdemque monasterii regimen, et administrationem eramus assequuti, et ad summi apostolatus apicem assumpti speciali devotione retinuimus, animique Nostri nova benignitate reservavimus, illud semper erat ut sua in domo Domini sacri decoris dignitas effulgeret. Idcirco et magnificum construximus a fundamentis templum, et copiosa ipsum pretiosaque supellectili instructum, ornatumque esse voluimus. Hoc expleto desiderio Nostro, statim aedificandam suscepimus vicarialem cum adnexa cancellaria domum, non templo, neque seminario puerorum ecclesiastico conjunctam; at utrique proximam vastum illud abbatiale palatium, ut inhabitari posset prorsus renovavimus, commodumque ad ipsum ascensum molito per substructiones clivo aperuimus. Porro talem invenimus veteris ejusdem monasterii, seminarii statum tam indigum non solum commodis, sed et necessariis habitaculis, ut novum multo amplius, atque ad omnes aptum opportunitates construere deberemus, quae antea omnino deerat: bibliothecam in illo instructissimam posuimus, eamque ad publicum eorum usum, qui proficere in studiis vellent, patere decrevimus. Interim dum in oppido Nostro Sublaci abbatiale construetur seminarium, ne instituendae juventuti locus ad immorandum deesset, opus fuit alias aedes conducere, easque ad multorum convictus formam constituere, quae porro erant novo jam aperto seminario ad pristinam rationem restituendae, ut propterea non medioera requirerentur in tot mutandis, variandisque pro tempore rebus dispendia. His ita peractis fuit Nobis de jam constituti seminarii perpetua stabilitate cogitandum. Obversabatur animo quid venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, decre-

Digitized by Google

torum concilii Tridentini interpretum congregatio sub die vigesima quinta mensis januarii anni Domini millesimi septingentesimi quadragesimi noni, et deinde sub die sexta mensis decembris ejusdem anni in causa nullius Farfensis et sancti Salvatoris Majoris seminarii pro abbate commendatario earumdem abbatiarum contra Romanum seminarium statuere censuit. Ab hoc nimirum contendebatur, ut sibi continuari deberet annua solutio scutorum centum quinquaginta monetae Romanae super dictis abbatiis imposita a felicis recordationis Pio papa IV. praedecessore Nostro, utque ideo pro tempore existenti abbati commendatario monasterii abbatiae nuncupati sanctae Mariae Farfensis ordinis ejusdem sancti Benedicti inhiberetur proprii seminarii erectio controversiam hanc resolvit memorata eorumdem venerabilium fratrum Nostrorum cardinalium congregatio pro Farfensi contra Romanum seminarium: ac tum agebatur de seminario erigendo non vero erecto, ut Sublacense seminarium, ab hinc annis centum et amplius subsistit. Tanto igitur potiori Nos possumus huic ipsi Sublacensi seminario attribuere annuam pensionem, seu taxam biscentum quinquaginta scutorum pro seminario Puerorum ecclesiastico almae urbis a praedicto Pio pp. IV. praedecessore Nostro impositam, et forsan per alios Romanos pontifices praedecessores Nostros confirmatam ea sub conditione, seu onere retinendi ibidem tres alumnos e primodicti monasterii, subjectis locis originarios.

Revocatio pensionis solvendae seminario Romano.

§. 2. Idcirco motu proprio, et ex certa scientia deque apostolicae potestatis plenitudine pensionem illam pro eodem almae urbis seminario, seu taxam praefatorum biscentum, et quinquaginta scutorum monetae praedictae usque et de anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo tertio non solutam per praesentes Nostras, ex nunc prout ex tunc prorsus ac in perpetuum tollimus, atque abolemus, eamdem transferimus, ac transfundimus in praedictum abbatiale seminarium in supra dicto oppido Nostro Sublaci situm, et constitutum, omninoque volumus, ac jubemus, ut pro sublata et abolita habeatur, ex quo destitutum est ab ineunte scilicet mense majo supradicti anni millesimi septingentesimi septuagesimi tertii mittere ad eumdem almae urbis seminarium tres Sublacenses alumnos, qui ibidem alendi erant juxta memoratae taxae, seu pensionis rationem.

Novae concessiones seminario Sublacensi.

§. 3. Sed cum adhuc ejusdem seminarii Sublacensis redditus pares esse non possint pro sumptibus alumnorum retinendorum, quorum numerus abbatialium locorum incolis respondeat, proque mercede magistrorum, praefectorum, aliorumque officialium, seu ministrorum parvas aedes, totamque domum conventualem ordinis sancti Francisci cum ei adnexa ecclesia sub titulo sancti Angeli prope Castrum Bojatis in territorio primodicti monasterii sit, in qua duo tantum presbyteri fratres ordinis minorum sancti Francisci conventualium nuncupati, cum uno fratre laico degebant, praevia ejusdem domus conventualis status, essentiae, et dependentiae regularium suppressione, illiusque a dicto ordine divisione, et separatione per alias Nostras in forma Brevis sub annulo piscatoris die XII. aprilis currentis anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti, expeditas literas eidem Sublacensi seminario concessimus, et assignavimus. Item aliud monasterium abbatiam nuncupatum olim congregationis regularis sancti Hieronymi de Fesulis etiam nuncupati sub regula sancti Augustini, nunc vero ad saecularem statum redactum sanctorum Vincentii, et Anastasii de urbe, quod sicut accepimus, bonae memoriae magister Alexander Mariscotti in commendam ad sui vitam ex concessione et dispensatione apostolicis, dum viveret, obtinebat, tertio dicti monasterii commenda, in quam illud ex simili concessione apostolica ad vitam obtineri consuevit, per obitum dicti magistri Alexandri, illius pariter, dum viveret, ultimi possessoris commendatarii, qui in Romana curia debitum naturae persolvit, cessante adhuc eo quo ante commendam ipsam vacabat, modo vacaverit, et vacet ad praesens. Nos qui pro locorum piorum subsistentia, de qua satis solliciti sumus apostolicae munificentiae dona libenter impartimur, ac alias dicto Sublacensi seminario, ut praefertur, erecto, et instituto uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, et appropriationes hactenus forsan factas, siquae, sint, verumque et ultimum tertio dicti monasterii vacationis modum etiam si ex illo quaevis generalis reservatio, et in corpore juris clausa subsit praesentibus pro expressis habentes, motu simili tertio dictum monasterium sic,

ut putatur, vacare cui cura non imminet animarum, ac cujus et illi forsan annexorum fructus redditus, et proventus biscentum viginti octo ducatorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, super quibus pensio annua quadraginta ducatorum auri hujusmodi collegio dilectorum filiorum beneficiatorum, et clericorum beneficiatorum basilicae sanctae Mariae Majoris de urbe apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus reservata reperitur, illiusque titulum collativum nomen, denominationem, naturam, et essentiam mensae abbatialis apostolica auctoritate ipsarum tenore praesentium perpetuo supprimimus, et extinguimus, omnesque, et singulos futuros redditus, et proventus, jura tam spiritualia, quam temporalia, obventiones et emolumenta universa, ad mensam abbatialem tertio dicti monasterii hujusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia, cujuscumque nominis et naturae, speciei, et qualitatis, ac quantitatis existant, sine ulla prorsus exceptione, et reservatione eidem Sublacensi seminario, ita quod liceat illius rectori, praeceptoribus, aliisque ministris pro tempore existentibus tertio dicti monasterii, ac annexorum juriumque, et pertinentiarum praedictorum cujuscumque qualitatis quantitatis, ac etiam annui valoris existentium corporalem, realem, et actualem possessionem per se, vel alium, seu alios eorum praedicti Sublacensis seminarii nominibus propria auctoritate libere apprehendere et apprehensam perpetuo retinere: fructus quoque, redditus, et proventus, jura, obventiones, et emolumenta universa ex eo provenientia percipere, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac in praedicti Sublacensis, illiusque alumnorum, et ministrorum necessarios usus, et utilitatem convertere, supportatis tamen per praedictum Sublacense puerorum ecclesiasticum seminarium omnibus et singulis ad tertio dictum monasterium, seu abbatiam hujusmodi quomodolibet spectantibus oneribus, eadem apostolica auctoritate unimus, annectimus, et incorporamus. Volumus autem, ut constituta jam a Nobis intra ipsum seminarium bibliotheca augeri in posterum possit, utque in publicum semper pateat usum studiosorum; qua propter ducenta et quinquaginta monetae Romanae scuta quotannis pendenda seminario Sublacensi ab illius pro tempore existente abbate commendatario alia adjungimus sexaginta scuta ejusdem monetae quotannis in manus pro tempore existenti abbate commendatario existentis canonici camerarii capituli saecularis, et insignis collegiatae ecclesiae s. Andreae apostoli praedicti oppidi Nostri Sublaci ab eodem commendatario solvenda, quorum dimidia pars, nempe scuta triginta ejusdem monetae Romanae in honorarium quolibet anno tribuatur bibliothecario, seu saeculari, seu regulari per ipsum commendatarium eligendo ex iis, qui et periti librorum, et amantes literarum sint, eo ipsi imposito onere, ut et bibliothecam custodiat, et aperiat quotidie, apertamque retineat, per tres matutinas horas, duasque pomeridianas, exceptis de praecepto festis diebus, et omnibus feriis quintis, nec non et integro octobri mense; si vero contingat, ut bibliothecarius vel negligens in suo praestando officio detegatur, vel in sinistram ejus doctrina suspicionem venerit, demoveri tum ab officio per ipsum poterit, ac debebit commendatarium. Alia triginta scuta, altera nempe pars scutorum sexaginta, ad comparandos quotannis impendantur libros, qui in bibliotheca desiderabantur, et quoties aliquod pluribus, seu rarioribus constans voluminibus corpus acquirendum erit, tunc duorum, vel plurium annorum colligetur summa, donec exaequet hujus corporis pretium, quod habere plurimum intersit, sitque non ornamento solum bibliothecae, sed et proficientium in studiis praesertim sacris utilitati, ut bibliorum, sanctorum patrum, ac utrorumque interpretum, nec non et theologorum, et canonistarum, neque tamen intendimus aliarum facultatum excludere volumina quaecumque ad ampliorem eruditionis, doctrinaeque profectum conducere posse videantur, quos libros omnes ac volumina, statim ac comparata, acquisitaque erunt, bibliothecarius in eum diligenter referat cathalogum, quem in primo suo ad id munus ingressu receperit.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 4. Praesentes quoque literas ullo umquam tempore, ex quocumque capite vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima etiam ex eo, quod quicumque in praemissis, et circa ea quomodolibet ex quavis causa jus, vel interesse habentes, aut habere praetendentes illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, et auditi fuerint, et causae propter

quas eaedem praesentes literae emanaverint, adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, vel alias quavis causa, vel quolibet alio quantumvis substantiali, substantialissimo, ac specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio notari, impugnari, invalidari, infringi, aut adversus eas quodcumque juris, vel facti remedium, aut aperitionis oris, vel reductionis ad viam et terminos juris impetrari nunquam posse, sed semper firmas, validas, et efficaces esse, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere debere; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam palatii Nostri auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non tollendo, et de exprimendo vero beneficiorum uniendorum valore, et de unionibus ad partes committendis vocatis, quorum interest, ac praedicta ejusdem Pii pp. IV. praedecessoris, et quibusvis aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; quibus omnibus et singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus expressa, et individua mentio habenda foret, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris ad effectum validitatis, et perpetuae praemissorum firmitati, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis, translationis, suppressionis, extinctionis, unionis, annectionis, incorporationis, mandati, decreti derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pridie kalendas octobris, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

MLXXXIII.

Dat. die 9. nov. 1796. Anno XXII.

Restitutio festorum in ditione regis Sardiniae.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, nec non dilectis filiis locorum ordinariis ditionis citra montes carissimo in Christo filio Nostro Carolo Emmanueli Sardiniae regi illustri subjectae.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres, et dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem.

Memoratur praecedens facta revocatio per literas 17. martii 1796.

§. 1. Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die decima septima martii anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti expeditas literas precibus clarae memoriae Victorii Amadei, dum vixit, Sardiniae regis illustris, Nobis humiliter porrectis, justis, ac rationabilibus tunc existentibus de causis annuentes, vobis remisimus, ut in nonnullis tunc expressis diebus, in quibus per totam citra montanam ditionem eidem Victorio Amadeo subjectam jampridem, ac ex veteri Ecclesiae instituto, atque disciplina Christifideles sacris adesse, atque servilibus operibus abstinere, jejunium in eorumdem dierum festorum vigiliis, quibus adnexum erat, custodire tenebantur, eos ab hisce oneribus auctoritate Nostra apostolica eximeretis, eisque, ut in hisce diebus laboriosis suarum artium exercitationibus, et servilibus operibus vacare licite possent, eos etiam a quacumque jejunii lege in diebus praecedentibus, vel a praecepto audiendi missam absolvendo auctoritate praedicta concederetis: ita tamen ut in eisdem abrogatis festis diebus sicut prius officio, et missae aut de vigilia, aut de solemnitate currenti in ecclesiis essent celebranda: sacrum vero jejunium ad quartas, et sextas ferias adventus esset transferendum, atque in die vigesima nona mensis junii, praeter solemnitatem praecipuam sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, de aliis sanctis apostolis, ac in die vigesima sexta mensis decembris ultra currentem solemnitatem sancti Stephani prothomartyris etiam de aliis sanctis martyribus commemoratio respective addenda esset, prout in memoratis Nostris literis uberius continetur.

Preces porrectae a rege pro restitutione festorum, et vigiliarum.

§. 2. Cum autem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Emmanuelis humiliter expositum fuerit, ipsum quam maxime exoptare, ut abrogati dies festi hujusmodi cum suis vigiliis in pristinum a Nobis restituantur: atque insuper dies, in quo ab Ecclesia universali festivitas beatae Mariae virginis septem dolorum agitur, in posterum per universam suam ditionem tamquam de praecepto servetur, ac officia, et missae sub ritu duplici secundae classis, prout in die festo nativitatis beatae Mariae virginis celebrentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessionis tenor.

§. 3. Nos igitur dum ipsius Caroli Emmanuelis pietatem, ac religionem, in quibus sui regni initia ponere curat, plurimum in Deo commendamus, illius votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati: fraternitatibus ac discretionibus vestris per praesentes committimus, ac mandamus, ut omnes abrogatos dies festos praefatos cum suis vigiliis auctoritate Nostra apostolica instauretis: utque tum jejunii praeceptum quartis, et sextis feriis adventus vigore earumdem Nostrarum literarum affixum, tum commemorationes omnium apostolorum a die vigesima nona mensis junii, et omnium sanctorum martyrum a die vigesima sexta mensis decembris, ut praefertur, praescriptas eadem auctoritate tollatis, et abrogetis: utque omnia, quae jampridem in diebus festis praedictis, atque antequam memoratae Nostrae literae emanassent, servabantur, in posterum pariter retineri, et custodiri in omnibus et per omnia, perinde ac si imminutio festorum dierum hujusmodi concessa, et emanata non fuisset dicta auctoritate statuatis. Vobisque propterea injungimus, ut ab omnibus Christifidelibus in ditione praedicta commorantibus, vobisque respective in spiritualibus subjectis in posterum diem festum, in quo ab Ecclesia festivitas b. Mariae virginis septem dolorum agitur, veluti de praecepto servari, atque officia, et missas sub titulo duplici secundae classis, quemadmodum in die nativitatis beatae Mariae virginis praescriptum, cautumque reperitur, celebrari eadem auctoritate edicatis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona novembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXXIV.

Dat. die 9. nov. 1796. Anno XXII.

Erectio confraternitatis sub titulo sanctissimi cordis Jesu in ecclesia fratrum Cappuccinorum oppidi civitatis nuncupati de Cuneo Montis Regalis dioecesis provinciae Taurinensis cum communicatione indulgentiarum alias ab apostolica Sede archiconfraternitati sub eodem titulo in ecclesia sancti Theodori de urbe erectae concessarum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Pastoris aeterni, qui pro gregis salute in ara Crucis immolari voluit, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris pia Christifidelium vota, divini cultus incrementum, et

Digitized by Google

ipsorum fidelium salutem concernentia ad exauditionis gratiam admittimus, ut per operum piorum exercitium ad aeternae beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque quam plurimi Christifideles oppidi civitatis etiam nuncupati de Cuneo Montis Regalis dioecesis provinciae Taurinensis, sicut Nobis nuper humiliter exponi fecerunt, pro sua erga sacrum Cor Jesu devotione, utque alios Christifideles praesertim circa regionem Pedemontanam habitantes ad Jesu Christi Domini Nostri passionis meditationem, divinique cultus augmentum excitent, in ecclesia fratrum ordinis minorum s. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum ejusdem oppidi de Cuneo, obtento jam ad hoc eorumdem fratrum Cappuccinorum consensu, unam eorumdem utriusque sexus Christifidelium confraternitatem, seu congregationem sub denominatione, seu titulo sacri Cordis Jesu per Nos erigi summopere desiderant. Nos piis eorumdem exponentium desideriis hujusmodi benigne annuere, animarumque saluti paterna charitate prospicere cupientes, supplicationibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis inclinati, in ecclesia praedicta ad altare, seu cappellam sub invocatione, seu titulo ejusdem Cordis Jesu inibi erectam unam utriusque sexus christifidelium confraternitatem seu congregationem sub titulo praedicto sine alicujus praejudicio, dummodo ordinarii loci ad id accedat assensus, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo erigimus, et instituimus. Nec non confratribus confraternitatis, seu congregationis hujusmodi pro tempore existentibus, ut processionaliter incedere, divina officia in sua cappella, vel oratorio recitare: ac pro negotiis ipsius confraternitatis, seu congregationis se congregare, quaecumque statuta, capitula, ordinationes, et decreta pro salubri eorum, et dictae confraternitatis, seu congregationis regimine et directione necessaria, opportuna, licita tamen, ac honesta, et sacris canonibus, et concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria per ordinarium loci examinanda, et approbanda facere, et edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, et expediens fuerit, praevia tamen examinatione, et approbatione hujusmodi, mutare, alterare, corrigere, et in melius reformare: et insuper omnia, et singula legata relicta, res, et bona quomodolibet qualificata, mobilia, et immobilia per quoscumque christifideles dictae confraternitati, seu congregationi per viam testamenti, donationis, aut alias quomodolibet pro tempore elargienda, et relinquenda recipere, illaque per eorum officiales, ac deputatos regere, gubernare, et administrare, ac in ipsius confraternitatis, seu congregationis, et eorum piorum operum usus convertere, ita tamen ut de receptis, et administratis per eos ordinario loci hujusmodi juxta decreta concilii Tridentini rationem reddere teneantur, libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate et tenore praedictis concedimus. Cum insuper exponentes praedicti omnibus, et singulis indulgentiis, peccatorum remissionibus, ac indulgentiarum relaxationibus archiconfraternitati sub eodem titulo in ecclesia sancti Theodori de urbe ab apostolica Sede jam alias concessis confraternitatem, seu congregationem praedictam sic per Nos erectam locupletari summopere desiderent.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos eorumdem exponentium votis etiam hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac ut confraternitas, seu congregatio praedicta majora in dies suscipiat incrementa, auctoritate Nobis a Domino tradita, deque omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui dictam confraternitatem, seu congregationem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes, et confessi, sanctissimum eucharistiae sacramentum sumpserint plenariam, ac eidem confraternitati, seu congregationi nunc, et pro tempore adscribendis confratribus, et consororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes, et confessi, et sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint etiam plenariam: nec non iisdem pro tempore existentibus confratribus, et consororibus etiam vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui praedictae confraternitatis, seu congregationis cappellam, seu altare feria sexta immediate sequenti post octavam solemnitatis sanctissimi Corporis Christi a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et

ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam similiter; insuper eisdem confratribus, qui juxta institutum praedictae archiconfraternitatis feria sexta cujuslibet hebdomadae, si ab aliquo festo non sit impedita, sin minus alio die per dilectum filium priorem pro tempore existentem dictae confraternitatis, seu congregationis designanda, quocumque tempore sive in hyeme inhorrente pluvia, ac coeno, aut in aestivis caloribus sacco, et fune induti, nudis pedibus, facieque contecta, eleemosynas collegerint, quae aegenis familiis quolibet mense distribuentur si vere poenitentes, et confessi in una ex dictis feriis sextis cujuslibet mensis per unumquemque ex dictis confratribus ad sui libitum eligenda sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, ac ut supra oraverint, plenariam pariter semel dumtaxat quolibet anno omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino indulgemus. Praeterea iisdem confratribus et consororibus vere pariter poenitentibus, et sacra communione refectis cappellam, seu altare hujusmodi in quatuor aliis anni feriatis, vel non feriatis, seu dominicis diebus per eosdem confratres semel tamen eligendis, et ab eodem ordinario approbandis, ut supra visitantibus, confratribusque, ac consororibus praedictis in reliquis feriis sextis totius anni praemissa peragentibus, et ut praefertur, orantibus quo die, et feria hujusmodi id egerint, septem annos, et totidem quadragenas: quoties vero missis, et aliis divinis officiis in ecclesia, seu cappella, vel oratorio hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis, seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, nec non etiam qui corpora defunctorum tam confratrum, et consororum hujusmodi, ac quam aliorum ad sepulturam associaverint, aut quascumque processiones de licentia ordinarii faciendas, sanctissimumque Eucharistiae sacramentum tam in processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias quocumque, et quandocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, vel si impediti, campanae ad id signo dato, semel orationem Dominicam, et salutationem angelicam dixerint, aut etiam quinquies orationem, et salutationem easdem pro animabus defunctorum confratrum, et consororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes praecepta Dei, et ea, quae ad salutem sunt necessaria docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praedictorum operum exercitio sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari posse, in Domino impertimur. Itidem confratribus, et consororibus praedictis non in dicto oppido, sed et alibi aliquando moram trahentibus, ne absentes hujusmodi spiritualium gratiarum donis priventur, injunctis pro consecutione supradictarum indulgentiarum operibus adimpletis, propriamque respective ubique locorum parochialem ecclesiam praescriptis, ut supra, diebus pie visitantibus; infirmis vero, aliove legitimo impedimento detentis, qui alia pietatis opera, quae pro viribus exercere poterunt, peragentibus, ac pias ad deum preces effundentibus, ut omnes et singulas praedictas indulgentias consequi possint, et valeant indulgemus: in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque: praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 4. Volumus autem, ut si alias dictis confratribus, et consororibus praemissa peragentibus aliqua alia indulgentia similis perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, illa revocata sit, prout per praesentes apostolica auctoritate revocamus: utque si dicta confraternitas alicui archiconfraternitati aggregata jam sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, vel etiam quomodolibet instituatur, priores, et quaevis aliae literae apostolicae illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso nullae sint. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona novembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo. Declaratio specialis.

Dat. die 2. dec. 1796. Anno XXII.

MLXXXV.

Facultas beneficiatis parochialis ecclesiae civitatis Victoriosae Melitensis dioecesis gestandi rocchettum, et mozzettam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Dum singularem dilectorum filiorum beneficiatorum, seu cappellanorum matricis, ac parochialis ecclesiae s. Laurentii in oppido civitate nuncupato Victoriosae Melitensis dioecesis erga Nos, et hanc sanctam Sedem fidei constantiam, et eximiae devotionis affectum pensamus, dignum arbitramur, illorum petitionibus, quae ad ipsius ecclesiae splendorem augendum, divinique cultum magis magisque procurandum pertinere dignoscuntur, congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eosdem beneficiatos, seu cappellanos specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut omnes et singuli beneficiati seu cappellani pro tempore existentes dictae parochialis ecclesiae s. Laurentii oppidi civitatis nuncupati Victoriosae Melitensis dioecesis perpetuis futuris temporibus rocchettum, et mozzettam coloris violacei, parochus vero rocchettum cum cappa magna in quibusvis functionibus ecclesiasticis, in choro, et aliis actibus publicis, et privatis sive in dicta ecclesia, sive extra illam gerere, ac gestare libere, ac licite respective possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis nec non dictae dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 9. dec. 1796. Anno XXII.

MLXXXVI.

Confirmatio erectionis domus pro orphanis et expositis in civitate Jacensi factae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Inter caetera onera, quibus episcopale ministerium gravatur, pauperibus orphanis, atque expositis tenetur consulere: secus quippe per vicos, et plateas otiosi vagantes fidei, et religionis rudimenta plerumque ignorant, atque tum in sui spiritualem perniciem, tum in summum reipublicae incommodum vitia in eis adolescunt cum aetate. Quamobrem cum venerabilis frater Joseph Antonius episcopus Jacensis ad hanc quoque tam utilem, tamque proficuam provinciam suae pastoralis sollici-

Digitized by Google

tudinis intuitum converterit: decet omnino Nos pro ea, qua universalis Ecclesiae fungimur procuratione circa ea, quae ab eo scienter, prudenterque disposita sunt, ut ad optatum perveniant effectum, apostolicae Nostrae providentiae, et auctoritatis partes interponere, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici Nobis expositum fuit, quod alias memoratus Josephus Antonius episcopus in villa de Un-Castillo suae Jacensis dioecesis satis amplam domum fundavit, in qua orphani pauperes, et expositi universae suae dioecesis erunt alendi, et ad religionem, ac ad artes instituendi, atque ad hoc inceptum suum hujusmodi firmum ac ratum reddendum, solidandumque eamdem domum cum omnibus adnexis in ipsius Caroli regis catholici patrocinium, et clientelam contulit. Quo porro illius exhibitioni, et sustentationi in aevum prospiceret, non solum quemdam hortum eidem domui contiguum proprio aere coeptum ei donavit, verum etiam suo, suorumque successorum in episcopatu Jacensi nomine domui praedictae jus, quo ab immemorabili, ut asseritur, episcopi Jacenses utuntur, tum percipiendi fructus, ac redditus quarumcumque ecclesiarum parochialium vacantium intra limites antiquae dioecesis Jacensis consistentium, sint eae vel jure patronatu regio, vel ecclesiastico, vel laicali, vel etiam de ordinaria collatione a die vacationis usque dum noviter provisus suae parochialis ecclesiae possessionem adipiscatur, detracto dumtaxat congruo assignamento oeconomo vacantis ecclesiae pro animarum curae administratione deputato persolvendo, tum etiam jus percipiendi fructus, ac redditus unius solidi annui parochialium ecclesiarum locorum de Gordun, Undeces, Pintano, Longas, Aguero, Lorbes, Gignes, Aso, nec non earum ecclesiarum parochialium villarum de Sobera, et Murillo de Gallezo, quae in territorio de Valdonsella eidem ecclesiae Jacensi perpetuo unitae sitae sunt, a die vacationis computandi, cum onere dumtaxat solvendi quotidie vel oeconomo vacantis ecclesiae, vel novo rectori durante anno hujusmodi monetam illius regionis pezzetta nuncupatam, duos scilicet julios monetae Romanae propter eleemosynam juxta synodalem taxationem pro missarum celebratione in diebus festivis, irrevocabiliter cessit, hancque cessionem solemni stipulatione obsignavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Carolus rex catholicus, quo tum fundatio dictae domus, tum illius cum omnibus suis adnexis donatio eidem Carolo regi catholico, tum demum cessio juris percipiendi fructus, ac redditus ecclesiarum parochialium vacantium antiquae, et novae dioecesis Jacensis mensae episcopali Jacensi competentis, ut praefertur a dicto Josepho Antonio episcopo factae et respective solemniter stipulatae firmius subsistant, et serventur exactius, apostolicae firmitatis patrocinio communiri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur ejusdem Caroli regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac memoratum Josephum Antonium episcopum a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fundationem, donationem, ac cessionem praedictas, atque omnia in eis contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui hisce desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausulae sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum,

Digitized by Google

et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus felicis recordationis Pauli pp. II., aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon dictae Jacensis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die nona decembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXXVII.

Dat. die 9. dec. 1796. Anno XXII.

Impositio tributi super bonis ecclesiasticis in ditione Januensi existentibus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Pastoralis solicitudo ex abundantia divinae misericordiae Nobis commissa exigit, ut in hisce difficillimis reipublicae christianae temporibus, in quibus ab infestissimis hostibus etiam per Nostram Italiam omnia undique evertuntur, Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum exempla sectantes ea concedamus, quae ipsi nisi urgentissimis de causis, et ob causam publicam permiserunt, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum. §. 2. Nuper siquidem dilectorum filiorum nobilium virorum ducis, et senatus reipublicae Januensis nomine Nobis expositum fuit, quod cum ob teterrimum bellum, quod vel in ditione sibi subjecta, vel in circumjectis regionibus geritur, publicum aerarium pene exaustum, atque confectum sit, quo hisce publicis angustiis consulatur, aliquod tributum imperare coguntur; qua propter cum publica calamitas sit in causa dicti tributi etiam ecclesias, conventus, et monasteria intra limites suae ditionis praedictae posita summam quadringentarum mille librarum monetae Januensis pro communi utilitate conferre posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur ipsorum exponentium votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, motu proprio ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine harum serie constituimus, praecipimus, et mandamus, ut omnes omnino ecclesiae, conventus, et monasteria ad quascumque personas ecclesiasticas tam saeculares, quam regulares quibusvis privilegiis suffultas, ac munitas, et quacumque dignitate praeeminentes etiam S. R. E. cardinales, et ad quascumque militias etiam fratrum s. Joannis Hierosolymitani, aut alia loca pia saecularia, et regularia utriusque sexus etiam undecim congregationum spectantes, et spectantia in ditione Januensi existentes, seu existentia coacto mutuo a dictis exponentibus imperando pro summa librarum quadringentarum mille monetae Januensis omnino obnoxia, et subjecta sint in omnia perinde ac si ecclesiae, conventus, et monasteria praedicta nulla ecclesiastica immunitate gauderent. Quoniam porro superiores, atque administratores, caeterique quo-

Digitized by Google

modocumque nuncupati, ad quos earumdem ecclesiarum, conventuum, et monasteriorum administratio, et procuratio spectat, facile pecunia numerata pro summa sibi contingenti carebunt, hinc illis ut summam sibi contingentem ad certum tempus, et in dictam causam omnino erogandam mutuari, vel minori foenore, quo fieri posset, accipere, et sumere hypothecatis tum pro sorte principali, tum pro interusuriis bonis ad mensas ecclesiarum, conventuum, et monasteriorum hujusmodi quomodolibet spectantibus, absque illius censurae, aut poenae ecclesiasticae incursu libere, ac licite possint, et valeant, motu, scientia, auctoritate, et tenore praedictis plenam, et amplam facultatem tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non ecclesiarum, conventuum, ac monasteriorum, locorum piorum, ac ordinum, congregationum, societatum, militiarum, aliorumque praefatorum, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, et usibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, ac literis apostolicis eisdem ecclesiis, monasteriis, conventibus, ordinibus, congregationibus, militiis, et aliis praedictis etiam in limine fundationis, et erectionis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ac plenissime derogatum esse statuimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

De conservatione ecclesiasticae suppellectilis, et fides habenda transumptis.

§. 5. Caeterum volumus pariter, ut juxta piae mem. memorati Clementis pp. V. praedecessoris Nostri in concilio Viennensi editam constitutionem, calices, libri, caeteraque ornamenta ecclesiarum, conventuum, et monasteriorum hujusmodi divino cultui dicata, aliave suppellex ecclesiastica causa pignoris, vel alias occasione solutionis coacti mutui hujusmodi nullatenus capiantur, distrahantur, aut quomodolibet occupentur; utque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona decembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXXVIII.

Dat. die 10. dec. 1796. Anno XXII.

Instante regina fidelissima revocantur literae apostolicae pro congregatione fratrum eremitarum s. Augustini excalceatorum nuncupatorum editae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Nec levitati, nec inconstantiae animi tribuendum est, si pro rerum necessitate nonnulla commutantur. Non raro enim inter res humanas contingit, ut quae propter justas, et rationabiles causas statuta, et decreta sunt, usu postea minus salutaria, atque interdum adeo noxia detegantur: quapropter providen-

tiae quoque Nostrae est ea aut moderari, aut etiam, quatenus opus sit, ea penitus revocare, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem ex parte carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae Nobis fuit expositum, quod Nos alias ad avertenda partium studia, ac dissentiones, quibus jam pridem, ut asserebatur non sine gravi regularis disciplinae pernicie congregatio sanctissimae Conceptionis fratrum eremitarum ordinis s. Augustini excalceatorum in Portugallia proscindebatur: adeo, ut omnia remedia a felicis recordationis Clemente pp. XI., et Benedicto pp. XIV. praedecessoribus Nostris adhibita, ut tranquillitas inter fratres ordinis, et congregationis praedictorum induceretur, in irritum cesserint, ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis annuentes, praevia constitutionis Benedictinae praedictae revocatione, eamdem congregationem in tres provincias partiti sumus, singulisque illarum suos conventus attribuimus, atque assignavimus, aliaque etiam circa vicarii generalis, definitorum, et visitatorum electiones disposuimus, et statuimus, prout in Nostris hisce desuper in simili forma brevis sub die vigesima quarta martii anni millesimi septingentesimi nonagesimi quinti expeditis literis ulterius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, hodiernus vicarius generalis ordinis et congregationis praedictae ex certis documentis, atque ex usu ostenderit novum systema per Nostras memoratas literas, ut praefertur, inductum, quin eidem congregationi profuerit, illi prorsus noxiosum esse, atque ex eo imminui potius, quam foveri regularem disciplinam, immo clanculo, atque inscia prorsus eadem congregatione fuisse a duobus, aut tribus suis fratribus eidem Mariae Franciscae reginae fidelissimae oblatas preces, ut suo patrocinio ab apostolica Sede tum memoratam provinciarum divisionem, tum nova circa superiorum generalium electionem statuta praedicta obtinerent, hinc memorata Maria Francisca regina fidelissima pro impensa voluntate, qua erga omnes regulares ordines ducitur, ut quisque illorum uberes bonorum operum fructus proferat, non memoratas solum Nostras literas, sed illas quoque a Clemente, et Benedicto praedecessoribus Nostris sub die vigesima sexta octobris 1716., et septima januarii 1750. in simili forma brevis fuerunt editae per Nos revocari, et abrogari, eidemque congregationi, suis tantum antiquis constitutionibus, et statutis vivere, et gubernari a Nobis permitti summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Mariae Franciscae reginae fidelissimae votis, quantum cum Domino possumus, annuere cupientes, ac ordinem, et congregationem praedictam specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorum singulares personas, quarum interest, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati memoratas tum Nostras, tum Clementis, et Benedicti praedecessorum literas auctoritate apostolica tenore praesentium inducimus, revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, irritamus, et annullamus, viribusque, et effectu penitus, et omnino vacuamus, ac inductas, revocatas, cassatas, sublatas, abrogatas, irritas et annullatas, viribusque et effectu vacuas esse, et fore, nullique de caetero suffragari posse, vel debere in omnibus, et per omnia perinde ac si eaedem apostolicae literae nunquam editae, aut emanatae fuissent, auctoritate, et tenore praedictis decernimus, et declaramus. Volumus enim atque auctoritate, et tenore praedictis statuimus, in posterum, ac perpetuis futuris temporibus eamdem congregationem suis dumtaxat jam alias ab apostolica Sede approbatis constitutionibus, et statutis, vel legitimis consuetudinibus, et usibus regi, et gubernari debere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causae, propter quas praesentes emanarint, adductae, aut verificatae et justificatae fuerint, aut quavis alia etiam quantumlibet juri-

dica, pia, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, et substantiali, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, et facti remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memoratis Nostris, et Clementis, et Benedicti praedecessorum literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima decembris millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MLXXXIX.

Dat. die 6. jan. 1797. Anno XXII.

Constitutio qua facultas conceditur S. R. E. cardinalibus post obitum summorum pontificum eligendi et locum conclavis, et diem ingressus in illud pro rerum, ac temporum circumstantiis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Luget pontifex super infelicissimo Ecclesiae universalis statu, ac aerumnis quibus hodiernis temporibus sancta Sedes vexatur.

§. 1. Christi Ecclesiae regendae munus, etsi quotidianis, ac fere assiduis expositum semper fuit curis, tamen omnis Nostri pontificatus hactenus peractus cursus extraordinariis quibusdam, adeoque gravibus continenter agitatur sollicitudinum fluctibus, ut nulla humana vi, consilio, labore, nisi divinum adsit praesidium, eluctari posse videamur. Nunquam novae non cessabant procellae insurgere, instare timores, et pericula, ingruere damna, angustiae, calamitates tot jam expertis incomoda, nondum quiescendum Nobis, est, nondum haec secunda novitatum dolorumque tempora praeterierunt. Continuo vigilandum, cavendum, tolerandum, lugendum. Neque solum dolendum praesentibus est malis, sed futuris etiam, dubiis, ac formidolosis, et per preces ad Deum Nostras, et per qualescumque adhibere possumus conatus occurrendum. Atque utinam in tanta rerum humanarum vicissitudine, et in hac ancipiti, incertaque adversantium temporum conditione reperire nonnihil possimus, quo vexatis tandiu, turbatisque Ecclesiae rebus, fidelibusque populis aliquam quietis, consolationisque spem afferamus. Ideo nonnullorum pontificum praedecessorum Nostrorum exemplis insistentes animum ad ea nunc maxime convertimus, quae quotiescumque sancta haec Sedes vacaverit statim erunt peragenda: ejus nimirum implendae causa pontificia instabunt a Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus celebranda comitia, ex quibus summa sacrarum rerum momenta, ac futurus magna ex parte Ecclesiae status emanat. De hoc gravissimo novi pontificis eligendi negotio plurima praedecessores Nostri, suisque temporibus idonea sapientissime et invenerunt, et decreverunt. Sed novis incidentibus rebus nova parari iisdem debent, accomodarique consilia.

Concedit, ut in casu vacationis sanctae Sedis, conclave pro nova electione pontificis celebretur in loco destinando a majori parte

§. 2. Ante omnia erit fortasse de ipso comitiorum loco electoribus deliberandum, seu de amplo conclavi, in quod convenire omnes, ibique commorari usque ad novi pontificis creationem debebunt: num scilicet recedendum sibi tum sit a recepta jam consuetudine congrediendi in palatio ad sanctum Petrum

cardinalium praesentium.

(quemadmodum id ipsum superioribus saeculis aliquando contigit) causa vitandae insalubritatis aeris, num major ad commorandum quaerenda securitas, ac in ferendis suffragiis libertas, minorave ad instruendum de more conclave dispendia ob difficultates pecuniae ab aerario, vel ab electoribus impendendae, ac demum maturandae actionis necessitas, de qua mox dicturi peculiariter sumus, ad aliam non incommodam, rebusque ipsis opportuniorem seligendam sedem astringant? Nos idcirco ipsos cardinales a quocumque conclavis immutandi ambiguitate solutos, ac liberos esse volentes, eisdem, qui praesentes erunt potestatem facimus, ut quem vel si non omnes, at major eorum pars aptiorem locum, magisque tum sibi convenientem judicaverint in eumdem omnes commigrare debeant, nihilque obstare declaramus ejus actioni legitime peragendae in aliud conclave immigrationem.

Relaxat legem de ingrediendo conclavi post decem dies ab obitu pontificis, et cardinalibus praesentibus potestatem ampliandi vel restringendi terminum hujusmodi.

§. 3. Ipsae nunc rerum, ac temporum difficultates, quas vix sperare possumus tam facile converti posse in pristinam publicae quietis, securitatisque rationem, ut nihil impedimenti incidat ad retinendam alteram legem de die ingressus in conclave, qui praesentes erunt, cardinalium, quota nempe die post pontificiae sedis vacationem illi convenire, claudique ad peragendam electionem teneantur, admonent Nos ut post maturam deliberationem Nostram, quid sentiamus, quidque in posterum faciendum omni, quae oriri potest dubitatione ex animis sublata decernamus. Aliquot ante seculis invectam, retentamque deinceps illam fuisse consuetudinem novimus, quae multo magis invaluerat post constitutiones Gregorii X., Pii IV. Gregorii XV., aliorumque pontificum, et praesertim Clementis XII., qui in sua constitutione *Apostolatus officium* nullam expressam de illa mentionem fecit, sed generatim eamdem confirmat una cum reliquis, quae jam statuta erant a superioribus pontificibus: ut nimirum decima post pontificis obitum die, cardinales in conclave introire, in eoque clausi vacare electioni debeant. Hac lege illos ex conscientia teneri plerique canonistae affirmant, cum aequum justumque sit, ut absentes cardinales advenire intra decem dierum spatium valeant, neque tamen id spatii ob aliquorum absentiam prorogetur, cum major habenda videatur ratio, ne diutius Ecclesiae sine visibili capite, ac pastore suo remanendum sit. At incertae perturbatissimorum temporum necessitati num certa potest imponi lex? Quis nunc spondere posset in his humanarum rerum, quas experimur conversionibus non eventurum, ut quae initio statuta sunt tempora agendis gravissimis, ac maximis rebus, eadem plane oporteat vel contrahere interdum, vel contra proferre? Illam idcirco decem dierum consuetudinem, legemque relaxamus, liberumque permittimus, seu concedimus Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, qui praesentes erunt arbitrium, ut vel non expectato decimae diei ab apostolicae Sedis vacatione termino, in conclave convenientes praevisa impedimenta praeoccupent, omnem obrumpendo moram; videlicet si grave aliquod impedimentum immineat, aut ex erupturis inquieti populi tumultibus, aut ex incursionum, bellique timore, aut ex aliis similibus proximis calamitatum causis; vel contra, si illa ipsa impedimentorum gravitas praesto jam sit, suaque vi ingruens cuncta perturbare videatur, neque ullum tranquillitati, libertatique relinquat locum, erunt tum certe per eosdem cardinales illa dierum extendenda prorogandaque spatia, donec jam conversa tempestas paulatim elanguescat, et serenior rerum status effulgeat. Penes ipsos Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales vel in hanc partem, vel in illam, prout tempus tulerit, tum judicium potestatemque esse volumus decernendi de ingressu, idque vel si non omnes in unum consenserint, at omnes, in exequendo, majoris partis sententiae inhaerere teneantur.

Declarat vacationem legis locum habere debere tantum modo gravi suadente necessitate.

§. 4. Sin vero tranquilli erunt illi dies, et cuncta in tuto tamquam in portu, sine ulla mali suspicione constituta, tum ad praescriptae legis normam peragantur omnia, et consueti decem illi pro ingressu in conclave dies retineantur, quo non pauci, qui propius abfuerint cardinales advenire ad tempus valeant, omnisque abesse videatur tantae perficiendae rei festinatio, aut cunctatio, neque temere facta ullo modo videatur, sed ad maturitatem suam perducta legitimae electionis deliberatio. Si dies non otiose transigentur, cum interea plurima per cardinales expedienda sint negotia, persolvenda nempe quotidie defuncto pontifici officia, ac omne publicae regendae rei onus quod in ipsos recidet, sustinendum, caeteraque ad superiorum constitu-

tionum apostolicarum formas exigenda, quibus nihil a suo pondere per hanc Nostram detrahimus, quasque in suo integro vigore confirmamus; exceptis iis tantum, quae superius declaravimus; cum id ipsum durissima temporum conditio, atque ipsa catholici corporis incolumitas; quae ex suo capite potissimum in caetera membra dimanat, necessario postulabit. Non hic novae impositae sunt leges, sed nonnullae, quas fortasse rerum novarum rationibus minime convenientes, electionemque ipsam non tam impedientes pro illo casu non tam abolemus, quam relaxamus aliquantum, ac ipsis temporibus, quae incidere possunt, accomodamus, potestatem tam praesentibus, quam quandocumque futuris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus facientes, ut quoties apostolica Sedes vacaverit, inciderintque ea liberae electioni impedimenta, de quibus praesens difficillima rerum publicarum ratio Nos admonuit, nihil tum ipsi dubitent, aut formident arbitria sua extendere ad superius commemoratas immutandas, inflectendasque leges, si fieri posset, aut oportere eorum majori parte consentiente hisce Nostris literis permisimus, et includimus.

Indigitat methodum servandum post sui obitum.

§. 5. Itaque de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio, et assensu, deque apostolicae potestatis plenitudine volumus, et mandamus, ut post summorum pontificum obitum, statim in unum congregentur venerabiles fratres Nostri, qui praesentes erunt Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, interque se proposita conditione temporum consultent, ac decernant, vel de retinendo, vel de novo seligendo conclavis loco, nec non et vel de contrahendo, vel de proferendo in illud ingressus die; quodque major eorum pars censuerit, eo omnes teneantur, et sine ulla dubitatione usi superius decretis facultatibus procedant, Deo juvante, ad novi pontificis electionem.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 6. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati sive auditi fuerint; sed easdem praesentes literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter quoque observari debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non tollendo, ac tam Alexandri III., ac quam Gregorii X., et Clementis V., ac supradicti Pii IV., aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum circa electionem summi pontificis hactenus editis constitutionibus, et ordinationibus, earum omnium tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, quoad reliqua omnia, et singula in eis contenta; in suo robore permansura volumus, et mandamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, et apostolica auctoritate decernimus has Nostras literas in libellum redigi, aliisque praedecessorum Nostrorum constitutionibus adjungi; volentes etiam quod ipsarum praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum permissionis, relaxationis, dispensationis, indulti, facultatis, ordinationis, decreti, mandati, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, tertio kalendas januarii, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

MXC.

Dat. die 15. jan. 1796. Anno XXII.

Instante Ferdinando regio Hispaniarum infante bona ecclesiastica in ducatu Parmensi existentia subjiciuntur solutioni vectigalis imperandi pro solvenda contributione a Gallicis copiis imposita.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Declarat alias ecclesiae nonnullis extraordinariis oneribus ob temporum calamitates gravare debuisse.

§ 1. Postquam, divina sic disponente clementia, sed nullis Nostris suffragantibus meritis, catholicae Ecclesiae praesidemus, cum religionis, et reipublicae salus in discrimen adducta sit, concedere debuimus, ut ecclesiarum, et ecclesiasticorum bona alicui singulari oneri, seu tributo obnoxia essent, ut quemadmodum commune fuit discrimen, communia pariter essent incommoda, quae ad illud avertendum necessario extiterunt.

Refert immodicum tributum Gallicae copiae a ducatu Parmensi requisivisse.

§ 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectissimus in Christo filius Noster Ferdinandus regius Hispaniarum infans, quod cum alias, ineunte scilicet mense maji currentis anni Gallorum copiae inopinato in ducatum Parmensem irrupissent, ac immodicum, atque acerbissimum tributum irrogassent, dilecti filii antiani, seu magistratus civitatis Parmensis, ne civium bona hostiliter diriperentur, tum laicos, cum omnes omnino communitates, corpora, et individuos ecclesiasticos, non impetrata prius ab apostolica Sede necessaria venia, praefixus enim terminus solutionis urgebat nimis, quammaximas possent pecunias mutuas sibi dari in tributum hujusmodi coegerunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, magistratus praefatus nunc acceptum mutuum rependere intendat, ac grave nimis esset, quatenus laici dumtaxat hac de causa imperandum vectigal persolvere compellerentur: Nobis propterea memoratus Ferdinandus infans humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Solutioni tributi aequum esse declarat ut etiam ecclesiasticae personae subsint, loca pia, et caeteri qui de jure communi, vel ex privilegio exempti reputantur.

§ 3. Nos igitur ipsius Ferdinandi votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac singulas antianorum, seu magistratus praedicti personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore consentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, praevia eorumdem antianorum, seu magistratus a quavis censura, aut alia poena ecclesiastica, in quas propter praemissa ipsi incurrerunt, aut incurrisse dici, et censeri possunt, absolutione, et condonatione, motu proprio, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine in primis indictum, mutuum praefatum tenore praesentium confirmamus, et approbamus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, qui hisce desuper quomodolibet intervenerunt, supplemus, et sanamus: deinde motu, scientia, et potestate paribus earumdem praesentium tenore constituimus, praecipimus, et mandamus, ut omnia, et singula bona, praedia, fundi, agri, molendina, domus, nec non livelli, affictus, aut locationes, sive annuae sive perpetuae, aliique redditus cujuscumque generis, et conditionis etiam si sint primae erectionis, qui, et quae in praesens ecclesiastica immunitate gaudent, ad quascumque personas ecclesiasticas tam saeculares, quam regulares quibusvis privilegiis suffultas, ac munitas, et quacumque dignitate praeeminentes etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, ad quaecumque monasteria, conventus, collegia, hospitia, et alia pia loca saecularia, et regularia utriusque sexus etiam undecim congregationum, et universalis Romanae inquisitionis, quarumcumque militiarum etiam fratrum sancti Joannis Hierosolymitani, et equestris ordinis, seu militiae Constantinianae, nec non ad quascumque ecclesias, et mensas episcopales, abbatiales, conventuales, capitulares, et ad prioratus, praeceptorias, praepósituras, canonicatus, praebendas, et dignitates etiam majores, et principales, et alia quaecumque beneficia ecclesiastica etiam de jure patronatu, ac ad Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales quocumque jure, ac titulo spectantes, seu spectantia in ducatu Parmensi existentes, seu existentia vectigali in restitutionem dictarum mutuatarum pecuniarum a memoratis antianis, seu magistratu imperando obnoxii, seu obnoxia, subjecti, seu subjecta, ac obligata sint, in omnibus, et per omnia perinde ac si eadem bona, praedia, fundi, agri, molendina, domus, nec non livelli, affictus, seu locationes annuae sint, vel perpetuae, caeterique redditus quicumque, cujusque generis, et conditionis etiam primae erectionis nulla ecclesiastica immunitate gauderent, atque ad ecclesias, monasteria, conventus, capitula, aliaque loca pia, atque ecclesiastica, personas praedictas nullo modo spectassent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, collegiorum, et locorum piorum, ac ordinum, congregationum, societatum, militiarum, hospitiorum, aliorumque praedictorum, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, stabilimentis, et usibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, ac literis apostolicis eisdem ecclesiis, monasteriis, collegiis, hospitiis, conventibus, et locis piis, ac ordinibus, congregationibus, societatibus, militiis, ac aliis praedictis, illorumque praesulibus, capitulis, abbatibus, aliisque superioribus, et personis quibuslibet etiam in limine fundationis, et erectionis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac plenissime derogatum esse statuimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Poenae adversus inobedientes.

§. 6. Volumus autem, ut si quis ex dictis ecclesiasticis tam saecularibus, quam regularibus in solutione ratae suae portionis imperandi vectigalis praedicti morosus detegatur, aut praesentibus Nostris literis parere recuset, ordinarius loci juxta stylum in ducatu Parmensi hactenus servatum apponat — exequatur — ordinibus a praedicto magistratu expeditis absque ullo examine, et exceptione, ut morosi, aut recusantes hujusmodi omni, et quacumque appellatione, reclamatione, recursu, excusatione, tergiversatione remotis, et pospositis ad solvendam ratam portionem vectigalis hujusmodi opportunis juris, et facti remediis cogantur, et compellantur. Nos enim venerabilibus fratribus episcopis, caeterisque locorum ordinariis in praedicto ducatu Parmensi jurisdictionem habentibus has praesentes Nostras literas, et omnia in eis contenta auctoritate Nostra apostolica exequendi, ac exequi mandandi plenam, et amplam facultatem auctoritate praedicta earumdem praesentium tribuimus, et impertimur. Caeterum volumus pariter, ut juxta piae memoriae Clementis pp. V. praedecessoris Nostri in concilio Viennensi editam constitutionem, calices, libri, caeteraque ornamenta ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, et beneficiorum, ac piorum locorum sub praesentibus comprehensorum divino cultui dicata; aliave suppellex ecclesiastica causa pignoris, vel alias occasione exactionis, et solutionis contributionis, seu vectigalis, seu tributi hujusmodi nullatenus capiantur, distrahantur aut quomodolibet occupentur.

Declaratio specialis favore nosocomii de Misericordia.

§. 7. Volumus praeterea, ut quae pro subventione nosocomii de Misericordia nuncupati civitatis Parmensis per alias Nostras in simili forma brevis die decima nona aprilis labentis anni expeditas literas disposita fuerunt, salva omnino, et illaesa subsistant, ita ut ei, aut ex noviter imperando vectigali, aut aliter consulendum sit: utque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Dat. die 14. an. 1797. Anno XXII.

MXCI.

Concessio juris privativi condendi aquam ardentem facta favore comitis Massara Trientini.

Girolamo della Porta della Santità di Nostro Signore, e sua R. C. Apostolica tesoriere generale, commissario generale del mare, e prefetto di castel s. Angelo.

R. P. D. thesaurarius declarat chirographum pro executione recepisse.

§. 1. La Santità di Nostro signore papa Pio VI. felicemente regnante sempre ferma nella massima di favorire l'industria delle arti si è degnata di accogliere l'utile progetto umiliato dal sig. cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro di Trento, il quale si è esibito di fabbricare entro lo stato una perfetta acquavite estratta dalle vinacce, avendo benignamente accordato al medesimo con suo chirografo segnato li 14. gennajo del corrente anno la facoltà di poter privativamente per lo spazio di anni dodici erigere una tale fabbricazione ristrettivamente però alle sole provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, e Sabina, e Patrimonio, cogli stati di Castro, e Ronciglione, e colle condizioni contenute nell'accennato chirografo del tenore seguente cioè:

Monsignor Girolamo della Porta Nostro, e della Nostra Camera tesoriere generale.

Tenor chirographi.

§. 2. L'influenza grande, che ha l'industria delle arti su la privata, e pubblica opulenza, fino dal primo Nostro innalzamento al trono pontificio ha interessate le Nostre più speciali cure a favorire, e proteggere tutte le particolari diramazioni dell'industria stessa, e particolarmente quelle, le quali col servire all'interno consumo potevano formare ancora un oggetto di vantaggioso commercio cogli esteri. Fra queste ottiene senza dubbio uno dei primi luoghi la fabbricazione delle acquavite, essendo essa uno dei generi della vita più necessarj ai diversi usi, e di uno smercio il più sicuro, ed esteso; e a tal'oggetto fino dall'anno 1786. ci applicammo ad estenderne, ed incoraggirne la fabbricazione avendo con Nostro moto proprio in data delli 16. settembre di detto anno abolita perpetuamente la gravosa tassa di bajocchi cinquanta che dal tribunal delle Strade si esigeva in addietro sopra ogni barile di acquavite che si fabbricava nell'agro Romano, e circonvicine provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, Umbria, e Patrimonio, e che ferendo una tale industria nella stessa sua sorgente l'avea pressochè del tutto annientata. E secondando al presente queste medesime viste, e lo stesso intenso desiderio di favorire tale interessantissimo ramo d'industria, abbiamo creduto di non trascurare una supplica recentemente umiliataci per parte del cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro di Trento, colla quale esponeva l'utile grande, che sarebbe per derivare ai Nostri dominii qualora in essi s'introducesse il metodo di estrarre l'acquavite col mezzo delle vinacce; e che possedendo egli il metodo sicuro di tale fabbricazione, si esibiva di intraprenderla a tutte sue spese non richiedendo in compenso del vantaggioso suo progetto, che il solito incoraggimento di una temporanea privativa.

Ratio concessionis.

§. 3. Noi abbiamo difatti veduto, anche in seguito di quanto ci avete voi rappresentato nel riferirci la supplica stessa, che una tale fabbricazione riuscirebbe molto vantaggiosa, giacchè in proporzione del quantitativo delle vinacce, che s'impiegherebbero nella fabbricazione anzidetta verrebbe a risparmiarsi altrettanto quantitativo di vino, beneficio, che si renderebbe tanto più rimarcabile in quelle stagioni, che non di rado si provano di scarsezza di uve, mentre allora non si sarebbe obbligati di desistere dalla fabbricazione delle acquavite stesse, o per lo meno di diminuirla, come succede ora nei luoghi nei quali è sconosciuto il progettato metodo di servirsi delle vinacce.

Tenor concessionis.

§. 4. Perciò affine di dare al prefato cavaliere Massara di Sannazzaro un contrassegno non solo del benigno Nostro gradimento per il proposto suo utile progetto, ma eziandio per fargli sentire gli effetti del sovrano Nostro favore, e protezione, col mezzo del presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il tenore della supplica stessa umiliataci dal ricorrente suddetto non meno, che di quanto ci è stato da voi dedotto sul proposito stesso nell'udienza delli 14. dicembre scaduto, e di qualunque altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi, di moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema podestà aderia-

mo benignamente all' istanza dell' enunciata richiesta privativa ristrettivamente però soltanto alle provincie suburbane di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio cogli stati di Castro, e Ronciglione, e nel modo, e colle condizioni, che indicheremo in appresso cioè.

Declaratio concessionis.

§. 5. E primieramente diamo, e concediamo al riferito cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro, conforme voi in nome Nostro darete, e concederete al medesimo la facoltà di potere privativamente ad ogni altra persona fabbricare in tutta la estensione delle predette Nostre provincie suburbane di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e patrimonio, cogli stati di Castro, e Ronciglione ogni sorte di acquavite col mezzo delle vinacce. Una tale concessione però intendiamo, che venga limitata, e ristretta al lasso di anni dodici solamente da incominciare a decorrere dalla data del presente Nostro chirografo in modo che terminati appena li predetti anni dodici della presente concessione cessi affatto la privativa medesima, e resti allora in libertà non solo del predetto cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro, ma di qualunque altra persona ancora il fabbricare senza impedimento alcuno la surriferita acquavite col mezzo delle vinacce.

Sanctio poenalis ne concessum jus privativum aliorum facto subvertatur.

§. 6. Durante però la detta privativa, e per il lasso suddetto di anni dodici niuna persona ancorchè ecclesiastica privilegiata, privilegiatissima, ed ancorchè per comprenderla fosse bisogno di farne espressa, ed individua menzione potrà in niun luogo delle suddette provincie suburbane, e stati di Castro, e Ronciglione fabbricare, e distillare veruna benchè minima quantità della suddetta acquavite da ricavarsi dalle vinacce, sebbene non si facesse per commercio, ma soltanto per uso proprio, sotto pena della perdita del genere fabbricato, non meno, che degli ordegni, stigli, macchine, oltre la rifazione de' danni, ed interessi a favore del nominato privatario, ed altre pene pecuniarie, ed anche afflittive del corpo, che voi credeste necessarie di comminare.

Conditiones concessioni adjectae.

§. 7. Nell' accordare peraltro una sì fatta concessione non intendiamo di dare al privatario stesso alcun benchè minimo diritto di prelazione nell' acquisto delle vinacce, che debbono servire di principale ingrediente alla sua nuova manifattura, ma vogliamo, che prosegua a restare in piena libertà dei rispettivi proprietarj de' terreni di farne quell' uso, che più a loro piacerà, come pure che facendosene la vendita, debba il suddetto privatario convenire con essi del prezzo. E parimenti nell' accordare l' enunciata privativa intendiamo che resti intiero, e libero l' esercizio della medesima fabbricazione dell' acquavite col mezzo delle vinacce a chiunque non ostante le prese informazioni sulla attuale mancanza della fabbricazione stessa nel termine di tre mesi dalla pubblicazione del presente Nostro chirografo legittimamente, e nelle debite forme provasse avanti di voi di avere con effetto prevenuto il più volte nominato cavaliere Jefte Massara privatario nella fabbricazione dell' acquavite medesima distillata col mezzo delle vinacce, e purchè provi nella stessa valida forma di esserne attualmente in esercizio collo spaccio, e vendita del genere stesso da lui manifatturato, senza le quali prove non si ammetterà nelle surriferite provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio cogli stati di Castro, e Ronciglione verun' altra concorrenza di fabbrica in pregiudizio della presente concessione, e durante il tempo come sopra di anni dodici.

Reservatio favore aliorum mercatorum.

§. 8. Richiedendo poi l' utile pubblico, che le privative in genere siano ristrette alla sola fabbricazione dei generi, e che non si attendano eziandio alla vendita, giacchè in questa guisa degenererebbero esse in aggravio, ed in monopolio più dannoso della mancanza stessa del genere manifatturato, perciò per secondare anche in questo incontro una tale massima, che abbiamo costantemente seguita in tutte le altre consimili concessioni, vogliamo, e stabiliamo, che anche durante la presente privativa, e non ostante la medesima debba essere a chiunque permesso nelle ridette Nostre provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio, cogli stati di Castro, e Ronciglione introdurre, contrattare, e vendere come in passato, tanto l' acquavite fabbricata col solito antico metodo della distillazione del vino sia questa fabbricata in qualunque altra parte de' Nostri dominj, ossia di estera provenienza, quanto ancora l' acquavite, che col mezzo delle vinacce venisse fabbricata, tanto in esteri dominj, quanto nelle altre parti del Nostro stato non comprese nel-

la presente privativa. E perchè dalla stessa presente concessione si ottenga l'effetto, a cui essa è diretta, sarà obbligato il più volte nominato cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro, e chiunque avrà causa da lui d'intraprendere effettivamente a tutte sue spese la fabbricazione predetta dell'acquavite col mezzo della distillazione delle vinacce nello spazio di un anno dalla data del presente Nostro chirografo, passato il qual termine, e non avendo esso messo in attività una tale fabbricazione, ovvero dopo messa in esercizio lasciandola sospesa per lo spazio di un anno decada ipso facto, e s'intenda decaduto da ogni privativa, come se mai non gli fosse stata accordata; e resti allora in libertà di chiunque ancorchè non terminati gli anni dodici della presente concessione d'intraprendere la fabbricazione del genere medesimo.

Impositio canonis Massario solvendi.

§. 9. E finalmente in recognizione della presente concessione vogliamo, che il detto cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro debba in ogni anno durante il detto tempo di anni dodici pagare alla Nostra camera nella vigilia, o festa dei gloriosi apostoli santi Pietro, e Paolo nella solita camera dei tributi una libbra di cera bianca lavorata con far preventivamente descrivere la partita nei libri de' censi, altrimenti mancando anche per una sol volta al detto pagamento decada immediatamente dalla presente grazia, e si abbia come non concessa in conformità in tutto, e per tutto della Bolla di Gregorio XIII. Nostro predecessore contro *non solventes canones*.

Praeceptum de stipulando instrumento concessionis.

§. 10. E per l'effetto di quanto Noi abbiamo di sopra ordinato e disposto ne stipolerete a favore di detto cavaliere Jefte Massara di Sannazzaro pubblico istromento coi sopradescritti patti, e con tutte quelle altre condizioni, riserve, ed obblighi, che crederete opportuni; concederete inibizioni, pubblicherete editti anche penali, e farete tutt'altro che per l'esecuzione della presente Nostra grazia stimerete necessario, essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 11. Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo sebbene non ammesso, nè registrato in camera e nei suoi libri a tenore delle disposizioni di Pio papa IV. Nostro predecessore abbia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrezione, orrezione, o altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ancorchè non siano stati chiamati, nè sentiti, il commissario della Nostra camera, o altri, che vi avesse, o pretendesse aversi interesse: e così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse giudicarsi, ed interpetrarsi da qualunque giudice, e tribunale, ancorchè collegiale, e composto di reverendissimi cardinali, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà di giudicare diversamente, non ostante la detta costituzione di Pio papa IV. de registrandis, la regola della Nostra cancellaria de jure quaesito non tollendo, e qualsisiano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali cose tutte, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto ampiamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 14. novembre 1797.

Pius PP. VI.

§. 12. In esecuzione pertanto, e per il più esatto adempimento della enunciata sovrana disposizione ordiniamo, e comandiamo, che tutte e singole persone niuna eccettuata intieramente si uniformino a quanto viene prescritto nel sullodato chirografo, nè ardischino sotto qualsivoglia pretesto, o ricercato colore defraudare il nominato sig. cav. Jefte Massara di Sannazzaro con fabbricare durante il tempo della conceduta privativa in verun luogo delle suddette provincie di Marittima, e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio, negli stati di Castro, e Ronciglione qualunque più piccola quantità di acquavite col mezzo delle vinacce. Executio.

§. 13. Avverta quindi ognuno di puntualmente obbedire a quanto viene di sopra ordinato, mentre i trasgressori, contro de' quali si procederà con tutto il rigore anche per inquisizione, ed ex officio, e in ogni altro modo più comodo al fisco, oltre la perdita degli stiglj, e tutt'altro, che s'intenderà caduto in commissum saranno irremissibilmente puniti colla pena di scudi cinquanta da distribuirsi per un terzo all'accusatore, che sarà tenuto segreto, per un terzo al tribunale, che procederà, e per l'altro terzo a favore degli in- Sanctio poenalis.

traprendenti, e con altre pene anche corporali ad arbitrio.

Ed il presente nostro editto affisso, e pubblicato in questa dominante, e nelle città principali dello stato Ecclesiastico obbligherà ciascuno come se personalmente gli fosse stato intimato.

Dato dal palazzo di Monte Citorio nostra solita residenza questo dì 28. marzo 1797.

G. Della Porta tesoriere generale.

G. Sperandini commiss. gen. della R. C. A.

Niccola Nardi secret. e canc. della R. C. A.

Dat. die 24. jan. 1797 Anno XXII

MXCII.

Concessio altaris privilegiati pro fratribus ordinis sancti Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio rerum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius frater Ambrosius a Barchinone fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum expresse professus secretarius generalis, ac custos provinciae Catalauniae, quod missionarii ordinis, et provinciae hujusmodi immediate ante, vel statim post unamquamque ex respective per ipsos in dicta provincia peragendis missionibus solemne anniversarium in suffragium fidelium defunctorum celebrari curant: plurimum propterea cupit, ut missas in dictis anniversariis celebrandas coelestium munerum, quorum dispensationem fidei Nostrae credidit Altissimus, elargitione a Nobis condecorari.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; ut omnes, et singulae missae, quae die uniuscujusque ex praefatis anniversariis a quocumque sacerdote saeculari, vel cujusvis ordinis, congregationis, et instituti regulari pro anima cujuscumque christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad quodcumque altare tam illius ecclesiae, in qua anniversarium hujusmodi celebrari contingat, quam aliarum ecclesiarum existentium in civitate, vel oppido in qua, seu quo missiones peragentur, celebrabuntur, animae, seu animabus, pro qua, seu quibus celebratae fuerint, perinde suffragentur, ac si ad altare privilegiatum fuissent celebratae auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publicis subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Digitized by Google

ANNO VIGESIMO TERTIO

MXCIII.

Dat. die 6. febr. 1797. Anno XXIII.

Extensio indulti absendi pro beneficiatis parochialis ecclesiae s. Mariae a Mari Barchinonensis dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii nonaginta beneficiati parochialis ecclesiae beatae Mariae Virginis a Mari nuncupatae civitatis Barchinonensis, quod ab anno usque millesimo trigesimo secundo a vicario capitulari ecclesiae Barchinonensis tunc vacantis ob assiduum debitum illorum servitium obtinuerunt, ut quatuor in singulos menses exceptis solemnioribus tunc expressis diebus, ac majori hebdomada ab ecclesia praedicta abesse libere, ac licite possent, itaut ipsi interim omnes, et singulos fructus, distributiones, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque ad eos ratione suorum beneficiorum respective spectantia, si in eadem ecclesia personaliter residerent singulis matutinis, ac vespertinis horis canonicis, caeterisque officiis divinis assidue interessent, obvenientia cum ea integritate percipere possent, cum qua fructus, ac emolumenta hujusmodi perciperent, si in eadem ecclesia personaliter residerent, singulisque horis canonicis, atque officiis divinis in ea recitari, ac celebrari solitis interessent. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat paucis super illorum dimidiam partem indulto hujusmodi uti possint, quamvis omnes ecclesiae praedictae assiduum servitium praestent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati eisdem exponentibus, ut octo quot mensibus ab eadem parochiali ecclesia exceptis solemnioribus, caeterisque diebus, qui in primo indulto praedicto fuerunt exceptis, abesse, atque interim omnia, et singula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque ad eos ratione sui cujusque beneficii praedicti spectantia, si in eadem ecclesia personaliter residerent, singulisque matutinis, et vespertinis horis canonicis, caeterisque officiis divinis in ea recitari, et celebrari solitis assidue interessent, obvenientia cum ea integritate percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem convertere possint, et valeant, cum qua eas, et illa perciperent, si ut praefertur, in dicta ecclesia personaliter residerent, singulisque matutinis, et vespertinis horis canonicis, caeterisque officiis divinis, ac functionibus inibi celebrari solitis interessent, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Mandantes propte-

Digitized by Google

rea omnibus, et singulis, ad quos spectat, vel in futurum spectabit, fructuum, et distributionum hujusmodi traditio, ut in virtute sanctae obedientiae statim visis praesentibus omnia, et singula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque, nec non distributiones hujusmodi, ac etiam ea, quae per praesentes dumtaxat lucrari possunt omni mora, et dilatione posthabita, octo beneficiatis praedictis, seu illorum legitimo procuratori juxta tenorem praesentium realiter, et cum effectu tradant, et consignent, seu ab aliis tradi, et consignari curent, et faciant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Ac decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae parochialis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis, clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta februarii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MXCIV.

Dat. die 9. febr. 1797. Anno XXIII.

Instante rege Sardiniae tribuitur facultas archiepiscopo Taurinensi supprimendi octo domus canonicales canonicorum regularium congregationis Lateranensis ordinis sancti Augustini, tres domus clericorum regularium congregationis ministrantium infirmis, et duos conventus fratrum ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum intra ditionem eidem regi subjectam existentes.

Venerabili fratri Carolo Aloisio archiepiscopo Taurinensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Emmanuel Sardiniae rex illustris, quod quamvis inter caetera, quae per alias Nostras in simili forma Brevis die decima octava julii mox praeteriti anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti ei indulsimus, ut monasteria, seu conventus intra suam ditionem consistentes, in quibus saltem octo fratres seu monachi continuo non commorantur supprimi, atque extingui possent, ei concesserimus; quapropter tibi, caeterisque venerabilibus fratribus archiepiscopis, atque episcopis intra ditionem eidem Carolo Emmanueli regi subjectam jurisdictionem habentibus totam hujus negotii exequutionem sub certis tunc expressis conditionibus, et modis commiserimus, prout in eisdem Nostris literis uberius continetur. Cum tamen dilecti filii canonici regulares congregationis Lateranensis ordinis s. Augustini, qui in variis tuae regiae ditionis dioecesibus octo domus canonicales, seu monasteria possident, quarum plurima ob minimum canonicorum regularium hujusmodi numerum in eis commorantium, in vim indulti praedicti supprimenda; et extinguenda essent intellexerint, nisi difficillime sui ordinis, et congregationis statuta

post haec custodiri, ac retineri posse, hinc in capitulum coacti eidem Carolo Emmanueli regi supplices preces obtulerunt, ut a Nobis, et ab apostolica Sede omnimoda domorum canonicalium, seu monasteriorum hujusmodi suppressionem, nec non omnium alumnorum ejusdem ordinis, et congregationis in eis commorantium ad statum presbyteri saecularis translationem impetrasset; cumque praeterea a superioribus trium domorum clericorum regularium congregationis ministrantium infirmis, ac duorum conventuum fratrum ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum memoratus Carolus Emmanuel rex cognoverit, plures ex illis aetate provectos, atque valetudine infirmos esse, nullamque spem affluere, ut brevi tot ad suum cujusque ex dictis ordinibus regularem habitum admitti possint, quod ad suorum respective disciplinam servandam necessarii forent, eaque propter quamvis numero plures, quam octo in suis respective domibus, ac conventibus clerici regulares, ac fratres praedicti degant, tamen ob peculiares causas uberes fructus, qui secus sperari possent, proferre non valeant, hinc dictus Carolus Emmanuel rex, non solum domus canonicales ordinis, et congregationis Lateranensis, sed etiam domus dictorum clericorum regularium, ac conventus ordinis praedicti per Nos supprimi, atque extingui, illorumque alumnos ad statum presbyteri saecularis, seu laici, transferri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum Carolum Emmanuelem regem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac canonicorum, et clericorum regularium, ac fratrum praedictorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae, de cujus prudentia, zelo, fide, ac summa in rebus gerendis dexteritate confidimus, per praesentes committimus, ac mandamus, ut tum octo domus canonicales, seu monasteria canonicorum regularium congregationis Lateranensis ordinis sancti Augustini, tum tres domus clericorum regularium congregationis ministrantium infirmis, cum demum duos conventus fratrum ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum intra ditionem eidem Carolo Emmanueli subjectam respective existentia auctoritate Nostra apostolica perpetuo supprimas, et extinguas, ac perpetuo suppressa, et extincta esse, et fore, statuas, atque decernas. Bona vero, jura, et actiones ad easdem domus, monasteria, ac conventus respective pertinentia in arbitrium ac dispositionem dicti Caroli Emmanuelis regis juxta memoratarum Nostrarum literarum tenorem permittas: ecclesias vero in usum, ac dispositionem episcoporum, intra cujus dioecesim, domus, monasteria, ac conventus hujusmodi sita sunt, concedas.

Providetur fratribus ut honeste extra claustrum vitam agere valeant.

§. 3. Omnibus vero canonicis, ac clericis regularibus, nec non fratribus praedictis tum sacerdotibus, tum conversis, seu laicis in dictis domibus, monasteriis, ac conventibus, nunc commorantibus, assignata eis, et cuilibet eorum congrua pensione arbitrio tuo praefigenda, dummodo tamen pro sacerdotibus taxationem synodalem superet, ex fructibus, redditibus, ac proventibus domorum, seu monasteriorum, ac conventuum praedictorum persolvenda, facultatem in saeculo extra eorumdem suorum ordinum, seu congregationum claustra in habitu presbyteri saecularis, si fuerint sacerdotes, vel in habitu saeculari, si laici, seu conversi, retento tamen interius aliquo sui habitus regularis signo, ac servatis quoad substantialia, et quantum in eo statu commode fieri potest, regularibus per eos in suis respective ordinibus, ac congregationibus emissis votis sub ordinarii gratiam, et communionem Sedis apostolicae habentis, in cujus respective dioecesi illos pro tempore morari contigerit, plenaria jurisdictione, et obedientia perpetuo vivendi, et permanendi, nec non in suis sacris ordinibus, et in altaris ministerio, dummodo nullum eis obstet canonicum impedimentum cum debita ordinariorum licentia ministrandi auctoritate praedicta tribuas, atque impertiaris. Nos enim tibi omnem, et quamcumque ad praemissa omnia faciendi, exequendi, et exequi mandandi necessariam, et opportunam facultatem auctoritate, et tenore praefatis concedimus, et indulgemus.

Digitized by Google

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinum, et congregationum praefatorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona februarii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MXCV.

Dat. die 24. febr. 1797. Anno XXIII.

Publicatio tractatus pacis initi cum republica Gallicana, et servandi in ditione Pontificia.

NOTIFICAZIONE

Praeceptum de servandis, et exequendis conventionibus initis.

§. 1. Il tenore del trattato di pace definitiva stabilito, e concluso fra Sua Santità, e la republica Francese, come fu prevenuto il pubblico con notificazione di jeri, è quello, quale si legge riportato in tutta la sua estensione appresso della presente notificazione. Non dubita pertanto la Santità Sua, che li suoi amatissimi sudditi e concorreranno senza ritardo a soddisfare quelle contribuzioni, che dovranno indispensabilmente imporsi per adempire le condizioni del trattato suddetto, ed osserveranno religiosamente il dovere, che corre loro di risguardare, considerare, e trattare, come fu accennato appunto nell' enunciata notificazione. li rappresentanti, sudditi, e nazionali francesi, qual' individui di una potenza in pace, onde la podestà pubblica non sia costretta ad esercitare il rigore delle leggi non meno generali, che particolari emanate contro quelli che ardissero in qualsivoglia maniera insultarli, o offenderli.

Data dalle stanze del palazzo apostolico Vaticano, questo di 24. febbrajo 1797.

I. card. Busca.

TRAITÉ DE PAIX

entre le Pape et la Republique Française.

Son eminence le cardinal Mattei.
Mr. Caleppi.
Mr. le duc Braschi.
Mr. le marquis Massimi.
Plenipotentiaires de Sa Sainteté.
Le général en chef Bonaparte commendant l' armée d' Italie.
Le C. Cacault agent de la Republique Française en Italie, plenipotentiaires chargés

TRATTATO DI PACE

tra il Papa e la Republica Francese.

Tenor conventionum initarum.

§. 2. Sua eminenza il card. Mattei.
Monsig. Caleppi.
Il sig. duca Braschi.
Il sig. march. Massimi.
Plenipotenziarj di Sua Santità.
Il generale in capite Bonaparte comandante dell' armata d' Italia
Il cittadino Cacault agente della Republica Francese in Italia, plenipotenziarj incari-

Digitized by Google

des pouvoirs du directoire executif, sont convenus des articles suivans.

ARTICLE I.

Il y aura paix, amitié, et bonne intelligence entre le pape Pie VI. et la republique Française.

ARTICLE II.

Le pape revoque toute adhésion, consentement, et accession patente, ou secrète par lui donnée à la coalition armée contre la republique Française, à tout traité d'alliance offensive, ou deffensive avec quelque puissance, ou etat que ce soit. Il s'engage à ne fournir, tant pour la guerre actuelle, que pour les guerres avenir à aucune des puissances armées contre la republique Française aucun secours en hommes, vaisseaux, armes, munitions de guerre, vivres, et argent à quelque titre, et sous quelque denomination, que ce puisse être.

ARTICLE III.

Sa Saintetè licenciera dans cinq jours après la ratification du prèsent traitè les troupes de nouvelle formation, ne gardant que ces regimens existens avant le traité d'armistice signè a Bologne.

ARTICLE IV.

Les vaisseaux de guerre, ou coursaires des puissances armées contre la republique, ne pourront entrer, et encore moins séjourner. pendant la présente guerre dans le ports, et rades de l'etat Ecclesiastique.

ARTICLE V.

La Republique Française continuera à jouir, comme avant la guerre de tous les droits, et prèrogatives, que la France avoit a Rome; et sera en tout traitée comme les puissances les plus considerées, specialement à l'ègard de son ambassadeur, ou ministre, et des consuls, et vice-consuls.

ARTICLE VI.

Le pape renonce purement, et simplemente a tous les droits, qu'il pourrait prétendre,

cati de' poteri del direttorio esecutivo sono convenuti negli articoli seguenti.

ARTICOLO I.

§. 3. Vi sarà pace, amicizia, e buona intelligenza tra il papa Pio VI., e la Republica Francese.

De pace servanda.

ARTICOLO II.

§. 4. Il papa revoca ogni adesione, consenso e accessione palese, o segreta da lui data alla coalizione armata contro la Republica Francese, ad ogni trattato d'alleanza offensiva e difensiva con qualsivoglia potenza o stato. Egli si obbliga a non somministrare tanto per la guerra attuale, che per le guerre avvenire ad alcuna delle potenze armate contro la Republica Francese verun soccorso in truppe, vascelli, armi, munizioni da guerra, viveri, e denari per qualunque titolo, o sotto qualunque denominazione che possa essere.

De recessu pontificis a foedere inito cum aliis principibus in damnum reip. Gallicae.

ARTICOLO III.

§. 5. Sua Santità licenzierà dentro cinque giorni dopo la ratifica del presente trattato le truppe di nuova erezione, non ritenendo che que' reggimenti, i quali esistevano prima del trattato d'armistizio firmato a Bologna.

De dimissione copiarum novissime collectarum.

ARTICOLO IV.

§. 6. I vascelli da guerra o corsarj delle potenze armate contro la republica non potranno entrare, e ancor meno dimorare, durante la presente guerra, nei porti, e rade dello stato ecclesiastico.

De vetito ingressu navium in portus pontificiae ditionis.

ARTICOLO V.

§. 7. La Repubblica Francese continuerà a godere come prima della guerra di tutti i diritti, e prerogative che la Francia aveva in Roma, e sarà trattata in tutto come le potenze le più considerate, specialmente riguardo al suo ambasciadore o ministro, e ai consoli, e vice-consoli.

De privilegiis, et praerogativis a Gallis Romae fruendis.

ARTICOLO VI.

§. 8. Il papa rinunzia puramente, e semplicemente a tutti i dritti, che potrebbe pre-

Renunciatio civitatis Avenionen-

Digitized by Google

sur les villes et territoires d'Avignon, le comté Venaissin, et ses dependances, et transporte, cede, et abandonne les dits droits à la Republique Française.

Article VII.

Le pape renonce également à perpetuité, cede, et trasporte à la republique Française tous ses droits sur les territoires, connus sous le nom de legations de Bologne, de Ferrare, et de la Romagne; il ne sera portée aucunne atteinte à la religion catholique dans les susdites legations.

Article VIII.

La ville, cittadelle, et les villages formant le territoire de la ville d'Ancone resteront a la Republique Française jusqu' à la paix continentale.

Article IX.

Le pape s'oblige pour lui, et ceux, qui lui succederont à ne transporter a personne les titres des seigneuries attachés au territoire par lui cedé à la Republique Française.

Article X.

Sa Sainteté s'engage a faire payer, et delivrer à Foligno au tresorier de l'armé Française avant le 15 du mois de ventose courrant (le 5. mars 1797. (v. s.) la somme de quinze millions de livres tournoises de France, dont dix millions en numeraire, et cinq millions en diamans, et autres effets precieux, sur celle d'environs seize millions, qui restent dûs suivant l'article 9. de l'armistice signé a Bologne le 5. messidor an quatrieme, et ratifié par Sa Sainteté le 27. juin.

Article XI

Pour acquitter definitivement ce qui restera a payer pour l'entiere execution de l'armistice signé a Bologne, Sa Sainteté fera fournir à l'armée huit cent chevaux de cavalerie enharnachés, huit cent chevaux de traits, des boeufs, et des buffes, et autres objets produits du territoire de l'Eglise.

tendere sopra le città, e territorj di Avignone, contado Venaisino, e sue dipendenze, e trasferisce, cede, e abbandona i dritti suddetti alla Repubblica Francese. sis, et comitatus Venaisini.

Articolo VII.

§. 9. Il papa rinunzia similmente per sempre, cede, e trasferisce alla repubblica francese tutti i suoi dritti sopra i territorj conosciuti sotto il nome di legazioni di Bologna, di Ferrara, e della Romagna. Non sarà fatta alcuna innovazione alla religione cattolica nelle suddette legazioni. Similia territorii positi in legationibus Bononiae, Ferrariae, et Romandiolae.

Articolo VIII.

§. 10. La città, cittadella, e i villaggi che formano il territorio della città di Ancona, resteranno alla repubblica francese fino alla pace continentale. Occupatio civitatis et arcis Anconae conceditur usque ad pacem generalem.

Articolo IX.

§. 11. Il papa s'obbliga per se, e i suoi successori a non trasferire ad alcuni i titoli delle signorie annessi al territorio da lui ceduto alla Repubblica Francese. De conservatione titulorum pro dominationibus cessis.

Articolo X.

§. 12. Sua Santità si obbliga di far pagare, e consegnare in Foligno al tesoriere dell'armata francese prima de' 15. del mese di ventoso corrente (li 5. marzo prossimo) la somma di quindici milioni di lire tornesi di Francia, de' quali dieci milioni in contanti, e cinque milioni in diamanti, e altri effetti preziosi per conto della somma di circa sedici milioni che restano di debito secondo l'articolo 9. dell'armistizio firmato a Bologna li 5. messidoro, an. 4., e ratificato da Sua Santità li 27. giugno. Solutiones a pontifice faciendae.

Articolo XI.

§. 13. Per soddisfare definitivamente ciò che resterà a pagarsi per l'intera esecuzione dell'armistizio segnato a Bologna, Sua Santità farà somministrare all'armata ottocento cavalli di cavalleria bardati, ottocento cavalli da tiro, bovi, bufali, ed altri oggetti prodotti del territorio della Chiesa. De equis, bovibus, et bubalis ab eodem pontifice subministrandis.

Digitized by Google

ARTICLE XII.

Independamment de la somme énoncée dans les deux articles précédens, le pape payera à la Republique Française en numeraire, diamans, et autre valeur, la somme de 15. millions des livres tournoises de France, dont dix milions dans le courant du mois de mars; les cinq millions dans le courant du mois d'avril prochain.

ARTICLE XIII.

L'article 8. du traité d'armistrice, signé à Bologne, concernant les manuscripts, et objets d'art, aura son execution entière à la plus prompte possible.

ARTICLE XIV.

L'armée Francaise évacuera l'Umbria, Perugia, Camerino, aussitôt que l'article 10. du présent traité sera executé, et accompli.

ARTICLE XV.

L'armée Francaise évacuera la province de Macerata, à la réserve d'Ancone, de Fano, et de leur territoire, aussitôt que les cinq premiers milions de la somme mentionnée à l'article 12. du present traité auront été payés et delivrés.

ARTICLE XVI.

L'armée Francaise évacuera la territoire de la ville de Fano, et le duché d'Urbin, aussitôt que les cinq seconds milions de la somme mentionnée à l'article 12. du présent traité auront été payés, et delivrés, et que les articles 3. 10. 11. et 13. du présent traité auront été executés. Les cinq derniers milions faisant partie de la somme stipulée par l'article 12., seront payés au plus tard dans le courant d'avril prochain.

ARTICLE XVII.

La Republique Française cede au pape tous ses droits sur les differentes fondations religieuses Francaises dans la ville de Rome, et à Loreto, et le pape cede en toute proprie-

ARTICOLO XII.

Aliae solutiones a pontifice faciendae.

§. 14. Indipendentemente della somma enunciata ne' due articoli precedenti, il papa pagherà alla repubblica francese in contanti, diamanti, e altro valore la somma di quindici milioni di lire tornesi di Francia; de' quali dieci milioni dentro il mese di marzo, e cinque milioni nel mese di aprile prossimo.

ARTICOLO XIII.

Executio conventionis stipulatae Bononiae decernitur.

§. 15. L'articolo 8. del trattato d'armistizio segnato a Bologna, risguardante i manoscritti, e gli oggetti d'arte, avrà la sua intera esecuzione al più presto possibile.

ARTICOLO XIV.

De evacuatione copiarum Gallicarum a terris sanctae Sedis.

§. 16. L'armata francese evacuerà l'Umbria, Perugia, Camerino subito che l'articolo 10. del presente trattato avrà avuto esecuzione e adempimento.

ARTICOLO XV.

Similis ut supra.

§. 17. L'armata francese evacuerà la provincia di Macerata, e la riserva di Ancona, di Fano, e del lor territorio, tostochè i cinque primi milioni della somma mentovata all'articolo 12. di questo trattato saranno stati pagati, e consegnati.

ARTICOLO XVI.

Similis ut supra.

§. 18. L'armata francese evacuerà il territorio della città di Fano, e il ducato di Urbino, subito che i cinque secondi milioni della somma accennata all'articolo 12. del presente trattato saranno stati pagati e consegnati, e quando gli articoli 3. 10. 11. e 13. del presente trattato saranno stati eseguiti. Li cinque ultimi milioni facendo parte della somma stipulata all'articolo 12. saranno pagati al più tardi dentro l'aprile prossimo.

ARTICOLO XVII.

Cessiones hinc inde factae, et reservationes conventae.

§. 19. La Republica Francese cede al papa tutti i suoi diritti sopra le diverse fondazioni pie francesi nella città di Roma e a Loreto; e il papa cede in tutta proprietà alla re-

Digitized by Google

té à la republique tous les biens allodiaux appartenans au saint Siege dans les trois provinces de Bologne, de Ferrare, et de la Romagne, et notamment la terre de la Mesola, et ses dependances. Le pape se reserve, cependant en cas de vente le tiers des sommes, qui en parviendront, lesquelles devront être remises à ses fondés de pouvoir.

ARTICLE XVIII.

Sa Saintetè fera desavouer par son ministre a Paris l'assassinat commis sur la personne du secrétaire de legation Basseville. Il sera payé dans le courant de l'année par Sa Saintetè, et par elle mis a la disposition du governement Français la somme de trois cent mille livres pour être reparties entre ceux, qui ont souffert de cet attentat.

ARTICLE XIX.

Sa Saintetè fera mettre en libertè les personnes, qui peuvent se trouver detenues à cause de leurs opinions politiques.

ARTICLE XX.

Le général en chef rendra la libertè de se retirer chez eux à tous les prisonniérs de guerre de troupes de Sa Saintetè, aussitôt aprés avoir recû la ratification du présent traité.

ARTICLE XXI.

En attendant qu'il soit conclu un traitè de commerce entre le pape, et la Republique Française, le commerce de la republique sera retabili, et maintenu dans les etats de Sa Saintetè sur le pied de la nation la plus favorisée.

ARTICLE XXII.

Conformement à l'article sexieme du traitè conclu à l'Haye le 27. floreal de l'an 3., la paix conclue par le présent traitè entre le pape, et la Republique Française est declarée commune à la republique Batave.

ARTICLE XXIII.

La poste de France sera retablie a Rome de la même maniere qu'elle existoit auparavant.

publica tutti i beni allodiali appartenenti alla santa Sede nelle tre provincie di Bologna, di Ferrara, e della Romagna e segnatamente la terra della Mesola, e sue dipendenze. Il papa si riserva però in caso di vendita il terzo delle somme che ne proverranno, le quali dovranno essere rimesse agli autorizzati a riceverle.

ARTICOLO XVIII.

§. 20. Sua Santità farà disapprovare per mezzo d'un suo ministro a Parigi l'assassinio commesso sulla persona del segretario di legazione Basseville. Verrà pagata dentro un'anno da Sua Santità, e messa a disposizione del governo francese la somma di trecento mila lire da ripartirsi tra quelli, che hanno sofferto per questo attentato. Damnatio caedis Bassvillianae, et indemnitates pro ea sopensae.

ARTICOLO XIX.

§. 21. Sua Santità farà mettere in libertà le persone che possono trovarsi detenute a motivo delle loro opinioni politiche. De liberatione carceratorum.

ARTICOLO XX.

§. 22. Il generale in capite darà la libertà di ritirarsi alle case loro a tutti i prigionieri di guerra delle truppe pontificie, subito che avrà ricevuta la ratifica del presente trattato. De liberatione captivorum.

ARTICOLO XXI.

§. 23. Fino a tanto che venga conchiuso un trattato di commercio tra il papa e la republica francese, il commercio della republica sarà ristabilito, e mantenuto negli stati di Sua Santità sul piede della nazione la più favorita. De commercio in ditione ecclesiastica servando.

ARTICOLO XXII.

§. 24. In conformità dell'articolo 6. del trattato conchiuso all'Aja li 27. floreale dell'anno 3., la pace conchiusa col presente trattato tra il papa e la republica francese è dichiarata comune alla republica Olandese. Declaratio foederis Hollandiae.

ARTICOLO XXIII.

§. 25. La posta di Francia sarà ristabilita a Roma nella stessa maniera, che esisteva in addietro. De reintegratione cursus veredorum.

Digitized by Google

ARTICLE XXIV.

L'ecole des arts instituée à Rome pour tous les François, y sera retablie, et continuera d'être dirigée comme avant la guerre. Le palais appartenant à la republique, ou cette ecole étoit placée, sera rendu sans degradations.

ARTICLE XXV.

Tous les articles, clauses et conditions du présent traité, sans exception, sont obligatoires à perpetuité, tant pour Sa Sainteté le pape Pie VI., que pour ses successeurs.

ARTICLE XXVI.

Le présent traité sera ratifié dans le plus court delai possible.

Fait, et signe au quartier général de Tolentino par les susdits plenipotentiaires le prémier ventose an cinquieme de la republique une et indivisible, 19. fevrier 1797. (v. s.)

A. card. Mattei.
L. Caleppi
L. duca Braschi Onesti.
Camillo marchese Massimo.

Bonaparte. Cacault.

ARTICOLO XXIV.

De reintegratione academiae artium liberalium.

§. 26. La scuola delle arti istituita a Roma per tutti i francesi vi sarà ristabilita, e continuerà ad essere diretta come prima della guerra. Il palazzo spettante alla repubblica, dove questa scuola trovavasi collocata, sarà reso nello stato in cui era.

ARTICOLO XXV.

De obligatione pro successoribus pontificibus.

§. 27. Tutti gli articoli, clausole e condizioni del presente trattato, senza eccezione, sono obbligatorie perpetuamente tanto per Sua Santità il papa Pio VI. quanto per i suoi successori.

ARTICOLO XXVI.

De ratihabitione praebenda.

§. 28. Il presente trattato sarà ratificato colla possibile maggior sollecitudine.

Sanctio tractatus.

§. 29. Fatto, e segnato nel quartier generale di Tolentino dai suddetti plenipotenziari il primo ventoso, anno quinto della repubblica una e indivisibile (19. febrajo 1797. v. s.)

A. card. Mattei.
L. Caleppi,
L. duca Braschi Onesti.
Camillo marchese Massimo.

Bonaparte. Cacault.

Dat. die 5. martii 1797. Anno XXIII.

MXCVI.

Concessio tituli archiepiscopalis pro ecclesia Melitensi praevia unione ecclesiae Rhodiensis, cum usu pallii, et crucis favore episcopi.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Memores Nos quantum decoris, et ornamenti cathedralibus ecclesiis semper pervenerit, quoties a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, tum ob illarum antiquitatem, tum ob alias praerogativas, quibus fulgere dignoscebantur, titulis, ac singularibus donis cohonestatae fuerunt, precibus a venerabili fratre Vincentio episcopo Melitensi Nobis nuper porrectis congruum impertiri suffragium arbitrati sumus.

Descriptio, laudes, et dignitates Ecclesiae episcopalis Melitensis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dictus Vincentius episcopus, quod cum ab ipsis quasi Catholicae Ecclesiae incunabulis insula Melitensis Christi fidem amplexa sit ex antiquissimis pariter temporibus de episcopis Melitensibus ecclesiastica historia commemorat. Nam quiquid sit de illorum non infimae notae scriptorum opinione, quibus placet publicum, qui naufragum Paulum apostolum hospitio excepit, ut in actis apostolicis 28, 7. fuisse ab eo in episcopum Melitensem consecratum, illud tamen certum, exploratumque est, jam inde a labente saltem quinto, vel ineunte sexto Ecclesiae saeculo, cum saraceni insulam Melitensem circa annum quingentesimum septuagesimum secundum expugnarunt, Meli-

Digitized by Google

tensi ecclesiae proprios praefuisse episcopos: hoc enim cumulatissime evincunt et acta synodi sextae Romanae anno quingentesimo primo sub Symmacho papa praedecessore Nostro habitae, et epistolae sancti Gregorii magni praedecessoris itidem Nostri ad Lucillum episcopum Melitensem, ad Joannem episcopum Syracusanum, et ad Gregorium Romanum Siciliae defensorem. Hoc denique actiones octava, et decima concilii oecumenici Constantinopolitani IV. firmissime probant. Et quamvis durante saracenorum tyrannide nulli fuerint antistites Melitenses, vix tamen ea in libertatem ab infidelium jugo circa annum millesimum octuagesimum quintum vindicata, ex eo tempore incipit numquam postea intermissa, et ad Nos usque perducta antistitum Militensium series, inter quos plures, ac etiam aliqui Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, pietatis, religionis, ac doctrinae opinione viguerunt.

Ratio novae concessionis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, super haec, quae antiquitatem ecclesiae Militensis luculenter comprobant, et ex quibus summa accedit dignitas, unus antistes Militensis toti insulae, suisque adjacentibus centum hominum mille plus minus refertis episcopali auctoritate praesit, ac praeter capitulum ecclesiae cathedralis Paulo apostolo dicatae, aliae etiam quinque numerentur collegiatae ecclesiae; cumque insuper postquam inclytus militaris ordo hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani subacta Rhodo anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo a Solimano, in insula Melitensi sibi a Carolo V. Romano imperatore anno millesimo quingentesimo trigesimo donata consedit, ex ea die antistites Melitenses semper ex fratribus cappellanis conventualibus magnae crucis dicti hospitalis fuerint assumpti, vel inter eos certo certius recensiti, ambigi hinc nequeat, quin cathedralis Melitensis inter praecipuas episcopales ecclesias sit habenda, memoratus Vincentius episcopus, quo suae cathedralis ecclesiae splendor, atque subjectorum populorum in se, ac in successores suos devotio, et observantia in dies augeatur, eidem cathedrali ecclesiae Melitensi, ejusque antistiti pro tempore existenti titulum archiepiscopi ecclesiae archiepiscopalis Rhodiensis in partibus infidelium sitae, nunc certo modo vacantis in perpetuum uniri, et incorporari, atque ei usum pallii, et crucis impertiri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis incipens ab unione ecclesiae archiepiscopalis Rhodiensis.

§. 4. Nos igitur haec omnia serio perpendentes, et archiepiscopalis ecclesiae Rhodiensis, quae etiam interdum Colossensis ob famosum solis colossum in ea insula Asiae minoris in mari Carpatho erectum dicta fuit, quod fratres hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani per duo, et ultra saecula inibi commorati, et dominati sunt, ibique maximum iste militaris ordo incrementum suscepit, unde priusquam Melitem migrasset, cognomen jam duxerat, memoriam retinere cupientes, ac eumdem Vincentium specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eumque quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati archiepiscopalem ecclesiam Rhodiensem eidem cathedrali ecclesiae Melitensi auctoritate apostolica tenore praesentium unimus, et incorporamus, et perpetuis futuris temporibus unitam, et incorporatam esse, et fore declaramus, statuimus, decernimus, et ordinamus; ita ut non modo idem Vincentius Melitae episcopus, sed quicumque pro tempore in episcopali Melitensi cathedra ipsi legitime successerit, una simul nuncupetur, inscribatur, et sit archiepiscopus Rhodiensis, et episcopus Melitensis cum omnibus, et singulis juribus ratione tam episcopalis ecclesiae Melitensis, quam archiepiscopalis ecclesiae Rhodiensis ad ipsum respective spectantibus. Nec propterea eumdem archiepiscopum et episcopum ad archiepiscopalem ecclesiam praedictam Rhodii, donec ab infidelibus detinebitur, accedere, et apud eam personaliter residere minime teneri.

Subjectio ecclesiarum unitarum.

§. 5. Praeterea volumus, et mandamus, ut idem episcopus Melitensis, et archiepiscopus Rhodiensis deinceps, ut antea, archiepiscopo Panormitano, cui jamdiu a fel. rec. Hadriano pp. II. praedecessore Nostro per suas apostolicas literas sub plumbo Beneventi sexto idus

Digitized by Google

julii MDLIV. datas veluti suo metropolitano fuit suppositus, semper intelligatur subjectus, et sit, ac nihil ex unione atque incorporatione tituli archiepiscopalis ecclesiae Rhodiensis cathedrali Melitensi, ut praefertur, facta quoad jura metropolitica, quibus archiepiscopus Panormitanus nunc utitur, innovatum esse censeantur.

Concessio tituli archiepiscopalis.

§. 6. Denique statuimus, ac declaramus eumdem modernum episcopum Melitensem tenore praesentium absque ulla alia declaratione, sive apostolicarum literarum expeditione reipsa archiepiscopum Rhodiensem esse, ac fore, et nuncupari posse, ac debere; ipsius vero pro tempore Melitensis ecclesiae praedictae praeficiendis antistitibus toties quoties perfici contigerit, per easdem apostolicas sub plumbo pro Melitensi ecclesia expediendas literas, titulum archiepiscopi Rhodiensis conferri debere; facta semper unionis, et incorporationis hujusmodi mentione, quem sane titulum archiepiscopi Rhodiensis ita unitum, et incorporatum esse ac fore volumus, et praecipimus episcopo Melitensi pro tempore existenti, ut quicumque Melitensis episcopus, si ipsum ab ecclesia episcopali Melitensi ad aliam episcopalem ecclesiam transferri evenerit, relicto archiepiscopi Rhodiensis titulo, alium alterius archiepiscopalis ecclesiae titulum ab apostolica Sede impetrare, et obtinenere debeat.

Concessio usus pallii, et crucis.

§. 7. Quo porro ejusdem archiepiscopalis, et episcopalis ecclesiae Melitensis decori magis, magisque intendamus, ipsi Vincentio, et pro tempore ei in cathedrali ecclesia Melitensi succedenti usum pallii in solemnitatibus per sacros canones praescriptis celebrandis, et crucis ante se praeferendae per Melitensem civitatem, et dioecesim dumtaxat, et non alibi omnino, sive in alienis dioecesibus, sive in quibuscumque aliis locis archiepiscopo, et episcopo praefato non subjectis, nec etiam de ordinarii loci licentia, nec pariter in civitate, et dioecesi Melitensi praesentibus, vel quolibet dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali, vel quolibet Nostro, et ejusdem Sedis legato, aut nuncio, aut venerabili fratre archiepiscopo Panormitano sub gratiae, et concessionis hujusmodi nullitate, aliisque ad Nostrum, et Sedis praedictae arbitrium infligendis poenis, et dummodo quoad pallium tam dictus Vincentius archiepiscopus episcopus, quam novi archiepiscopi episcopi Melitenses, quoties ipsum Vincentium, et archiepiscopum, et episcopum hujusmodi pro tempore existentem viam universae carnis ingredi contigerit, illud ab eadem apostolica Sede servatis de jure, vel consuetudine servandis postulaverit, et de corpore sancti Petri apostolorum principis sumptum a Romano pro tempore existenti pontifice juxta praescriptas sanctiones acceperit, et omnia quae cum archiepiscopis pallia traduntur, servari solita sunt omnino serventur, auctoritate praedicta tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Omne juris remedium aufertur quod facere posset ad retardandam harum literarum executionem.

§. 8. Decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, praeeminentiae, vel dignitatis, seu alias specifica, et individua mentione, et expressione digni, in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes, iisdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, intimati, aut auditi fuerint, tam et si suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, citari, intimari, et audiri semel vel pluries quoquomodo debuissent, aut ex alia quacumque juridica, privilegiata, et rationabili, ac etiam tali, quae ad effectum validitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali, formali, aut incognito defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, rescindi, in contrarium revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse; sed easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore; suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac eidem Vincentio archiepiscopo, et episcopo, et suis pro tempore successoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Sicque et non aliter in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores,

et Sedis apostolicae nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus praemissis, et quatenus opus sit quacumque Nostra, et cancellariae apostolicae regula in contrarium praemissorum quomodolibet edita, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus, vel specialibus constitutionibus nec non ecclesiarum praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die tertia martii MDCCXCVII. pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 14. martii 1797. Anno XXIII.

MXCVII.

Instante magistratu civitatis Valentinae extenditur indultum absendi a choro metropolitanae Valentinae, aliisque beneficiis residentiam personalem requirentibus ad omnes cathedraticos universitatis Valentinae, aliosque officiales nuper erectos.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memoratur providentiae captae ab aliis pontificibus favore Ecclesiae Valentinae.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum magistratus, seu senatorum civitatis Valentinae rectorum Nobis expositum fuit, quod postquam alias felicis recordationis Alexander pp. VI. praedecessor Noster dictae civitatis Valentinae studium in publicum, ac generalem universitatem erexit, atque instituit, rec. mem. Sixtus pp. V. praedecessor itidem Noster angustiis, ac necessitatibus, quibus eadem universitas studii generalis ob proventuum tenuitatem tunc premebatur, adductus, ex fructibus, redditibus, ac proventibus tunc suppressae praepositurae metropolitanae ecclesiae Valentinae decem octo alias praeposituras in eadem ecclesia Valentina cum onere praepositis hujusmodi cathedraticis nuncupatis apud dictam ecclesiam Valentinam residendi, nec non illius choro, missarum solemnibus, aliisque divinis officiis interessendi, instituit, quas perpetuo tunc expressis publicis dictae universitatis cathedris, et ipsis praepositis, ac rectori ejusdem universitatis pro tempore existentibus univit, atque ut ipsi omnibus illis horis, et temporibus, quibus suis officiis, et functionibus vacarent, aut scholarium disputationibus, examinibus, promotionibus, aliisque actibus publicis suae cujusque facultatis, et professionis adsisterent, et interessent, ad residendum in dicta ecclesia Valentina, et illius choro, ac interessendum divinis officiis minime tenerentur, et nihilominus distributiones quotidianas perciperent, et lucrarentur, perinde ac si statutis horis, et temporibus hujusmodi in dicta ecclesia Valentina, et illius choro residerent, et divinis officiis interessent, perpetuo concessit, et cum praeter dictos lectorem, et praepositos cathedraticos in eadem quoque universitate lectores, sive cathedratici sacrae theologiae, sacrorum canonum, institutionum civilium, et imperialium, philosophiae, mathematicae, et linguae Hebraicae essent, felicis recordationis Benedictus pp. XIV. praedecessor pariter Noster, precibus dicti magistratus, seu senatorum tunc existentium sibi hisce desuper humiliter porrectis inclinatus, justissimisque de causis indultum a memorato Sixto praedecessore, ut praefertur, rectori, et praepositis cathedraticis concessum, ad alios omnes lectores, seu cathedraticos dictae universitatis Valentinae, atque etiam quoad alias ecclesias praeter metropolitanam ecclesiam Valentinam, in quibus lectores seu cathedratici praedicti beneficia simplicia personalem tamen residentiam requirentia extendit, et ampliavit, prout in ejusdem Benedicti praedecessoris in simili forma Brevis die decima martii millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto expeditis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus uberius dicitur contineri.

Dubia suborta super intelligentia concessionum.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ab anno usque millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, sic disponente clarae memoriae Carolo III., dum vixit, Hispaniarum rege catholico in eamdem Valentinam universitatem nova studiorum methodus, ac forma fuerit inducta, eaque propter numerus lectorum vel perpetuorum, vel ad tempus auctus sit, novique fuerint deputati bibliothecarii, qui insigni recens collectae bibliothecae praeessent, quorum aliqui beneficia simplicia in cathedralibus, ac collegiatis, et aliis ecclesiis parochialibus possident, a nonnullis vero in dubium vocetur, num hos quoque Benedictinum indultum praedictum complecteretur, Nobis propterea dicti exponentes ad sedandam, tollendamque omnem controversiam, ac difficultatem humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor novae declarationis, seu concessionis

§. 3. Nos igitur, quibus ex sacri ministerii humilitati Nostrae ex alto commissi officio ea omnia curare incumbit, quae ad majorem catholicae fidei, divinique cultus propagationem, et incrementum spectare dignoscuntur, cum ex scientiarum, ac bonarum, et liberalium artium studiis innumera propemodum commoda religioni, ac reipublicae dimanent, ipsorum exponentium votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratum indultum a dicto Benedicto praedecessore omnibus, et singulis lectoribus dictae universitatis pro tempore existentibus non residendi in dicta ecclesia Valentina, et illius choro, nec interessendi divinis officiis, ac ab eorum ecclesiis, in quibus beneficia simplicia personalem residentiam requirentia pro illis diebus, et horis, ac temporibus, in quibus suis officiis, et functionibus actu ipso vacarent, aut scholarium disputationibus, examinibus, promotionibus, et aliis actibus publicis suae cujusque facultatis, et professionis personaliter adsisterent, et interessent, et nihilominus distributiones quotidianas percipiendi, ut praefertur, concessum ad quoscumque alios, quos memorata nova methodus, seu forma complectitur, ad prorectorem scilicet, cathedraticos perpetuos, vel ad tempus sacrae theologiae, canonum, juris civilis, artis medicae, philosophiae, mathesis, astronomiae, physicae experimentalis, ethicae, historiae, linguarum quarumcumque, illorumque substitutos, graduatos, qui in dictis facultatibus, ac artibus pro scholarium utilitate, ac profectu academias habent, ad bibliothecarios atque ad alios quoscumque nunc, vel pro tempore, ad alias forsan noviter erigendas cathedras, aut officia deputandos, quibus quomodolibet statis horis universitati praedictae interesse incumbat, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo extendimus, et ampliamus, nec non eisdemque supra memoratis modernis, et quomodolibet pro tempore existentibus lectoribus, sive cathedraticis, caeterisque personis praedictis memoratae universitatis studii generalis Valentini, ut ipsi durante eorum lectoratus, seu cathedratici, vel substituti, et graduati, aut alio quolibet officio praedicto pro illis diebus, et horis, in quibus scholae, aut academiae habentur, ipsique lectores, sive cathedratici, caeterique praedicti suis respective officiis, et functionibus actu ipso vacaverint, aut scholarium disputationibus, examinibus, promotionibus, aliisque actibus publicis suae cujusque facultatis, et professionis personaliter interfuerint, ab eorum respective ecclesiis, in quibus beneficia simplicia personalem tamen residentiam requirentia, quocumque nomine nuncupata, seu etiam non simplicia obtinebunt, licite abesse, ac interim omnia, et singula eorum respective beneficiorum fructus, redditus, et proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque, nec non distributiones etiam quotidianas ordinarias, et extraordinarias, quomodolibet nuncupatas, et in quibusvis rebus consistentes, ac undecumque provenientes, ac etiam solis praesentibus, et divinis officiis, singulisque diurnis, et nocturnis horis interessentibus dari, et praestari, ac per eos percipi, et haberi solita, et ad lectores, sive cathedraticos, caeterosque praedictos, si in dictis eorum respective ecclesiis personaliter residerent, ac officiis, et horis praedictis assidue interessent spectantes, et pertinentes percipere, exigere, et levare, ac

in suos respective usus, et utilitatem convertere libere, et licite valeant, respective cum ea integritate, cum qua illos, illa, et illas percipere, exigere, et levare possent, si in eorum respective ecclesiis personaliter residerent, auctoritate, et tenore praedictis perpetuo itidem concedimus, et indulgemus.

Sanctio poenalis.

§. 4. Mandantes propterea dilectis filiis capitulis, seu canonicis, aut beneficiatis ecclesiarum praedictarum, caeterisque, ad quos fructuum, et distributionum hujusmodi traditio nunc quomodolibet spectat, et spectabit in futurum in virtute sanctae obedientiae, ut statim, visis praesentibus, omnia, et singula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque, nec non distributiones etiam quotidianas hujusmodi omni mora, et dilatione postpositis, eisdem modernis, et pro tempore existentibus lectoribus sive cathedraticis, caeterisque personis praedictis, seu eorum legitimis procuratoribus, durante eorum lectoratus tempore juxta tenorem praesentium realiter, et cum effectu tradant, et consignent, seu ab aliis tradi, et consignari curent, et faciant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis lectoribus, seu cathedraticis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio causarum curiae camerae apostolicae auditori generali, nec non venerabili fratri archiepiscopo Valentino, nec non dilecto itidem filio archidiacono ecclesiae Valentinae per praesentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, et in eis contenta quaecumque ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte lectorum, seu cathedraticorum hujusmodi fuerint requisiti solemniter publicantes illis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate Nostra illos praemissorum omnium, et singulorum commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere, non permittentes illos desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, poenas ecclesiasticas, aliqua opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, ac quarumcumque ecclesiarum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta martii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MXCVIII.

Dat. die 21. martii 1797. Anno XXIII.

Supplicante episcopo Plocensi facultas eidem episcopo confirmandi cessionem cujusdam praedii ab eodem episcopo xenodochio sanctissimae Trinitatis factam conceditur.

Venerabili fratri episcopo Plocensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Fraternitatis tuae nomine nuper Nobis expositum fuit, quod alias anno nempe millesimo septingentesimo nonagesimo primo quoddam praedium advocatia trium Mansorum in villa Gromino nuncupata mensae tuae episcopali devolutum ab ista civitate Plocensi milliaria circiter quinquaginta dissitum de capituli tuae cathedralis ecclesiae consensu, ac reservato beneplacito apostolico domui, et xenodochio sanctissimae Trinitatis, seu sororibus charitatis ejusdem civitatis Plocensis pro commodiori domus, seu xenodochii hujusmodi sustentatione fuit a te applicatum, et unitum, ac subinde quod interim dilecti filii monachi monasterii ordinis sancti Benedicti ab eadem civitate Plocensi, in cujus territorio plura bona possidebant ad oppidum civitatem nuncupatum Pultoviensem fuerit translatum, quo tum eaedem sorores, tum prior dicti monasterii Pultoviensis facilius res suas administrarent, inter eos de permutanda advocatia praedicta cum bonis ad dictum monasterium spectantibus in territorio Plocensi sitis de tui, ac capituli praedicti consensu, reservato pariter beneplacito apostolico, confecta fuit stipulatio, quae utrique contrahenti quammaxime utilis fuit: hinc eadem fraternitas tua, quo tum applicatio, seu unio dictae advocatiae domui, seu xenodochio praedicto a te, ut praefertur, facta, tum enunciata bonorum permutatio suum sortiantur effectum aeque firmius subsistant, et serventur exactius, a te apostolicae Nostrae auctoritatis patrocinio, ac beneplacito per Nos communiri summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque singulas personas quorum interest, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut veris existentibus narratis, enunciatam cessionem advocatiae memoratae domui, seu xenodochio auctoritate Nostra apostolica confirmes, ac valide, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in ea quomodolibet intervenerint, suppleas, et sanes, caeteraque omnia super praemissis geras, statuas, atque decernas juxta petita, quae pro tuo arbitrio, et conscientia magis in Domino expedire judicaveris salva tamen semper ejusdem congregationis auctoritate.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Pauli pp. II., aliisque de rebus Ecclesiae non alienandis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima martii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MXCIX.

Dat. die 26, martii 1797. Anno XXIII.

Facultas ministro provinciali provinciae Catalauniae ordinis Cappuccinorum vendendi duo praediola, et erogandi pretium in reparationem fabricae conventus, ejusque ampliationem.

Dilecto filio Hermenegildo a Barchinone fratri expresse professo, ac ministro provinciali provinciae Catalauniae ordinis mino-

rum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster
salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod duo agella, quorum alterum conventui Barchinonensi tui ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum contiguum est, alterum suo viridario adhaeret nunc eidem conventui prorsus inutilia sint, esset vero e contra quammaxime proficuum si hisce alienatis praediolis, illorum pretium in laxandam, ampliandamque fabricam ejusdem conventus nimis fratribus ibi commorantibus incommodam, atque angustam, vel in reparandos alios conventus ejusdem ordinis ob nuperrimum bellum pene dirutos erogaretur, cum ex constitutionibus dicti ordinis auctoritate apostolica confirmatis eorumdem praediorum dominium ad Sedem apostolicam spectet. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur te, ac fratres dicti conventus specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, cum ad id etiam definitorii, et fratrum seniorum conventus praedicti accedat consensus, atque attenta dilecti filii ministri generalis ejusdem ordinis relatione, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi mediante persona syndici conventus praedicti eadem agella, quibusvis personis meliorem conditionem offerentes, et pro pretio justo, et rationabili auctoritate Nostra apostolica vendendi, et alienandi, seu vendi, et alienari, pretiumque inde redigendum in fabricam ejusdem conventus Barchinonensis, aut in alios conventus pene dirutos dicti ordinis reparandos, erogandi, seu erogari faciendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium concedimus, et impertimur. Non obstantibus felicis recordationis Pauli pp. II., et aliorum Romanorum pontificum praed. Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod pecunia ex venditione, seu alienatione hujusmodi proveniens unico contextu in rem supra expressam erogetur, vel saltem pretium praedictum apud montem Pietatis, vel personam fide, et facultatibus idoneam deponatur: ita tamen ut pretium sic depositum nisi ad effectum illud, aut in laxandam, ampliandamque pro commodiori fratrum habitatione conventus praefati fabricam, aut in memoratas dirutorum conventuum reparationes convertendum amoveri possit. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta martii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MC.

Dat. die 7. apr. 1797. Anno XXIII.

Declaratio literarum apostolicarum concessarum, sub die tertia junii 1796. pro duce Bavariae.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Quae a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris saepe saepius constituta sunt de jure quaesito non tollendo, ea profecto satis aperte prohibent, ne indulta a Nobis cuicumque concessa trahantur in detrimentum alterius, cujus jura non fuerint antea Nobis probe cognita, ac rite perspecta, atque in Nostro indulto justis de causis sublata cum expressa derogatione. Prooemium.

§. 2. Sane cum pro parte dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Theodori ducis Bavariae et sacri Romani imperii principis electoris palatini, nec non dilectorum filiorum moderni praepositi, praepositurae Berchstegadensis, nullius, provinciae Salisburgensis, et decani et canonicorum, et capituli ejusdem praepositurallis ecclesiae Berchstegadensis expositum Nobis fuerit, initam inter eos fuisse solemnem conventionem sub diebus XVI. et XXVIII. aprilis MDCCXCV. per quam mensa praepositurallis certam territorii partem cum Referuntur quae locum habuerint in sequelam initae conventionis.

fodinis salinariis sibi antea a ducibus Bavariae assignatam eidem Carolo Theodoro duci retrocessit sub pactis, et conditionibus praepositurae proficuis, praetereaque expedita fuerit illius conventionis confirmatio apostolica, quae stante necessitate, aut utilitate ecclesiae nunquam denegari solet, idcirco Nos per Nostras literas in forma Brevis signatas sub die III. junii MDCCXCVI. commisimus venerabili fratri Æmygdio archiepiscopo tum Rhodi, nunc vero Iconii apud eumdem Bavariae ducem electorem palatinum Nostro, et apostolicae Sedis nuncio, ut constito sibi de veritate narratorum, ac de utilitate contractus, illum auctoritate Nostra apostolica confirmaret, et adprobaret. Subinde vero Æmygdius archiepiscopus cum narratorum veritatem, atque utilitatem contractus satis perspectam esse censuerit, contractum illum sub die prima augusti MDCCXCVI. confirmare, ac adprobare minime dubitavit. Quae quidem confirmatio apostolica per Nostras literas, et decretum Æmygdii archiepiscopi interposita eo tam spectat; ut pro validitate contractus initi super bonis ecclesiasticis removeatur impedimentum constitutionum apostolicarum de rebus Ecclesiae non alienandis.

Declaratur cur conventio ipsa suis stare viribus non possit.

§. 3. Cum autem ad Nos perlatum fuerit, contractum illum aliis de causis in literis Nostris nullo modo expressis fortasse subsistere non posse, nimirum sive ex defectu consensus charissimi in Christo filii Nostri Francisci archiducis Austriae, Hungariae, et Bohemiae regis in Romanorum imperatorem electi, sive ex defectu solemnitatum praescriptarum a constitutione Germanica, sive demum ex juribus, quae in ea territorii parte ac fodinis salinariis sibi adserere contendit metropolitana ecclesia Salisburgensis.

Et ideo praefinitur quibus in terminis procedere debet apostolica confirmatio.

§. 4. Nos, qui per contractus adprobationem neque juribus praepositurae Berchstegadensis in illo territorio quidquam addere voluimus, neque quidquam detrahere ex juribus aliorum quorumcumque interesse habentium in illo territorio ex contractu, expresse declaramus, constituimus, ac praecipimus, confirmationem apostolicam illius contractus servandam esse tantummodo pro juribus praefatae mensae praepositurali in memorato territorio, ac fodinis salinariis, quae a constitutionibus apostolicis proficiscebatur; nihil autem prodesse ad sanandas, tollendasque alias nullitates aliis ex causis fortasse promanantes, pariterque nihil obesse juribus, memorato Francisco imperatori, atque ecclesiae metropolitanae Salisburgensi, seu cuicumque alteri fortasse competentibus in illo territorio, et contractu, ita ut si ex hujusmodi juribus, et nullitatibus contractum illum irritum esse oporteat, nullius pariter roboris ac momenti esse debeat confirmatio apostolica per Nostras praefatas literas, ac decretum Æmygdii archiepiscopi desuper interposita.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCI.

Dat. die 7. apr. 1797. Anno XXIII.

Deputatio superiorum pro fratribus ordinis sancti Augustini congregationis observantiae Lombardiae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Inter multiplices, atque gravissimas sollicitudines, quibus pro universi gregis Dominici procuratione Nobis ex alto commissa in hisce praesertim difficillimis Ecclesiae temporibus quotidie urgemur, de christifidelibus

Digitized by Google

quoque, qui se sub suavi religionis jugo Deo propius famulari susceperunt, peculiarem curam gerere, atque in iis, per quae prudenter illorum statui consulitur, auctoritatem Nostram libenter interponere tenemur, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Ob temporum angustias imploratur suspensio celebrationis capituli generalis.

§. 2. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii vicarius generalis, et superiores fratrum eremitarum ordinis s. Augustini congregationis observantiae, Lombardiae, quod propediem nempe in proximo mense majo in civitate Astensi cogendum esset capitulum generale ordinis, et congregationis praedictorum ut in eo novus vicarius generalis, caeterique superiores eligerentur: verum cum hodiernae res Italiae non ferant, ut capitulum hujusmodi commode convocari possit: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Deputantur superiores ordinis, eique privilegia consueta conceduntur

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, atque illos, designandorumque superiorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati praevia dilatione proximi futuri capituli generalis praedicti in aliud tempus juxta statutorum, ac constitutionum ordinis, et congregationis hujusmodi auctoritate apostolica confirmatorum praescriptum, a die qua proximum dictum capitulum generale habendum esset computandum, dilectos filios Joannem Nicolaum Badini in vicarium generalem, Thomam Salomoni, Thomam Verani, Carolum Stoppani, et Prosperum Garzini in definitores, Angelum Remugotti, et Dominicum Rabiolio in visitatores, Franciscum Augustinum Allione in procuratorem generalem in hac Nostra alma Urbe, Josephum Mascheroni in secretis ordinis, et congregationis praedictorum, Josephum Mussi in conventus s. Mariae de Populo dictae Nostrae almae urbis omnes fratres expresse professos ordinis, et congregationis hujusmodi, de quorum fide, prudentia, religionis, ac regularis disciplinae zelo plurimum in Domino confidimus, ad dictum tempus dumtaxat auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus, facimus et nominamus. Ipsisque Joanni Nicolao, Thomae Salomoni, Thomae Verani, Carolo, Prospero, Angelo, Dominico, Francisco, Josepho Mascheroni, et Josepho Mussi, ut durante termino praedicto omnibus, et singulis juribus, praeeminentiis, praerogativis, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, indultis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis uti, frui, et gaudere debeant perinde ac si in frequenti capitulo generali ad sua respective munera electi fuissent auctoritate, et tenore praesentis statuimus, et decernimus, ac respective concedimus, et indulgemus. Quo porro caeteris, quae in capitulo generali a definitorio constitui, ac decerni solent, scite, ac prudenter prospiciatur.

Declarationes speciales

§. 4. Volumus, ut ea, quae ad classem ditionis Nostrae pontificiae spectant a memorato Joanne Nicolao postquam vicarii generalis officium iniverit una cum officialibus, seu superioribus suae classis, quae ad classem Pedemontanam a dilecto filio Josepho Secundo Mussi, qui ab officio vicarii generalis abiit, cum officialibus, seu superioribus suae classis respective disponantur, ac decernantur: eaque haberi debeant, perinde ac si a definitorio sancita fuissent auctoritate, et tenore praesentis districte praecipimus: atque insuper eidem Joanni Nicolao novo vicario generali omnes, et singulas facultates, et auctoritatem peculiares, ac proprias definitorii prout jam in more, ut asseritur, positum est, auctoritate, et tenore praesentis tribuimus, et impertimur.

Sanctio poenalis.

§. 5. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis, omnibus, et singulis superioribus, prioribus, fratribus, ac personis quibuscumque ordinis, et congregationis praedictorum, ut eosdem Joannem Nicolaum, Thomam Salomoni, Thomam Verani, Carolum, Prosperum, Angelum, Dominicum, Franciscum Josephum Mascheroni, et Josephum Mussi suis respective muneribus, illorumque libero exercitio juxta tenorem praesentium fungi sinant, et permittant, eisque in omnibus, et per omnia ad munera, et officia praedicta quomodolibet pertinentibus, et spectantibus prompte pareant, et obediant; faveant, et adsistant respective,

ac decernentes easdem praesentes literas firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac memoratis superioribus, ac fratribus ordinis, et congregationis praedictorum in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 6. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, et Sedis apostolicae nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die septima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo septimo pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 22. apr. 1797. Anno XXIII

MCII.

Confirmatio sententiae latae a sacra congregatione Boni Regiminis in causa acta a variis communitatibus, cum civitate Fanensi.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis fecerunt dilecti filii homines Nostrarum communitatum comitatus Fanensis cis, et ultra Metaurum nempe Carticeti, Saltariae, Serrongarinae, Barnei, Ripaltae, Montis Jani, Pateoli, Serbolonghi, et Insulae quod cum alias in congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium Boni Regiminis intra easdem communitates exponentes ex una, et dilectos filios magistratum civitatis Nostrae Fanensis ex altera parte gravis, et sumptuosa lis mota sit, de, et super modo bona intra earumdem communitatum territoria sita in censum deferendi, ac vectigalia exigendi, num scilicet haec bona a quibusvis personis sive in iisdem territoriis, sive quovis alio loco commorantibus possessa in censum locorum vectigalibus essent subjecta ad formam literarum apostolicarum in simili forma Brevis a fel. rec. Paulo pp. V. sub die septima octobris anni MDCXI. expeditarum, an potius juxta alias in simili pariter forma Brevis a fel. rec. Gregorio pp. XIII. praedecessore itidem Nostro die XV. julii anni MDLXXVII. expeditas literas, et transactionem inter easdem communitates, et magistratum Fanensem XXVIII. aprilis anni MDLXXIX. stipulatam habenda esset ratio locorum, in quibus eorumdem bonorum possessores degebant, tandem referendo dilecto filio magistro Paulo Æmilio Petrucci XII. viro dictae congregationis memoratae communitates exponentes causam vicerunt, ac subinde fuit publicata sententia tenoris qui sequitur.

Tenor sententiae latae a sacra congregatione Boni Regiminis.

§. 2. Philippus titulo sancti Eustachii S. R. E. diaconus cardinalis Carandini sac. congregationis Boni Regiminis praefectus a sanctissimo Domino Nostro pp. specialiter electus, et deputatus. Noverint universi, et singuli hoc praesens publicae sententiae instrumentum visuri, lectori, legique pariter audituri quomodolibet vertente lite, et causa coram sac. congregatione Boni Regiminis inst. R. P. D. Petrucci ponente inter perillustres communitates Carticeti, et litis etc. ex una, et illustrissimam communitatem Fani ex altera partibus, in eaque lite, et causa visis videndis, consideratis considerandis, servatisque omnibus de jure, et de stylo curiae servari solitis, citatoque hic in curia per cursores ss. d. Felice Belli procuratore dictae communitatis Fani, tandem die infrascripta R. P. D. ponens suam tulit definitivam sententiam tenoris sequentis, videlicet Christi nomine invocato — Pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes per hanc Nostram definitivam sententiam, quam de voto sac. congregationis Boni Regiminis, et peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa, et causis, quae primo,

et in prima coram eadem sac. congregatione nobis ponente versae fuerunt, et vertuntur instantiae inter illustres communitates Carticeti, Salfariae, Puteoli, Serrongarinae, Barnei, Ripaltae, Montis Jani, Insulae, et Serbolunghi cis, et ultra Metaurum actrices ex una, et illustrissimam communitatem Fani ex altera partibus, de, et supra allibratione, et collectatione bonorum existentium in respectivis territoriis dictarum communitatum actricium, et a quibusvis personis sive in eisdem territoriis, sive quovis alio loco domiciliatis possessionem faciendam in loco ubi bona sita sunt ad formam Brevis s. m. Pauli V., rebusque aliis in actis causae latius deductis ad quae etc., inhaerendo resolutionibus s. congregationis emanatis diebus VI. decembris MDCCXCIV., et XIII. junii anni currentis MDCCXCV., in quarum prima proposito dubio — An prosequenda sit allibratio, et collectatio bonorum ad formam Brevis Gregoriani, et transactionis MDLXXXIX., seu potius ea sit facienda in loco ubi bona sita sunt ad formam Brevis Pauli V. in casu etc. Responsum fuit — Negative ad primam partem, affirmative ad secundam — et in altera posteriori responsum fuit — In decisis, et ad dominum ponentem pro expeditione — dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitive sententiamus bona existentia in respectivis territoriis dictarum communitatum actricium, et possessa a quibusvis personis etiam exteris, ac praesertim a civibus, aliisque forensibus quovis loco ubi sita sunt ad formam Brevis s. m. Pauli V. prout allibrari, et collectari volumus, et mandamus, collectasque omnes, taxas, onera, impositionesque super bonis existentibus in dictis territoriis, et a quibusvis personis ut supra possessis legitime indictas, et imposterum indicendas camerariis, exactoribus, aliisque officialibus dictarum communitatum actricium respective solvendos fore, et esse prout solvi volumus, et mandamus in omnibus, et per omnia ad formam dictarum resolutionum, et pro praemissorum effectu mandatum, seu mandata quaecumque de, et super necessaria, et opportuna decernenda, et relaxanda fore, et esse prout decernimus et relaxamus, et pro decretis, et relaxatis haberi volumus, et mandamus, exceptionesque tam Brevis s. m. Gregorii XIII. quam transactionis anni MDLXXXIX. initae inter communitatem Fani eam conventam, et supradictas communitates, seu castra comitatus ejusdem civitatis Fani actrices, in cujus capitulo sexto praescribebatur observandum esse Breve Gregorii XIII. pro collectatione bonorum in loco domicilii, aliasque omnes, et singulas ex parte dictae civitatis Fani datas, atque propositas nullius esse roboris, et momenti, et tanquam nullas, irritas, et inanes rejiciendas fore, et esse prout Nos per praesentes rejicimus, et pro rejectis haberi volumus, et mandamus, perpetuumque silentium super praemissis imponendum fore, et esse, prout imponimus, partemque victam victrici in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, et definitive sententiamus non solum etc. sed et omni etc. — ita pronunciavit Paulus Æmilius Petrucci ponens — data, lata, et publicata fuit die XXVI. junii currentis anni MDCCXCV. — Quae omnia vobis omnibus, et singulis supradictis, ac vestrum cuilibet in solidum tenore praesentium intimamus, et ad vestram notitiam deducimus, ut nullo umquam tempore ignorantiam aliquam allegare valeatis. Volumus tamen quod praesens instrumentum sententiae valeat ad effectum ostendendi tantum, non autem ad effectum exequendi, alias executio vigore ipsius facta nulla sit, et invalida; prout Nos illam nullam, et invalidam nunc pro tunc haberi volumus, et declaramus in quorum fidem etc. Datum Romae ex aedibus nostris hac die XXX. decembris a nativitate MDCCXCVI. Paulus Æmilius Petrucci ponens — Antonius Bassetti A. C. et ss. congregationum notarius.

Preces porrectae pro confirmatione rejudicatae.

§. 3. Post haec magistratus Fanensis cum semel, ac iterum, ut praefertur, liti hujusmodi ceciderit, eamdem litem solemniter renunciavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat memorat e communitates exponentes, quo praeinserta sententia firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae confirmationis patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 4. Nos igitur easdem communitates exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illarumque hominum singulares personas a quibusvis excommunicationis,

et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, praeinsertam sententiam, atque omnia in ea contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac singulos juris, et facti defectus si qui desuper in ea quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus; salva tamen semper ejusdem congregationis ecclesiasticae etc.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus, sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit memorati Gregorii praedecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac denique contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 2. maji 1797. Anno XXIII.

MCIII.

Instante Domino cardinali Gerdil protectore collegii ecclesiastici de urbe confirmantur nonnulla statuta, et rescripta illud collegium respicientia.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Quamvis plura, atque plura sint quibus in hisce difficillimis universalis Ecclesiae temporibus, nisi Dominus Noster Jesus Christus ex singulari misericordia, ac bonitate sua adjuvaret Nos, quasi obrueremur, inter tot tamen de iis quoque peculiarem curam suscipere tenemur, quae a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris ad ecclesiasticam disciplinam in hac alma urbe Nostra tuendam scite, prudenterque fuerunt constituta, ut si ex misera humanarum rerum conditione collapsa quodammodo sint, ad suum pristinum restituantur candorem, ac conserventur, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum praefatorum a cardinali protectore.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Noster Hyacinthus Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Gerdil nuncupatus apud Nos, et apostolicam Sedem collegii ecclesiastici hujus almae urbis Nostrae protector, quod alias fel. rec. Innocentius pp. XII. praedecessor Noster, translato valetudinario pauperum sacerdotum saecularium de urbe a domo, in qua a quondam Joanne Antonio Vestri fuerat fundatum, ad palatium in civitate Leonina, seu Burgo situm ab eodem Innocentio praedecessore emptum ibi collegium, seu seminarium ecclesiasticum pro presbyteris, et clericis saecularibus in eadem alma urbe pro tempore commorantibus, ut sacris studiis sedulam operam navare possent, atque hinc utiles exurgerent ministri in Ecclesia Dei, sub certis ab eo praescribendis regulis instituit, atque erexit: eique bona, jura, actiones quomodolibet dicto valetudinario spectantia, vel ea, quae in futurum pertinere possent, pro ejusdem collegii, seu seminarii ecclesiastici exhibitione, salva tamen prius valetudinarii praedicti manutentione, univit, atque incorporavit, atque etiam collegii hujusmodi regimini, et administrationi congregationem unius seu plurium ex S. R. Eccl. cardinalibus, ac ex nonnullis Romanae curiae praelatis, aliisque ecclesiasticis viris a Romano pontifice pro tempore deputandis praefecit, prout in ejusdem Innocentii praedecessoris in simili forma Brevis die vigesima octava junii anni millesimi sexcentesimi nonagesimi noni expeditis literis uberius continetur.

Conventiones initae cum clericis congregationis pauperum matris Dei super gubernio, et directione valetudinarii.

§. 3. Quod si morte praeventus memoratus Innocentius praedecessor leges, ac statuta, quae ab alumnis, seu convictoribus dicti collegii erant servanda, ferre nequiverat, bonae mem. tamen Renato, dum vixit, presbytero cardinali Imperiali nuncupato; qui fuit primus ejusdem collegii protector, curae fuit, statuta, ac leges praedictas concinnare, atque auctoritate fel. rec. Clementis pp. XI.

Digitized by Google

praedecessoris itidem Nostri praescribere, quibus inter caetera cavetur, ut convictoribus hujusmodi ultra triennium in eodem collegio commorari minime fas sit, facta tamen facultate cardinalibus protectoribus pro tempore existentibus triennium praedictum pro rerum, ac temporum ratione ad aliud eis benevisum tempus prorogandi. Et dum anno 1712. memoratus Renatus cardinalis apprime utile fore arbitratus est, ut in eumdem collegium dilectos filios clericos regulares congregationis pauperum matris Dei scholarum piarum nuncupat. induceret, qui tum interiori collegii disciplinae, tum convictorum ordini, cum valetudinarii directioni praeessent, ipso pariter Clemente praedecessore approbante nonnullis pro re nata inter eumdem Renatum cardinalem, et congregationem praedictam ex una, et rectorem generalem dictae congregationis clericorum regularium ex altera parte fuerunt conventi articuli, qui subinde sub die 4. junii anni 1723. ad publicum instrumentum fuerunt redacti tenoris, qui sequitur.

I.

De religiosis admittendis ad fungenda munera in valetudinario.

§. 4. L'eminentissimo signor cardinal protettore, e l'illustrissima congregazione de' signori deputati ammetteranno (avendone avuto il beneplacito da Nostro Signore) per la cura, e governo del collegio di Borgo sei religiosi delle scuole Pie, cioè tre sacerdoti, e tre fratelli operarj, li primi per esercitare le cariche di rettore, confessore dell'infermeria, o l'economia, e li tre fratelli uno per fare il cuoco, e l'altro il refettoriere e portinajo insieme, ed il terzo il sotto infermiere.

II.

De jurisdictione patris generalis, aliorumque superiorum in collegio.

§. 5. Che in occasione, che dimorano li detti religiosi nel collegio non s' intenda concessa giurisdizione alcuna al reverendissimo padre generale, nè ad altri superiori della detta religione sovra il medesimo collegio, ma bensì se li lascia tutta l'intiera sua giurisdizione sovra li religiosi pro tempore, che vi dimoreranno, quali possa visitare ad formam delle proprie costituzioni, ed esigere il conto di quello, che si assegna alli medesimi religiosi per vestiario come anche delle limosine delle loro messe. Li conti poi dell'amministrazione del medesimo collegio dovran darsi mese per mese all'illustrissimo signor deputato sovra l'amministrazione, e di più circa la nominazione, e deputazione de' soggetti, quali debbano in tutto, e per tutto dipendere dal reverendissimo procuratore generale pro tempore, nè da altri superiori.

III.

De tractatione religiosorum.

§. 6. Alli suddetti regolari sei religiosi se li darà il vitto degli altri preti del collegio, stanze, e letti, e tutte le altre biancherie, che suol dare il collegio, mobili delle stanze a modo religioso, medicinali, ed infermeria solita a darsi ad altri sacerdoti.

IV.

De celebratione missarum libere eisdem religiosis concedenda.

§. 7. Le messe si lasciano alli medesimi religiosi, o per dir meglio, alla disposizione del padre rettore, secondo l'uso della religione per i loro bisogni, ed inoltre se li daranno per il vestiario ogni anno scudi dieci per ciascheduno, da pagarsi al padre rettore pro tempore ogni sei mesi pro rata.

V.

De regulis a religiosis in collegio servandis.

§. 8. Circa l'uffizi del rettore, confessore, ed economo, ed altri inferiori dovranno i detti padri osservare le regole del collegio, come anche le regole del medesimo, circa la disciplina, governo, ed altre cose spirituali, senza pregiudizio delle loro proprie spirituali funzioni, e particolarmente la visita dello spedale di s. Spirito solita a farsi una volta il mese da due sacerdoti convittori.

VI.

De conferentiis spiritualibus instituendis.

§. 9. Ogni domenica, cioè l'inverno la sera dopo un' ora di notte, e l'estate verso le venti in circa, o altra ora che il padre rettore stimerà più propria, dovrà il padre rettore, o altro religioso da deputarsi dal medesimo fare una conferenza, e discorso spirituale nella cappella del collegio, qual conferenza debba regolarsi, secondo quella, che si pratica nella conferenza della missione, e come stimerà meglio il padre rettore, trattando sempre di materie appartenenti all'ecclesiastica, e però

dovranno discorrere sovra i punti proposti, prima i due preti, e poi il padre.

VII.

De caeremoniis addiscendis pro missae celebratione.

§. 10. Una volta la settimana, cioè il martedì, nelle ore dette di sopra si dovrà fare una conferenza che duri meno di un ora, in cui si proveranno le cerimonie della messa, con far provare ora ad uno, ora ad un altro sacerdote secolare la messa privata, e qualche volta la messa solenne, oppure si tratterà delle rubriche del divino uffizio, procurando quel religioso che assisterà imprimere sentimenti tali di far bene le dette cerimonie, in modo, che restino persuasi dell'importanza delle medesime.

VIII.

De lectione sacrae scripturae, et concilii Tridentini qualibet die veneris facienda.

§. 11. Ogni venerdì nell'ore dette di sopra si leggerà un capitolo della sacra scrittura, e si farà una conferenza sopra la medesima per uniformarsi al sacro concilio di Trento, ed affinchè gli ecclesiastici siano in qualche modo istruiti della sacra scrittura; qual conferenza durerà per mezz'ora, in cui quel che legge il capitolo dirà in volgare la sostanza del medesimo con qualche riflessione, e poi il padre compirà la mezz'ora.

IX.

De conscientiae casibus dissolvendis.

§. 12. Si farà o nel martedì in luogo delle cerimonie, o nel venerdì in luogo della sacra scrittura, almeno una, o due volte il mese una conferenza de'casi morali pratica, cioè si figurerà il penitente, che accusasi, ed il confessore che l'interroga, e ciò si farà da due preti secolari procurando il padre che assiste di correggerli, ed istruirli.

X.

Idem ut supra.

§. 13. Si concede a detti reverendi padri la lettura de'casi morali incominciata da molto tempo, e proseguita dal reverendissimo padre generale de' carmelitani, ogni volta che detto padre generale già introdotto non volesse proseguire, sua vita durante, ed in sua assenza non possa sostituire altro religioso.

XI.

Factum de ratihabitione conventionum praebenda a protectore, et generali.

§. 14. Per ultimo per maggiore stabilità de' suddetti capitoli, e convenzioni saranno sottoscritti dall'eminentissimo cardinal protettore del collegio, ed ospizio, e dal reverendissimo padre generale delle scuole Pie facendone due copie una da consegnarsi nell'archivio del medesimo collegio, e l'altra nell'archivio di detta religione.

Ratihabitio.

§. 15. Questo dì 19. giugno 1712. G. R. card. Imperiali approvo, e confermo per il tempo che i padri suddetti vorranno stare nel collegio, ovvero la congregazione medesima ritenerli. — Andrea di s. Sebastiano generale delle scuole Pie approvo, e confermo la suddetta capitolazione in conformità della sottoscrizione di sua eminenza.

Sequitur recognitio manus per duos religiosos testes supradicti reverendissimi patris generalis, rogat. per dominum Basilium Quintilium causarum curiae eminentissimi, et reverendissimi almae Urbis cardinalis vicarii usque, et sub die 24. julii 1717.

Loco ✠ Signi.

Variationes statutorum decretae a cardinalibus protectoribus pro meliori regimine collegii.

§. 16. Post haec quoties vigilantia, et solicitudo cardinalium protectorum suasit, ut aliqua pro meliori ejusdem collegii statu, aut disciplina statuenda essent, cardinales protectores accitis, auditisque dictae congregationis praelatis deputatis ea semper per se, et juxta rerum exigentiam decreverunt; prout, et bon. mem. . . . . dum vixit presbyter cardinalis Guadagni nuncupat. anno 1737. atque ipse Hyacinthus cardinalis anno 1784. usi sunt: immo nuper sub die nempe quinta decembris transacti anni 1796., cum nonnulla incommoda, quae adversum ecclesiasticam disciplinam sensim sine sensu obrepserant, ac ipsae rei familiaris angustiae firmum, ac praesens aliquod remedium postulassent, in congregatione deputatorum decretum sancivit tenoris, qui sequitur.

Tenor reformationum.

§. 17. Premuroso l'eminentissimo, e reverendissimo sig. cardinal Gerdil protettore vigilantissimo della venerabile infermeria, e collegio ecclesiastico a Ponte Sisto del ben'essere di questo luogo pio per quello risguarda lo stato di lui economico, e d'impedirne, e ripararne ogni suo sbilancio, ed insieme vo-

Digitized by Google

lendo, che da signori convittori del medesimo collegio esattamente si adempiscano le regole fatte coll'oracolo di Nostro signore felicemente regnante, e stampate l'anno 1784., ordinò che su questi due importanti oggetti si tenessero varie congregazioni dagli illustrissimi, e reverendissimi signori prelati deputati, una delle quali si fu li 24. dello scaduto mese di novembre avanti lo stesso eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal protettore: in conseguenza pertanto di esse, ed in vista del risultato delle loro deliberazioni l'eminenza sua si dichiara, e prescrive come segue.

I.

De pensione menstrua a convictoribus solvenda.

§. 18. Che in avvenire cominciando dal primo del prossimo venturo mese di gennajo 1797. si debba da tutti li signori convittori contribuire per ora, ed interinalmente al collegio la dozzina mensuale nella somma di scudi cinque, e cinquanta nel modo, e forma che resta prescritto alli §§. 2. e 3. delle stampate regole, alle quali s'intenda unicamente derogare circa la parte del sopraordinato aumento di dozzina a quanto si dispone nel §. 2. e nel §. 13. di esse regole.

II.

De defalco non concedendo ob absentiam a coenaculo.

§. 19. Che chiunque siasi de' signori convittori, il quale non vada in refettorio debba pagare l'intiera dozzina come se vi fosse andato, nè possa pretendere alcuna liberazione, o delfalco di quella senza speciale licenza dell'eminenza sua, in cui rimanga individuato intendere essa di dispensare su questo articolo.

III.

De utensilibus a convictoribus retinendis.

§. 20. Si ordina che oltre li mobili della stanza, e la posata come si dice nel §. 5. delle regole, debbano i medesimi signori convittori provvedersi della salvietta per la tavola, mentre spirato il mese corrente di dicembre non verrà più ad essi dal collegio somministrata.

IV.

De distributione mensarum.

§. 21. Che non si facciano se non se due tavole la mattina, ed una sola la sera. E convenendosi usare della condiscendenza circa al tempo, uniformandosi il prelodato eminentissimo signor cardinal protettore a quanto è stato prescritto circa l'ora nell'accademia de' Nobili ecclesiastici si assegna per la prima tavola un quarto d'ora dopo il mezzo giorno, e per la seconda tavola un'ora, ed un quarto dopo il mezzo giorno, e terminata questa seconda, da durare non più di tre quarti d'ora, in guisa che la detta seconda mensa abbia a terminare, e chiudersi in conseguenza il refettorio, e cucina due ore dopo il mezzo giorno, e non più tardi. Per la sera poi si fissa l'ora della cena nel tempo d'inverno incominciando dal mese di novembre a tutto il mese di aprile alle ore tre e mezza, e dal primo maggio a tutto ottobre alle ore tre, come si è ordinato altra volta specialmente con decreto nel mese di marzo mille settecento ottantacinque, quale mensa serotina non dovrà parimenti durare più di tre quarti d'ora conforme in tutto e per tutto alla seconda della mattina. Quanto poi a quelli, i quali possano avere legittimi, ed urgenti motivi per qualche dispensa, questi dovranno ottenerne dall'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal protettore la licenza in iscritto, non dovendo suffragare qualunque licenza, che possa annunziarsi ricevuta soltanto in voce.

V.

De lectione facienda in mensa, et praesentium decretorum.

§. 22. Che finalmente a tenore di quanto è disposto al §. 9. delle regole si faccia la lettura, durante la tavola, ed una volta al mese si leggano altresì li presenti decreti, alla qual lettura restano addetti per turno in caduna settimana li venti convittori ultimi cominciando ora da quell'ultimo ammesso nel collegio, e colle cautele prescritte nelle costituzioni.

Sarà cura in fine del padre rettore del collegio la piena osservanza de' suddetti decreti, la quale dovrà incominciare al primo del prossimo venturo mese di gennajo. Dato dal collegio di san Carlo a Catinari questo dì cinque dicembre mille settecento novantasei.

Loco ✠ Signi.

G. card. Gerdil protettore.
N. Buschi arc. di Efeso dep.
S. De Magistris vesc. di Cirene deput.
Gio. Batt. Caffarelli canonico deput.

Digitized by Google

Refertur quomodo a sanctione praeinserti decreti turbae excitatae fuerint.

§. 23. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ex praeinserti decreti sanctione quamplurimi turbas moliti sint, atque ex compacto simul ad Nos accedentes abrogationem decreti hujusmodi tumultuose atque audacter rogassent; Nos autem, qui semper seditiosas ejusmodi preces aegre tulimus, audita prius venerabilis fratris Nicolai archiepiscopi Ephesini, qui alter est ex deputatis dictae congregationis, relatione, quod futiles, commentitiasque hasce rogationes comperimus, tum ad contundendam, puniendamque turbarum praedictarum auctorum, ac suasorum audaciam, tum ad magis, magisque firmandum praeinsertum decretum, tum demum ad alia utiliter disponenda, plura decreverimus, prout ex rescripto tenoris, qui sequitur.

Ex aud. sanctissimi

Die 16. februarii 1797.

Decretum latum adversus turbarum auctores.

§. 24. Ex speciali mandato sanctissimi domini Nostri mihi infrascripto alteri ex deputatis collegii ecclesiastici injuncto in audientia diei 9. januarii proximi praeteriti, facta per me relatione tam unius, et alterius supplicis libelli nomine convictorum porrecti, quam replicationum ab administratoribus dicti collegii deductarum, re mature perpensa, Sanctitas Sua declaravit nullum jus, nullamque actionem ipsis recurrentibus, quorum mora in eodem collegio non nisi arbitraria est, et praecaria competisse, et competere in administratione oeconomica, et regimine collegii; proindeque rejectis omnibus, et singulis recurrentium improvidis petitionibus, benigne mandavit omnino exequi decretum sub die 5. decembris elapsi anni 1796. consulto redditum a domino cardinali protectore in congregatione praesulum deputatorum, eidemque protectori praeterea commisit, ut a convictu dimittat petulantiores praelibati decreti refractarios, et inhobedientes; jussit insuper eadem Sanctitas Sua exactam observantiam regularum supremo ejus oraculo aeditarum anno 1784. pro bono ipsius collegii, simulque convictorum disciplina, praesertim vero quoad interventum serotinae orationi, ac mensae communi tam mane, quam vespere, et cum praescripto habitu talari quemadmodum alumnos in convictu ecclesiastico degentes omnino decet, adeout si quis in praedictis per binas seu ternas vices absque speciali licentia domini cardinalis pro tempore protectoris in scriptis habenda deficere compertus sit, indilate a convictu ejiciatur, praecipiendo idcirco praesulibus, deputatis, ac rectori ejusdem collegii pro tempore, ut sedulo incumbant, ne aliquis abusus desuper irrepat. Ad quam regularum observantiam facilius assequendam expresse voluit eadem Sanctitas Sua, quod permanentia convictorum in dicto collegio esse nequeat triennio diuturnior, juxta sancita in antiquis statutis pro recto regimine collegii, et universi pii operis ex oraculo s. m. Clementis XI., confectis et publicatis a cardinali Renato Imperiali signanter in cap. 9. cujus dispositionem pristino suo robori revocandam esse decrevit, data tamen facultate domino cardinali protectori, pro suo arbitrio, et prudentia dispensandi ad formam enunciati cap. 9. Et ita fieri, et exequi quoad omnia mandavit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

N. Buschi arch. Ephesinus deput.

Preces porrectae pro confirmatione articulorum, et rescripti.

§. 25. Hinc memoratus Hyacinthus cardinalis, quo praeinserti articuli inter Renatum cardinalem Imperiali ex una, et rectorem generalem congregationis clericorum regularium praedictum ex altera parte stipulati, nec non praeinsertum decretum diei quintae decembris anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti, ac rescriptum pariter praeinsertum firmius subsistant, atque serventur exactius apostolicae auctoritatis patrocinio communiri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confirmationis.

§. 26. Nos igitur, quibus maxime cordi est, ut quae pro ejusdem collegii feliciori statu decreta sunt, sine tergiversatione ulla exequantur, ejusdem Hyacinthi cardinalis votis quantum cum Domino possumus annuere cupientes, illorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, tum articulos, tum decretum, tum rescriptum prae-

inserta, atque omnia, et singula in eis contenta auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque apostolicae inviolabilis firmitatis robur adjicimus, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

Declaratio specialis.

§. 27. Quoniam autem ea omnia decernere cupimus, quae eidem collegio in aevum quomodolibet prodesse intelligimus, hinc harum serie volumus, atque mandamus, ut deinceps rectori generali dictae congregationis nisi praevio consensu, et approbatione cardinalis protectoris dicti collegii pro tempore existentis, clericos suae congregationis eidem collegio assignare liceat; eisdem vero cardinalibus protectoribus clericos regulares, dictae congregationis inibi commorantes pro suo arbitrio, et prudentia ab eodem collegio, ut in illorum locum alii sufficiantur dimittendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 28. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 29. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti collegii ecclesiastici etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda maji millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCIV.

Dat. die 12. maji 1797. Anno XXIII.

Instante serenissimo Hispaniarum infante indulgetur suis copiis, eorumque familiis; ut in quadragesima ac aliis temporibus, in quibus carnium, et lacticiniorum esus est prohibitus, iisdem cibis vesci valeant.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Ut securitati conscientiae, ac incommodis, quae ex tenui assignato stipendio iis, qui in exercitibus dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regis Hispaniarum infantis militant existunt, quantum cum Domino possumus, opportune consulamus, supplicationibus ejusdem Ferdinandi infantis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, universis, et singulis militibus exercituum praedictorum, eorumque familiis, ut quadragesimae, et aliis anni temporibus, ac diebus, quibus carnium ovorum, et lacticiniorum esus est prohibitus, ubicumque eos declinare contigerit, ovis, caseo, butyro, ac etiam carnibus, non tamen feria sexta cujusque hebdomadae, ac feria quinta, sexta, et sabbato majoris hebdomadae quoad carnes, vesci absque aliquo conscientiae scrupolo, aut censurarum ecclesiasticarum incursu libere, ac licite valeant auctoritate apostolica tenore praesentium licentiam, et facultatem concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima secunda maji millesimo se-

ptingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 18. jun. 1797. Anno XXIII.

MCV.

Erectio cathedralis ecclesiae Apuanae.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. In suprema beati Petri cathedra, meritis licet imparibus, divina dispositione locati, ad agrum, gregemque Dominicum Nostrae sollicitudini commissum provida mentis acie intendentes, congruum, et proficuum arbitramur in partibus illis, in quibus multiplicatis cultoribus uberiorem agri fertilitatem, et abundantiorem gregis propagationem profuturas dignoscimus sedulam opem, et operam Nostram libentissime impertiri; praesertim vero illustrium, et de catholica religione optime meritorum principum piis id efflagitantibus votis novas infra suarum ditionum fines episcopales sedes, et cathedrales ecclesias de novo erigere, et instituere non ambigimus, et partes ipsae per novas erectiones, institutionesque hujusmodi praestantioribus titulis decorare toto terrarum orbe celebriores efficiantur, et novum inde universali Ecclesiae decus, et honor accedat, ac novi praesules ipsis sedibus, et ecclesiis deputati, tamquam pastores gregis, et agri cultores assiduam, et vigilem praebere valeant custodiam, et culturam, populique eorum curae commissi, tamquam ager Dominicus, et grex per illorum fructuosa ministeria ampliores in spiritualibus, et temporalibus suscipere possint incrementa.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque alias dilectus filius Joannes Gianni sancti Stephani eques apud Nos, et Sedem apostolicam dilectissimi in Christo filii Nostri Petri Leopoldi regii Hungariae, et Bohemiae principis archiducis Austriae, et Hetruriae sibi subjectae magni ducis illius regiis negotiis praepositus ejusdem Petri Leopoldi archiducis, et magni ducis hujusmodi nomine Nobis exposuerit, quod dictus Petrus Leopoldus archidux et magnus dux ad augenda, utiliusque ordinanda spiritualia populorum sibi concreditorum subsidia plurimum cupiebat, ut in parte illa, quae in Lunigiana provincia sub ditione magni Hetruriae ducatus comprehenditur, et in Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi respective dioecesibus consistit jam ab eisdem Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi respective dioecesibus dismembrata vigore instrumenti cessionis, et concordiae inter ipsum Petrum Leopoldum archiducem, et magnum ducem ex una, et Januensem rempublicam ex altera partibus sub beneplacito Sedis apostolicae die vigesima nona mensis novembris anni Domini proxime praeteriti initi, ac a Nobis postmodum per concistoriale decretum die vigesima sexta mensis januarii currentis anni ejusdem Domini emanatum adprobati, et in ea existente civitate nempe Apuana, praevia illius decoratione civitatis episcopalis titulo, et honore, nova sedes, et nova civitas episcopales instituerentur, et infrascripta inibi existens collegiata ecclesia, praevia similiter illius collegialitatis status, et essentiae, nec non dignitatum, et canonicatuum in ea ad praesens existentium titulorum collativorum respective, ut infra perpetua suppressione, et extinctione in cathedralem ecclesiam etiam perpetuo, ut infra erigeretur, caeteraque alia infrascripta per Nos fierent.

Processus fabricatus a nuncio apostolico super utilitate novae erectionis.

§. 3. Nos tam pia dicti Petri Leopoldi archiducis, et magni ducis vota obsecundare intendentes, omnibus hisce mature perpensis dilecto etiam filio Nostro, et Sedis apostolicae nuncio in civitate Florentiae commoranti successive vigore ejusdem decreti a Nobis, ut praefertur, approbati, ut ipse nuncius causis dictarum erectionis, et institutionis, illarumque necessitate, et utilitate rite consideratis de iis juxta instructiones in eodem decreto contentas inde referret, apostolica auctoritate commisimus. Cumque postmodum ex processu desuper confecto, et a nuncio praefato ad urbem transmisso acceperimus, quod ex hujusmodi erectione, et institutione si fierent quammaximum animarum salutis in praefata civitate Apuana, ac parte supradicta habitatorum, et catholicae religionis incrementum sit resultaturum, nec non quod ad tantum opus feliciter perficiendum accedentes quoque venerabiles fratres Nostri moderni Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis respective episcopi, ac praedicta capitula, et dilecti quoque filii

moderni eorum tam Lunenses Sarzanenses, quam Brugnatenses respective canonici, ut ab eisdem episcopatibus, et eorum Lunensi, Sarzanensi, ac Brugnatensi respective dioecesibus praedictis pars illa, quae in ditione magni Hetruriae ducatus comprehenditur, atque in infrascriptis Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi respective dioecesibus praedictis consistit, ac infra quarum etiam respective limites comprehensae collegiatae, et paraeciae, ut infra exposite, et enumerate ad praemissum erectionis effectum perpetuo, ut infra dismembrarentur respective consenserant, illisque desuper non tam libere, quam libenter etiam respective cesserant.

Erectio civitatis Apuanae in episcopalem.

§. 4. Hinc Nos ad hoc ut dicti Petri Leopoldi archiducis, et magni ducis laudabilia perillustrium majorum suorum vestigia prosequentis pia desideria ordinata, et adimpleta remaneant precibus ipsius archiducis, et magni ducis nomine per dictum Joannem Nobis hac in parte humiliter porrectis benigne annuere volentes motu Nostro proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine saecularem, et insignem collegiatam, quae etiam parochialis existit ecclesiam sub invocatione sanctae Mariae de Populo in dicta civitate Apuana existentem, cujus cura animarum dilectorum similiter filiorum parochianorum dictae collegiatae ecclesiae, quae, ut praefertur, parochialis etiam existit per praepositum, aliumque presbyterum cappellanum in exercitio praefatae animarum curae eidem praeposito coadjuvantem modo exercetur; illiusque collegialitatis statum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam collegiatae ecclesiae, nec non dignitatum, et canonicatuum, et praebendarum, ac duodecim infrascriptarum cappellaniarum in ea ad praesens existentium respective titulos collativos, ita quod illae et illi, ac illae ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativae, et collativi, ac collativae esse desinant, ac de caetero uti tales in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, seu de illis quovis modo disponi amplius nequeat, et si illos, et illas deinceps ullo unquam tempore conferri, seu impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliaeque dispositiones de illis pro tempore quomodolibet factae nullae, et invalidae, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum etiam titulum possidendi tribuant, apostolica auctoritate praedicta perpetuo supprimimus, et extinguimus, illaque, et illis sic suppressa, et extincta, ac suppressis, et extinctis civitatem Apuanam praedictam in civitatem episcopalem Apuanam quoque nuncupandam cum omnibus, et singulis signis, et insigniis, privilegiis, praerogativis, juribus, exemptionibus, honoribus, et facultatibus, quibus aliae in magno Hetruriae ducatu existentes civitates episcopali sede insignitae, et earum respective cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

Ecclesia parochialis in cathedralem erigitur, cum omnibus juribus, et privilegiis.

§. 5. Praefatam vero collegiatam, et parochialem ecclesiam sic, ut praefertur, suppressam, et extinctam in cathedralem ecclesiam, quae venerabili etiam fratri Nostro moderno, et pro tempore existenti archiepiscopo Pisano suffraganea, eique metropolitico jure subjecta existat sub invocatione ejusdem sanctae Mariae de Populo, quae etiam ut antea parochialis existat, et in qua dictorum parochianorum dictae collegiatae, et parochialis ecclesiae, ut praefertur, suppressae, et extinctae, et in cathedralem ecclesiam hujusmodi, ut infra erigendae animarum cura praedicta, et jam ut infra exerceri debeat, et in ea sedem, et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Apuano nuncupando, qui eidem ecclesiae Apuanae, illiusque civitati praedictae, et dioecesi etiam Apuanae, et ut infra assignandae praesit; abbates, inferiores praelatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia et singula jura, et officia, et munera episcopalia habeat, et exerceat, cum suis capitulo, et canonicis, ac aliis ut infra per modum subrogationis constituendis, nec non arca, mensa episcopali caeterisque pontificalibus signis, insigniis, juribus, jurisdictionibus, facultatibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus et indultis realibus, et personalibus, et mixtis, quibus reliquae in magno Hetruriae ducatu episcopales ecclesiae, earumque respective praesules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu ex privilegio particulari acquisitis, similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum apostolica au-

Digitized by Google

ctoritate praedicta perpetuo respective erigimus, et instituimus.

Praefinitio novae dioecesis.

§. 6. Ac insuper, ut praefatae episcopalis ecclesiae Apuanae per Nos sic, ut praefertur, erectae dioecesi clerus, et populus constitui possit pro limite dictae dioecesis Apuanae, attentis cessione, et concordia praedictis a Nobis, ut praefertur, approbatis partem supradictam, quae in magno Hetruriae ducatu praedicto consistit, et infra terminos Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis respective dioecesum in Januensis reipublicae ditione sita huc usque clausa, et comprehensa, et ab eisdem Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi respective dioecesibus vigore instrumenti praedicti per Nos, ut praefertur, approbati jam dismembrata fuit, et in qua paraeciae ut infra contentae, et in Lunensi Sarzanensi dioecesi existentes reperiuntur, una videlicet sanctae Mariae de Populo, ac alia sanctorum Jacobi et Cristianae, ac alia sancti Columbani, ac alia sancti Nicolai in praefata civitate Apuana respective sitae; ac alia sanctorum Hyppolithi et Cassiani Saliceti; ac alia sanctae Felicitatis Oppili; ac alia sanctae Mariae Cavezzone Gordanae; ac alia sancti Geminiani Toranae; ac alia sancti Michaelis archangeli Arzelati; ac alia sancti Geminiani Careole; ac alia sancti Medardi Rossani; ac alia sanctae Felicitatis Coduli; ac alia sancti Pancratii Vignulae; ac alia sancti Georgii Cervariae; ac alia sancti Laurentii Guinadi; ac alia sancti Petri basilicae Guinadi; ac alia sancti Georgii Brati; ac alia sancti Michaelis Braiae, ac alia sanctarum Felicitatis et Perpetuae Succisae, ac alia sancti Nicodemis Grondulae; ac alia sanctorum Jacobi, et Philippi Traviridis; ac alia sancti Benedicti Montis Longi; ac alia sancti Bartholomaei Gravagnae; ac alia sanctae Mariae Assumptae Pracchiale; ac alia sancti Matthaei Vallis Antenae; ac alia sanctae Mariae Assumptae Caversanae Antenae; ac alia sancti Laurentii Cargalla; ac alia sanctae Mariae Assumptae Mignegni; ac alia sancti Basilidis Arzentii; ac alia sancti Martini Gereteli; ac alia sanctorum Laurentii et Donnini Groppuli; ac alia sanctae Margaritae Madrignani; ac alia sanctae Mariae Assumptae Plebis Calicis; ac alia sanctae Mariae Lauretanae Castri Calicis; ac alia sancti Joannis Evangelistae Borsedo; ac alia sancti Michaelis Veppri; ac alia sancti Stephani protomartyris Filateriae; ac alia sanctorum Petri, et Pauli Corlage; ac alia sanctorum Georgii et Pontiani arcis Sigillinae; ac alia sancti Martini Cavallanae; ac alia sanctorum Michaelis, et Victoris Gilianae; ac alia sanctorum Vincentii, et Anastasii Lusignanae; ac alia sancti Joannis Baptistae Dobbiana; ac alia sancti Jacobi majoris Bilij; ac alia sancti Andreae Scorcetuli; ac alia sancti Michaelis Seravallis; ac alia sanctae Mariae Assumptae Caprij; ac alia sancti Nicolai Bagnoni; ac alia sancti Michaelis Furnuli; ac alia sancti Jacobi Collesini; ac alia sancti Michaelis Cervarolae; ac alia sancti Michaelis Merides; ac alia sanctae Mariae Assumptae Mochignani; ac alia sancti Thomae apostoli Pestinae; ac alia sanctorum Hippolythi et Cassiani ejusdem loci; ac alia sancti Andreae apostoli Lusanae; ac alia sancti Leonardi Castilionis Terzeri; ac alia sancti Andreae apostoli Galbianae; ac alia sanctae Mariae Assumptae Riccolij; ac alia sancti Matthaei Lusolij; ac alia sancti Michaelis Canossae; ac alia sancti Nicolai Capriliolae; ac alia sancti Martini Albiani; ac alia sanctorum Jacobi, et Antonii abbatis Fivizzani; ac alia sanctae Margaritae Verucolae; ac alia sancti Venantii Ceregnani; ac alia sancti Michaelis Spicciani; ac alia sanctae Mariae Assumptae Soleriae; ac alia sancti Laurentii Gassani; ac alia sancti Michaelis Agnini; ac alia sancti Martini Magliani; ac alia sancti Columbani Canneti; ac alia sancti Bartholomaei Ceserani; ac alia sancti Columbani Gosariae; ac alia sancti Andreae Apostoli Debicolis; ac alia sanctae Luciae Collecchio; ac alia sancti Pauli apostoli Plebis ejusdem loci; ac alia sancti Jacobi majoris Colti; ac alia sancti Francisci Torani; ac alia sancti Martini Momij; ac alia sanctae Mariae Assumptae Pognanae; ac alia sanctae Catharinae Collegnachi; ac alia sancti Michaelis Sassalby; ac alia sancti Blasii Quarazanae; ac alia sancti Matthaei Po; ac alia sancti Petri apostoli Arliae; ac alia sancti Bartholomaei Bottignanae; ac alia sanctae Mariae Assumptae Crespiani; ac alia sancti Georgii Comani; ac alia sanctorum Petri, et Pauli apostolorum Camporaghenae; ac alia sancti Jacobi majoris Torsanae; ac alia sancti Donati Bilioli; ac alia sancti Michaelis Terenani; ac alia sanctorum Petri, et Pauli Rometae; ac alia sancti Terentii in Montibus; ac alia sanctorum Cypriani, et Justinae Colle;

ac alia sancti Prosperi Monzonii; ac alia sancti Joannis Baptistae terrae Rubeae; ac alia sanctorum Cornelii et Cypriani Codepontii; ac alia sancti Petri Offiani; ac alia sancti Martini Lusciguiani; ac alia sanctae Mariae Assumptae Cascianae Petrosae; ac alia sancti Bartholomaei Reusae; ac alia sancti Andreae apostoli Vince; ac alia sancti Jacobi Turlegi; ac alia sanctae Mariae Assumptae Argiliani; ac alia sancti Andreae Aliani; ac alia sancti Francisci Equi; ac alia sanctae Margaritae Regnan; ac alia sancti Mauritii Ajolae; ac alia sanctae Mariae ad Nives Montis Blancorum; ac alia sanctae Felicitatis Casulae; ac alia sancti Geminiani Alebbij; ac alia sanctorum Laurentii, et Barbarae Seravitiae; ac alia sancti Stephani Vallecchio; ac alia sanctae Mariae Lauretanae Quercetae; ac alia sancti Martini Cappellae; ac alia sanctorum Clementis et Columbiani Terriacae; ac alia Visitationis Beatae Mariae Virginis Levigliani; ac alia sanctorum Pauli, et Antonii Rosinae et Cerretae; ac alia sancti Ansani Basati; nec non caeterae paraeciae ut infra contentae, et in Brugnatensi dioecesi praedicta sitae, videlicet una sancti Petri Pontremoli, alia sanctae Mariae de Teglia, et reliqua sancti Laurentii de Zirio etiam respective nuncupatae, et respective locorum etiam respective existentium apostolica auctoritate praedicta perpetuo quoque respective dismembramus, dividimus, et separamus.

Subjectio incolarium saecularum, et clericorum novae jurisdictioni.

§. 7. Ac insuper in dicta parte, et in ea respective contentis desuper expressis paraeciis unius, et alterius dioecesum praedictarum, ut praefertur, respective dismembratis, divisis, et separatis consistentes, et consistentia, ecclesias, et monasteria, praeposituras, conventus, et alia quaecumque, quotcumque, et qualiacumque saecularia et quorumvis ordinum regularia beneficia, omniumque pariter et singularum paraeciarum ab una et altera dioecesibus praedictis respective dismembrata utriusque sexus habitatores, personas, et incolas, tam laicos, quam clericos, praesbyteros, beneficiatos, ac religiosos, non tamen exemptos cujusque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria respectivorum modernorum, quorum ad hoc expressus respective etiam accedit assensus, et pro tempore respective existentium Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis episcoporum, ac capitulorum, et canonicorum respective cathedralium ecclesiarum Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis praedictarum respectiva jurisdictione, potestate, superioritate, et auctoritate dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo de apostolicae potestatis plenitudine pari disjungimus, eximimus, nec non praedictam civitatem Apuanam in civitatem episcopalem per Nos, ut praefertur, erectam, eamdemque parochialem, et in ea comprehensas paraecias sic, ut praefertur, respective dismembratam, et dismembratas, et a praedictis respective Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi episcopatibus, et respective dioecesibus etiam respective avulsam, divisam, et separatam, ac avulsas, divisas, et separatas; ac omnia et singula in eis consistentes, et consistentia, ecclesias, monasteria, praeposituras, conventus, et alia quaecumque saecularia, et regularia, ut praefertur, beneficia, omnesque et singulos in eis respective, ut praefertur, comprehensos utriusque sexus habitatores, incolas, et personas tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, ac religiosos, non tamen exemptos praedictos, scilicet ut praefertur, disjunctos, et exemptos novae ecclesiae episcopali Apuanae, illiusque futuro, et pro tempore existenti praesuli pro suis civitate, territorio, et dioecesi, in quibus semper residere debebit, nec non pro suis clero, et populo apostolica auctoritate praedicta, etiam perpetuo concedimus, et assignamus, ac respective ordinarie ejusdem futuri, et pro tempore existentis episcopi Apuani jurisdictioni, potestati, et superioritati, et auctoritati, ita quod liceat personae eidem ecclesiae Apuanae tam nunc a primaeva illius erectione, et institutione, et hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum praeficiendae per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, et actualem, ac corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in dicta civitate Apuana in civitatem episcopalem sic per Nos, ut praefertur, erecta, totaque dioecesi Apuana, ut praefertur, concessa, et assignata propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere eorumdem modernorum, et pro tempore existentium Lunensium Sarzanensium, et Brugnatensium respectivorum episcoporum, vel

cujusvis alterius licentia desuper minime requisita dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo supponimus, et subjicimus.

Dismembratio alterius ecclesiae sancti Nicolai nuncupatae de insula Caprarae a Populoniensi dioecesi, illiusque unio Brugnatensi dioecesi.

§. 8. Supradictis autem erectione, suppressione, dismembratione, divisione, separatione, exemptione, disjunctione, assignatione, aliisque in praemissis, ut praefertur, executis, attenta pariter a venerabili etiam fratre Nostro moderno Massanensi, et Populoniensi episcopo, ac dilectis etiam filiis capitulo et canonicis ipsius cathedralis ecclesiae canonice facta cessione, alterius parochialis ecclesiae sancti Nicolai de insula Caprarae in dominio Januensi praedicto existente, et usque adhuc in spiritualibus a praedicta Massanensi, et Populoniensi dioecesi dependentis, praefatam parochialem ecclesiam sancti Nicolai de insula Caprarae ab eadem Massanensi, et Populoniensi dioecesi pari apostolica auctoritate perpetuo dismembramus, dividimus, atque separamus; et insuper in ea sic separata, divisa, et dismembrata omnes consistentes, et consistentia ecclesias, monasteria, praeposituras, conventus, et alia quaecumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia, omnesque, et singulos utriusque sexus degentes habitatores, personas, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros beneficiatos cujusque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria moderni, et pro tempore existentis Massanensis et Populoniensis episcopi jurisdictione, potestate, et superioritate dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo de apostolicae potestatis plenitudine disjungimus, et eximimus, nec non praedictam paraeciam sic, ut praefertur, dismembratam, divisam, et separatam, ac omnes, et singulas in ea consistentes, et consistentia ecclesias, monasteria, praeposituras, conventus, et alia quaecumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia, ut praefertur, omnesque et singulos in ea, ut praefertur, comprehensos utriusque sexus habitatores, personas, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros beneficiatos praedictos similiter, ut praefertur, disjunctos, et exemptos episcopali Brugnatensi dioecesi, ejusque moderni, et pro tempore existentis episcopi ordinariae pariter jurisdictioni, potestati, et superioritati eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo incorporamus, adjicimus, atque subjicimus.

Indemnitates concessae episcopis quibus pars territorii ablata est pro efformanda nova dioecesi.

§. 9. Et ad hoc moderni praedicti Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis respective episcopi de suis juribus, proventibus, et emolumentis super praedictis paraeciis per Nos, ut praefertur, ab eorum respective dioecesibus dismembratis, divisis, et separatis usque adhuc percipi solitis indemnitatem etiam respective accipiant annuum redditum eorum respective vita naturali tantum durante a praefato Petro Leopoldo archiduce, et magno duce, ejusque in Hetruriae magno ducatu hujusmodi successoribus suppeditandum, videlicet episcopo Lunensi Sarzanensi annuam summam bis mille biscentum, et quinquaginta quinque librarum monetae Januensis; episcopo vero Brugnatensi annuam similiter summam octingentum, et viginti librarum similium eadem apostolica auctoritate pariter assignamus, atque constituimus. Ac insuper favore capituli cathedralis ecclesiae Lunensis Sarzanensis illorum canonum fructus, ac redditus, quos in territorio ad magnum Hetruriae ducatum pertinente idem capitulum ad praesens exigit simili apostolica auctoritate etiam perpetuo reservamus, nec non dicto Lunensi Sarzanensi, ut praefertur, moderno, et pro tempore existenti episcopo alium annuum itidem canonem sub titulo portorii Ceserani vulgo di Ceserano nuncupatum pariter perpetuo assignari volumus, atque mandamus, cum hoc quod quovis tempore licitum sit Hetruriae gubernio, seu debitoribus respective praefatos canones, quicumque sit illorum titulus, aut origo liberos omnino reddere, facta tamen alterius capitalis assignatione, cujus quidem fructus ad tria scuta pro quolibet centenario, et anno valutati portorio, et canonibus praedictis aequivaleant, ac pariter mensae episcopali Brugnatensi praedictae omnes, et singulos redditus, et proventus in bonis stabilibus tantum consistentes, quos in magno Hetruriae ducatu praefato eadem mensa episcopalis possidet etiam libere reservamus, cum hoc praeterea, quod praefatus modernus, et pro tempore existens episcopus Brugnatensis singulis annis pro tempore quoque existenti parocho parochialis ecclesiae sancti Petri in praefata civitate Apuana existente scuta quinquaginta monetae Florentinae persolvere teneatur, ad quem proinde effectum ab eodem moderno, et pro tempore existente praedicto Brugnatensi episcopo tot

Digitized by Google

ex praefatis canonibus ad mensam episcopalem Brugnatensem praefatam, ut praefertur, pertinentibus eidem parocho pro tempore existenti ejusdem parochialis ecclesiae sancti Petri assignabuntur, quot superius enunciatae summae quinquaginta scutorum monetae Florentinae praedictae aequivalere censeantur.

Concessio juris nominandi parochos favore novi episcopi, et salvis reservationibus apostolicis.

§. 10. Eidemque moderno, et pro tempore existenti praedictae Brugnatensis dioecesis episcopo jus nominandi, seu praesentandi personam idoneam ad hujusmodi parochialem ecclesiam, cujus parochus pro tempore existens praefatus amovibilis existit, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus dum illam vacare contigerit, ita tamen, ut nominatio, seu praesentatio hujusmodi ad ipsum uti patronum privatum simpliciter spectare, et pertinere debeat, eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et reservamus: de caeteris autem indiscriminatim parochialibus ecclesiis a Lunensi Sarzanensi, et Brugnatensi respective dioecesibus praedictis, ut supra dismembratis, et avulsis, et episcopali ecclesiae Apuanae noviter, ut praefertur, erectae, ejusque futuro, et pro tempore existenti episcopo praesuli, ut supra pariter suppositis, atque subjectis, quod idem futurus, et pro tempore existens episcopus Apuanus, cessantibus tamen reservationibus, et affectionibus apostolicis libere disponere possit, et valeat, ac etiam teneatur, dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo declaramus; ac praeterea quod praedictus modernus, et pro tempore existens episcopus Brugnatensis palatio, quod ipsemet modernus Brugnatensis episcopus in civitate Apuana praedicta ad praesens possidet perpetuis futuris temporibus libere, et licite perfruatur, et gaudeat, cum hoc quod parocho parochialis ecclesiae sancti Petri praedicti pro tempore quoque existenti praedicto congruae, ac decentis in eodem palatio habitationis commodum reservari debeat, eadem apostolica auctoritate statuimus, atque ordinamus.

Dotatio mensae episcopalis noviter erectae.

§. 11. Ac insuper pro mensae episcopalis ipsius cathedralis ecclesiae Apuanae per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae dotatione, et ad hoc ut idem novus futurus, et pro tempore existens episcopus Apuanus statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius substinere valeat, annuam summam mille quingentorum scutorum monetae Florentinae praedictae per dictum Petrum Leopoldum archiducem, et magnum ducem, ejusque in magno Hetruriae ducatu praedicto successores ab omni, et quocumque onere liberam, immunem, et exemptam praefato futuro, et pro tempore existenti episcopo Apuano suppeditandam similiter apostolica auctoritate praefata perpetuo assignamus, atque constituimus, ipsique futuro episcopo Apuano, ejusque in dicto episcopatu Apuano successoribus pro sui, et eorum commoda, decentique habitatione palatium publici in platea dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae et extinctae, et in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erectae situm, quod magistratui cancellariae, et publicis scholis usque adhuc inserviit, et nunc ad usum futuri, et pro tempore existentis episcopi Apuani actu redigitur, perpetuo quoque adjicimus, et adscribimus.

Erectio capituli ecclesiae cathedralis, cum suis dignitatibus.

§. 12. Cum autem capitulum praedictae collegiatae ecclesiae sic suppressae, et extinctae, et in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erectae duodecim constaret canonicatibus, totidemque praebendis, comprehensis quatuor dignitatibus, praepositura scilicet inibi forsan principali existente, et decanatu, ac archidiaconatu, et primiceriatu, ut praefertur, suppressis, nec non duodecim perpetuis, personalem tamen residentiam requirentibus cappellaniis una cum sex clericis praeter caeremoniarium. Nos proinde unam praeposituram, quae post pontificalem, ut praefertur, erectam, et institutam hujusmodi major cum uno canonicatu, et una praebenda pro uno canonico praeposito, qui caput capituli dictae cathedralis ecclesiae Apuanae sic, ut praefertur, erectae, et institutae existat, iisque gaudeat praeeminentiis, quae sibi de jure competere possunt, et debent, ac per quem una cum uno presbytero cappellano ei in infrascriptae curae exercitio coadjuvante cura animarum dilectorum etiam filiorum parochianorum dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae, et extinctae, ac in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erectae, ut antea exerceri debeat, nec non unum decanatum, qui secunda cum alio pariter canonicatu, et alia theologali nuncupanda praebenda pro alio canonico decano in theologia magistro, ac unum archidiaconatum, qui tertia cum alio, parique canonicatu, et alio praebenda pro alio canonico archidiacono, ac

unum primiceriatum, qui quarta respective dignitates in dicta cathedrali Apuana, ut praefertur, erecta existant, cum alio pariter canonicatu, et alia praebenda eisdem dignitatibus respective invicem perpetuo unitis existentibus pro alio canonico primicerio respective nuncupandis, ac reliquos octo canonicatus, totidemque praebendas dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae, et extinctae, et in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erectae pro octo aliis futuris mere canonicis ejusdem cathedralis Apuanae illius capitulum respective componentibus, ac duodecim perpetuas personalem tamen residentiam hujusmodi, ut praefertur, requirentes cappellanias pro totidem clericis, seu presbyteris servitio chori dictae cathedralis ecclesiae sic erectae et institutae addictis, per modum tamen subrogationis absque alia desuper facienda provisione eorumdem duodecim canonicatuum, et praebendarum, quatuor dignitatibus praefatis comprehensis, ac duodecim itidem cappellaniis favore illos, ac illas respective nunc obtinentium, qui dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae, et extinctae, ac in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erectae capitulum efformabant, illique inserviebant; quibus omnibus illos, et illas pro tempore respective obtinentibus cum sex clericis, ac caeremoniario praedictis singulis diebus horas canonicas tam diurnas, quam nocturnas, aliaque divina officia devote, ac cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitandi, decantandi, et psallendi, divinisque officiis tam diurnis, quam nocturnis hujusmodi interessendi, ac alias ejdem cathedralis Apuanae, sicut praefertur, erectae, et institutae laudabiliter deserviendi onus incumbet, dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque respective erigimus, et instituimus; ac praeterea ut dignitates, et canonicatus dictae cathedralis ecclesiae Apuanae per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae de congrua etiam earum, et eorum respective dotatione provideantur, illasque et illos pro tempore respective obtinentes onera, et obligationes eis, et eorum cuilibet respective incumbentia supportare valeant. Praepositurae videlicet dignitati post pontificalem hujusmodi majori injbi, ut praefertur existenti, eique annexam summam tercentorum scutorum monetae Romanae, ut antea; decanatui vero cum ei parique annexa theologali, et archidiaconatui, et primiceriatui cum aliis respective canonicatibus, et praebendis respective adnexis praefatis, caeterisque canonicatibus, et praebendis, et cappellaniis praedictis, aliisque omnibus, et singulis dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae, et extinctae, et in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erectae in divinis inservientibus omnes, et singulos redditus, et proventus, quos huc usque illas, et illos pro tempore respective obtinentes, aliique in divinis inservientes praedicti annuatim perceperunt in modum tamen, ut ipsi etiam in posterum similiter libere illos annuatim percipere quoque debeant, dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque applicamus, et assignamus.

§. 13. Eisdemque futuris et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictae collegiatae ecclesiae Apuanae per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae, ut ipsi, eorumque officiales, et ministri, res, bona, proprietates, et jura quaecumque omnibus, et singulis tam spiritualibus, quam temporalibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praeeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis, quibus aliae similes cathedrales in praedicto magno Hetruriae hujusmodi ducatu existentes, earumque capitula, canonici, ac dignitates, et beneficia in eis obtinentes, illorumque ministri etc. uti, frui, potiri, et gaudere etiam possint, dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, et indulgemus. Eisdemque futuris, et pro-tempore existentibus capitulo, et canonicis dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae, ut ipsi pariter pro ejusdem sic erectae, et institutae cathedralis ecclesiae, illiusque chori, capituli, rerum, bonorum, et jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique gubernio, regimine, et administratione, nec non onerum illis incumbentium supportatione, ac divinorum etc. sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis decretisque concilii Tridentini hujusmodi minime adversantia, et per ipsum episcopum Apuanum, ut praefertur, prius examinanda, et approbanda, facultatem, potestatem et auctoritatem dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impartimur.

Privilegia concessa capitulo, et jus condendi statuta.

Reservatio juris nominandi episcopum favore magni ducis Hetruriae

§. 14. Ac ulterius, quod praedictae episcopali ecclesiae Apuanae per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae tam pro hac prima vice, et a primaeva illius erectione, et institutione pastoris solatio destitutae, quam deinceps, et quoties eam pastoris solatio non tamen apud apostolicam Sedem destitui contigerit persona idonea per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem eidem ecclesiae episcopali Apuanae in episcopum praeficienda eodem prorsus modo, quo episcopi aliarum ecclesiarum in praefato magno Hetruriae ducatu existentium a Sede apostolica praedicta praefici consueverunt, praefici quoque debeat eadem apostolica auctoritate statuimus, et ordinamus; dictam vero praeposituram dignitatem inibi post pontificalem majorem, ut praefertur existentem, dum illam semper, et quandocumque pro tempore vacare contigerit Sedi apostolicae praedictae affectam, et reservatam in perpetuum remanere, et existere. Caeteras vero dignitates, ac canonicatus, et praebendas, aliaque omnia beneficia ecclesiastica in ipsa cathedrali ecclesia Apuana, sic ut praefertur erecta, et instituta existentes, et existentia, eisdem affectionibus, et reservationibus apostolicis, ut antea obnoxios, et obnoxias ac obnoxia esse, et fore pari apostolica auctoritate itidem perpetuo declaramus.

Praeceptum episcopo datum de erigenda praebenda poenitentiaria in ecclesia metropolitana, et dioecesano seminario

§. 15. Quoniam autem in praedicta collegiata ecclesia sic suppressa et extincta, et in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erecta praebenda poenitentiaria, et in dicta civitate Apuana in civitatem episcopalem etiam, ut praefertur, erecta seminarium episcopale desunt, ut in dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut praefertur, erecta poenitentiaria hujusmodi, et in dicta civitate seminarium praedictum juxta concilii Tridentini praedicti praescriptum respective erigantur, et instituantur conscientiam futuri episcopi super his onerando eadem apostolica auctoritate praecipimus atque mandamus, et pro ejusdem seminarii dioecesani manutentione et dote novi futuri episcopi cura, ut praefertur, erigendi summam quingentum scutorum monetae Florentinae praedictae etiam a Petro Leopoldo archiduce, et magno duce praefato, ejusque in magno Hetruriae ducatu hujusmodi successoribus praedictis quoque suppeditandam pari apostolica auctoritate etiam perpetuo constituimus, et assignamus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 16. Decernentes praesentem Nostrum motum proprium, et easdem praesentes semper, et perpetuo validum, et efficacem, ac validas et efficaces, esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; et sic ab omnibus, et singulis ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum etc. decretis in genere, et in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore quomodolibet concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales etc. derogamus; caeterisque contrariis quibuscumque.

Praeceptum de inscribendis redditibus mensae in libris camerae apostolicae.

§. 17. Volumus autem, quod dicta ecclesia episcopalis Apuana, per Nos, ut praefertur, erecta, et instituta juxta redditus praedictos illius mensae episcopali, etiam, ut praefertur, applicatos, et assignatos de more a d florenos auri quatuorcentum taxari, et hujusmodi taxa in libris camerae apostolicae describi debeat.

Deputatio executoris apostolici.

§. 18. Nos autem per easdem praesentes nuncium praefatum in dicta civitate Florentiae commorantem in executorem etc. tenore praesentium deputamus, nec non eidem nuncio facultatem, ut ipse quamcumque personam in ecclesiastica dignitate constitutam in hujusmodi executione subdelegare etc. dicta apostolica auctoritate pariter concedimus, et impartimur. Nulli ergo etc. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo octuagesimo septimo quarto nonas julii pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Hasce literas apostolicas summus pontifex hocce anno 1797. reformavit, quoad ordinem et gradum dignitatum capitularium in hunc modum, videlicet ut prima dignitas in perpetuum sit praepositura, secunda archidiaconatus, tertia decanatus, et quarta primiceriatus.

MCVI.

Dat. die 20. junii 1797. Anno XXIII.

Confirmatur concordia inter archiepiscopum Beneventanum ex una, et episcopum Abel-

linensem ex altera parte inita de ac super jurisdictione in parochia nuper fundata pro cura animarum terrae de Pratola.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Decet Romanum pontificem in ea, quae pro faciliori animarum christifidelium cura scite, ac prudenter constituta sunt, auctoritatis suae partes interponere, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod cum jampridem cura animarum in terra de Pratola, quae est sita in via regia a civitate Abellinensi ad Apuliam pro parte dextra ejusdem viae tibi, atque archiepiscopo Beneventano pro tempore in spiritualibus subjecta ab archipresbytero de Montefalcione, pro parte vero sinistra episcopo Abellinensi pariter in spiritualibus subdita ab archipresbytero de Serra gereretur, ac plura hinc ob distantiam harum ecclesiarum parochialium extassent incommoda, hisce occurrere desiderans princeps de Montemiletto ejusdem terrae baro, novam ecclesiam in dioecesi Beneventana e fundamentis erexit eo consilio, ut illic parochus institueretur, qui spiritualem incolarum dictae terrae curam administrasset; et quidem vix perfecta ecclesia praedicta ab archiepiscopo Beneventano praedecessore tuo de idoneo parocho fuit provisa, atque interim idem archiepiscopus Beneventanus ex una, et episcopus Abellinensis ex altera parte de utrinsque jurisdictione agere susceperunt, et facile jam tunc finita res esset, nisi plura remorata essent pactarum conventionum stipulationem, quae tandem aliquando a bonae memoriae Francisco Maria, dum vixit Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Banditi ex dispensatione, et indulto apostolico archiepiscopo Beneventano celebrata est tenoris qui sequitur.

In Dei Nomine amen.

Die vigesima quarta mensis augusti, duodecima indictione, millesimo septingentesimo nonagesimo quarto Beneventi etc. Pontificatus etc. Regnante etc. Nos etc. Costituite personalmente in presenza nostra l'infranominande persone, cioè

Tenor conventionis. §. 3. L'illustrissimo e reverendissimo monsignore don Celestino canonico Tramontani, vicario generale di questa reverendissima curia arcivescovile di Benevento, alle cose infradicende specialmente destinato dall'eminentissimo, e reverendissimo signore cardinale Francesco Maria Banditi arcivescovo di questa predetta città di Benevento, il quale monsignore vicario Tramontani agge, ed interviene alle cose infrascritte in nome, e parte di detto eminentissimo signore cardinale arcivescovo, e per li di lui posteri, e successori arcivescovi da una parte etc.

Ed il reverendissimo signore don Michele Limata abate infulato dell'insigne collegio sotto il titolo di s. Spirito di questa predetta città di Benevento procuratore alle cose, che sieguono specialmente deputato dall'illustrissimo, e reverendissimo signore Sebastiano de Rosa vescovo attuale della città di Avellino, e Frigento in virtù di pubblico stromento di procura stipolato in detta città di Avellino sotto il dì due del corrente mese di agosto per gli atti del magnifico notaro don Francesco Saverio Plantulli di Napoli, commorante in detta città di Avellino, di cui copia autentica a me notaro si è esibita, et inferius ec. il quale signore abate Limata agge, ed interviene alle medesime cose infrascritte in nome, e parte di detto monsignore vescovo di Rosa, e come di lui procuratore ut supra etc. e per li suoi posteri, e successori vescovi dall'altra parte ec.

Nec non il molto reverendo signore don Vincenzo Capone, attuale arciprete dell'arcipretale chiesa sotto il titolo della beatissima vergine Assunta in cielo della terra di Montefalcione diocesi di Benevento, al presente in questa città, il quale agge, ed interviene benanche alle stesse cose infrascritte per se stesso, e per li suoi successori in detta chiesa arcipretale, da un altra parte ec.

E l'accolito don Giacomo Sforza Beneventano, procuratore alle cose infradicende, specialmente deputato dal molto reverendo signore don Giuseppe Sellito arciprete dell'arcipretale chiesa sotto il titolo de' ss. Stefano, ed Odemo del castello di Serra diocesi di Avellino, in vigore di pubblico istromento di procura stipolato sotto il dì diciannove del corrente

mese, ed anno per gli atti del mag. notaro don Giuseppe d'Alfiero della terra di Prata, di cui copia autentica pure a me notaro si è esibita, et pariter inferius etc. il quale don Giacomo procuratore agge benanche alle cose infrascritte in nome, e parte di detto signore arciprete Sellito, e per li di lui successori in detta chiesa arcipretale da un altra parte ec.

Ed il molto reverendo signore don Giuseppe di Alelio rettore curato della rettorale chiesa sotto il titolo della beatissima vergine Addolorata del casale di Pratola al presente in questa città, il quale parimente agge, ed interviene alle medesime cose infrascritte per se stesso, e suoi successori in detta chiesa rettorale, dall' altra parte ec.

§ Narratio facti. §. 4. Asseriscono dette parti spontaneamente, e concordemente avanti di noi, qualmente essendosi tra il lodato eminentissimo, e reverendissimo signore cardinal Banditi arcivescovo di Benevento, ed il prefato illustrissimo, e reverendissimo monsignore de Rosa vescovo di Avellino, e di Frigento concliuso e stabilito un trattato di rapporto alla cura spirituale delle anime di detto casale di Pratola, si stabilirono, e determinarono alcuni capitoli, dichiarazioni, e patti firmati in margine di proprie mani di detto eminentissimo signore cardinale Banditi arcivescovo, e di detto illustrissimo e reverendissimo monsignore vescovo Rosa, per ridursi poi dette dichiarazioni, e convenzioni, capitoli, e patti in pubblica forma, colla stipola di publico istromento, ottenuto si sarebbe l'assenso, e beneplacito della maestà del re delle due Sicilie, Dio guardi, conforme da medesimi si rileva; essendosi già ottenuto il detto regio assenso, che per anche a me notaro si è esibito, et inferius etc. ed ottenuto benanche il consenso del reverendissimo capitolo della cattedrale chiesa di detta città di Avellino, come dal documento pure a me notaro esibito, et inferius etc. rimanendo espressamente riserbato anche il consenso di questo reverendissimo capitolo metropolitano di Benevento, et non aliter, alias, nec alio modo etc. (si nota come oggi 27. agosto 1794, il reverendissimo capitolo metropolitano di Benevento ha approvato l'introdotto piano, e foglio di convenzione, ed ha prestato il suo consenso per l'esecuzione del medesimo come dal documento esibito etc. onde etc.) intendendo perciò presentemente le nominate parti fare la pubblicazione del detto foglio de' capitoli, dichiarazioni, e convenzioni, e riduzione di quelli in pubblica forma, ne hanno a tal effetto richiesto me notaro per l'atto di tal pubblicazione, e riduzione in forma pubblica: ed attendendo una tal domanda troppo giusta, e ragionevole ec. pertanto oggi suddetto giorno ec. essendoci stato esibito, e presentato da esse parti il cennato foglio di capitoli, dichiarazioni, convenzioni, obblighi, e promesse, abbiamo quello con alta, ed intelligibile voce letto de verbo ad verbum, e dal principio sino al fine, prout jacet etc. e quello pubblicato in presenza tanto di esse suddette parti nei nomi, come sopra rispettivamente presenti, ed il medesimo foglio, e sue dichiarazioni, e convenzioni in tutte, e singole loro parti accettanti ec. quanto dell'infrascritti regio giudice a contratti, e testimonj presenti, e specialmente chiamati per intervenire al presente pubblico atto: qual foglio è del tenore, che segue, cioè,

§. 5. Il casale di Pratola feudo dell'illustre signore principe di Montemiletto, rispetto poi alla spirituale giurisdizione, è soggetto per la metà di sopra della strada regia a monsignore arcivescovo di Benevento, e per la metà di sotto a monsignore vescovo di Avellino: gli abitanti di sopra furono parrochiani della parrocchia di Montefalcione, e quei di sotto della chiesa parrochiale di Serra ambedue di patronato dello stesso signor principe anche possessore di quei luoghi. Per maggior comodo de figliani a spese del medesimo signor principe, precedente reale assenso, ed approvazione con dispaccio dei 25. settembre 1762. fu eretta, poi consacrata dall'arcivescovo di Benevento, una nuova chiesa sotto il titolo di Maria Addolorata dalla parte però di sopra in territorio dell'arcivescovo di Benevento filiale di Montefalcione colla riserva del padronato al principe medesimo. Da questo si è domandato, che senza più destinarvisi due curati con poco sostentamento dei medesimi vi si destini un parroco con vera, e reale dismembrazione del territorio della parrocchia di Montefalcione, e Serra, il quale ne porti la cura spirituale, senza confusione, e col congruo sostegno. Avendo l'arcivescovo attuale eminentissimo Banditi, ed il vescovo di Avellino monsignore de Rosa esaminato questo progetto, e trovatolo utile alla gloria Sequitur ut supra.

del Signore, ed al vantaggio spirituale di quelle anime, son disposti a concorrere al medesimo; quando venga approvato da sua maestà colle seguenti dichiarazioni, cioè.

I.

De pensione vicario curato solvenda.

§. 6. Si debba assegnare al vicario curato un congruo assegnamento di ducati cento trenta, cioè ducati cento per lui, e trenta per il mantenimento della chiesa, oltre li ducati dodici assegnatili in dote dall' illustre sig. principe di Montemiletto in tempo della congregazione della suddetta chiesa. Li ducati cento trenta debbano corrispondersi dall' arciprete di Montefalcione, e da quello di Serra, cioè ducati ottanta dall' arciprete di Montefalcione, e ducati cinquanta da quello di Serra, siccome amendue detti arcipreti se ne obbligarono con due istromenti passati tra essi con l' illustre signor principe di Montemiletto, e con sentenze delle due curie Beneventana, ed Avellinese, di quella di Benevento in data dei 23. ottobre 1762., e di quella di Avellino sotto il di 11. dicembre 1789.

II.

De electione vicarii.

§. 7. Il suddetto vicario curato si provvederà, e destinerà per turnum dall' arcivescovo di Benevento, e dal vescovo di Avellino, precedente la nomina, e presentazione da farsi dal medesimo illustre signore principe di Montemiletto. Fatta la presentazione, o sia nomina si dovrà la persona nominata esaminare ad formam sacri concilii Tridentini, et servatis servandis istituirsi. La prima volta si farà l' elezione, ed istituzione dalla curia di Benevento con buona grazia di monsignore d' Avellino, anche a riflesso di essere la nuova chiesa situata in giurisdizione di Benevento, senza tenersi conto delle altre istituzioni fatte dalla curia Beneventana sin' oggi, come precedute alla presente concordia, poichè riguardo all' istituzione del curato comincierà a farsi dalla suddetta curia Beneventana per cessum, sive decessum dell' odierno signore don Giuseppe d' Alesio.

III.

De juribus vicarii curati.

§. 8. Istituito, che sarà tal vicario curato perpetuo averà la cura delle anime dell' intiero casale di Pratola indipendentemente dall' arciprete di Montefalcione, e di Serra. Esigerà tutti li diritti, ed emolumenti parrocchiali a suo beneficio con pagare la quarta funeraria per antico solito prima del concilio Romano sotto Benedetto XIII. la quarta delle decime sagramentali, ed ogni altra canonica prestazione, un' anno alla mensa di Benevento, ed un' altro anno alla mensa di Avellino nel tempo della santa visita.

IV.

De licentiis matrimonialibus.

§. 9. Quando si dovranno spedire le licenze de' matrimonj, si dovrà attendere a chi appartiene la donna, perchè essendo costei del luogo sopra la strada di territorio dell' arcivescovo di Benevento, alla di lui curia spetterà spedire il contrahatur, ed all' incontro si spedirà dalla curia di Avellino, se sia la donna di sotto la strada regia, territorio del vescovo di Avellino. Le testimoniali si spediranno da quella curia, a cui sarà soggetto l' uomo, o la donna che le richiede.

V.

De filiatione parocciae.

§. 10. Per decreto di erezione come sopra, e reale approvazione, deve restare la nuova parrocchia di Pratola filiale di Montefalcione, e perciò lasciarsi in tutti gli onori riservati alla matrice riguardo alla processione del parroco, e figliani nel giorno dell' Assunzione in ogni anno colla prestazione di un censo di libbre due cera all' arciprete di Montefalcione, dal vicario curato di Pratola, o che questi sia stato istituito dalla curia di Benevento, o dalla curia di Avellino, e la stessa prestazione, e funzione si deve fare dal medesimo vicario curato alla chiesa matrice di Serra nel giorno del protettore di detto luogo s. Audeno.

VI.

De mutua dependentia parochorum.

§. 11. Il medesimo vicario curato di Pratola, ottenuta, che avrà l' istituzione dalla curia di Benevento, sia tenuto rispettosamente presentarsi alla curia di Avellino, a cui deve mostrare l' ottenuta istituzione, e lo stesso deve fare l' istituito della curia di Avellino, con quella di Benevento, con doversi

Digitized by Google

serbare in perpetuum questa reciproca corrispondenza.

VII.

De interventione ad synodum.

§. 12. Il vicario curato di Pratola dovrà intervenire al sinodo così di Benevento, che a quello di Avellino, come ogni altro parroco delle due diocesi, affinchè sappia le ordinazioni sinodali riguardanti la buona cura dei respettivi sudditi.

VIII.

De visitatione quolibet anno facienda.

§. 13. La santa visita si dovrà fare quolibet anno, cioè un' anno dall' arcivescovo di Benevento, ed un' anno dal vescovo di Avellino colla solita procurazione, e col prestare i cibarj giusta il Tridentino, in maniera che nell' anno che cade la visita dell' uno non si faccia la stessa dall' altro. Per la persona del parroco, e pel di lui officio dovrà egli esser soggetto all' uno, ed all' altro, ed in conseguenza soggiacere alle correzioni quatenus etc. Essendo poi la mancanza gravissima per cui il curato dovesse meritare pena afflittiva, e vieppiù se di deposizione, è giusto, che proceda quell' ordinario, che gli diede l' istituzione. Per li preti poi non proprii del visitatore, saranno questi anche obbligati tutti a corteggiare il visitatore, ma ciascun ordinario chiamerà i suoi all' ubbidienza per non confondersi la giurisdizione.

IX.

De jurisdictione archiepiscopi super personis ecclesiasticis.

§. 14. La giurisdizione su de' preti si riterrà dall' arcivescovo, o vescovo, che gli ordinò, e se per istanza di non essere citati si ricoverassero nel territorio non proprio del vescovo ordinatore con buona grazia delle curie respettive si faranno quelli eseguire.

X.

De divisione territorii.

§. 15. La divisione del territorio, che si smembra dal tenimento, ossia giurisdizione dell' arcipretura di Serra deve essere la seguente, cioè il territorio denominato s. Jorio, che lo divide, la via regia, e quella, che conduce a Montefalcione. Il territorio detto lo Boschetto, e propriamente quello, che viene diviso dalla strada, che conduce alla Pratola. Il territorio, che principia dal Piano, e continua colle Sandolle, e Scoppole sino al confine del territorio della giurisdizione di Montaperto. E dall' arcipretura di Montefalcione restano divise le massarie, ed uomini abitanti. Il bosco della Cardogna, Nocelle, e Galli, e tutti li suddetti territorj rimangono incorporati alla nuova parrocchia di Pratola.

XI.

De suppressione ecclesiae s. Annae.

§. 16. La chiesa antica di Pratola sotto il titolo di sant' Anna, che serviva per uso della parrocchia antica dalla parte di sotto resti profanata, e non possa erigersi altra chiesa, ed erigendosi acquisti l' arcivescovo i diritti, che concede nella sua chiesa al vescovo di Avellino.

XII.

De jure episcopi Avellini in peragenda visitatione.

§. 17. Portandosi il vescovo di Avellino in visita, e conseguentemente esercitando giurisdizione contro il territorio della diocesi Beneventana, la di cui visita deve restringersi a soli sagramenti, e sagramentali, ed agli utensili ad essi appartenenti, e necessarj, come altresì a libri parrocchiali, e libri di messe pro populo, restando riservati all' ispezione dell' arcivescovo di Benevento, oltre i sagramenti, e sagramentali gli altri della stessa chiesa, ed ogni altro fuori delle cose sopra specificate, è permesso al vescovo di Avellino.

XIII.

De nominatione oeconomi tempore vacationis facienda.

§. 18. Nel caso della vacanza del vicario curato di Pratola, o per morte, o per rinunzia deve provvedere l' interino, ossia l' economo quell' istesso ordinario, che l' istituì, affinchè non manchi l' assistenza alla popolazione sino alla istituzione del nuovo vicario curato, che dovrà farsi da quell' ordinario, cui spetterà il turno, da cominciarsi dalla curia Beneventana come sopra.

Conclusio.

§. 19. Quali capitoli, dichiarazioni, convenzioni, obblighi, e promesse espresse in detto preinserto foglio, così per me notaro letto, e pubblicato come sopra, e tutte e singole cose in esso dichiarate, enunciate, e convenute ec. hanno promesso, e promettono esse parti nei nomi come sopra respettivamente; per stipolà legittima, e solenne ec.

sponte, e per ogni miglior via ec., anche col mezzo del loro giuramento tactis pectoribus more etc., ac scripturis respective etc., aver sempre, ed in ogni futuro tempo ec. per rate, grate, e ferme, ed inviolabilmente attendere, adempire, ed osservare giusta la di loro serie, tenore, e continenza, senza potervi controvenire per qualsisia causa, titolo, pretesto, o ragione ec. per il di cui effetto hanno collo stesso giuramento espressamente rinunciato, come rinunciano a tutte, e qualsisiano leggi, e beneficj di esse in di loro favore, e respettivamente di detti loro principali in qualunque modo decantino, e così non altrimenti, nè di altro modo ec.

Praemissio de servandis pactis conventis.

§. 20. E per la reale osservanza e fermezza delle cose suddette ec. li predetti signori contraenti, nei nomi come sopra rispettivamente ec. sponte ec. hanno obbligato se stessi, loro successori, e beni suddetti ec. tanto nella più stretta forma della reverenda camera apostolica, colle solite clausole, quanto giusta il rito della gran corte della vicaria, sub poena, et ad poenam dupli etc., medietate etc. cum potestate capiendi etc. ubique etc. constitutione precarii etc. citra etc. renunciantes etc. consentientes etc. unica etc. et tactis pectoribus more etc., ac scripturis respective etc. juraverunt praesentibus opportunis.

Confirmatio apostolica.

§. 21. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, beneplacitum apostolicum fuerit hisce desuper reservatum, ac quo concordia hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae Nostrae confirmationis patrocinio communiri summopere desideres: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, audita prius relatione dilecti filii magistri Julii Gabrieli congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum a secretis relatione, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut veris existentibus narratis, et postquam ita expedire judicaveris praeinsertam concordiam cum omnibus pactis, et conditionibus in ea contentis auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia gratis confirmes, et approbes, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in ea intervenerint, suppleas et sanes.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 22. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 23. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima junii, millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCVII.

Dat. die 21. junii 1797. Anno XXIII.

Indultum, ut mulieres claustrum conventus Barchinonensis fratrum ordinis sancti Francisci de observantia ingredi possint.

Venerabili fratri episcopo Barchinonensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii minister provinciae Catalauniae ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, nec non minister et discretus tertii ordinis hujusmodi istius civitatis Barchinonensis, quod ab immemorabili in more positum erat, ut dum magno Christifidelium concursu in ecclesia, ac conventu Barchinonensi fratrum ordinis praedicti ab iisdem fratribus, et ab utriusque sexus christifi-

Digitized by Google

delibus dicti tertii ordinis devotum Viae Crucis exercitium perageretur, non solum viri, sed etiam mulieres sejunctim tamen ab hominibus, ac binae ad intimum ejusdem conventus claustrum, devote, ac pie procederent, et quamvis emanata anno millesimo septingentesimo quadragesimo secundo a felicis recordationis Benedicto pp. XIV. praedecessore Nostro constitutione, quae incipit — *Regularis disciplinae* — ab ea statim consuetudine recessum fuerit, paullo post tamen ex apostolico, ut creditur, indulto eadem consuetudo revocata fuit, usque dum anno millesimo septingentesimo nonagesimo primo, quod in tabulario nullum de indulto hujusmodi apostolico extabat documentum, a tunc exercente episcopo Barchinonensi pium exercitium hujusmodi interdictum fuit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat infimum claustrum praedictum ad hunc unum usum destinatum sit, ut christifidelium cadavera tumulentur, atque ad ejusdem conventus ornatum, nullumque ex more hujusmodi incommodum in eamdem clausuram redundetur. Nobis propterea memorati exponentes supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, audita prius tua hisce desuper relatione, supplicationibus hujusmodi inclinati fraternitati tuae per praesentes committimus ac mandamus, ut veris existentibus narratis, et quatenus in posterum in infimo claustro hujusmodi nulla fiet innovatio, quae rerum statum immutet, consuetudinem praedictam, ut nempe mulieres in statis jam, ac ab usu praescriptis diebus tantum ad claustrum praedictum pie, ac devote exercitium praedictum comitando procedere possint, pro tuo arbitrio ac prudentia, ac cum iis conditionibus, quae ad scandala antevertenda a priora arbitraberis, auctoritate Nostra apostolica permittas.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus memorata Benedictina constitutione, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quinta junii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCVIII.

Dat. die 7. julii 1797. Anno XXIII.

Concessio muneris procuratoris generalis ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum.

Dilecto filio Bartholomaeo ab Imola fratrum ordinis minorum s. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium. §. 1. Religionis zelus, vitae, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

Expositio precum. §. 2. Nuper pro parte venerabilis fratris Nostri Henrici cardinalis episcopi Tusculani ducis Eboracensis nuncupati tui ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum apud Nos, et hanc sanctam Sedem protectoris expositum fuit, quod cum Nos novissime in episcopum Comaclensem dilectum etiam filium Gregorium a Marraria ejusdem ordinis fratrem expresse professum designavimus, munus huic definitoris generalis dicti ordinis, quo ipse fungitur, vacat, ac alium in illius locum per Nos sufici summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur ipsius Henrici cardinalis episcopi votis, quantum cum Domino possumus annuere, teque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasio-

ne, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum praesentium consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati te, qui frater ordinis praefati expresse professus, congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium indici librorum prohibitorum, et expurgandorum praepositae consultor existis, ac officium a secretis apud procuratorem generalem ejusdem ordinis, ac custodis capituli generalis cum jure utriusque suffragii exerces, et de cujus prudentia, fide, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, ac ejusdem Henrici cardinalis episcopi consilio inter plures Nobis ad hoc nominatos in locum dicti Gregorii ad ecclesiam Comaclensem promoti munus praedictum vacaverit, in illius locum cum omnibus, et singulis juribus, praerogativis, praeeminentiis, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, indultis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis, quibus memoratus Gregorius, ac caeteri definitores generales utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui et gaudere possunt, vel poterunt in futurum in omnibus, et per omnia perinde ac si in frequenti capitulo generali ad officium, seu munus praedictum electus fuisses auctoritate, et tenore praesentium constituimus, facimus, et nominamus.

Sanctio poenalis.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis, omnibus, et singulis superioribus guardianis, fratribus, caeterisque personis quibuscumque ordinis praedicti, ad quos spectat, vel spectabit in futurum, ut te in definitorem generalem ejusdem ordinis in locum dicti Gregorii recognoscant, tuoque officio praedicto, illiusque libero exercitio juxta tenorem praesentium fungi sinant, et permittant, tibique in omnibus, et per omnia ad officium praedictum quomodolibet pertinentia prompte pareant, et obediant, foveant, et adsistant respective.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Ac decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, tibique in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis! Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCIX.

Dat. die 18. julii 1797. Anno XXIII.

Extensio literarum apostolicarum diei 4. septembris 1795. super venditione bonorum ecclesiasticorum Sardiniae regi concessarum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur quid in praecedentibus literis concessum fuerit.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius Noster Carolus Emmanuel Sardiniae rex illustris, quod Nos alias precibus clarae memoriae Victorii Amadei, dum vixit, Sardiniae pariter regis illustris parentis sui Nobis humiliter porrectis annuentes per Nostras in simili forma Brevis diei IV. septembris MDCCXCV. expeditas literas ex urgentissimis, rationabilibusque tunc adductis de causis, atque de peculiaris aliquorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregationis deputatae consilio bonae memoriae Victorio, Mariae, Balthaxari, dum vixit, Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Costa de Arignano nuncupato, ex dispensatione, atque indulto apostolico tunc archie-

piscopo Taurinensi commisimus, ac mandavimus, ut venditis, atque alienatis, sub certis tunc expressis cautelis, et conditionibus bonis stabilibus ad abbatias, et beneficia ecclesiastica tunc vacantia, vel deinceps vacatura, quae de jure patronatu regio, ac intra suam ditionem essent, spectantibus interim pro summa sexagies centena millia librarum monetae Pedemontanae tantum illorum pretium pro eorumdem bonorum permutatione, et subrogatione in emptionem tot LL. MM. montis sancti Joannis Baptistae tunc regia auctoritate erecti erogaret, atque impenderet, prout in memoratis Nostris literis continetur: et cum non multis post mensibus memoratus Victorius, Maria, Balthaxar cardinalis archiepiscopus, viam universae carnis sit ingressus, dilectum etiam filium Franciscum Ferrero oeconomum generalem, seu administratorem beneficiorum in sua regia ditione vacantium auctoritate apostolica deputatum, vel oeconomos generales hujusmodi pro tempore existentes auctoritate pariter apostolica legitime deputatos in locum defuncti Victorii, Mariae, Balthaxaris cardinalis archiepiscopi cum omnibus, et singulis facultatibus per memoratas Nostras literas, ac sub iisdem condictionibus, et cautelis in earumdem literarum executores auctoritate apostolica suffecimus, et subrogavimus, atque in executores ejusmodi constituimus, et deputavimus, et alias prout in aliis Nostris in simili pariter forma Brevis die tertia junii anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti expeditis literis uberius continetur.

Ratio novae concessionis.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, bonorum stabilium hujusmodi alienationes, et distractiones pro dicta summa sexagies centena millia librarum monetae Pedemontanae fuerint jam perfectae, et stipulatae, rerum vero publicarum ratio postulet, ut quam primum alia bona ad abbatias, et beneficia ecclesiastica praedicta vacantia, vel deinceps vacatura, spectantia pro alia simili summa sexagies centena millia librarum pariter vendi, ac distrahi possint, ut illorum pretium in tot LL. MM. novis montis sub die decima sexta martii currentis anni erecti, aut in caedulas mensae s. Secundi, quae in vim ejusdem edicti eamdem habent naturam, iisdem utuntur privilegiis, atque cautelis, quibus LL. MM. potiuntur, erogetur, hinc memoratus Carolus Emmanuel rex, cum Nos postulationem dicti Victori Amadei regis parentis sui, quae pro summa centies, et vices centena millia librarum erat justis de causis ad dictam summam sexagies centena millia restringendam interim censuerimus, confidit fore, ut opportune licentia vendendi alia bona praedicta pro ulteriori enunciata summa per Nos sibi concederetur: immo ut alia etiam indulta, quo urgentissimis status necessitatibus faciat satis, sibi pariter per nos impertirentur: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsius Caroli Emmanuelis votis quantum cum Domino possumus annuere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac memoratum Franciscum Ferrero a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem Francisco, qui ut praefertur, oeconomus generalis, seu administrator beneficiorum in regia ditione praedicta vacantium auctoritate apostolica deputatus est, nec non oeconomis generalibus, seu administratoribus hujusmodi pro tempore existentibus auctoritate pariter apostolica legitime deputatis per praesentes committimus, ac mandamus, ut per se, aut per alias personas, quae ob prudentiam, consiliique gravitatem sint ab unoquoque episcopo pro sua cujusque dioecesi in Domino commendatae, a se eligendas bona stabilia, ac fundos dictarum abbatiarum, ac beneficiorum, quae de praesenti vacant, vel deinceps vacabunt, spectantia pro alia summa duntaxat sexagies centena millia librarum ejus monetae Pedemontanae absque ullo suspensionis, interdicti, aliarumque ecclesiasticarum poenarum incursu auctoritate Nostra apostolica vendant, et alienent; in eorumdem vero bonorum, seu fundorum subrogationem, seu permutationem pretium inde perceptum in emptionem LL. MM. dicti montis recens, ac sub die decima sexta martii currentis anni, ut praefertur, erecti juxta formam a dicto regio edicto praescriptam, vel in dictas caedulas mensae

s. Secundi auctoritate praedicta erogent, et impendant; ita tamen ut in stipulandis venditionibus hujusmodi, tum in illorum pretii erogatione omnes omnino conditiones; cautelae, caeteraque omnia, quae alias per dictas literas die quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto fuerunt in aliorum bonorum alienationes praescripta, religiose hic pariter custodiantur. Nos enim eidem Francisco, vel oeconomo generali praedicto pro tempore existenti omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad praemissa faciendi, exequendi, et exequi mandandi facultatem prout in memoratis Nostris literis die quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto dicto Victorio Mariae Balthaxari cardinali archiepiscopo tribuimus harum serie de apostolicae potestatis plenitudine concedimus, et impertimur. Cum porro praeter solutionem fructuum, seu usurarum LL. MM. tum montis recens erecti, ac caedularum mensae s. Secundi praedictarum, tum montis sancti Joannis Baptistae a regio aerario faciendam pro utraque summa valoris alienatorum, vel alienandorum bonorum, seu stabilium praedictorum, regium aerarium praedictum multis piis oneribus, ac in majori eorumdem fructuum summa praegravetur.

Reservationes speciales. §. 4. Hinc ejusdem Caroli Emmanuelis regis precibus annuentes, ut solutionem fructuum, ac usurarum hujusmodi, dummodo tamen de iis interim jam dispositum non sit, ad proximum futurum decennium tantum sustinere, atque interim hosce fructus in pios usus, qui eidem regio aerario incumbunt, erogare possit auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus; sicuti pariter eidem Carolo Emmanueli regi, ut fructus LL. MM. quae universitates, ac coetus, tum regulares, tum saeculares ex valore argenti ad monetalem officinam allati emerunt, ex quo prius nullum fructum accipiebant, in eosdem pios usus ad proximum futurum pariter decennium tantum impendere licite valeant auctoritate, et tenore praesentis indulgemus: insuper eidem Francisco, vel oeconomis generalibus praedictis, ut etiam fundos, et bona stabilia ad abbatias, et beneficia praedicta, quae sint, ut ajunt, plena, accedente tamen praevio libero possessorum consensu, quibus, ut consensum hujusmodi sine ullo ecclesiasticarum poenarum incursu praestare valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium permittimus, spectantia vendendi, et alienandi, illorumque pretium in LL. MM. praedictorum, aut caedularum dictae mensae s. Secundi emptionem, reservatis tamen in eorumdem beneficiorum, seu abbatiarum possessorum commodum LL. MM. seu caedularum praedictorum fructibus impendendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus et impertimur. Praeterea cum memoratus Carolus Emmanuel rex per enunciatum edictum die decima sexta martii currentis anni suos subditos, caeterosque rogaverit mutuum argentum in dissolutionem publici aeris alieni, ut securitate mutuae pecuniae subventores alliciantur, bona cleri saecularis, et regularis pro eis hypothecare, ac oppignorare posse summopere desideret: Nos eidem Carolo Emmanueli regi, ut tum pro sorte principali, tum pro interusuriis bona, praedia, fundos, agros, molendina, domus, aliaque hujusmodi ad quascumque ecclesias, exceptis tamen episcopalibus, et parochialibus, ad monasteria, conventus, capitula, aliaque pia loca saecularia et regularia utriusque sexus etiam undecim congregationum spectantia pro summa dumtaxat millies centena millia librarum monetae Pedemontanae hypothecare ac praedicta bona quoque omnia quarumcumque militiarum etiam fratrum hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, accedente tamen consensu magni magistri ejusdem hospitalis pro alia necessaria summa hypothecae pariter supponere possit, auctoritate, et tenore praedictis permittimus; si autem unus, aut alter ex clero saeculari, et regulari hujusmodi bona sua ab edicta hypotheca levare desiderans, aliqua bona in emptionem LL. montium, aut caedularum dictae mensae s. Secundi, ac dissolutionem publici aeris alieni vendere intendat, ipsius Caroli Emmanuelis regis intuitu, ut hae alienationes amissis prorsus canonicis solemnitatibus in alienandis bonis ecclesiasticorum praescriptis, sed servatis dumtaxat cautelis, et conditionibus jam in vendendis bonis, ac fundis ad abbatias, et beneficia de juris patronatu regio pertinentibus supra expressis, perfici possint auctoritate, et tenore praedictis indulgemus.

§. 5. Insuper eidem Carolo Emmanueli regi subsidium, seu donativum ditioribus con- Consulitur monachis conventuum supprimendorum.

ventibus, seu monasteriis suae regiae ditionis cujuscumque sint instituti, undecim etiam congregationum pro summa cum eorumdem conventuum, seu monasteriorum superioribus concordanda auctoritate Nostra apostolica postulandi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus et impertimur. Tandem cum ex parvis conventibus, ac monasteriis nulla utilitas, plerumque etiam scandala in Christifideles exoriantur, venerabilibus fratribus archiepiscopis, aut episcopis intra quorum dioeceses, conventus, seu monasteria hujusmodi extant, per praesentes committimus, ac mandamus, ut ad postulationem ejusdem Caroli Emmanuelis regis hosce conventus, seu monasteria in quibus scilicet octo saltem fratres, seu monachi degere non solent, auctoritate Nostra apostolica supprimant, atque extinguant. Fratres vero, seu monachi inibi commorantes ad alios conventus, seu monasteria ejusdem instituti, assignata eis annua pensione juxta vires supprimendi conventus, seu monasterii praefigenda transferant; bona vero omnia, jura, actionesque ad eosdem conventus, et monasteria spectantia in arbitrium, et dispensationem dicti Caroli Emmanuelis regis, supportatis tamen omnibus, et singulis oneribus iis adnexis, permittant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, neque causae propter quas ipsae praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magno, et substantiali, ac individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine concesso, quempiam in judicio, et extra illud uti, seu se juvare, sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus praemissis, ac Nostra, et cancellariae apostolica regula de jure quaesito non tollendo; ac felicis recordationis Pauli pp. II. aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCX.

Dat. die 18. julii 1797. Anno XXIII.

Privilegium rite sepeliendi fidelium mortuorum corpora in suis ecclesiis pro religione fratrum de Poenitentia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponitur qualitas concessorum privilegiorum.

§. 1. Expositum Nobis nuper est dilecti filii moderni vicarii generalis fratrum de Poenitentia nuncupatorum nomine suae congregationis ad religionis gradum, et dignitatem a Nobis auctoritate apostolica olim evectae, fuisse communicata etiam privilegia omnia, quae fratribus ordinis sancti Francisci essent a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris concessa, quibusque ii tum gaudent, tum gaudere in futurum possint, prout in Nostris

in simili forma Brevis die vigesima prima maji anni millesimi septingentesimi octuagesimi, quarti expeditis literis, quarum tenorem hic pro plene expresso haberi volumus, uberius continetur. Etsi vero ea inter privilegia illud quoque sit, ut christifidelium mortuorum corpora in ecclesiis, aut coemeteriis ejus ordinis sepeliri possint, idque privilegium fratres de Poenitentia sibi adhuc jure quodam suo vindicaverint, quo omnis tamen scrupulus eximatur, ac nullus deinceps quamvis litigioso homini controversia locus relinquatur, vehementer se cupere, et orare eumdem vicarium generalem, ut sigillatim aperte, ac dilucide id genus privilegii suae religioni a Nobis ipsis adseratur, et adjudicetur.

Ampliatur privilegium sepeliendi mortuos, servata quarta funeraria favore parochi.

§. 2. Nos igitur hac in re ejus votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ipsumque a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam venerabili fratre Thoma archiepiscopo Petrensi congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum secretario, religionem, seu ordinem fratrum de Poenitentia, jus, habere, ut Christifidelium vita functorum corpora, qui in eorum ecclesiis, aut coemeteriis quibuscumque ubivis gentium positis sepulchro condi mandaverint, rite, et servatis diligenter omnibus ex sanctissima Ecclesiae disciplina, et quarta, quae dicitur funeralium, ecclesiae parochiali, cui debetur, juxta sacros canones, et consuetudinem persoluta, sepeliri illic possint, et valeant non secus atque in ecclesiis, et coemeteriis fratrum ordinis sancti Francisci, per praesentes auctoritate apostolica declaramus, et quatenus opus sit, illud ei de novo concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus nec non religionis, seu ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXI.

Dat. die 21. julii 1797. Anno XXIII.

Instante episcopo Plocensi confirmatur concessio cujusdam canonis.

Venerabili fratri episcopo Plocensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater,
salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod cum alias Michael Georgius, dum vixit, episcopus Plocensis immediatus praedecessor tuus, quo maximum damnum, quod parochialis ecclesia in villa Pniewo Plocensis dioecesis ex casuali igne anno millesimo septingentesimo nonagesimo sexto fecit ex parte resarcire, parochis Pniewensibus pro tempore existentibus de consensu sui capituli quosdam fundos, et agros communiter Lemany, nuncupatos ad mensam episcopalem Plocensem pertinentibus sub annuo censu viginti florenorum monetae Polonae ab eodem parocho mensae episcopali solvendo in modum emphyteusis perpetuae concesserit, tu considerans solutionem canonis hujusmodi per parochos hujusmodi faciendam gravem nimis esse, modernum, ac pro tempore existentes parochos praedictos a solutione canonis hujusmodi vindicasti de consensu tui capituli, imo etiam quamdam scultetiam sub certis tunc descriptis confinibus, seu quasdam domunculas, et partes agri pro commodiori, ac securiori aedificiorum plebanalium dictae ecclesiae parochialis Pniewensis eisdem moderno, et pro tempore existentibus parochis Pniewensibus donasti, ac eidem parochiali ecclesiae, accedente pariter consensu ejusdem tui capituli incorporasti. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo haec omnia suum sortiantur effectum, ac firmius subsistant, et serventur exactius fuerit a te Nostrum beneplacitum apostolicum reservatum, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicae confirmationis. §. 2. Nos igitur te specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnia, ut singula, ut praefertur, gesta, quatenus ita judicaveris expedire, pro tuo arbitrio, et conscientia auctoritate Nostra apostolica confirmes, et approbes, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, sanes, et suppleas.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus per his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Pauli II., et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima prima julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio. Derogatio contrariorum.

MCXII.

Dat. die 24. julii 1797. Anno XXIII.

Episcopo Melitensi conceditur usus pallii, et eidem indigitantur leges servandae in illius receptione, et usu.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Venerabili fratri Vincentio Labini
episcopo Melitensi salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum alias Nos nuper archiepiscopalem ecclesiam Rhodiensem, quae in partibus infidelium consistit, certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam cathedrali eccle- Ratio concessionis.

siae Melitensi, cui tunc praeeras; prout ad praesens prares apostolica auctoritate perpetuo univerimus, et incorporaverimus; tibique ac pro tempore tibi in ecclesia Melitensi praefata succedenti usum pallii in solemnitatibus per sacros canones perscriptis celebrandis, simili apostolica auctoritate concesserimus, atque indulserimus, prout in literis apostolicis in forma Brevis sub annulo piscatoris die tertia mensis martii proxime praeteriti desuper expeditis, plenius continetur. Ac postmodum pallium ipsum insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii ex parte tua fuerit hodie a Nobis per dilectum filium Julium Carolum Aloysium Constantem Nostrae consistorialis aulae advocatum eum ea qua decuit reverentia postulatum, Nos supplicationibus tuis annuentes pallium ipsum de corpore beati Petri sumptum per dilectum etiam filium alterum quem malueris ex dignitates ecclesiae Melitensis praefatae obtinentibus tibi assignandum per dilectum pariter filium Joannem Baptistam Contini presbyterum Anconitanae dioecesis nuncium tuum duximus destinandum, ut ipse dignitatem obtinens illud tibi sub infrascripta forma assignet, et a te Nostro, et Romanae Ecclesiae nomine sub alia etiam praesentibus inserta forma fidelitatis debitae solitum recipiat juramentum.

Leges servandae in usu pallii ab episcopo.

§. 2. Tu autem pallio eodem sic intra dictam ecclesiam tuam Melitensem juxta tamen formam in praefatis literis praescriptam dumtaxat uteris. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius, interius serves in mente, fraternitatem tuam monemus, et hortamur attente, quatenus humilitatem, et justitiam dante Domino, qui dat praemia, et munera elargitur observare studeas, quae suum servant, et promovent servatorem ac eamdem Melitensem sponsam tuam cures sollicite auctore Domino spiritualiter, et temporaliter augumentare. Quocirca ipsi dignitatem obtinenti per apostolica scripta mandamus, quatenus ipse dictum pallium juxta eamdem subsequentem formam tibi curet assignare, et a te Nostro, et Romanae Ecclesiae nomine sub reliqua forma hujusmodi fidelitatis debitae solitum recipiat juramentum, ejusque sic a te praestiti juramenti formam Nobis de verbo ad verbum per tuas patentes literas tuo sigillo munitas per proprium nuncium quantocitius destinare procures.

Formula concessionis recitanda a nuncio apostolico.

§. 3. Forma autem qua dignitatem obtinens in assignando tibi dicto pallio utetur, haec est » Ad honorem omnipotentis Dei, ac » beatae Mariae virginis, et beatorum apo» stolorum Petri et Pauli, ac domini Nostri » Pii papae sexti, et Sanctae Romanae Eccle» siae, nec non ecclesiae Melitensis tibi com» missae trado tibi pallium de corpore beati » Petri sumptum, plenitudinem videlicet pon» tificalis officii, ut eo utaris intra ecclesiam » tuam in praedictis solemnitatibus, ac locis » in supradictis literis praescriptis.

Forma jurandi praestandi ab episcopo.

§. 4. Forma autem juramenti, quod praestabis talis est » Ego Vincentius Labini epi» scopus Melitensis ab hac hora in antea fide» lis, et obediens ero beato Petro, Sanctae» que apostolicae Romanae Ecclesiae, ac do» mino Nostro domino Pio papae sexto, suis» que successoribus canonice intrantibus. Non » ero in concilio, aut consensu, vel facto, ut » vitam perdant, aut membrum, seu capian» tur mala captione. Consilium vero, quod » mihi credituri sunt per se, aut nuncios, seu » literas ad eorum damnum, me sciente, ne» mini pandam. Papatum Romanum, et rega» lia sancti Petri adjutor eis ero ad retinen» dum, et defendendum contra omnem homi» nem: legatum apostolicae Sedis in eundo, » et redeundo honorifice tractabo, et in suis » necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad syno» dum veniam, nisi praepeditus fuero cano» nica praepeditione: apostolorum limina sin» gulis trienniis visitabo, aut per me, aut per » meum nuncium, nisi apostolica absolvar li» centia; possessiones vero ad mensam mei » episcopatus pertinentes non vendam, ne» que donabo, neque impignorabo, vel ali» quo modo alienabo, inconsulto Romano » pontifice, et constitutionem super prohibi» tione investiturarum bonorum jurisdictio» nalium de anno Domini millesimo sexcen» tesimo vigesimo quinto editam servabo. Sic » me Deus adjuvet, et haec sancta Dei evan» gelia. » Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, nono kalendas augusti, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 11. julii 1797. Anno XXIII

MCXIII.

Congregationi clericorum sub titulo beatae Mariae virginis in coelum Assumptae civitatis Cavensis communicantur privilegia spiritualia alias similibus congregationibus concessa.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Quoties a Nobis petitur, quod ad divinum augendum cultum, animarumque Christifidelium salutem facilius procurandam, ac commodum esse dignoscitur, omnino Nos decet id libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri saeculares congregationis clericorum sub titulo beatae Mariae virginis in coelum Assumptae civitatis Cavensis, quod postquam ab anno usque millesimo sexcentesimo decimo sexto, in quo congregatio praedicta fuit instituta, illius sodales sacro, ac apostolico e missionum ministerio magna cum laude, atque animarum Christifidelium utilitate, ac in via Domini progressu suis, ac ejusdem congregationis sumptibus jugiter fuerunt addicti. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ad uberiorem laborum suorum fructum percipiendum, faciliorem peccatorum conversionem obtinendam, ac animarum Christifidelium profectum summopere conferret, si iisdem facultatibus, ac privilegiis spiritualibus quibus aliae simillimae presbyterorum saecularium congregationis sub titulo sanctissimae Mariae Puritatis in ecclesia sancti Georgii presbyterorum saecularium congregationis piorum operariorum nuncupatorum Neapolis erectae ex apostolicis indultis, ac concessionibus utuntur, ipsi exponentes pariter uti, frui, et gaudere possent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, audita prius venerabilis fratris episcopi Cavensis relatione, ac omnium, et singularum Nostrarum, aut Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum concessionum, ac indultorum hujusmodi tenores praesentibus pro pleno, ac sufficenter expressis, et insertis habentes, dictis supplicationibus inclinati, dictae clericorum congregationis sub titulo beatae Mariae virginis in coelum Assumptae congregationi civitatis Cavensis, illiusque presbyteris saecularibus, ac personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, indulgentiis, aliisque indultis, ac gratiis spiritualibus memoratis congregationibus, et signanter congregationi sub titulo sanctissimae Puritatis in ecclesia sancti Georgii presbyterorum saecularium congregationis Piorum Operariorum nuncupatorum Neapolis erectis per Nos, aut eosdem Romanos pontifices praedecessores Nostros quomodolibet concessis etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus memoratae congregationis, earumque sodales, et personae ex Nostra, aut ipsorum praedecessorum Nostrorum concessione de praesenti utuntur, fruuntur, et gaudent, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia perinde ac si privilegia, favores, indulgentiae, aliaque indulta, ac gratiae spirituales hujusmodi ipsi congregationi ecclesiasticorum Cavensium, ejusque presbyteris saecularibus, et personis quibuscumque specialiter concessa fuissent, dummodo ipsius congregationis presbyteri, et personae nunc, et pro tempore existentes earumdem congregationum instituta observent, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales Clausula sublata, et decretum irritans.

etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima octava julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 21. julii 1797. Anno XXIII.

MCXIV.

Facultas imponendi subsidium extraordinarium super bonis cleri saecularis et regularis ditionis Ecclesiasticae.

Venerabili fratri Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae episcopo cardinali Portuensi Rezzonico nuncupato ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae camerario.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Non opus esse credimus apud fraternitatem tuam multis verbis uti ad demonstrandum quot sumptus hisce novissimis temporibus cum religionis, et reipublicae salus in discrimen adducta esset, pro causa publica fuerint necessarii. Quamobrem cum grande aes alienum a Nostro aerario jam ob alias gravissimas causas inopi fuerit contractum, nec non plures, atque plures schaedae nummariae sub publica tantum fide fuerint impensae, adeo ut ob immodicam illarum quantitatem tum ex rei natura, tum praesertim ex hominum malitia illarum valor quotidie decrescat: Nos ex officii Nostri debito nonnullos venerabiles fratres Nostros Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales ad hanc difficilem provinciam deputavimus, ut omnibus ad rerum circumstantias perpensis, rationes Nobis suppeditarent, quibus, et schaedarum hujusmodi quantitas, et publicum debitum levaretur, ita tamen ut Nostri, et apostolicae Sedi in temporalibus subditi Nobis quam maxime cari, et accepti ex hisce quam minimum subirent incommodum. Itaque cum interim plures praesertim inter clerum prompti, ac parati ostendissent se sua bona pro viribus in hanc publicam causam conferre, optimum fore arbitratum est, si aliquod extraordinarium subsidium a clero tum saeculari, tum regulari ditionis Nostrae ecclesiasticae rogaretur.

Ratio concessionis.

§. 2. Nos igitur considerantes quam aequum, ac justum sit, ut quemadmodum commune cum laicis fuit ecclesiasticorum periculum, communia pariter essent, quae exinde extiterunt incommoda, atque a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris in urgentissimis Ecclesiae, et status temporibus similia fuisse adhibita remedia, horum vestigia sectantes, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine fraternitati tuae, de cujus prudentia, zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, ac mandamus, ut extraordinarium subsidium unius sextae partis valoris omnium, et quorumcumque bonorum, possessionum, ac capitalium cujuscumque generis, et conditionis sint etiam primae erectionis, ad quascumque ecclesias, et mensas archiepiscopales, episcopales, abbatiales, conventuales, capitulares, et ad prioratus, praeceptorias, seu commendas, praepposituras, canonicatus, praebendas, et dignitates etiam majores, et principales, et ad alia quaecumque beneficia ecclesiastica cum cura, et sine cura saecularia, et cappellanias etiam de jure patronatu, ac ad Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales spectantium, nec non ad monasteria quaecumque, conventus, collegiatas, hospitia, et alia loca pia saecularia, et regularia utriusque sexus etiam undecim congregationum, et ad fabricam basilicae principis apostolorum, ad universalem Romanam inquisitionem, et ad quaslibet militias etiam fratrum hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani pertinentium, et in ditione Nostra ecclesiastica existentium auctoritate Nostra apostolica roges, indices, atque imperes. Quocirca volumus, ut eorumdem bonorum ecclesiasticorum possessoribus, seu

administratoribus tum saecularibus, tum regularibus, ut unum, aut plures annuos census pro sexta parte valoris eorumdem bonorum in solutionem dicti extraordinarii subsidii illorum pretium erogandos super bonis ecclesiasticis hujusmodi vendere, aut alios contractus more camerali, eo minori foenore quo fieri poterit, de consensu dumtaxat, et approbatione ordinarii loci, ubi bona sita sunt, et absque solemnitatibus a sacris canonibus praescriptis, ac sine ullo ecclesiasticarum poenarum bona Ecclesiae alienantibus irrogatarum incursu inire libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate praedicta permittas.

Cautelae adhibendae in creatione aeris alieni.

§. 3. Tibi praeterea injungimus, ut pro majori securitate illorum, qui hasce pecunias, ac summas foenori dabunt non solum bona censita, si hi contractus facti sint, sed etiam alias quatuor partes bonorum ecclesiasticorum hujusmodi tum pro sorte principali, tum pro interusuriis hypothecata esse, et fore declares. Immo, ut magis, magisque subventoribus praedictis caveatur, tibi committimus, ut in subsidium etiam caetera bona ecclesiastica ditionis ecclesiae Romanae nec non bona principatus pro eis hypothecata esse, et fore decernas. Quo porro indemnitati eorumdem possessorum bonorum ecclesiasticorum consulatur, tibi mandamus, ut eis usuras quadrantes pro sorte principali dicti subsidii extraordinarii ab aerario Nostro persolvendas dicta auctoritate promittas. Quod si nihilominus patrimoniorum sacrorum mensarum episcopalium, ac beneficiorum cum cura animarum, fructus, ac redditus ex subsidio extraordinario hujusmodi adeo imminuantur, ut eis congrua conciliaris taxatio deficiat, tum ea quoties hoc legitime constet, ab extraordinario subsidio hujusmodi omnino eximimus, et liberamus, atque ea exempta, et libera esse, et fore volumus, et declaramus. Postquam vero tum hisce ecclesiasticorum subsidiis, quum, et aliis, quae laicis quoque imperabimus, praedictarum schaedarum moles plurimum fuerit imminuta, ut ea si quo adhuc reliqua superent earumdem quantitas integra apud omnes fide, et securitate fruatur praeter alia in hanc rem opportuna adhibenda remedia, et signanter volumus ut pro his itidem bona fiscalia et principatus, aut eidem principatui quomodocumque obnoxia hypothecae supponas.

Deputatio judicis privativi.

§. 4. Tandem tibi committimus, ut dilectum filium magistrum Hieronymum della Porta camerae Nostrae thesaurarium generalem, vel pro tempore existentem thesaurarium generalem in judicem privativum, atque praedictae voluntatis Nostrae exequutorem cum omnibus, et singulis facultatibus necessariis, et opportunis, omnes, et singulas causas de plano et sine forma, et strepitu judicii omni appellatione remota decidendi, terminandi auctoritate Nostra apostolica constituas ac deputes. Nos enim tibi omnem, et quamcumque circa praemissa faciendi, gerendi, exequendi, et exequi mandandi opportunam, et necessariam facultatem motu, scientia, et auctoritate paribus tenore praesentium tribuimus et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum cujuscumque status, gradus, ordinis, praeeminentiae, et dignitatis existant inviolabiliter observari, et adimpleri debere, neque ipsas praesentes literas etiam ex eo, quod in praemissis quomodolibet interesse habentes, et habere praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas eaedem praesentes literas emanarint, sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quacumque etiam quantumvis justa, legitima, pia, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, nec impetrato, aut etiam motu proprio, et de apostolicae potestatis plenitudine concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, nec se juvare umquam posse; sicque, et non aliter in praemissis omnibus,

et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus omnibus, et singulis praemissis, nec non felicis recordationis Pauli pp. II., ac Pii pp. IV., aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae, ac camerae apostolicae non alienandis, nec non ejusdem Pii praedecessoris de registrandis, ac Bonifacii pp. VIII. praedecessoris itidem Nostri de una, ac concilii generalis de duabus dictis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, collegiorum, et locorum piorum, ac ordinum, congregationum, societatum, militiarum, et aliorum praefatorum, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis et usibus etiam immemoralibus; privilegiis quoque, indultis, ac literis apostolicis eisdem ecclesiis, monasteriis, collegiis, conventibus, et locis piis, ac ordinibus, congregationibus, societatibus, militiis, et aliis praefatis, illorumque praesulibus, capitulis, abbatibus, aliisque superioribus, et personis quibuslibet etiam in limine fundationis, et erectionis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac plenissime derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima julii millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXV.

Dat. die 4. aug. 1797. Anno XXIII.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui die undecima septembris et die septima julii visitaverint ecclesias ordinis sancti Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac s. communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium ordinis minorum sancti Francisci cappuccinorum nuncupatorum ubicumque existentem die undecima mensis septembris, nec non die septima mensis julii a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque: praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis presentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 4. aug. 1787. Anno XXIII.

MCXVI.

Subjectio consulatus Tuneti cappellano majori exercituum regis catholici.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Decet Romanum pontificem suam auctoritatem in ea libenter interponere, per quae dissentiones, atque jurgia inter Christifideles praesertim in infidelium partibus commorantes facile compescuntur, prout in Domino salubriter expedire conspicit.

Expositio precum, et ratio concessionis. §. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod cum non raro discordiae inter suos consules generales, seu alios suos administrarios in oppido Tuneti degentes ex una, et dilectos filios missionarios congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium de propaganda fide subjectos, ex altera parte de ac super spirituali jurisdictione, quoad suos subditos extiterint, ut hisce promptum remedium, antequam in apertum scandalum convertantur, per Nos adhiberi summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Subjectio consulatus novae jurisdictioni. §. 3. Nos igitur piis ejusdem Caroli votis, quantum cum Domino possumus annuere, ac specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, ac singulas illorum personas, quorum interest a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praevia dicti officii consulatus, cum omnibus, et singulis ei quomodolibet obnoxiis, caeterisque omnibus Hispanis eidem regi catholico subditis, eorumque familiis Tuneti commorantibus, vel illuc adventantibus separatione, dismembratione, et divisione a quacumque ordinaria jurisdictione, et superioritate, cui usque adhuc fuit subjectum, illud, atque omnes omnino subditos Hispanos, cum suis familiis, qui Tuneti degunt, vel illuc in posterum se transferent omnimodae atque ordinariae moderni, et pro tempore existentis cappellani majoris exercituum regis catholici, vel ejus vicarii generalis, ac delegatorum jurisdictioni, et auctoritati apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus tenore praesentium subjicimus.

Concessio dispensationis super esu carnium temporibus inhibitis. §. 4. Praeterea tum consuli praedicto, vel vice-consuli pro tempore existenti, tum omnibus, et singulis Hispanis, qui Tunetum migraverint, aut migraturi sint, et cujusque familiae, atque iis quoque, qui eorum mensae discumbunt, ut diebus esurialibus ab Ecclesia praescriptis, iisdem cibis uti libere, ac licite possint, et valeant, quibus ex apostolica dispensatione, ac indulto vesci eis fas esset, si intra regnorum Hispaniae fines versarentur perpetuis pariter temporibus auctoritate, et tenore praedictis de speciali dono gratiae concedimus, et indulgemus.

Clausulae salutares. §. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper, et perpetuo validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis legitima, et juridica etiam ex eo, quod in praemissis omnibus, et singulis, et circa ea quomodolibet, vel ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes cujuscumque dignitatis, gradus, et praeeminentiae sint, illis non consenserint, aut ad id vocati, et auditi, et causae, propter quas eaedem praesentes emanaverint, adductae, verificatae, ac justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostrae aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specificam, et individuam mentionem, ac expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque colore, praetextu, ratione, vel causa etiam in capite juris clausa, occasione, aliave causa quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica,

Digitized by Google

pia, privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, vel quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, nec alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu proprio concesso, vel impetrato, vel emanato uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, et Sedem apostolicam etiam motu proprio, certa scientia, et apostolicae potestatis plenitudine etiam consistorialiter, et ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si in eis de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, et concessis, ac faciendis, et concedendis comprehendi, sed tanquam ad majus bonum tendentes semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas fore, et esse.

Decretum irritans.

§. 6. Sicque, et non aliter in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Declaratio concessionis.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXVII.

Dat. die 4. aug. 1797. Anno XXIII.

Indulgetur monialibus monasterii s. Catharinae civitatis Cephaludensis, ut aliquoties in anno egredi valeant e monasterio.

Venerabili fratri episcopo Cephaludensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae abbatissa, seu priorissa, ac sanctimoniales istius monasterii sanctae Catharinae ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis, quod cum monasterium praedictum valde angustum, atque altis aedificiis circumclausum sit, ipsae pluribus morbis afficiuntur, ac praesertim illarum plurimae lenta tabe perimuntur, quod cum physici aeris crassi, et gravis, quo illae utuntur, vitio vertant, adeo ut adhuc in vivis agente praedecessore tuo, semel, ac iterum ab eo emigraverint, ut hinc aliquod remedium ejusmodi incommodo adhibeatur, e monasterio praedicto pluries in anno egredi posse per

Nos sibi concedi summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et singulas illarum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut quatenus vera sint narrata, ipsis modernis, et pro tempore existentibus abbatissae, seu priorissae, monialibus expresse professis, novitiis, educandis, conversis, et aliis in ejusmodi monasterio degentibus, ut quater in anno ab abatissa, seu priorissa ejusdem monasterii pariter pro tempore existenti pro opportunitate designandum, ab ortu, usque ad occasum solis a dicto monasterio egredi, et aliquas ecclesias extra istam civitatem Cephaludensem erectas adire, ac visitare possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas.

Conditiones adiectae.

§. 3. Verum, ut haec omnia rite, et ordine, et juxta cor Nostrum fiant, eidem fraternitati tuae districte mandamus, ut facultatem, et licentiam praedictam non aliter exercere sinas, quam, ut infra praescribimus, nempe ut die per abatissam, seu priorissam praedictam, ut praefertur, designanda, et a te prius approbanda, nonnisi post ortum solis a dicto monasterio ab ordinario confessario, et a duobus illius deputatis, quatenus illi existant, associatae egredientur, et recto tramite ad constitutas ecclesias extra civitatem, nisi aliquod monasterium clausurae ejusdem civitatis, obtenta prius a te licentia, ad praemissum effectum minime denegandam ingrediantur, modeste, ac velum etiam ante faciem dimissum deferentes petant, refectionem vero corporalem in aliquo commodiori loco, vel extra, vel intra portas dictae civitatis sumere possint, ita tamen ut curata per ministros dicti monasterii, aut alios quoscumque refectionem, seu prandio hujusmodi, statim hi e loco assignato exeant, et clausis januis villae, seu domus, in quo ipsae moniales, aliaeque personae praedictae fuerint, et clavi per confessarium caute servanda in villa, seu domo praedicta, nullus omnino masculus, neque ipse confessarius, aut deputati, minusque agricolae, aut domus, vel villae custos, neque faeminae quaecumque etiam servitio dicti monasterii adscriptae, illique inservientes cujusvis status, gradus, conditionis, ac dignitatis, nec non monialium, et educandarum, ac conversarum consanguineae existentes, sub excommunicationis latae sententiae ipso facto etiam per abatissam, seu priorissam, ac moniales, et alias praedictas, si ad id aliquo modo, et pacto consenserint, incurrenda, ac privationis praesentis gratiae remaneant, in eadem villa, aut domo, sic, ut praefertur, clausa, commorari, comedere aliaque religiosae relaxationis agere possint, dummodo hora competenti, et ante occasum solis intra dicti monasterii clausuram reperiantur. Post quam autem omnia, ut praefertur praescripta, et ordinata, ac alia pro arbitrio, et prudentia tua praescribenda, et ordinanda probaveris, pro prima vice rite, pie, ac sine religiosae regularis disciplinae detrimento, et sine populi offensione processisse, ita in posterum servanda cures, atque praecipias.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti monasterii, et ordinis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efcacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omni-

bus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXVIII.

Dat. die 4. aug. 1797. Anno XXIII.

Confirmantur tria capitula nuper addita statutis universitatis Figulorum almae urbis alias confirmatis ab apostolica Sede.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii universitas Figulorum, atque administratores societatis sub titulo sanctissimi Sacramenti in ecclesia sanctae Ceciliae trans Tyberim almae Nostrae Urbis canonice, ut asseritur, erectae, quod nuper approbantibus venerabili fratre Nostro Henrico Sanctae Romanae Ecclesiae episcopo cardinali Tusculano duce Eboracensi nuncupato apud Nos, et hanc sanctam Sedem ejusdem universitatis protectore, ac dilecto filio magistro Francisco Mantica illius primicerio, quod suis statutis alias per Nostras in simili forma Brevis sub die vigesima quarta martii anni millesimi septingentesimi septuagesimi septimi expeditas literas approbatis, et confirmatis tria capitula superaddere e re sua putarunt tenoris, qui sequitur.

Cap. XXV.

Tenor capitulorum statutis noviter superadditorum.

§. 2. Che i padroni majolicari debbino pagare la loro tassa per ogni cottura di fornace a ragione di bajocchi dieci, come i vascellari di rosso, e nell' apertura di qualche fornace di majolica scudi venticinque, come è soggetto qualunque padrone vascellajo, accordando soltanto a quei, che presentemente si trovano nelle fornaci di majolica la patente gratis, che possa servir solamente per la loro persona, ed accordandogli ancora il guardianato, ed altri onori, che sogliono godere i nostri aggregati: i garzoni poi majolicari debbino pagare bajocchi due, e mezzo la settimana, come pagano i garzoni vascellari, come si prescrive nel capitolo XXIII. e nei precedenti capitoli.

Cap. XXVI.

Che tutti gli orzaroli di Roma volendo vendere la roba de' vascellari debbino pagare bajocchi due la settimana, e per simil ragione tutti i spacci tanto di roba de' vascellari, quanto di roba de' majolicari debbano pagare alla chiesa un paolo il mese.

Cap. XXVII.

Che i bagarini volendo andare vendendo per Roma la roba tanto dei vascellari, che dei majolicari debbino pagare tre paoli il mese, e prendere una piccola patente dell' università, senza la quale non gli sia permesso vendere simile roba; ed in caso di morosità possa la chiesa servirsi tanto contra dei majolicari, orzaroli, spacci, quanto contra dei bagarini della stessa mano regia, che si serve per i vascellari.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo tria quoque praeinserta superaddita capitula firmius subsistant, ac serventur exactius memorati exponentes apostolicae firmitatis patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, de ejusdem Henrici cardinalis episcopi protectoris consilio, supplicationibus hujusmodi inclinati, superaddita tria praeinserta capitula auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus.

Confirmantur dicta capitula, ut partem statutorum constituant.

Digitized by Google

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae universitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava augusti millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXIX.

Dat. die 28. aug. 1797. Anno XXIII.

Damnatio electionis, et consecrationis pseudo archiepiscopi Ultrajectensis in Belgio.

Dilectis filiis universis catholicis in foederato Belgio commorantibus.

Pius PP. VI.

Dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem.

Miratur pontifex renovatum fuisse exemplum

§. 1. Perlatus ad Nos est infelix nuncius, dilecti filii, pristina in ista Ultrajectensi ecclesia nuper renovata esse contumaciae, ac audaciae exempla; electum nempe in Ultrajectensem archiepiscopum fuisse die decima mensis maji Joannem Jacobum Van Rhyn, eumdemque die 5. julii episcopalem accepisse consecrationem ab Adriano Joanne Brockmam Harlemensi inter suos nuncupato episcopo.

temeritatis, et contumaciae in praetensa electione, et consecratione archiepiscopi.

Ista quandoquidem in conspectu pene vestro peracta sunt, minime dubitamus, quin vos statim, praeteritorum non ignari, omnino respuenda esse judicaveritis, ac pro vestra cum Romana b. Petri cathedra conjunctione detestati maxime sitis; quod facile intelligatis pluribus cumulatis ejus pertinaciae, ac temeritatis actibus, graviores illos vel ex ipso temporis cursu, magisque exerrandos effici. Tamen Nostri Nos officii memores, nostrisque, ac praedecessorum Nostrorum vestigiis insistentes has ad vos dare literas non omittimus, ut Nostros, quos antea in simili causa non semel cognovistis, nunc etiam pontificios vobis sensus confirmemus.

Utramque illicitam, ac sacrilegam declarat et exerci tium ordinis impedit.

§. 2. Itaque apostolici judicii auctoritate declaramus, ac decernimus tam electionem ejusdem Joannis Jacobi Van Rhyn in archiepiscopum Ultrajectensem, illicitam, irritam, ac nullam, quam ejus consecrationem esse illegitimam ac sacrilegam, contraque sacrarum legum sanctionem factam; memoratumque Adrianum consecratorem, et ipsum Joannem electum, consecratumque, omnesque eos, qui partem in nefaria electione habuerunt; quique tam electioni, quam consecrationi opem, operam, consensum, consiliumque quomodolibet praestiterunt, excommunicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesiae communione segregatos, et prorsus schismaticos habendos, et vitandos esse pronunciamus, constituimus, et mandamus: praeterea dictum Van Rhyn declaramus ab omni exercitio eorum, quae jurisdictionis sunt, et quae ordinis, esse suspensum, eidemque idcirco interdicimus sub poena excommunicationis ipso facto sine ulla declaratione incurrendae ne ullo pacto chrisma conficere, confirmationis sacramentum conferre, clericos ordinare, aut alia quaecumque sunt episcopalis ordinis, exercere valeat, decernentes insuper vacuos, inanes, nulliusque prorsus roboris, ac momenti omnes, et singulos alios actus, quos attentare praesumpserit.

Vetat ne quis ordines a pseudo archiepiscopo recipiat.

§. 3. Qui vero ab ipso ecclesiasticis ordinibus initiati fuerint, noverint suspensionis vin-

culo se obstrictos, atque irregularitati propterea obnoxios, si susceptos ordines exercuerint. Dum haec vobis, dilecti filii, pro rei gravitate significanda duximus, illud etiam ne ignoretis, volumus, ipsum Van Rhyn certiores Nos ejusmodi actorum per suas literas die x. julii datas facere voluisse, quodammodo illudere Nobis, sanctaeque huic Sedi insultare tentans, cum nequaquam inscius esset, quo sensu excepturi ejus literas essemus, in quibus talem praeseferens inobedientiam, pacis tamen, et charitatis osculum a Nobis petit, paternamque benedictionem efflagitat. Si id serio, ac ex animo postulasset, maximum Nobis ad ejus status commiserationem praebuisset incitamentum. Verum praetermittit omnia, quae ipse optime novit praemitti oportere, ut Nos ad porrigendam poenitenti, ac supplicanti dexteram inclinaret.

Monita ad Episcopos, et Christifideles in Belgio commorantes.

§. 4. Quo ipso admonitos volumus vos, dilecti filii, ut omnino ab illius fallacibus, blandisque verbis caveatis. Illi enim, qui ab hac petrae soliditate defecerunt, omnem dare operam non desinunt, ut alios ab eadem per fraudem, deceptionemque misere seducant, suaque perversitatis, et contumaciae peste depravent. Sed ea est Nostra de vestrae fidei, pietatis, et erga hanc Sedem observantiae studio, quod egregie semper probastis, existimatio, ut nihil a vobis aliud expectemus, quam quod pristinas laudes vestras, ac in praeclaris meritis constantiam magis in dies augeat, ac illustret. Proinde vobis, dilecti filii, et in divinorum munerum auspicium, et in paternae singularis benevolentiae testimonium apostolicam benedictionem, ex intimo corde depromptam peramanter impertimur. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima sexta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo septimo pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXX.

Dat. die 1. sept. 1797. Anno XXIII.

Instantibus monialibus ordinis s. Augustini excalceatis nuncupatis dioecesis Carthaginensis indulgetur, ut officium in honorem beati Joannis de Ribera ab ipsis recitari die ejus festo, et a sacerdotibus in earum ecclesiam convenientibus missa tum ei officio conformis celebrari possit.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae moniales excalceatae ex ordine eremitarum sancti Augustini asceterii Corporis Christi oppidi Murciae civitatis nuncupat. dioecesis Carthaginensis, magno se studio ardere colendi apud se singulari aliqua prae ceteris ratione b. Joannem Ribera; Nosque orare, et obsecrare, ut sibi desuper opportune providere dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis sacrorum rituum secretario, iisdem, ut officium ritu duplici minori in honorem supradicti beati in die ejus festo, prout jam concessum a Nobis est in dioecesibus Ispalensi, Pacensi, et Valentina ipsae recitare; et sacerdotes omnes eodem die ad celebrandum convenientes in earumdem ecclesiam celebrare missam ei officio conformem libere, et licite possint, ac valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non commemorati oppidi, aut dioecesis, aut ordinis, ipsiusque asceterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris, ad praemis-

sorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 2. octob. 1797. Anno XXIII.

MCXXI.

Confirmantur nonnulla decreta pro congregatione Camaldulensi Pedemontana.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Decet Romanum pontificem libenter in iis suam interponere auctoritatem, quae ad partium studia praesertim inter christifideles, qui in religione propius Deo famulari susceperunt antevertenda, ac sedandas controversias, quae non sine aliquo christianae charitatis detrimento difficillime aluntur, rite, ac prudenter disposita sunt, ut omnem optatum assequantur effectum, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Salvator major fratrum eremitarum ordinis Camaldulensis congregationis Pedemontanae, Sylvester et Hyacinthus ejusdem ordinis, et congregationis visitatores generales, nec non Robertus prior eremi Taurinensis, quod cum novissimis temporibus in ordine, ac congregatione praedictis plures exortae sint simultates, ac dissidia in pacis, ac tranquillitatis eversionem, quae adeo necessariae noscuntur, ut regularis disciplina religiose custodiatur: hinc tum ad tollenda vigentia mala, tum futura antevertenda in suo capitulo generali nuperrime habito definitorium nonnulla articula praescripsit, seu decreta, quae unanimi consensu fuerunt adprobata tenoris, qui sequitur.

Tenor articulorum. §. 3. A 10. Maggio 1797. Volendo il reverendissimo definitorio rimettere per quanto è possibile la nostra congregazione nel primiero, ed antico stato di libertà spirituale ed economico politico, e considerata la moltiplicità dei decreti capitolari fatti in addietro, quali ingeriscono confusione, ed inosservanza, ed alcuni dei quali angustiare possono e coartare la coscienza contro lo spirito delle nostre costituzioni approvate dalla Sede apostolica, ha giudicato di ridurli come infra in virtù della illimitata facoltà, che ha il capitolo generale di ciò fare, tanto a riguardo delle costituzioni, come dei decreti capitolari, che non obbligano di più delle costituzioni medesime.

§. 4. Primo resteranno illesi tutti li decreti capitolari fatti, e soliti a leggersi relativi al divin culto e servizio, espressi ne' primi sei capitoli della fatta ultima compilazione. Quanto al vitto, e vestito comune, si osserverà, e conserverà la consuetudine ora vigente in congregazione. De observantia decretorum capitularium.

§. 5. Starà ferma la proibizione di mangiar carne fuori dei nostri luoghi, ed occorrendo caso d'infermità il tribunale potrà concedere licenza per le case dei secolari con moderazione, e cautela; quanto al mangiarne in cella in questo sacro eremo, dove vi è l'infermeria, il tribunale ne darà licenza ma non il priore, che averà tuttavia la facoltà di concedere il brodo di essa in caso di bisogno. De vetita carnium comestione.

§. 6. Gli oblati non si riceveranno in congregazione, se non nel sacro eremo di Torino, come gli altri novizi, e nella maniera fin ora praticata. Si osserverà il decreto riguardante l'elezione dei discreti, e la precedenza dei vocali in tempo di capitolo generale; nè si rimoverà alcun corista dal suo eremo, quale sia vocale, ne' sei mesi precedenti il medesimo, e dovendosi per qualche caso straordinario fare il contrario, si osserverà quanto fu decretato su questo particolare. Continuerà ad aver luogo il decreto, che incomincia, *Trovandosi ne' nostri capitoli* riferibile ai parenti, consanguinei, o affini nelle votazioni, come pure quei decreti che regolano l'esercizio manuale. De receptione oblatorum.

Sarà perpetua l'obbligazione ai priori di trasmettere alla dieta, e seco portare a capitolo generale lo stato di casa dei rispettivi loro eremi, la nota dei debiti, e crediti da leggersi nel sabato precedente la terza domenica dopo Pasqua, prima dell'elezione del definitorio innanzi ai pp. vocali, ed i libri d'entrata, ed uscita col libro dei depositi ed impieghi correlativi. L'elezione dei cellerarii resterà privativa del capitolo generale, ed infra l'anno al tribunale o dieta a tenore del rescritto pontificio.

Digitized by Google

De prohibitione librorum mutuatione.

§. 7. Seguiteranno ad essere in vigore i decreti di proibizione di dare, o imprestare libri incorporati nelle nostre librerie; e la facoltà di trasportare da un eremo all'altro quelli che sono stati provvisti con particolari elemosine di messe.

De libera celebratione missarum.

§. 8. La celebrazione delle messe sarà libera, come si pratica presentemente, e così pure si osserverà quanto fu posteriormente ordinato per gl'infermi, agonizzanti e defonti di nostra congregazione.

De publicatione decretorum.

§. 9. Li pp. visitatori faranno compilare una nuova raccolta dei decreti conforme al presente, e la spediranno per la solita pubblicazione in ogni eremo, prima della scadenza dell'anno corrente.

De decretis edendis tempore visitationis.

§. 10. Per ultimo li pp. visitatori generali, e particolari, pel buon governo, tranquillità, e pace delle rispettive famiglie, faranno in atto di visita i decreti particolari, quali dureranno da una visita all'altra, e qualora venga fatta gravatoria ordinazione ai priori, o particolari, si dovrà avere ricorso al tribunale per la moderazione interpretazione, o rivocazione. Terminato il biennio saranno di niun valore se non saranno per la loro utilità spirituale, o temporale confermati.

De conservatione regestrorum.

§. 11. Il libro dei decreti soliti leggersi nella quaresima, si conserverà intatto nell'archivio del tribunale, fino a tanto, che un nuovo capitolo generale disponga altrimenti.

De decretis a capitulo generali non faciendis.

§. 12. Li nostri capitoli generali futuri non potranno più fare verun decreto riguardante la comune osservanza, o quello confermare, se non vi concorrono li tre quarti dei voti affermativi di tutti gli vocali, compreso il definitorio, il che tutto proposto e ballottato passò con tutti li voti favorevoli.

De compositione, et silentio imponendo jurgiis, et querelis.

§. 13. A 12. Maggio. Decreto secondo. Per ubbidire, e secondare la mente di sua sacra real maestà, che si è degnata di mostrare verso la romitua nostra congregazione per tratto speciale di sua bontà, compiacenza, ed affetto, e ridonare una pace universale; per quanto è possibile, li padri del reverendissimo definitorio impongono un generale silenzio sovra le questioni insorte, che hanno agitato la medesima, ed aboliscono ogni particolare criminazione seguita contro chi che sia fino al giorno d'oggi, e comandano in virtù di santa ubbidienza, e sotto formale precetto, che chiunque ritenesse alcuna scrittura pubblica, o privata contro il buon nome, e buona fama di qualunque individuo, debba fra lo spazio di giorni quindici quella abbruciare, ed in avvenire saranno quelle considerate di niun valore, e riproducendosi sarà castigato chi le presenterà, facendosi il definitorio un dovere di porre in perpetua dimenticanza qualunque imputazione alternativa, fattasi in addietro in eseguimento ed ubbidienza ai supremi comandi del degnissimo e religiosissimo nostro real sovrano.

De celeritate in judiciis servanda.

§. 14. E perchè è dovere il rendere giustizia ad ognuno imparzialmente, si ordina al tribunale, che sarà pro tempore, ed ai visitatori generali in atto di visita, di agire secondo le istanze ragionevoli, che infra l'anno, o in detto tempo saranno fatte e qualora il padre maggiore ricusi di regolarmente procedere in dipendenza delle medesime dovranno questi avvertirlo per due volte di terminare al prescritto delle costituzioni, le querele che saranno al detto tribunale riferite, ed in caso di rifiuto, sarà facoltativo ai padri visitatori di agire, e sentenziare senza l'intervento di esso, al quale giudicio dovranno acquietarsi i religiosi di nostra congregazione, ed associarsi col priore, che sarà pro tempore di questo sant'eremo in questo solo caso; e dovrà specificarsi nelle loro risoluzioni il rifiuto fatto dal padre maggiore.

De libertate visitatorum generalium.

§. 15. L'indipendenza personale dei visitatori generali, risulta chiaramente dalla natura del loro grado dalle costituzioni, e consuetudini, perciò i padri del definitorio vi hanno prudentemente proveduto, quale provisione si conserverà in tribunale, e quanto sopra essendo stato dal reverendissimo padre presidente proposto, e ballottato passò con tutti i voti favorevoli; non avendo però il padre definitore don Leonardo voluto intervenire cogli altri; cioè col suo voto alla ballottazione allegando, che vi ripugnava la sua coscienza; il che non ostante il definitorio ha diversamente ordinato di farsi, e di stabilire quanto sovra, massimamente che per due giorni fu il decreto ventilato, e dallo stesso don Leonardo modificato.

Segue il tenore di detta provisione.

Provisio pro servanda libertate visitatorum.

§. 16. Qualora i padri maggiore, o priore avessero qualche cosa in contrario da oppor-

Digitized by Google

te circa il compagno di viaggio, che li visitatori generali scelgono per se stessi, dovranno li suddetti spiegarne il motivo a detti visitatori, e se sarà legittimo si persuade il definitorio che deferiranno il rispetto dovuto a detti padri maggiore, e priore, ma se non risulterà tale, potrà il detto compagno ubbidire ai visitatori, e non dovrà il padre maggiore negargli la benedizione che per una lodevole consuetudine suole concedersi dal medesimo, quando si pernotta fuori dell'Eremo.

Confirmatio apostolica.

§. 17. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat quo praeinserta articula firmius subsistant, et serventur exactius memorati exponentes apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati praeinserta articula, seu decreta, ac omnia, et singula in eis contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 18. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis et congregationis praefatorum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia octobris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXXII.

Dat. die 3. oct. 1797. Anno XXIII.

Indultum pro monialibus sanctae Luciae nuncupatis civitatis Reatinae egrediendi e monasterio certis anni temporibus.

Venerabili fratri episcopo Reatino.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae abbatissa, ac moniales monasterii s. Luciae ordinis s. Francisci istius civitatis Nostrae Reatinae, quod alias, ac novissime per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum a Nobis obtinuerunt ad triennium, ut pro spirituali illarum consolatione e monasterio praefato ad visitanda quaedam sanctuaria extra moenia ejusdem civitatis sita bis in an-

Digitized by Google

no egredi possent. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, indultum praedictum ad triennium, ut praefertur prorogari obtinuerint; atque ex indulto hujusmodi nullum umquam incommodum, ac scandalum exortum sit, ut illud perpetuis futuris temporibus confirmari, immo, ut si ex aliqua intercedente causa uti minime velint, ut pro sanctuariis praedictis ad aliquas ecclesias intra moenia ejusdem civitatis sitas visitandas, pariter bis in anno egredi possint, per Nos eis concedi summopere desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, ac mandamus, ut quatenus vera sint narrata, ipsis modernis, et pro tempore existentibus abbatissae, monialibus, expresse professis, novitiis, educandis, conversis, et aliis in dicto monasterio degentibus, ut bis in anno in diebus ab abbatissa dicti monasterii pariter pro tempore existenti pro opportunitate designandis ab ortu usque ad occasum solis e dicto monasterio egredi, atque ad sanctuaria praedicta extra moenia istius civitatis Nostrae Reatinae adire, ac visitare possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica concedas, quod si interdum aliquas ecclesias infra moenia dictae civitatis sitas, et a te pro tuo arbitrio, et prudentia eligendas pro sanctuariis praedictis visitare maluerint, id pariter abbatissae, ac monialibus, caeterisque personis praedictis auctoritate Nostra apostolica indulgendi, dummodo tamen bis tantum in singulos annos hoc indulto utantur, plenam, et amplam facultatem tribuimus, et impertimur.

Conditiones servandae.

§. 3. Ut autem haec rite, et ordine, ac juxta cor Nostrum fiant eidem fraternitati tuae districte mandamus, ut facultatem, et licentiam praedictam non aliter exercere sinas, quam, ut infra, praescribimus, ut nempe praeter ea, quae pro tuo arbitrio, et pro opportunitate erunt statuenda, die, per abbatissam praedictam, ut praefertur, destinanda, et a te approbanda nonnisi per ortum solis ex dicto monasterio ab ordinario confessario, ac decenti comitatu a te praescribendo associatae egrediantur, ut recto tramite ad sanctuaria, seu constitutas ecclesias intra moenia civitatis praedictae; quin sub ullo umquam praetextu, causa aut titulo ad domos saecularium divertere, sed aliquod tantum monasterium monialium clausurae ejusdem civitatis, obtenta prius a te licentia, et ad praemissorum effectum minime deneganda, ingredi possint, modeste, ac velum etiam ante faciem dimissum deferentes petant, et ante occasum solis intra dicti monasterii septa regrediantur; utque dum sanctuaria praedicta extra moenia ejusdem civitatis Reatinae visitare intendunt, ob longam conficiendam viam aliquam refectionem corporalem in aliquo commodo, atque apto loco sumere possint, ita ut curata per ministros ejusdem monasterii aut aliquos quoscumque parca refectione, seu prandio hujusmodi, prout decet personis in sortem Dei vocatis, statim hi e loco assignato exeant, et clausis januis villae, seu domus, in quo ipsae moniales, aliaeque personae praedictae fuerint, et clavi per confessarium caute servanda in villa, seu domo praefata nullus masculus, neque ipse confessarius, caeterique de comitatu, minusque agricolae, aut domus, seu villae custos, neque feminae quaecumque etiam servitio adscriptae, illisque inservientes cujusvis status, gradus, conditionis, et dignitatis, nec non monialium, et educandarum, ac conversarum consanguineae existentes sub excommunicationis latae sententiae ipso facto etiam per abbatissam, ac moniales, et alias personas praedictas, si ad id aliquo modo, et pacto consenserint, incurrendae, ac privationis praesentis gratiae remaneant, in eadem villa, seu domo, sic, ut praefertur, clausa commorari, comedere, aliqua religiosae relaxationis agere possint, dummodo, ut pariter praemittitur, hora competenti, et ante occasum solis intra dicti monasterii clausuram reperiantur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes litteras, semper firmas, validas, et efficaces exi-

stere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super clausura monialium, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti monasterii, et ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die tertia octobris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXXIII.

Dat. die 7. novembris 26. julii 1797. Anno XXIII.

Instante episcopo Majoricensi indulgetur, ut in feria sexta post octavam corporis Christi a clero saeculari civitatis et dioecesis praedictae officium sanctissimi cordis Jesu recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater episcopus Majoricensis Nobis nuper exponi fecit, ipse ob eam, qua in Jesu Christi Domini Nostri passionem afficitur, pietatem, ejusdem passionis et mortis pro generis humani redemptione amantissime initae memoriam in dies augeri summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, ac, ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eumdem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis, censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola sacrorum rituum congregationis secretario, ut in posterum ab universo clero saeculari civitatis, et dioecesis Majoricensis, nec non a religiosis, et monialibus utentibus calendario dioecesano quotannis in feria sexta post octavam solemnitatis sanctissimi corporis Christi recitari possit ritu duplici majori officium cum missa in honorem sacratissimi cordis Jesu jam approbatum pro regnis Portugalliae, et Algarbiorum auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae civitatis consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima novembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXXIV.

Dat. die 7. nov. 1797. Anno XXIII.

Instante clero et hominibus loci de Alaba Terulensis dioecesis indulgetur, ut festum cum officio sancti Christophori patroni principalis dicti loci agi in posterum possit die secunda maji fixe simul assignato primo die non impedito officio sancti Athanasii eo die occurrenti.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilecti filii presbyteri, et magistratus loci Alaba nuncupati Terulensis dioecesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi, pro eo, quem erga sanctum Christophorum martyrem patronum principalem ipsius loci praeseferunt, affectu, ejusdem cultum, et venerationem cum majore, quo fieri possit populi commodo in dies augeri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, ac, ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola sacrorum rituum congregationis secretario, ut, accedente venerabilis fratris episcopi Terulensis consensu, in eodem loco Alaba festum sancti Christophori in posterum in die secunda mensis maji loco diei decimae mensis julii, quo adhuc celebratum est, translato in eumdem diem officio duplicis primae classis, et octava, nec non praecepto adstandi sacro, et cessandi ab operibus servilibus, fixe simul assignato primo die non impedito juxta rubricas officio sancti Athanasii occurrenti in dicta die secunda maji, agi possit auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis nec non dictae dioecesis consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima novembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXXV.

Dat. die 7. nov. 1797. Anno XXIII.

Instante episcopo Tlascalensi indulgetur, ut ab universo clero saeculari, a religiosis et monialibus kalendario dioecesano utentibus in die non impedito per ordinarium designando recitari possit officium pretiosi sanguinis Domini Nostri Jesu Christi.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum, sicut venerabilis frater episcopus Tlascalensis in Indiis Nobis nuper exponi fecit, ut ipse pro singulari, quam in sanctissimi redemptoris Domini Nostri Jesu Christi praesefert, devotione, ejus memoriam, et venerationem in dies augeri summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, ac, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et ab-

Digitized by Google

solutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola sacrorum rituum congregationis secretario, ut quotannis in posterum ab universo clero saeculari dioecesis Tlascalensis, nec non a religiosis, et monialibus utentibus calendario dioecesano in die non impedito officio novem lectionum semel fixe ab eodem venerabili fratre episcopo Tlascalensis destinando recitari possit ritu dupl. maj. officium cum missa in honorem pretiosi sanguinis Domini Nostri Jesu Christi servatis rubricis auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictae civitatis consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac, aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima novembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 17. nov. 1797. Anno XXIII.

MCXXVI.

Praeceptum, ut praebendae canonicales in ecclesia collegiata terrae Bictoniae Assisiensis dioecesis nonnisi originariis loci conferantur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii homines communitatis terrae Bictoniae Assisiensis dioecesis, quod Nos alias ad divini cultus augmentum, atque ejusdem terrae, quae inter caeteras provinciae Umbriae insignis, et antiqua est, decus, aliisque rationabilibus adducti de causis cleri, et communitatis praedictae precibus annuentes ex pluribus beneficiis, atque ex redditibus parochialis ecclesiae sub titulo sanctae Mariae Majoris in dicta terra existentis, unam collegiatam ecclesiam in eadem parochiali ecclesia, quae constasset ex decem canonicatibus, seu praebendis canonicalibus, ac dignitate archipresbyterali, cui unus animarum curae esset, auctoritate Nostra apostolica ereximus, atque constituimus, prout in Nostris hisce desuper sub die XIII. martii anni MDCCXCIII. sub plumbo expeditis literis uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, exponentes, atque clerus praefatus hac in re illud maxime in mentem habuerint, ut ex hisce canonicatibus, seu praebendis popularibus suis prospiceretur, fieri autem potest, ut in posterum, dum canonicatus, et praebendae hujusmodi vel per obitum, vel per dimissionem, vel alias quomodolibet vacaverint, ea conterraneis suis minime conferantur, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, audita prius venerabilis fratris episcopi Assisiensis relatione, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut in posterum, et perpetuis futuris temporibus, dum canonicatus, seu praebendae praedictae, vel per obitum, vel per dimissionem, aut alias quomodolibet pro tempore vacabunt, ad ea, nisi cives originarii, non autem adgregati ejusdem terrae Bictoniae nominari, aut praesentari, ac conferri possint, ita ut si canonicatus aut praebendas hujusmodi, quoties pro tempore quomodocumque vacaverint aliis quam civibus originariis praedictis conferri contigerit, collatio ipsa nulla

sit eo ipso, auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus, et ordinamus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis, per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus cancellariae Nostrae apostolicae regulis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima novembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXXVII.

Dat. die 21. nov. 1797. Anno XXIII.

Instante capitulo, et canonicis collegiatae ecclesiae insulae Gaulensis Melitensis dioecesis extenditur indultum gestandi aliqua insignia alias eisdem concessum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici collegiatae ecclesiae insulae Gaulensis Melitensis dioecesis, quod Nos alias ejusdem collegiatae ecclesiae insignem dignitatem, nec non eorumdem canonicorum erga Nos, et hanc sanctam Sedem fidei constantiam, ac devotionem considerantes, eidem capitulo, atque canonicis, ut omnes, et semper ubicumque etiam in Romana curia, crucem pectoralem octogonam ex encausto vulgo di smalto rubei coloris, auroque circumdatam, et quatuor libiis aureis cum ei desuper apposito imperiali ex auro confecto diademate, et in cujus centro ex encausto caerulei tamen coloris, et ovalis forma auro refertō gloriosum beatae Mariae virginis nomen gyroglificis literis sit insculptum de collo per teniam sericam ejusdem caerulei coloris aurō exlistatam, et in humeris duobus terminantem aureo, et serico mixtis flocculis descendentem gestare libere, ac licite possent, auctoritate apostolica concessimus, prout in Nostris hisce desuper sub plumbo anno millesimo septingentesimo octuagesimo primo expeditis literis uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, nonnullis rationabilibus de causis pro taenia serica aureo contexta praedicta funiculum pariter aureo contextum, ac floccis pariter ornatis uti, atque insuper pro mozzetta coloris violacei ejusdem coloris subsuta, illam deinceps purpurei coloris subsutam cum suis globulis, atque ansis pariter purpureis deferre posse summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulas personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis canonicis dictae collegiatae ecclesiae, ut in posterum non solum pro taenia serica aureo contexta praedicta, e qua tum pectoralis crux praedicta in pectus, ac flocculi serici cum aureo mixto pendent, funiculum sericum purpurei coloris aureo contextum cui in pectore dicta crux pectoralis, ac in humeris flocci purpurei pariter coloris auro mixti appensa pariter sint deferre, sed etiam, ut mozzettam coloris violacei, quam gestare jamdiu solent, deinceps serica tela purpurei coloris adsuere, ac globulis, et ansis ejusdem purpurei coloris ornare libere, ac licite possint, et valeant respective, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Digitized by Google

Derogatio contrariorum.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quatenus opus sit memoratis Nostris sub plumbo expeditis literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima novembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXXVIII.

Dat. die 21. nov. 1797. Anno XXIII.

Confirmatio transactionis initae a capitulo, canonicis, et archiepiscopo Ferrariensi super nominatione ad cappellaniam, seu beneficium ecclesiasticum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Quoties a Nobis petitur, ut in ea, quae ad tollendas controversias, atque inter ecclesiasticas praesertim personas dirimendas lites, ex quibus plerumque christiana charitas perturbatur, scite prudenterque conventa, et statuta fuere, providentiae Nostrae partes interponamus, animo Nos decet libenti petentium desideriis congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Noster Alexander Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis De Matthaeis nuncupatus ex indulto, et dispensatione apostolica archiepiscopus Ferrariensis, quod cum alias inter ipsum ex una, et dilectos filios capitulum, et canonicos suae cathedralis ecclesiae Ferrariensis ex altera parte gravis exorta sit controversia de ac super nominatione ad cappellaniam, seu beneficium sub titulo sancti Ioannis evangelistae de Calamelli nuncupat. in dicta cathedrali ecclesia erectum, unde tum ipse Alexander cardinalis archiepiscopus, tum capitulum, et canonici praedicti e re sua utrique putarunt cappellanos nominare, ac lis hujusmodi adeo processerit, ut etiam illius cognitio ad causarum palatii Nostri apostolici auditorium delata sit, tamen postmodum memorati litigantes omnem controversiam transactione decernere statuerunt, quapropter fuerunt exhibita, atque utrinque approbata capitula tenoris, qui sequitur.

Tenor transactionis.

§. 3. Capitoli, co' quali sembra, che si potesse terminare amichevolmente la lite agitata prima in Ferrara avanti di monsignor vicario, ed ora nel tribunale della s. Rota, per la provisione del benefizio, o cappellania di san Giovanni evangelista detto de' Calamelli della metropolitana di detta città di Ferrara fatta dall' eminentissimo e reverendissimo sig. cardinal Mattei arcivescovo di detta città a favore dell' allora chierico ora sacerdote d. Pio Cittadella sotto il dì 11. dicembre 1793. e vertente tra l'e. s. reverendissima per una parte, e tra il reverendissimo capitolo di detta città, ed il mansionario sig. d. Michele Lambertini per l'altra.

I.

Pacta conventa.

§. 4. Che il suddetto sig. d. Lambertini rinunziasse a qualunque diritto a lui competente in forza della nomina a detto benefizio, e presentazione coram ordinario fatta dal suddetto reverendissimo capitolo.

II.

Che si rinunziasse alla lite, o liti tanto in giudizio di manutenzione, quanto di petitorio da ambo le parti suddette dimenticandosi da tutte le parti le spese.

III.

Che per questa volta sola abbia ad avere il suo pieno effetto la suddetta provista in favore dell' anzidetto sacerdote Cittadella, e che abbia a continuare nel pacifico possesso del benefizio, e percezione de' frutti, ed altri diritti.

Digitized by Google

IV.

Che in avvenire, cessando però le affezioni, e riserve apostoliche rimanga a disposizione del reverendissimo capitolo la nomina, e presentazione del rettore, a detto beneficio non solo, ma anche dell'altro di sant'Antonio di Vienna, da farsi avanti all'eminentissimo ordinario per averne da lui la istituzione alla forma, e tenore de'codicilli di ser Calamello Favelli fondatore dell'uno, e dell'altro beneficio; dovendosi fare per parte del medesimo capitolo la nomina, e presentazione nel termine di giorni otto a forma di detti codicilli.

V.

Che nel concorso di qualche affezione, o riserva apostolica nei rettori di detti beneficii, o in alcuno di essi debbono in conseguenza rimaner salvi, ed illesi i diritti della s. Sede apostolica, e dell'eminentissimo sig. card. arcivescovo pro tempore sempre che questi sia fornito dell'indulto di conferire i beneficii riservati, o affetti alla s. Sede suddetta come fin ad ora è stato osservato.

VI.

Che il reverendissimo capitolo ad ogni requisizione dell'eminentissimo sig. cardinale arcivescovo sia tenuto di dargli copia autentica de'codicilli di Ser Calamello Favelli da conservarsi nella sua cancelleria a perpetua memoria, onde possa li medesimi codicilli avere sempre presenti, e consultarsi ne'casi occorrenti.

VII.

Che sopra la concordia suddetta abbiasi a spedire l'opportuno apostolico beneplacito a spesa comune delle parti per la validità, e fermezza perpetua della riferita transazione, e debba obbligare il reverendissimo capitolo, e l'eminentissimo sig. cardinal arcivescovo, e li suoi successori.

VIII.

Finalmente che qualora faccia d'uopo il S. P. si degni di sanare, in atto della spedizione del predetto apostolico beneplacito, la provista del prememorato beneficio di s. Gio. evangelista detto de'Calamelli a favore del sacerdote Pio Cittadella in allora chierico, per essere richiesta nella fondazione la qualità sacerdotale, la quale sembra di presente non essere necessaria, attesa la riduzione anni sono fatta, con autorità apostolica dell'obbligo di personalmente celebrare continuamente la messa ad annue messe 332. alla ragione di bajocchi 14. l'una per la notabile diminuzione della rendita del detto beneficio, o cappellania di san Gio. evangelista, per cui al presente il rettore o cappellano di detto beneficio non può godere della esenzione accordata dal fondatore dal celebrare, accedente corporali necessitate, sive justo impedimento, et justa causa; siccome anche si degni il S. P. colla pienezza di sua autorità di dichiarare, che in appresso si possa provvedere di detto beneficio, o cappellania anche un chierico per ragione della variazione dello stato di detto beneficio o cappellania, non ostante la contraria disposizione del fondatore.

§. 5. Cum autem sicuti eadem expositio subjungebat, dilectus filius Michael Lambertini nominationi, ac praesentationi de sui persona ad beneficium, seu cappellaniam a capitulo, ut praefertur, factae solemniter renunciaverit, atque hisce desuper ab ipsis fuerit transigentibus reservatum necessarium beneplacitum apostolicum tum pro validitate actus inter ecclesiasticas personas, tum pro derogatione quatenus opus esset, voluntati fundatoris, seu fundatorum: Nobis propterea memoratus Alexander card. archiepiscopus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac singulares quorum interest personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati praeinserta capitula, ac omnia et singula in eis contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, ac approbamus, illisque inviolabilis apostolicae Apostolica confirmatio.

firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari, et inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, quorumcumque fundatorum dispositionibus, codicillis, et testamentis, quibus per praesentes derogare intendimus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque in contrarium quibuscumque. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima prima novembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Dat. die 1. dec. 1797. Anno XXIII.

MCXXIX.

Extensio pro hypotheca super bonis ecclesiasticis in regno Sardiniae existentibus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Emmanuel Sardiniae rex illustris, quod quamvis inter caetera subsidia, quae per Nostras in simili forma Brevis sub die XVIII. mensis julii labentis anni expeditas literas ejus precibus annuentes, ex bonis cleri saecularis, et regularis utriusque sexus intra limites suae ditionis consistentis, angustiis, quibus ob urgentissimas causas regium suum aerarium premebatur, paravimus, ei concesserimus, ut omnia, et quaecumque bona ecclesiastica cleri saecularis, et regularis praedicti, exceptis bonis ad mensas episcopales, et parochiales spectantibus, tum pro securitate sortis principalis, tum pro interusuriis a suo regio aerario pro subventoribus mutui argenti per suum edictum diei XVI. martii currentis anni rogati hypothecae usque ad summam centies mille millia librarum monetae Pedemontanae supponere posset, cum tamen hoc remedium satis non sit, ut status ab urgentissimis malis, quibus est obnoxius ob immodicum aes alienum novissimis temporibus contractum, emergatur, quinimmo regium aerarium ex interusuriis dicti rogati mutui ultra vires praegravaretur, laici vero praeter onera jam ei imperata nova sustinere impares sint, ne res publica alias bene constituta miserrime dilabatur, ut a clero tum saeculari, tum regulari hypothecae praedictae loco sibi subsidium quinquagies mille millia librarum monetae Pedemontanae solvatur, summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsius Caroli Emmanuelis votis quantum cum Domino possumus annuere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine unum subsidium quinquagies mille millia librarum Pedemontanarum ab omnibus, et quibuscumque archiepiscopis, episcopis, ac aliis ecclesiarum praesulibus, praelatis, ecclesiis parochialibus, capitulis, monasteriis, congregationibus, ordinibus, aliisque piis locis saecularibus, et regularibus utriusque sexus quibusvis privilegiis suffultis, etiam undecim congregationum, aliisque speciali mentione dignis, ac quibuscumque militibus, etiam fratribus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani in ditione, ac dominio ejusdem Caroli Emmanuelis regis pro sua uniuscujusque assignanda rata portione solvendum tenore praesentium indicimus, atque imperamus: ita tamen ut ecclesiae archiepiscopalis, et episcopalis ad subsidium hujusmodi nisi pro rata, quae annuum redditum librarum duodecim mille monetae Pedemontanae; et ecclesia metropolitana Taurinensis annuum redditum librarum hujusmodi triginta mille superet, parochiales vero nisi pro rata, quae excedat annuum redditum librarum ter mille ejusdem monetae respective teneantur. Quo autem subsidium hujusmodi

ecclesiarum archiepiscopalium, parochialium, capitulorum, monasteriorum, congregationum, ordinum, aliorumque locorum piorum saecularium, et regularium, ac etiam praeceptoriarum seu commendarum, ac dignitatum militiarum etiam sancti Joannis Hierosolymitani hujusmodi possessores, seu administratores, tum saeculares tum regulares pro sua rata portione cum effectu persolvere valeant, iis ut sua uniuscujusque bona, redditus, ac proventus quoscumque pro eadem rata portione tantum vendere, ac alienare, vel etiam hypothecare absque solemnitatibus a sacris canonibus in contractibus hujusmodi praerequisitis, et sine ullo ecclesiasticarum poenarum bona ecclesiae irrogatarum incursu libere, ac licite possint, et valeant, motu, scientia, et auctoritate paribus tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Sanctio poenalis pro exactione subsidii facilius curanda.

§. 3. Ut porro hujusmodi sic impositum subsidium facilius exigi possit venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopisque, ac caeteris praelatis jurisdictionem quasi episcopalem in ditione eidem Carolo Emmanueli regi subjecta habentibus committimus, ac mandamus, ut de ipsius Caroli Emmanuelis regis consensu ecclesiasticas personas non vero laicales in commissarios collectores, et exactores subsidii hujusmodi constituant, ac deputent, qui omnes summas juxta faciendam distributionem intra terminum ejusdem Caroli Emmanuelis regis arbitrio praefigendum perceptas memorato Carolo Emmanueli regi, sive ministris, et personis ab eo ad hoc deputatis integre consignare, et tradere debeant. Praeterea eisdem archiepiscopis, et episcopis, caeterisque praelatis hujusmodi per praesentes pariter concedimus, ut quatenus ipsi a memorato Carolo Emmanuele rege requisiti sint juxta datam sibi a Deo prudentiam, et pro eorum arbitrio numerum praebendarum, seu canonicatuum ecclesiarum collegiatarum tantum, non autem cathedralium intra suam uniuscujusque dioecesim consistentium numerum imminuere, vel etiam easdem collegiatas ecclesias quatenus in Domino opportunum videatur, assignatis respondentibus pensionibus illarum canonicis, ac beneficiatis, auctoritate Nostra apostolica supprimere, ac extinguere, illorumque bona quaecumque in eamdem publicam causam attribuere, et applicare libere, ac licite possint et valeant; quamobrem eis haec omnia juxta tenorem praesentium auctoritate Nostra apostolica faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi plenam et amplam facultatem motu scientia, auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Collatio facienda a clero saeculari, et regulari a subsidii solutione exempto.

§. 4. Tandem cum aequum, et justum sit, ut etiam alia pars cleri saecularis, et regularis, quae subsidio hujusmodi obnoxia, ac subjecta non est, in bonum publicum aliquid conferat: hinc motu, scientia, ac auctoritate, et tenore praedictis praecipimus, ac mandamus, ut omnes, et singuli possessores abbatiarum ecclesiasticorum beneficiorum, seu capellaniarum, aut praeceptoriarum, seu commendarum, exceptis iis, qui, ut praefertur, ad subsidium praedictum contribuunt, unum annuum proventum, seu annatam, seu cujusque abbatiae, beneficii, seu cappellaniae, ac praeceptoriae, seu commendae, detractis tamen prius oneribus quorumcumque vectigalium, ac pensionum, quibus gravantur, nec non dempta summa librarum sexcentum monetae Pedemontanae in propriam substentationem, et exhibitionem convertendam commissariis, exactoribus, et collectoribus praedictis pro publica utilitate persolvere omnino teneantur: sicuti pariter decernimus, ut omnes ii, qui aliquam annuam pensionem excedentem summam librarum quingentarum dictae monetae super bonis, redditibus, ac proventibus, ecclesiasticis sibi reservatam, constitutam, et assignatam exigunt, et percipiunt, ad solutionem unius annatae ejusdem pensionis pro rata portione tamen, quae dictam summam librarum quingentarum superat, in eamdem publicam utilitatem erogandae obnoxii, et subjecti omnino sint.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum,

et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, collegiorum, et locorum piorum, ac ordinum, congregationum, societatum, militiarum, hospitiorum, aliorumque praedictorum, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, stabilimentis et usibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis ejusdem ecclesiis, monasteriis, collegiis, hospitiis, conventibus, et locis piis, ac ordinibus, congregationibus, societatibus, militiis, et aliis praedictis, illorumque praesulibus, capitulis, abbatibus, aliisque superioribus, et personis quibuslibet etiam in limine fundationis, et erectionis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, ac plenissime derogatum esse statuimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

De conservatione ornamentorum ecclesiasticorum cavenda.

§. 7. Caeterum volumus pariter, ut juxta piae memoriae Clementis pp. V. praedecessoris Nostri in concilio Viennensi editam constitutionem, calices, libri, caeteraque ornamenta ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, et beneficiorum, ac piorum locorum sub praesentibus comprehensorum divino cultui dicata, aliave supellex ecclesiastica causa pignoris, vel alias occasione exactionis, et solutionis contributionis, seu vectigalis, seu tributi hujusmodi nullatenus capiantur, distrahantur, aut quomodolibet occupentur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima decembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXXX.

Dat. die 1. dec. 1797. Anno XXIII.

Indultum recitandi missam B. M. V. ad Nives, et officium proprium alias monialibus asceterii concessum extenditur ad fratres ordinis s. Francisci de observantia provinciae Portugalliae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius minister provincialis provinciae Portugalliae fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, quod Nos alias per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum dilectis in Christo filiabus monialibus asceterii titulo sanctissimi Crucifixi ordinis sanctae Clarae civitatis Lisbonensis ad impetrandum Beatae Mariae Virginis patrocinium in hora mortis, cum in ejus honorem peculiare festum die decimatertia mensis augusti agere consueverint, ut in eadem die in earum ecclesia officium cum missa Beatae Mariae Virginis, ut in festo ad Nives cum lectionibus secundi nocturni, et orationibus propriis tunc adprobatis recitare possent, utque etiam sacerdotes omnes eadem die in eadem ecclesia ad sacrificandum convenientes missam de eodem festo celebrare valerent, auctoritate apostolica indulsimus. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, veneratio Beatae Mariae Virginis sub titulo de Bona Morte ad illius validissimum assequendum auxilium in supremo vitae agone, ubi nempe antiquus hostis omni contentione, ac vi sua christifideles in sui condemnationem pertrahere studet, in Portugalliarum regnis longe lateque diffusa sit, hinc memoratus exponens, quo tam utilem, tamque proficuam in Beatam Mariam Virginem religionem inter fratres suae provinciae, caeterosque, qui ejusdem provinciae kalendario utuntur, pro-

moveat, et indultum alias per Nos, ut praefertur, dictis sanctimonialibus concessum sibi pariter, ac provinciae, caeterisque praedictis per Nos dari summopere desiderat: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eumdem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut indultum praedictum ad omnes fratres, et ecclesias fratrum ordinis, et provinciae praedictorum, caeterosque, qui kalendario ejusdem provinciae canonice utuntur, auctoritate apostolica tenore praesentium extendimus, et ampliamus, eisque, ut in conventibus, ac ecclesiis ordinis, et provinciae hujusmodi, caeterisque, qui juxta kalendarium praedictum horas canonicas recitant, ac missam celebrant, ut die decima tertia augusti cujusque anni officium pro dicto asceterio adprobatum recitare, ac missam praescriptam celebrare libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde ac si eis principaliter indultum fuisset concessum, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta decembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

MCXXXI.

Dat. die 19. dec. 1797. Anno XXIII.

Instante commissario generali Indiarum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum confirmantur nonnulla articula.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Decet Romanum pontificem libenter in iis pastoralis suae providentiae auctoritatem interponere, quae ad tollendas animorum ambages, regularemque disciplinam sancita sunt, ut ea sic in aevum stare certius possint, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem dilectus filius Paulus de Moya frater ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, ac commissarius generalis Indiarum Nobis exponi fecit, quod cum alias munera, seu officia commissariorum generalium in Indiis residentium interdicta, seu suspensa fuerint, plura hinc dubia inter fratres sui ordinis missionarios in Indiarum regnis commorantes sibi subjectos exorta sunt, quorum ab ejus auctoritate enixe postulabatur, utpote quae solutio una ad sedandas omnes animorum perturbationes, nec non religiose custodiendas Innocentianas constitutiones pro collegiis apostolicis de Propaganda Fide editas optima videbatur. Quodque insuper iidem fratres missionarii ab eo desiderabant, ut ipse aliqua praemia pro exantlatis laboribus, cuique in futurum constitueret: quapropter ut hisce postulationibus pro debito sui officii munere faceret satis, atque ut quantum in eo est suorum subditorum quieti, et regulari disciplinae studeat, viginti, et octo concinnavit articula tenoris, qui sequitur.

I.

Tenor articulorum, et de compu-

§. 3. Constituimus, ut decennium fratribus ad collegia de Propaganda Fide pro missioni-

tatione decennii pro fratribus conscendentibus naves Indias versus.

bus migrantibus a die ipsa, in qua naves conscendunt Indias versus, dummodo jam sacerdotes sint, vel si nondum sacerdotes reperiantur, a die, qua ad hunc sacrum ordinem erunt promoti, numerandum sit: et sic pariter annus approbationis requisitus ad obtinendum jus utriusque suffragii in guardianorum capitulis erit computandus: ut frater, qui per annum in collegiis commoratus est, ad provincias transit, et dein ad eadem collegia regreditur, habendus sit veluti missus ad ferendum suffragium in electionibus, quin denuo annus approbationis ab eo sit suscipiendus, quod idem servandum venit pro commigrantibus ex uno in aliud collegium. Nemo jus alieni suffragii habebit, seu in praelatum eligi poterit, quin a quatuor annis eidem collegio sit incorporatus: electio vero guardianorum, et commissariorum, qui missionibus praesunt deinceps sic erit omnino peragenda: tres ex omnibus vocalibus cujusque capituli erunt pluribus suffragiis eligendi cui major pars vocalium suffragata erit, praeses ejusdem capituli eum guardianum, seu commissarium praefectum omnino renuntiabit, nullo ei hisce desuper relicto arbitrio juxta dispositionem secundae Innocentianae constitutionis sub numero trigesimo, alii vero duo erunt discreti; ac deinde a vocalibus praedictis tertius, et quartus discreti erunt designandi, ita ut, qui duo plura tulerint suffragia in discretos etiam erunt constituendi. Quo autem consentiatur dispositioni statuti tum generalis Romae anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi primi, tum custodiarum de Propaganda Fide anno millesimo septingentesimo octogesimo ab Emmanuele de la Vega editi pro electionibus visitatorum, praesidentium capitulorum provincialium, et custodialium, ubi nominati a praelato generali suum adventum diutius different, statuitur, ut si expletis duobus solidis annis cum dimidio officii guardianorum praedictae superiorum dispositiones nondum pervenerint, tunc quaeque discretoria suos visitatores, et praesidentes, aut ex alumnis sui cujusque collegii, aut ex alumnis provinciae eis, quoad suffragia unitae eligere poterunt, et debebunt: sic vero electi suis muneribus fungentur cum iisdem prorsus facultatibus, quibus nominati a superioribus generalibus utuntur: ita tamen ut si diplomata commissaria pro muneribus praedictis nondum solido triennio exacto accipiantur, quamvis, ut praefertur electi visitationem susceperint, illico ab ea desistent, et in eo statu a commissario generali Indiarum pro tempore existente nominati illas continuabunt, usque dum praesidentiae capitulorum, eorumque incidentiae juxta ordinis praedicti statuta ad effectum sint redditae, atque ad praecavenda incommoda guardianus et discreti de ipso celebrationis capituli anno certiorem facient commissarium generalem, ut ipse ad proximum futurum capitulum visitatores, et praesidentem opportune deputet.

II.

De suffragiis faciendis pro animabus eorum qui Indias petunt.

§. 4. Ut obeunte fratre, priusquam navim conscenderit, suffragia in ipsius animae expiationem erunt facienda a provincia, seu collegio, a quo discessit; si autem ascensa jam navi, tunc eadem suffragia per provinciam, seu collegium, cui erat assignatus, erunt explenda: quod si aliqui ex iis, qui collegiorum decennium jam exegerunt, postquam a collegio, seu provincias missi fuerunt, decesserint, quoties id contingat, aut priusquam navim Hispaniam versus ascenderint, aut antequam alicui ex provinciis Indiarum fuerint addicti, tunc onus suffragiorum erit seminario, cui inservierunt: si vero jam conscensa navi, tunc erit provinciae, ad quam revertuntur illorum animae suffragari: si tandem hi missionarii alicui ex provinciis Indiarum fuerint adjuncti, expleto decennio in collegiis, tunc hi tanquam fratres seniores quoad suffragia censentur.

III.

De privilegiis eisdem concessis.

§. 5. Ut si missionarii, exacto decennio, in suis collegiis juxta apostolicas constitutiones, ac praesertim secundum Innocentianam constitutionem numero XXV. ad aliquam ex provinciis Indiarum adjungantur, erunt subinde idonei, et capaces ad omnia munera, et officia ejusdem provinciae obtinenda a die, qua fuerunt adgregati.

IV.

Idem ut supra.

§. 6. Ut collegiorum missionarii deinceps hisce fruantur privilegiis, qui nempe emensis laudabiliter duodecim annis, aut ad suas matres provincias regredi, aut provinciis in-

diarum, cum Hispani sint, aggregari desiderant, in iisdem provinciis erunt semper admittendi, et recipiendi cum honore, et gradu concionatoris, seu praedicatoris generalis de jure. Qui autem per sexdecim annorum curriculum sua obsequia ordini praestiterunt, iis eadem spectabunt privilegia, perinde ac si fuissent definitores, jusque erit eligendi pro suo arbitrio quemque conventum provinciae, ut in eo adfilientur, et ad illum adjungantur: si vero per viginti annos inservierint, perfunctis interim muneribus, seu officiis commissariorum missionum, et illarum collectorum, hi, sicut pariter guardiani et collegiorum discreti, et qui per quindecim annos munus magisterii in aliqua utili scientia, seu facultate exercuerint, omnes hi, si aut ob infirmam valetudinem, aut ex alia justa causa apostolico ministerio se abdicare postulaverint, tunc non solum jure sibi eligendi pro suo arbitrio quemlibet conventum, verum etiam omnibus, et singulis privilegiis tam de jure, usu, et consuetudine ministris provincialibus inter limites provinciarum suae filiationis, aut adgregationis competentibus uti, frui, et gaudere libere, ac licite poterunt: immo fratres provinciarum Hispanarum dicti ordinis, qui ad provincias Indiarum erunt adjuncti, postquam laudabiliter memoratum annorum curriculum emensi fuerint, a die, qua eisdem provinciis fuerunt adgregati pro alternativa censentur habilitati. Hisce tamen addendum est, ut collectores missionum in suis respective collegiis sint discreti perpetui, eodem prorsus modo, quo commissarii missionum, ac guardiani tam actuales, quam habituales; ita tamen ut omnes praedictae praeeminentiae, atque exemptiones subrogationis habendae sint sine praejudicio patrum immediati, et senioris, atque aliorum, qui sunt ex-provinciales ex jure subrogationis, quoad dictos patres immediatum et seniorem.

V.

De confessariis.

§. 7. Ut confessores in suis respective provinciis constituti illorum institutionis vi omnium subditorum ordinis praedicti sacramentales confessiones excipere, nec non propria peccata, cui confessario ejusdem ordinis voluerint quamvis nisi a ministro provinciali ipsi facultates habeat, confiteri poterunt: salvo tamen semper jure ordinariorum, suarumque facultatum.

VI.

De nominatione praedicatorum.

§. 8. Ut guardianus, et collegiorum discreti praedicatores, et confessarios tum fratrum, tum monialium nominare, dimissoria ad ordines concedere, ac illos ordinariis praesentare poterunt, quos ad verbum Dei evangelizandum, atque Christifidelium utriusque sexus confessiones audiendas idoneos, et capaces reputabunt, non secus ac provinciales; quoad suos subditos sine pariter jurium, ac facultatum ordinariorum localium praejudicio.

VII.

De concessione habitus regularis.

§. 9. Ut guardianus, et collegiorum discreti regularem habitum concedere, atque ad religionem, et professionem regularem emittendam eos admittere queant, in quibus et vera vocatio elucebit, atque ea erunt, quae ab Innocentiana constitutione sub numero 21. praerequiruntur; sicuti pariter arbitrii majoris partis discretorii erit illos interdum inter fratres ordinis praedicti accipere, qui viginti, et unius anni aetatem nondum exegerunt, ita tamen ut hisce desuper illorum conscientia onerata sit, et omnia juxta sacrosancti Tridentini concilii decreta fiant, ac nemo recipiatur ultra illorum numerum, qui commode ex eleemosynis sustentari possunt.

VIII.

De fratribus missionariis in quolibet collegio recipiendis.

§. 10. Ut fratres missionarii post decursum decennium in aliud collegium recipi possint: quod si justis de causis ante emensum decennium translationem hujusmodi postulent, ad aliud pariter collegium adgregari poterunt, accedente tamen utriusque discretorii consensu, et retento quod jam fuit praescriptum pro translatione de una ad aliam provinciam.

IX.

De praesidibus hospitiorum, et conversionum.

§. 11. Ut hospitiorum et conversionum praesides easdem habeant facultates, quibus per statuta ordinis praedicti vicarii conventuum absente guardiano, utuntur, utque in electionibus praesidum hujusmodi ea, quae a toties memorata constitutione Innocentiana pro ele-

etione vicarii conventuum praescribitur, omnino sint servanda.

X.

De exclusione discretorum ab officio praesidum.

§. 12. Ut collegiorum actuales discreti in praesides hujusmodi neque eligi, neque domibus conversionum assignari possint durantibus eorum respective officiis.

XI.

De remotione praesidum ab officio.

§. 13. Ut praesides praedicti ab eorum officio amoveri possint, quoties guardianus, et discreti majus Dei, et regis catholici servitium id exigere censebunt.

XII.

De iis qui praesidere debent electionibus guardianorum et commissariorum.

§. 14. Ut in qualibet communitate, seu domo conversionis frater sit, qui capitulis ad eligendos guardianos, seu commissarios praesit: utque si contingat fratres de familia discrepare in electione praedicta, tunc ex duobus, aut pluribus designatis, qui officium obtinebit, erit sorte legendus: qui tamen in scriptis vocem, seu suffragium activum abdicabit, haecque renuntiatio capitulo, et discretorio erit exhibenda.

XIII.

De jure praesidis eligendi, et deputandi vicarium.

§. 15. Ut si guardianus aliquis frater absens renuntiatus fuerit praeses capituli cum discretis commorantibus in collegio eadem pollet facultate, quae a secunda Innocentiana constitutione sub numero trigesimo secundo novo guardiano ad eligendum vicarium attribuitur, qui subinde tamquam praeses in capite rem omnem administrabit primum locum occupans usque dum electus guardianus in collegium perveniat, quod si novus electus guardianus interim e vita excedat, vel officium recuset, vicarius praedictus in suscepta administratione, et gubernio communitatis veluti praeses in capite usque ad exitum unius anni cum dimidio electionis perget: si porro guardianus intra ipsum suae electionis deficiat annum, vicarii erit intra breve trium dierum spatium a die obitus, seu dimissionis, aut renunciationis vocales omnes, quot intra spatium viginti dierum haberi poterunt, convocare pro novi guardiani electione, cui electioni dignior collegii praeerit: et recens electus suum gubernium usque ad incepti triennii exitum geret: si autem guardianus in secundo, aut tertio sui gubernii anno deficiet, tunc vicarius praedictus tamquam praesidens in capite usque ad proximam capituli convocationem, quae nunquam ultra solitum triennium protrahatur, communitatem moderabitur, ea tamen lege, ut haec omnia commissario generali significentur, ut hinc ab illa juxta rerum, ac temporum opportunitates, necessaria capiantur consilia.

XIV.

De requisitis necessariis ad admittendam dimissionem guardianorum ab officio.

§. 16. Ut quod ad admittendam guardianis dimissionem suorum officiorum, seu guardianatuum intra annum, cum dimidio sui officii a ministro provinciali illarum provinciarum, ad quas quoad suffragia adgregati sunt, spectat, prout cavetur in dicta Innocentiana constitutione sub numero 31. consuetudo in dictis collegiis a die retenta, qua commissarii generales Peruvianus, et Mexicanus defecerunt, semper firma remanebit.

XV.

De missionibus instituendis.

§. 17. Ut guardiano, et eo absente vicario integrum sit tum missiones ad fideles populos committere non solum per sex menses ab Innocentianis constitutionibus praedictis expressos, sed etiam in aliud tempus prout mature pensatis locorum distantiis ei opportunum, ac necessarium videbitur: tum missionariis concedere, qui recusare non poterunt, ut concionarii, sermocinarii, ac de laudibus sanctorum moraliter verba facere valeant, vitia evitanda, ac virtutes ad sanctorum, qui laudantur, imitationem sequendas annuntiando.

XVI.

De domibus conversionum a nemine recusandis.

§. 18. Ut nemo deinceps ad domus conversionum, atque ad antiquas doctrinas suorum respective collegiorum se conferre recusare possit, quamvis iter vel terra, vel mari habendum sit; ita tamen ut pro conversionibus infidelium in omnibus collegiis, quod a memorata secunda Innocentiana constitutione sub numero sexagesimo tertio disponitur, indiscriminatim, ac religiose custodiatur, sint collegiales vel e Hispaniis, vel habitum, su-

Digitized by Google

sceperint, ac professionem regularem in eisdem collegiis emiserint.

XVII.

De electione fratrum pro absolutione a casibus reservatis.

§. 19. Ut guardianus, ac discreti cujusque collegii, absque ullo jurium, ac facultatum ordinariorum praejudicio, tot fratres tum intus tum extra collegia, quot juxta alumnorum cujusque collegii numerum conveniens erit, nominare possint pro absolutione poenitentium a casibus reservatis, pro habilitatione incestuosorum, aliisque ad forum conscientiae spectantibus peragendis.

XVIII.

Idem ut supra.

§. 20. Ut collegiorum guardianis absque pariter ullo jurium, ac facultatum ordinariorum praejudicio sit concedere facultatem absolvendi a casibus reservatis in ordine praedicto absque temporis limitatione, et toties quoties destinati a collegio discedant, aut extra claustra degant, qua quidem facultate eodem prorsus modo, nec aliter quam guardiani praedicti utentur, commissarii missionum pro suis subditis, qui infidelium, ac neophitorum missionibus inserviunt.

XIX.

De juribus guardianorum.

§. 21. Ut quidquid provinciali erga suos subditos licet, liceat pariter et guardianis collegiorum in suos; quid provinciali cum suis definitorio, et guardianis itidem cum suis discretis fas erit.

XX.

De receptione fratrum missorum a seminariis.

§. 22. Ut provincialis et definitorium, cum quibus incorporatum est respective collegium quoad suffragia, eos fratres qui a seminariis missi erunt in provinciam omnino recipient, prout cavetur in secunda Innocentiana constitutione num. 13. ita tamen ut de hisce certiorem facere commissarium generalem Indiarum teneantur: sicuti pariter commissario generali praedicto, si regiis sumptibus hi missi fratres fuerint ducti, haec regio Indiarum consilio significare incumbet.

XXI.

De nominatione syndacorum.

§. 23. Ut liceat guardiano cum suis discretis ubique collegiorum, et domorum conversionis syndicos, sic exigente necessitate nominare, ac instituere etiam non audita commissaria generali.

XXII.

De distributione eleemosynarum.

§. 24. Ut in collegiis, in quibus exstant eleemosynae, et pia opera ad missiones spectantia, onus sit praesidentis capituli cum discretorio in singula triennia aliquem ex fratribus cum titulo procuratoris conversionis deputare, ut ipse hosce proventus, et fructus summa sedulitate curet, quo etiam diligenter suo officio hujusmodi fungente, eis integrum erit, illum in munus hujusmodi ad aliud sibi benevisum tempus confirmare, eique etiam aliquod congruum munus elargiri, et assignare.

XXIII.

De unione officii commissarii missionum, cum officio praefecti.

§. 25. Ut officium commissarii missionum cum officio earumdem missionum praefecti deinceps unitum sit, quemadmodum pro eis, qui in nova Hispania degunt a felicis recordationis Clemente pp. XIV. per suas in simili forma Brevis die vigesima secunda novembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono expeditas literas incipientes *Alias pro parte dilecti filii Michaelis del Rosal* fuit dispositum, et a supremo Indiarum consilio sub die decima maji millesimo septingentesimo septuagesimo fuit recognitum.

XXIV.

De electione commissarii missionum.

§. 26. Ut commissarius missionis praedictus in quolibet collegio juxta dictas constitutiones Innocentianas fundato in singula sexennia eligatur, eodem prorsus modo, quo in singula triennia guardiani eliguntur, prout expressum legitur in declaratione primi dubii; omnibus vero sacerdotibus, qui ab anno in collegio commorantur juxta consuetudinem electionum commissariorum septemnalium, et primam Innocentianam constitutionem sub numero vigesimo primo huic electioni suffragium ferendi jus erit: omnes praefecti commissarii missionum sic, ut praefertur, in singula sexennia electi tamquam delegati commissariae generalis omnem habebunt, et obtinebunt superioritatem in missionibus, et in conversionibus, quae quodammodo ad respectiva col-

Digitized by Google

legia spectant, atque illius oneri, et servitio stant, cum teneantur illas visitare, atque illarum progressui invigilare, etiam fratres missionarios de uno in alterum populum, seu missionem transferendo, quando illarum bonum, atque utilitas sic postulet. Quam quidem auctoritatem etiam quoad ipsos fratres, qui actu missionibus inserviunt, hi commissarii exercere poterunt, eos corrigendo, ac ad claustra etiam revocando, sibi obliti vocatione, qua vocati sunt, ei in sibi concredito ministerio haud responderent, aut sua mala vivendi ratione Indos perverterent: quae quidem de consensu guardiani sui cujusque collegii fieri debent, nisi res ita urgerent, ut necessarium foret, ut ipse per se hisce incommodis prospiceret. Quod si memorati praefecti commissarii missionum ex aliqua gravi, aut utiliori causa distenti haec per se exequi non poterunt, tunc suas facultates vice-praefecto missionum, seu alteri missionario ejusdem seminarii, qui probitate vitae commendabilis in Domino sit, committent, prout jam ab Innocentianis constitutionibus dispositum fuit.

XXV.

De facultatibus commissarii.

§. 27. Ut commissarius, ut praefertur, electus per integrum suum sexennium omnibus facultatibus, exemptionibus, praerogativis, praeeminentiis utatur, quas memoratae Innocentianae constitutiones electo ad septennium tum commissariis, tum praefectis concedunt.

XXVI.

De forma servanda in ferendis suffragiis.

§. 28. Ut quae usque adhuc in more fuit ad formam dispositionis secundae Innocentianae constitutionis sub numer. 34. in ferendis suffragiis discretorialibus, ac in eorum subrogatione, qui illa ferre debent, etiam in posterum erunt religiose retinenda.

XXVII.

De convocatione capituli pro electione praefecti commissarii.

§. 29. Ut eveniente obitu, vel dimissione, aut abdicatione commissarii praefecti actualis nondum exacto triennio, guardianus sui collegii sub poena privationis officii post triduum a die habitae notitiae computandum omnes fratres absentes ad novum capitulum coget, atque iis perventis, quibus facile fuit inter viginti dierum terminum venire, communitas erit convocanda, novumque eligendum commissarium juxta disposita in articulo. I. Cui quidem capitulo dictus guardianus praeerit, atque factam electionem cum omnibus necessariis facultatibus confirmabit, atque sic electus usque ad proximum futurum capitulum guardianale, in quo novus commissarius erit seligendus, suo fungetur officio.

XXVIII.

De guardianorum, et discretorum jure definiendi ea quae in constitutionibus expresse non reperiuntur.

§. 30. Tandem constituitur, ut ea omnia, de quibus haec articula expresse non disponunt, guardianus, et discreti (si ipsi unanimi consensu id ad Dei cultus augmentum, ac regis catholici servitium pertinere reputabunt) per se ipsi, et quomodolibet eis cum adsistentia superioris generalis licuerit, decidere, definire, ac statuere valebunt, prout disponitur a decreto sacrae congregationis de Propaganda Fide, quod incipit *Sacra congregatio* die decima sexta novembris millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo sub numero sexto: ita tamen ut guardianus, et discreti praedicti quidquid novi ab eis statuetur, commissario generali significare teneantur, qui etiam de hoc ipso supremum consilium Indiarum certiorem reddet: utque nihil adversus haec vigesima septima articula disponere eis fas sit. Utque quoad gratias, exemptiones, et privilegia pro fratribus dicti ordinis de observantia supra notata, et concessa fuerunt, ea etiam valeant pro missionariis excalceatis de Propaganda Fide Indiarum, qui cum eodem missionum religionis, et status progressu, et utilitate in eodem apostolico ministerio multos exantlant labores: sicuti pariter iisdem gratiis, et exemptionibus utentur missionarii conscripti ad missiones provinciarum, hac tamen tantum ratione, non autem quoad alternativam, aut paraecias, aut doctrinas visitationi ordinariorum dioecesanorum subjectas. Quod si intra duodecim annos requisitos ad obtinendas exemptiones, et privilegia praedicatorum generalium, aut sexdecim annos pro privilegiis definitorum, aut viginti annos pro privilegiis patrum provinciae, ut praefertur, respective necessarios hi aliquam praelaturam de officio, quae institutum cursum intercidit, consecuti sint; tunc transactum tempus nihil eis proderit, cum dictae graduationes iis tan-

tum debeantur, qui sine ulla interruptione susceptum curriculum emensi sunt. Ut porro haec omnia religiose serventur, sciant provinciales, et definitores eis haud licere quoquomodo variare, ac mutare assignationem, propter quam fratres conscripti fuerunt, aut propter missiones scilicet, aut propter alternativam. Insuper declaratur, quod commissarii praefecti missionum, et harum collectores iisdem ac patres provinciae gaudere debeant exemptionibus, et quod electio, et nominatio commissariorum praefectorum missionum, qui a provinciis, non autem a collegiis de Propaganda Fide sustentantur, ad commissarium generalem Indiarum privative spectet tum pro primo sexennio tum etiam pro futuris usquedum aliter disponendum sit, ex quibus tamen nihil in iis, quae in articulis primo, et vigesimo quarto ubi de electionibus commissariorum praefectorum collegiorum fuit dispositum, innovatum, aut mutatum censendum erit.

Confirmatio apostolica.

§. 31. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo praeinserta articula firmius subsistant, et serventur exactius memoratus exponens apostolicae firmitatis patrocinio communiri summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnia et singula praeinserta articula, ac quaecumque in eis inserta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 32. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere; atque illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 33. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die duodecima decembris millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Digitized by Google

ANNO VIGESIMO QUARTO

Dat. die 28. martii 1798. Anno XXIV.

MCXXXII.

Supplicante episcopo Egitaniensi confirmatur reservatio annuae perpetuae pensionis ducatorum 57. auri de camera, et juliorum duorum monetae Romanae cum dimidio alterius julii similis super fructibus parochialis ecclesiae de Pouza Foles Egitaniensis dioecesis favore episcopalis seminarii dictae dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit venerabilis frater Joseph Antonius episcopus Egitaniensis, quod alias bonae memoriae Hieronymus, dum vixit, episcopus Egitaniensis immediatus praedecessor suus, quo episcopalis seminarii rei familiaris angustiis, quibus premebatur, aliquatenus consuleret, atque de alicujus subventionis auxilio provideret, eidem seminario, ac pro eo rectori illius, seu administratoribus pro tempore existentibus, vel eorum legitimo procuratori unam annuam perpetuam pensionem ducatorum quinquaginta et septem auri de camera, et juliorum duorum monetae Romanae cum dimidio alterius julii similis super fructibus, redditibus, et proventibus parochialis ecclesiae de Pouza Foles ejusdem Egitaniensis dioecesis in actu provisionis ejusdem parochialis ecclesiae praevio consensu illius rectoris, seu parochi, ac reservato apostolico beneplacito, reservavit, constituit, et assignavit, prout in hisce desuper expeditis literis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Hieronymus episcopus supremum clauserit diem, nondum impetrato reservato apostolico beneplacito, ipse vero exponens, cum rei familiaris dicti episcopalis seminarii angustiae urgentissimae sint, parochialis vero ecclesia praedicta pluribus affluat bonis, ac redditibus, quo dictae annuae perpetuae pensionis reservatio, constitutio, et assignatio ad suum adducatur effectum, ac firmius subsistant, et serventur exactius, apostolicae Nostrae auctoritatis beneplacito per Nos communiri summopere desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memorati Josephi Antonii episcopi votis quantum cum Domino possumus annuere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac episcopalis seminarii hujusmodi rectorem, seu illius administratores pro tempore existentes a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, reservationem, constitutionem, et assignationem dictae perpetuae annuae pensionis ducatorum quinquaginta et septem auri de camera, et juliorum duorum monetae Romanae cum dimidio alterius julii similis super fructibus, redditibus, ac proventibus dictae parochialis ecclesiae de Pouza Foles, et

Digitized by Google

pro eo illius rectori, seu administratoribus a memorato Hieronymo episcopo, ut praefertur, factas, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in illis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus: quocirca ejusdem episcopalis seminarii rectori, vel illius administratoribus pro tempore existentibus, ut ipsi per se, vel suum legitimum procuratorem perpetuam annuam pensionem hujusmodi percipere, exigere, et levare, atque in ejusdem episcopalis seminarii usus, et utilitatem erogare, et convertere libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto rectori, seu administratoribus pro tempore existentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit dictae parochialis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis sub annulo piscatoris die decima tertia martii millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXXXIII.

Dat. die 20. martii 1798. Anno XXIV.

Conventus civitatis Panormitanae ordinis sancti Francisci de Paula erigitur in conventum novitiatus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius provincialis provinciae Panormitanae fratrum ordinis sancti Francisci de Paula minimorum nuncupatorum, quod cum alias conventus sanctae Mariae de Victoria civitatis Panormitanae ordinis praedicti fuerit in conventum strictioris observantiae vulgo ritiro ad formam constitutionis Innocentianae constitutus, eumdem in novitiatus etiam conventum per Nos erigi ipse summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, conventum praedictum in conventum novitiatus, ita ut in posterum in eo clerici, seu choristae, ac laici, seu conversi ad habitum probationis recipi, et absoluto tempore novitiatus per constitutiones, et statuta ejusdem ordinis praefixo ad regularem professionem admitti libere, ac licite possint, et valeant, ac professio hujusmodi ibi

Digitized by Google

emissa, servatis tamen omnibus, et singulis per apostolicas, et ordinis praedicti constitutiones, et statuta praescriptis, in omnibus, et per omnia valida sit, et censeatur, auctoritate apostolica tenore praesentium erigimus, atque constituimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibusvis tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis sub annulo piscatoris die vigesima martii millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXXXIV.

Dat. die 20. martii 1798. Anno XXIV.

Instantibus rectore, seu superioribus collegii Angli civitatis Lisbonensis privilegia, quae alias a felicis recordationis Gregorio XV. et Urbano VIII. alumnis dicti collegii concessa fuerunt extenduntur ad alios juvenes Anglos, qui in eodem collegio educationis, et studiorum causa pro tempore commorabuntur, licet consuetum missionum juramentum non emittant.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii rector, et superiores collegii Angli sanctorum apostolorum Petri, et Pauli civitatis Lisbonensis, quod alias felicis recordationis Gregorius pp. XV. et Urbanus pp. VIII. praedecessores Nostri per suas in simili forma Brevis die vigesima secunda septembris anni millesimi sexcentesimi vigesimi secundi, et die decimaquarta octobris millesimi sexcentesimi vigesimi septimi respective expeditas literas omnia, et singula privilegia, gratias, et indulta, quae alias a felicis recordationis Gregorio pp. XIII. praedecessore itidem Nostro collegio Anglicano de urbe fuerunt concessa ad alumnos dicti collegii Angli Lisbonensis auctoritate apostolica extenderunt, atque ampliarunt, prout in memoratis apostolicis literis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, praeter alumnos Anglos dicti collegii, qui juramentum missionum juxta ejusdem collegii apostolicas constitutiones, et statuta praestare tenentur, alii etiam juvenes Angli in eodem collegio excipiantur, qui licet juramentum hujusmodi non emittant, tamen sperari potest fore, ut quam maxime eisdem missionibus sint; hinc memorati exponentes ad hosce juvenes Anglos memorata privilegia, gratias, et indulta per Nos ampliari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas, quorum interest a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte in-

currerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnia, et singula privilegia, gratias, et indulta, ut praefertur, a memoratis Gregorio, et Urbano praedecessoribus Nostris alumnis dicti collegii Angli sanctorum apostolorum Petri, et Pauli civitatis Lisbonensis concessa, ad alios etiam juvenes Anglos tantum, qui non praestito solito missionum juramento in eodem collegio educationis, ac studiorum causa commorantur, vel pro tempore commorabuntur auctoritate apostolica tenore praesentium extendimus, et ampliamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ejusdem collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis sub annulo piscatoris die vigesima martii millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXXXV.

Dat. die 27. martii 1798. Anno XXIV.

Indulgetur fratribus ordinis Praedicatorum conventus Landishuti Frisingensis dioecesis, ut paraeciam de Oberglaim dictae dioecesis in administrationem retinere valeant.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii fratres ordinis Praedicatorum conventus Landishuti Frisingensis dioecesis in Bavaria, quod conventus praedictus ob sibi denegatos plurimis ab hinc annis a statu provinciali fructus cujusdam census ad summas rei familiaris angustias redactus est, quapropter dilectissimus in Christo filius Noster dux Bavariae sacri Romani imperii princeps elector fratres, et conventum hujusmodi quo illum aliqua in parte sublevaret, conventum, seu fratres praedictos ad parochiam Oberglaim Frisingensis dioecesis episcopo Frisingensi praesentavit, et nominavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, exponentes praedicti commodo, et effectu praesentationis, seu nominationis hujusmodi sine speciali Nostra, et sanctae Sedis dispensatione, seu indulto uti nequeant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem exponentibus, ut ipsi, seu unus, aut alter illorum, servatis juxta canonum, et praesertim Tridentini concilii dispositionibus alias servandis, dictam parochialem ecclesiam de Oberglaim,

vel etiam ea dimissa, aliam, ad quam canonice electi, aut nominati, ac praesentati pro tempore fuerint in administrationem consequi, et obtinere, illarumque fructus, redditus, ac proventus in suos, ac conventus praedicti usus, et utilitatem convertere libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ac cum eis desuper de speciali dono gratiae opportune dispensamus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus quibusdam felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit ordinis, et conventus praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis sub annulo piscatoris die vigesima septima martii millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXXXVI.

Dat. die 10. aprilis 1798. Anno XXIV.

Declaratio literarum apostolicarum alias super approbatione statutorum ordinis fratrum B. M. V. de monte Carmelo expeditarum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Inter multas tribulationes, quae in hisce difficillimis reipublicae christianae temporibus intenerunt Nos nimis ex debito pastoralis officii humilitati Nostrae ex alto commissi ad ea quoque providentiae Nostrae intuitum convertere tenemur, unde ea omnia tollantur inter christifideles, qui Deo in religione propius famulari satagunt, ex quibus, et contentiones, et animorum dissidia, vel etiam fidelium scandala non sine gravi regularis disciplinae detrimento facile exurgere possunt, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Memoratur vetus concessio. §. 2. Nos alias ad preces dilectorum filiorum fratrum Beatae Mariae Virginis de monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum congregationis Hispanae nova statuta, et constitutiones ordinis, ac congregationis praedictorum, quae ipsi in particulari congregatione vigore Nostrarum apostolicarum literarum habita exararunt, quo firmius subsisterent atque exactius servarentur, auctoritate Nostra apostolica confirmavimus, prout in Nostris hisce desuper sub die decima quarta martii anni millesimi septingentesimi octuagesimi sexti expeditis literis uberius continetur. Priusquam tamen ea fuerint, ut praefertur, a Nobis confirmata, ut in re tanti momenti debita consideratione ageretur, illorum examinatio bo. me. Gregorio dum vixit Sanctae Romanae Ecclesiae diacono cardinali Salviati remisimus, de cujus consilio aliqua in eisdem constitutionibus, ac statutis moderavimus, aliqua penitus cassavimus: inter ea autem, quorum rigorem moderare censuimus, fuit praeceptum formale abstinentiae ab aesu carnium extra conventum: siquidem in antiquioribus constitutionibus hujusmodi praeceptum semper excepto casu infirmitatis aut debilitatis tantum, urgebat omnes: novis vero constitutionibus addi voluimus, ut praeter causam infirmitatis et debilitatis ob alias etiam causas, quae justae a superioribus domorum in singulis casibus reputatae fuissent, carnibus fratres praedicti vesci possent: quamobrem novae constitutiones sic se habent: Praecipimus in virtute Spiritus Sancti omnibus, et singulis fratribus, ne extra conventum carnes comedant nisi licentiam a suis praelatis habeant in scriptis, quorum conscientiam oneramus ne nimis faciles sint in hujusmodi facultatibus tribuendis, nisi praeter infirmitatem, aut debilitatem, aliasve justas ob causas, alioquin subjaceant poenae gravibus culpis statutae

Digitized by Google

secundum formam regulae, et constitutionum.

Ratio edendae declarationis. §. 3. Cum autem sicut nuper accepimus discussio facta sit inter praelatos in capitulo generali congregatos, ac difficultas exagitata in definiendis causis praedictis: nec omnes verborum sensum aequaliter assequantur, sed unusquisque pro suo captu, verba illa interpretet, unde non raro evenit, ut in eadem mensa assidentes ejusdem ordinis, et congregationis fratres diversorum tamen conventuum alumni uni iis cibis utantur, qui aliis prohibiti sunt, quod non sine fidelium scandalo permitti longius potest.

Tenor declarationis. §. 4. Nos hinc pro paterna charitate, qua ordinem, et congregationem praedictam sincere in Domino complectimur praecepti hujusmodi difficultati attendentes dum fratres extra domos suorum conventuum peregrinantur, ac illorum conscientiae quieti, ac tranquillitati consulere volentes, ac memoratas Nostras literas pro plene ac sufficienter expressis insertas habentes, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine harum serie statuimus, ac mandamus, ut in posterum fratres ordinis, et congregationis, praedictorum a praecepto praedicto absolventes, dum extra domos seu congregationis, et ordinis comedunt, carnibus vesci atque uti non secus, ac caeteri fideles libere, ac licite possint, et valeant statuimus, concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXXXVII.

Dat. die 10. apr. 1798. Anno XXIV.

Confirmatio encyclicae a priore generali fratrum ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo excalceat. congregationis Hispanae factae ad moderandum indefinitivum confessariorum extraordinariorum usum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Inter caetera, quae ex pastoralis officii debito humilitati Nostrae in universa Ecclesia ex alto commissi Nobis incumbunt, illud quoque grave est, ut sanctimonialium statui ita consulamus, ut quantum in Nobis est, omne removeatur impedimentum, quominus ipsae, quae mundana desideria abnegarunt, quaeque oleum charitatis secum portant, tamquam virgines prudentes ad aeterni sponsi nuptias, eo pulsante introducantur, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius de Regibus prior generalis ordinis fratrum beatae Mariae virginis de Monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum congregationis Hispanae, quod cum per constitutiones sanctimonialium ordinis, et con-

gregationis praedictorum, quae sub jurisdictione ac regimine eorumdem fratrum reperiuntur, auctoritate apostolica approbatas sub numero septimo, et octavo capituli noni partis secundae eisdem monialibus; ut peccata sua quibusvis confessoribus extraordinariis, et quotiescumque eis per annum libuerit, confiteri libere, ac licite possint, et valeant concedatur, atque ex facultate hujusmodi plura, atque gravia in regularis disciplinae detrimentum proficiscantur incommoda, quae in dies augentur, nisi firmum, ac promptum adhibeatur remedium, ne succrescentia scandala majores figant radices. Quo circa memoratus Antonius prior generalis, suum definitorium prae oculis habentes tum eadem mala, tum dispositiones a Tridentino concilio in sessione vigesima quinta cap. decimo de regularibus et Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, ac signanter fel. rec. Benedicto pp. XIV. praedecessore itidem Nostro in constit. quae incipit — *Pastoralis curae* — hisce desuper emanatas censuerunt inter caetera novam methodum esse praescribendam per encyclicam epistolam tenoris, qui sequitur.

Tenor encyclicae.

§. 3. Che li provinciali, ad effetto, che mai manchi alle monache copia di confessori estranei, debbano assegnare nelle città grandi, e capitali sei soggetti gravi fuori dell' ordine, e tre almeno di questi del clero secolare: nelle città poi, e popolazioni men grandi quattro confessori simili, e due di essi del clero secolare: e che una tale individuazione di soggetti venga manifestata alle respettive priore, e queste la facciano palese alle loro comunità, onde restino intese le monache della copia de' confessori loro assegnati; e le superiore, quando sappiano di mancare, o per morte, o per altro caso alcuno de' suddetti confessori, debbano dare pronto avviso ai provinciali per rimpiazzare il numero, a segno che questo sempre abbia da essere pieno: e alla religiosa, che abbia bisogno di trattare, o confessarsi con confessore estraneo, sia in libertà di farlo con qualunque di questi designati non solo in due, o tre volte all' anno, conforme dispongono il sacro concilio Tridentino, e la costituzione Benedettina, ma anche una volta al mese avendo giustificata necessità.

Sequitur ut supra.

§. 4. Che alla religiosa inferma abitualmente, che volesse il confessore straordinario, si debba dare per una volta al mese, e quando detto confessore avesse da entrare in clausura, dovesse sempre essere accompagnato da un religioso dell' ordine, che abbia le qualità ricercate dalla costituzione per confessore ordinario, con precetto, e severa proibizione a tutte le monache le quali per cagione dei confessori ordinarj, o straordinarj per spirito di partito si disgustassero con reciproche invettive, e satire piccanti, tanto quelle, che preferiscono li confessori dell' ordine agli estranei, quanto le altre che al contrario si avvalgono degli estranei confessori, di non ardire ad ingiuriarsi, nè direttamente, nè indirettamente, sotto pena alle superiore di privazione di officio, e alle suddite di voce attiva e passiva per sei mesi, estensiva la stessa pena contro quelle, che maltrattassero, o ingiuriassero li confessori estranei, che nel modo di sopra espresso concorressero ai monasterj, per esercitare tale officio di carità.

Idem ut supra.

§. 5. Che per diritto appartenendo ai provinciali di assegnare come sopra li confessori estranei, ad effetto, che le religiose restino sempre provvedute abbondantemente di simil rimedio, e con la competente libertà per la guida delle loro coscienze non debba mai la religiosa particolare eleggere di suo arbitrio, e capriccio il confessore estraneo, con cui abbia da trattare fuori delli designati, ma quando per caso raro, che quasi è impossibile a succedere, a fronte delle suddette tanto ampie provvidenze stabilite, vi concorressero giustificati motivi in una particolare religiosa di chiedere il confessore estraneo, fuori di quei assegnati, gli si debba accordare, purchè abbia simile confessore le qualità espressate.

Conclusio encyclicae.

§. 6. E finalmente, che, dopo il disposto di sopra, avendo qualche religiosa giustificati motivi di querela, o contro li provinciali, o contro le superiore, o contro alcun altra persona in particolare, per aver tentato di impedirgli ingiustamente l' uso di santa libertà di confessori, debba sempre fare il ricorso immediatamente al padre generale dell' ordine con avvertenza, per evitare ogni dolo, e far vedere di esser tutto giustificato, che detto ricorso abbia da essere firmato da altre due religiose le più gravi della comunità, e non possa mai far ricorso ai tribunali fuori del-

l'ordine, senza esibire la providenza originale, che per esso ricorso avesse interposto il riferito padre generale, e senza di essere insieme autorizzato con la firma delle due religiose le più gravi delle comunità; tutto a fine, che per tali cautele venga evitato ogni ricorso vizioso, insussistente, e clandestino.

Confirmatio apostolica. §. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo nova haec methodus firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae auctoritatis patrocinio communiri memoratus Antonius prior generalis, ac definitorium praedictum summopere desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, praeinsertam methodum utpote continentem spiritum constitutionum ordinis, et congregationis praedictorum, ac ad firmiter praecidenda incommoda, quae ex nimis ampla facultate per constitutiones praefatas dictis monialibus concessa ponebantur, tendentem, ita tamen ut moniales praedictae designatis confessoribus extraordinariis non semel in mense, sed quoties eis libuerit uti possint, utque ipsae tum ad priorem generalem, tum ad tribunalia ecclesiastica extra ordinem, et congregationem praedictam instituta, non servatis praescriptis in praeinserta methodo cauthelis, ac conditionibus recurrere libere, ac licite possint, et valeant, in reliquis auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et adprobamus illique apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 8. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monialium, ordinis, et congregationis praedictorum, ac memorato capitulo nono, aliisque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis die decima aprilis, sub annulo piscatoris anno millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXXXVIII.

Dat. die 20. aprilis 1798. Anno XXIV.

Indulgetur missionariis collegii apostolici de Guadalupe Guadalaxariensis dioecesis, ut in eorum ecclesia missa votiva de beata Maria virgine celebrari possit quotannis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis. §. 1. Cum, sicut dilecti filii missionarii collegii apostolici ordinis Serafici titulo beatae

Digitized by Google

Mariae virginis de Guadalupe nuncupatae de Guadalaxeriensi dioecesi Nobis exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga eamdem beatissimam virginem praeseferunt affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio Vincentio Benucci sacrorum Rituum congregationis pro secretario, ut in posterum in die duodecima cujuslibet mensis in eorum ecclesia una missa votiva solemnis propria de eadem beata Maria virgine, dummodo non occurrant festa dupl. primae, vel secundae classis, nec non feriae privilegiatae, celebrari possit, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXXXIX.

Dat. die 10. aprilis 1798. Anno XXIV.

Indulgetur monialibus reformatis ordinis sancti Augustini civitatis Pampilonensis, ut in feria VI. post octavam corporis Christi officium cordis Jesu recitare possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilectae in Christo filiae abbatissa seu priorissa, et moniales reformatae ordinis sancti Augustini civitatis Pampilonensis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsae pro ea, qua in passionem Dominicam afficiuntur devotione, passionis ejusdem venerationem in dies augeri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito dilecto filio Vincentio Benucci sacrorum Rituum congregationis pro secretario, ut in posterum recitare quotannis in feria sexta post octavam solemnitatis sanctissimi corporis Christi ritu dupl. maj. officium sacratissimi cordis Jesu, jam approbatum pro regnis Portugalliae, et Algarbiorum possint, addita etiam facultate sacerdotibus omnibus eodem die ad sacrificandum convenientibus in earumdem ecclesiam celebrandi missam dicto officio conformem auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria-

Digitized by Google

rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXL.

Dat. die 17. aprilis 1798. Anno XXIV.

Extensio literarum apostolicarum die quarta augusti MDCCXCVII. quibus consulatus, et Hispani Tuneti commorantes jurisdictioni cappellani majoris exercituum regis catholici subjecti fuere.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Nuper pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod Nos alias, ut discordiae, et dissentiones firmiter dirimerentur, quae inter suos consules generales, seu alios suos administros ex una, et missionarios congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium de Propaganda Fide subjectos Tuneti commorantes ex altera parte, de ac super jurisdictione spirituali quoad suos subditos Hispanos non raro extabant, precibus ejusdem Caroli regis catholici Nobis tunc humiliter porrectis inclinati, omnes subditos Hispanos cum suis familiis Tuneti commorantes, vel illuc pro tempore adventantes omnimodae jurisdictioni spirituali, et auctoritati cappellani majoris exercituum regis catholici, seu ejus delegatorum subjecimus, prout in Nostris hisce desuper in simili forma Brevis die IV. aug. MDCCXCVII. expeditis literis uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat hoc remedium satis non fuerit, ut omnia praecaverentur incommoda, quae compescere intendimus, quippe quia novae turbae inter eosdem missionarios ex una, et hospitale fratrum ordinis sanctissimae Trinitatis Hispanorum, non solum domui consulari adnexum, atque unitum, sed etiam protectioni regum catholicorum obnoxium, ex altera itidem parte excitentur; quapropter memoratus Carolus rex catholicus cappellam consularem in dicto hospitali fratrum praedictorum erigere intendat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eumdem Carolum regem catholicum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque, quorum interest, personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratas Nostras apostolicas literas, quarum tenorem per praesentes satis, et sufficienter expressum, atque insertum habemus, non solum auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et adprobamus; verum etiam illarum dispositionem quoad praemissa, praevia ejusdem hospitalis a quacumque spirituali jurisdictione, et auctoritate, cujusque adhuc obedivit, dismembratione, ad dictum hospitale fratrum sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum nuncupatorum auctoritate, et tenore praedictis extendimus, et ampliamus, itaut tum hospitale, tum domus, et officium consulatus, caeterique subditi Hispani ad formam memorati Nostri indulti uni jurisdictioni, et auctoritati spirituali cappellani majoris exercituum regis catholici, et ejus delegatorum imposterum subjecti sint, dicta auctoritate mandamus, statuimus, atque declaramus. Tenor concessionis.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper, et perpetuo validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis legitima, et juridica, etiam ex eo, quod in praemissis omnibus, et singulis, et circa ea quomo- Clausulae salutares et irritantes.

Digitized by Google

dolibet, vel ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione, jus vel interesse habentes, seu habere praetendentes cujuscumque dignitatis, gradus, et praeeminentiae sint, illis non consenserint, aut ad id vocati, et auditi, et causae propter quas eaedem praesentes emanaverint, adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specificam et individuam mentionem et expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitatis, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque colore, praetextu, ratione vel causa etiam in capite juris clausa, occasione, aliave causa quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, vel quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, nec alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu proprio concesso, vel impetrato, ac emanato uti, seu se juvare in judicio et extra illud posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem apostolicam, etiam motu proprio, certa scientia, et apostolicae potestatis plenitudine etiam consistorialiter; et ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiamsi de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat pro tempore factis, et concessis, ac faciendis, et concedendis comprehendi, sed tamquam ad majus bonum tendentes semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum, restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas esse, et fore.

§. 4. Sicque et non aliter in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, ac Sedis apostolicae nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque, quae in memoratis Nostris literis obstare non voluimus. Datum Senis sub annulo piscatoris die decima septima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto. *Decretum irritans.*

MCXLI.

Dat. die 17. aprilis 1798. Anno XXIV.

Unio perpetua canonicatus, seu praebendae primo vacaturae metropolitanae ecclesiae Compostellanae regiae cappellae regis catholici, ut fructus in augmentum congruae illius cappellani, et cleri erogentur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quoties a Nobis petitur, quod religioni, et aequitati convenire dignoscitur animo, Nos decet hoc libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspicimus. *Prooemium.*

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod cum di- *Expositio precum porrectarum ab Hispaniarum rege.*

Digitized by Google

lecti filii cappellani altaris, caeterique ecclesiastici, seu clerus suae regiae cappellae congruam sibi assignatam minime habeant, neque huic defectui aliquo modo suppleri possit ex pensionibus super redditibus, ac proventibus aliquarum ex mensibus episcopalibus regni praedicti reservandis, quod jam tertia illarum fructuum, ac redditaum pars in alias aeque graves causas applicata sunt: hinc memoratus Carolus rex catholicus, quo eorumdem cappellanorum, atque cleri congruae sustentationi consulatur, praevia perpetua suppressione praebendae, seu canonicatus metropolitanae ecclesiae Compostellanae, qui primo erit vacaturus, suos redditus, ac proventus quoscumque in augmentum dotationis, seu assignationis regiae cappellae praedictae, seu potius illius cappellanorum, ac cleri per Nos perpetuo uniri, et assignari summopere desiderat: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur ipsum Carolum regem catholicum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac illorum singulares personas, quorum interest a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, nunc prout ex tunc, et e contra cum primum aliqua praebenda, seu canonicatus metropolitanae ecclesiae Compostellanae per cessum, vel decessum, vel aliter quomodolibet vacaverit, etiamsi actu non vacet, ac tanto tempore non vacaverit, quod illius collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio juxta Lateranensis concilii statuta ad apostolicam Sedem legitime devoluta existat, ex nunc hanc praebendam, seu canonicatum, illiusque titulum collativum, itaut quoties praebenda, seu canonicatus hujusmodi vacaverit, collativus esse desinat, nec in titulum, vel commendam amplius impetrari, aut aliter de illo quomodolibet disponi queat, et si in titulum, commendam, aut aliter de illo disponi contigerit, collatio, commenda, et quaevis alia dispositio de illo quovis modo vacaturo, aut vacante etiam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem, et Sedem apostolicam, vel illius de latere legatos cum quibusvis clausulis, et decretis tamquam contra mentem, et intentionem Nostras facta nulla, et invalida, nulliusque roboris, ac momenti existat, nec coloratum titulum possidendi cuiquam tribuat, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo supprimimus, et extinguimus; fructus vero, redditus, proventus, ac jura quaecumque ad eamdem praebendam, seu canonicatum primo, ut praefertur, vacaturam quomodolibet pertinentia, et spectantia ex nunc prout ex tunc, cum primum scilicet praebenda, seu canonicatus hujusmodi vacaverit, regiae cappellae praedictae, et in ejus locum dictis cappellano, et clero auctoritate, et tenore praedictis unimus, adnectimus, atque incorporamus, ac ex nunc praebendam, seu canonicatum praedictum eidem regiae cappellae unitum, adnexum, et incorporatum fore, et esse statuimus, atque decernimus: itaut statim, ac praebenda, seu canonicatus praedictus quovis modo vacaverit eidem regiae cappellae, et in ejus locum cappellanis, ac clero praedicto ad hoc ut fructuum, redditaum, proventuum, ac jurium quorumcumque dictae praebendae, ac canonicatus veram, realem, et actualem possessionem, vel quasi per se, seu potius per legitimum procuratorem a dictis cappellanis, ac clero deputandum propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam retinere, ac fructus, et redditus praedictos, supportatis tamen, si quae erunt, omnibus ejusdem praebendae, seu canonicatus annuis oneribus, percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem convertere, ac distribuere libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas, ac omnia, et singula in illis contenta etiam ex eo, quod, quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, citati, et auditi, seu causae propter quas praesentes emanarunt, adductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatae non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obre-

ptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, nullatenus posse, nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, ac cancellariae apostolicae regulis unionem effectum suum non sortitarum revocatoriis a Nobis, et successoribus Nostris emanatis, et emanandis comprehendi, vel confundi, sed tamquam pro dotis regiae cappellae praedictae, ac divini cultus augmento factas semper ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie redintegratas esse, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

In contrarium facientibus derogatur.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de exprimendo vero annuo valore beneficiorum ecclesiasticorum in unionibus, deque illis committendis ad partes, vocatis, quorum interest, ac Lateranensis, et aliorum etiam generalium conciliorum uniones perpetuas nonnisi in casibus a jure permissis fieri prohibentium, aliisque in synodalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiae, et capituli Compostellani etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis sub annulo piscatoris die vigesima quarta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXLII.

Dat. die 24 aprilis 1798. Anno XXIV.

Indulgetur monialibus Cisterciensium monasterii s. Clementis civitatis Hispalensis, ut ritus officii sac. Cordis Jesu a dup. mai. ad dupl. secundae classis elevari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilectae in Christo filiae abbatissa, seu priorissa, et moniales ordinis Cisterciensis asceterii sancti Clementis Hispalensis civitatis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsae pro ea, qua in Dominicam passionem afficiuntur devotione, ejusdem memoriam in dies augeri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito, etiam dilecto filio Vincentio Benucci sacrorum Rituum congregationis pro-secretario, ut in posterum ritum officii, quod jam in eodem asceterio recitatur in honorem sacratissimi Cordis Jesu a dupl. mai. ad dupl. secundae classis pro dictis monialibus elevari possit auctoritate apostolica, tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis sub annulo piscatoris die trigesima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

Dat. die 6. junii 1798. Anno XXIV

MCXLIII.

Ut in provincia utriusque Castellae ordinis s. Francisci de Paula superiores locales ad triennium eligantur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni provincialis, definitorium provinciale, et capitulum fratrum ordinis sancti Francisci de Paula minimorum nuncupatorum provinciae utriusque Castellae, quod in statutis, et constitutionibus ordinis, et provinciae praedictorum auctoritate apostolica confirmatis illud inter alia praescriptum reperitur, ut omnes locales superiores per unius anni spatium tantum suo munere fungi debeant, quo elapso ad novam praesidum electionem devenire oporteat. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ex hac tam frequenti superiorum mutatione multa dictae provinciae conventibus incommoda proveniant, ac pejora sint metuenda; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, eisdem exponentibus, ut in posterum incipiendo a primo capitulo provinciali, quod in ipsa provincia proximo mense septembris habebitur, omnes, et singuli superiores locales in dicta provincia tantum ad triennium eligi, ac sic electi suis respective muneribus, seu officiis ad dictum tempus fungi libere, et licite possint, et valeant facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et impertimur.

Clausulae sublatae, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes praesentes literas firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum apud monasterium monachorum ordinis Car-

thusiensis extra moenia civitatis Florentinae sub annulo piscatoris die quinta junii millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

Dat. die 21. julii 1798. Anno XXIV.

MCXLIV.

Conceditur regi catholico, ut ad suppetias ferendas suo regio aerario in praesenti bello, decimas, fundos, proprietates, jura, et praeeminentias ad magisteria quatuor ordinum militarium regnorum Hispaniarum vendere possit, assignatis tamen fundis ad adimplenda onera, quibus eadem magisteria gravantur.

Dilecto filio Nostro Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali de Sentimanat nuncupato ex indulto, ac dispensatione apostolica patriarchae Indiarum.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster
salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, quod quamvis ob difficillimum, ac diuturnum bellum, quod ipse terra marique in praesentiarum gerit, suum regium aerarium pene exhaustum sit, nullum tamen usque adhuc extraordinarium, ac speciale subsidium a militiis, seu militaribus ordinibus sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, de Alcantara, et sanctae Mariae de Montesa, quorum ipse perpetuus administrator auctoritate apostolica deputatus reperitur, exigit, etsi ordinum hujusmodi milites, ut asserit, quoties a regibus catholicis sint requisiti, ex illorum primaevo instituto propriis sumptibus in ingruentibus bellis militare tenebantur, quoties magni magistri a regibus catholicis erant requisiti; ast cum nulla spes effulgeat, quamprimum tam sumptuosum bellum confectum iri, quamobrem in dies sui regii aerarii difficultates augeantur, ac duriores fiant, quo urgentissimis hisce necessitatibus facere possit satis, decimas, fundos, aliasque proprietates, jura, et praeeminentias ad magna magisteria ordinum, seu militiarum hujusmodi vulgo Maestrazgos ordinum, seu militiarum hujusmodi spectantia alienandi ac distrahendi, assignatis tamen fundis necessariis ad omnia onera spiritualia, quibus dicta magna magisteria gravantur, adimplenda, opportunam licentiam per Nos tibi concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur omnibus rerum, ac temporum circumstantiis serie perpensis, supplicationibus hujusmodi inclinati, circumspectioni tuae, de cujus fide, integritate, ac in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, eidem Carolo regi catholico, ut ipse, assignatis prius fundis, qui ad adimplenda onera spiritualia, quibus magna magisteria eorumdem ordinum, seu militiarum gravantur, satis sint, decimas, fundos, aliasque proprietates, jura, et praeeminentias ad magna magisteria praedicta quomodolibet spectantia, et pertinentia absque ullo censurarum, interdicti, aliarumque ecclesiasticarum poenarum incursu vendere, ac alienare libere, ac licite possit, et valeat, auctoritate Nostra apostolica concedendi, et indulgendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur, ac respective per praesentes committimus, ac mandamus.

Juris remedia tolluntur, quae retardare possent executionem literarum.

§. 3. Decernentes praesentes literas etiam ex eo, quod interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non fuerint sive vocati, et auditi, neque causae propter quas praesentes emanarint, adductae, verificatae, aut justificatae ullatenus fuerint, ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo, quod in eisdem praemissis solemnitas, aut quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis, et quovis alio praetextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, et privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario

Digitized by Google

exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, aut impetrato quemquam in judicio, vel extra illud uti, aut se juvare posse, sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non eorumdem ordinum, seu militiarum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac plenissime derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum apud monasterium ordinis monachorum Carthusiensium extra moenia civitatis Florentinae sub annulo piscatoris die vigesima prima julii millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXLV.

Dat. die 20. julii 1798. Anno XXIV.

Separatio latifundii la Florida nuncupati a jurisdictione archiepiscopi Toletani, et parochi sancti Martini ejusdem civitatis, ejusque subjectio cappellano majori regis catholici.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, quod alias a felicis recordationis Benedicto pp. XIV. praedecessore Nostro ad preces clarae memoriae Ferdinandi VI. dum vixit earumdem Hispaniarum regis catholici regiam suam cappellam in ecclesiam parochialem erexit, eique peculiare, ac separatum territorium assignavit, quam spirituali jurisdictioni cappellani majoris exercituum regum catholicorum pro tempore existentis subjectam perpetuis futuris temporibus esse voluit, prout in suis hisce desuper in simili forma Brevis die vigesima tertia junii anni millesimi septingentesimi quinquagesimi tertii expeditis literis uberius continetur. Quoniam autem post earumdem literarum executionem plures sunt exortae controversiae, ac lites inter archiepiscopum Toletanum tunc in vivis degentem, caeterosque interesse habentes ex una, et cappellanum majorem praedictum ex altera parte. Nos ad preces clarae memoriae Caroli III., dum vixit pariter Hispaniarum regis catholici omnibus perpensis, ac consideratis juribus tum ad dirimendas jam exortas, tum ad praecavendas controversias, quae in posterum suscitari possent per Nostras in simili pariter forma Brevis die octava aprilis millesimi septingentesimi septuagesimi septimi expeditas literas, quaedam confinia territorii eidem sic erectae parochiali ecclesiae assignati, nec non personas, ac loca, quae eidem jurisdictioni forent subjecta praescripsimus, atque praefinivimus, prout in me-

moratis Nostris literis uberius pariter continetur.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Carolus rex novissime ad ampliandum, laxandumque suum latifundium loci la Florida nuncupati multos circumjectos agros mercatus sit, qui sub jurisdictione spirituali parochialis ecclesiae sancti Martini oppidi civitatis nuncupati Matriti Toletanae dioecesis sunt: ipse vero eos cum universo latifundio praedicto, quod regio suo palatio Matritensi, ac memorato separato territorio cappellae suae regiae adhaeret, eidem cappellae regiae, ac patriarchae Indiarum, et cappellano majori praedicto pro tempore existenti per Nos subjici summopere desideret. Quamobrem cum abbati curato, ac communitati dictae parochialis ecclesiae sancti Martini, ne ex separatione, ac dismembratione hujusmodi, quam postulat, aliquod illis inferatur incommodum, pro decimis, aliisque juribus, quae parochialis ecclesia infra ejusdem latifundii ambitum, nec non a domo magna del Duande percipiebat, atque exigebat, jam triginta et unum vulgo *faneghe* terreni jam assignaverit, immo a die usque decima octava augusti anni millesimi septingentesimi nonagesimi septimi in ejusdem terreni possessionem abbatem, et communitatem praedictam miserit, atque intra ambitum ejusdem latifundii publicam satis amplam ecclesiam, ut in ea e deputandis ecclesiasticis ministris cura animarum illuc habitantium geratur, e fundamentis construxerit, immo ut in posterum quoque aptum inibi construatur coemeterium, atque sacerdotum exhibitioni, quot ad curam animarum erunt necessarii, congruenter consulatur, et eadem ecclesia decenti sacra supellectili ditetur, illiusque conservationi opportune prospiciatur, pro sua pietate, ac religione omnibus modis intendat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Dismembratio latifundii, ejusque descriptio.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Caroli votis, quantum cum Domino possumus annuere, eumque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratum latifundium, ejusque circuitum, et ambitum, et quidquid de pleno regio dominio intra se complectitur, nempe habitatio de Moncloa, hortus erbarius, hortus comitis Noblexas, hortus Marcelli Laurel, habitationes hortorum communitatis sancti Hieronymi, vetus bubile, antiqua officia revisoria portae sancti Vincentii, duae domusculae hortorum majoratus de Romanillos, habitatio hortus fodinarum, habitatio laterariae Joannis Blesa, hortus Jacobi Almedilla supra conventum sancti Bernardini, magna rustica domus della Gransilla nuncupata communitatis sancti Hieronymi, nec non dicta domus magna nuncupata del Duande, suusque ambitus, qui in Matritum, et portam sancti Bernardini intra seminarium, et domus ducis de Leria e conspectu regiae possessionis porrigitur, caeteraeque habitationes, quae intra septum ejusdem latifundii in posterum contruentur, juxta limites, ac confinia infra exprimenda, nec non clerum, ac populum infra eosdem limites commorantes, qui ante sub ordinaria jurisdictione spirituali tum archiepiscopi Toletani, tum dictae ecclesiae parochialis sancti Martini ejusdem Toletanae dioecesis erant ab omni archiepiscopi Toletani, ac parochi sancti Martini jurisdictione penitus apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo dismembramus, segregamus, separamus, ac dividimus, ac ab omni archiepiscopi Toletani, et parochi praedicti superioritate, jurisdictione, potestate, subjectione, visitatione, correctione, et quibusvis aliis juribus ecclesiarum Toletanae, et sancti Martini praedictarum etiam decimas quascumque, et proventus, aliaque jura persolvendi omnino, ac perpetuo pariter eximimus, et liberamus.

Subjectio illius jurisdictioni cappellani majoris.

§. 4. Eoque, ut praefertur, dismembrato latifundium praedictum juxta exprimenda confinia, et limites cum omnibus, et singulis habitationibus, et possessionibus jam supra expressis, nec non modernum clerum, et populum infra eosdem limites nunc, et pro tempore degentem cappellae regiae, ac patriarchae Indiarum cappellano majori exercituum regum catholicorum nunc et pro tempore existenti, et illius ordinariae jurisdictioni, auctoritati, et potestati, collationi quoque, ac visitationi, et correctioni, nec non quibusvis omnibus, et singulis actibus, qui quasi episcopalis ordinis sunt, et episcopi in sua quilibet dioecesi de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet agere, facere, et quibus uti solent, et possunt, nec non etiam cum quibuscumque juribus, decimis, et proventibus ex

eodem latifundio, ejusque possessionibus, et habitationibus ab antedictis archiepiscopo Toletano, et parocho sancti Martini hactenus percipi solitis, assignamus, subjicimus, subponimus, et plenarie concedimus: dictisque clero et populo, ut ipsi moderno, et pro tempore existenti patriarchae Indiarum, et cappellano majori praedicto tamquam proprio earum ordinario in omnibus pareant, et obediant, praecipimus pariter, et mandamus: confinia porro sic dismembrati, ac separati latifundii haec sunt.

Descriptio confinium latifundii.

§. 5. Exordiuntur illa ab angulo laterariarum de Blesa, ac parietis magni, quo nova dividuntur, atque amplectuntur stativa, atque totam viam sancti Vincentii, Prato novo nuncupat. juxta septum usque ad portam novam praecipui ingressus oppidi civitatis nuncupati progrediuntur: deinde ab exitu ejusdem portae sequitur linea limitanea, quae continenter ad dexteram pergens, omnem ambulationem juxta flumen la Florida nuncupatum amplectitur, atque usque ad mediam lineam viae regiae del Pardo procurrit, ac ab eadem parte, quae occasum spectat, et a termino praedicto, et hortu ducissae de Alba linea praedicta oblique, ac in septentrionem flectens totum montem, et pratum de Cantarranas usque ad laterariam ejusdem ducissae de Alba ascendit postea in orientem vergens ab ora vallis de Amaniel perpetuo usque ad primum angulum conventus fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia excalceatorum nuncupatorum; et hortus ducis de Granata pergit, qui quidem conventus quasi centrum totius lineae constituitur: a secundo porro angulo dicti conventus eadem linea jugiter continuans ad portam ingressus dicti oppidi civitatis nuncupati Matriti sancti Bernardini dictum Matritum pervadens ad novam usque viam, quae nunc in nova Matriti regione contra domum, seu palatium ducis de Liria construitur, ab eadem via progreditur austrum prospiciens usque ad angulum dictae parietis magni laterariarum de Blesa, et novorum stativorum, a quibus eadem linea, ac confinia, ut praemittitur, exorsa sunt.

Dotatio parochiae et assignatio redditu um illius.

§. 6. Quo autem parochia in ecclesia intra limites dicti latifundii la Florida, ut praemittitur, constructa in posterum erigenda congruis dotetur redditibus, caeterisque ministris ad curam animarum inibi gerendam necessariis, nec non ornatui, ac conservationi ejusdem ecclesiae decenter prospiciatur, hoc pietati, ac religioni ejusdem Caroli regis catholici permittimus, ut praevia Nostra ac apostolicae Sedis concessione, atque indulto modis omnibus studeat hisce consulere, aut alia bona ecclesiastica illi assignando, aut aliquam annuam pensionem super fructibus mensarum archiepiscopalium, aut episcopalium regni Hispaniarum de suo jurepatronatus reservando, et constituendo.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 7. Decernentes ipsas praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet etiam cujusvis status, gradus, ordinis, praeeminentiae, ac dignitatis, aut alias etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni in praemissis forsan jus vel interesse habentes, aut habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas ipsae praesentes emanarunt, sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, pia, legitima, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, et totalis laesionis nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, et quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas, aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, et facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu proprio, et ex certa scientia, et potestatis plenitudine concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas praesentes literas, ac in eis contenta semper et perpetuo firma et valida, et efficacia existere, ac fore, suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari, et inviolabiliter observari; sicque in praemissis, per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata

eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quatenus opus sit Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac dictarum metropolitanae Toletanae, ac parochialis ecclesiarum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum apud monasterium monachorum ordinis Carthusiensis extra moenia civitatis Florentinae sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXLVI.

Dat. die 11. sept. 1798. Anno XXIV.

Indultum ut praefatio propria die festo in octava, ac in missis votivis sancti Philippi Nerii in ecclesiis tantum congregationis Oratorii ejusdem sancti Philippi recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri saeculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Limanae, nomine etiam aliarum congregationum regni Peruviani, quod ipsi ad promovendum in eumdem sanctum Philippum Nerium suum institutorem cultum, ac venerationem, ut missa ejusdem sancti Philippi pro festo, et ejus octava, nec non in quibusvis missis votivis ipsius sancti, quae celebrari solent intra, et extra praefatas congregationes praefatio propria recitari possit tenoris, qui sequitur « Vere dignum, et justum est, aequum, et salutare nos tibi semper, et ubique gratias agere, domine sancte Pater omnipotens aeterne Deus, qui beatum Philippum gratiae tuae muneribus repletum amoris igne aestuare fecisti. Qua ineffabili charitate inflammatus novam ad animarum lucrum congregationem instituit, et quae aliis dedit salutis monita, operum exhibitione complevit. Quaesumus ergo clementiam tuam, ut illius nos festivitate laetifices, exemplo piae conversationis exerceas, verbo praedicationis erudias, grataque tibi supplicatione tuearis: et ideo cum angelis etc. » per Nos sibi concedi, summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praedecessorum Nostrorum exempla, qui indulta hujusmodi ordinibus regularibus pro suis fundatoribus concesserunt, sectantes, eosdemque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auditis prius dilectorum filiorum magistri Hieronymi Napolioni promotoris, nec non Aloisij Gardellini sub-promotoris fidei relationibus, supplicationibus hujusmodi inclinati, eisdem exponentibus, caeterisque congregationibus Oratorii hujusmodi intra regnum Peruvianum consistentibus, ut in omnibus missis die festo

Digitized by Google

ejusdem sancti Philippi Nerii fundatoris, ac per ejus octavam, et in missis quoque votivis in ipsius honorem in qualibet tantum ecclesia congregationum Oratorii hujusmodi celebrandis praeinserta praefatio libere, ac licite recitari possit auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum apud monasterium monachorum ordinis Carthusiensis extra moenia civitatis Florentinae sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

Dat. die 24. sept. 1798. Anno XXIV.

MCXLVII.

Confirmantur articula pro recta directione collegii missionariorum ordinis minorum sancti Francisci de abbatia in villa de Balthanas Palentinae dioecesis erectae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Decet Romanum pontificem ea quae vel pro tuenda vel pro regulari disciplina si interdum ex misera rerum humanarum conditione alicubi collapsa est restituenda, scite ac prudenter disposita sunt quoties ad id postuletur, apostolicae auctoritatis providentia confirmare, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii definitorium provinciale, et provincialis provinciae sancti Pauli Castellae veteris fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia excalceatorum nuncupatorum, quod inter caeteras conventus ordinis, et provinciae praedictorum etiam auctoritate felicis recordationis Benedicti pp. XIII. praedecessoris Nostri collegium missionariorum ejusdem ordinis in villa, seu loco de Balthanas Palentinae dioecesis erectum fuit, in quo jamdiu plures viguerunt optimi missionarii, qui per plures annos verbo, et opere vineam Domini sedulo atque utiliter coluerunt. Ast nuperrimis temporibus adeo pristino statu excidit, ut ex operariorum penuria episcoporum postulationibus vel minime fieri satis possit. Quamobrem exponentes praedicti quaedam articula, seu decreta, quae tum circa numerum alumnorum dicti collegii et officia, tum circa regularem observantiam, cum demum circa praemia, ac privilegia iis, qui laudabiliter suo munere functi sunt debita versantur, e re sua concinnare putarunt ex quibus futurum, ut collegium praedictum ad suum primaevum splendorem restituatur, omnino confidunt. Articula vero seu decreta ab eodem definitorio edita tenoris sunt, qui sequitur.

Tenor decretorum. De numero, et munere missionariorum.

§. 3. Quoad numerum igitur, et munia missionariorum statuitur, ut in praefato collegio viginti duo tantummodo sint missionarii, eorumque electio fiat a p. provinciali, qui ad ministerium apostolicum aptiores eligat, ejus desuper onerata conscientia; sicque eligi poterunt statim ac a sua provincia in concionatores fuerint destinati, eoque munere per viginti quatuor, et non ultra annos sint perfuncti, nisi aliter singulares alicujus religiosi suadeant animi dotes; in hoc enim casu religiosus iste de judicio venerabilis definitorii poterit admitti. Pater autem provincialis, novis subinde advenientibus operariis dimittat antiquos, qui ob adversam valetudinem, impotentiam, et infirmitates actu ad missiones peragendas idonei amplius minime deprehendantur; ita ut in collegio nullus sacerdos ultra numerum missionariorum ut supra praefixum esse debeat; et in eo nec concionator con-

ventualis, nec praesidens, nec visitator sit, sed guardianus, consulto p. provinciali tres ex operariis, qui hisce perfungantur muneribus praefiniat, quin ex hoc praepediantur ad missiones peragendas, quoties eis a praelato praecipiatur. Ad guardiani autem munus alter ex missionariis erit omnino assumendus, et nemo ex illis derelicto collegio guardiani, officium in altero ex provinciae conventibus, quin annos sui apostolici ministerii expleverit sub poena amissionis honorum ei competentium admittat. Inibi tamen sit commissarius a provinciali electus, et hic erit definitor actualis, sive habitualis, vel honorarius missionibus tamen addictus, cujus erit collationibus moralibus et rethoricae praeesse, quae sunt disputanda proponere, dubia vel casus, qui occurrant definire, ordinariorum, in quorum dioecesibus missiones habendae sint, licentias, vel facultatem impetrare, de consensu patris guardiani, quos quotque in singulos annos ad missiones progredi debeant, praefiniri, et hanc praefixionem pro confirmatione in scriptis dare patri provinciali, constitutionum observantiam studiose curare, et missionariorum defunctorum scripta servare.

De observantia regularis missionariis praebenda.

§. 4. Quo vero ad regularem missionariorum observantiam decernitur, ut cunctis omnino diebus, iis tantummodo exceptis, in quibus festum ab ecclesia, et religione sub ritu duplici primae classis colitur, ac illo, in quo per hebdomadam animi relaxatio habebitur post completorium omnes missionarii quantumvis qualificati mentis orationi per horam vacent, ac silentium in singulis diei horis, et ubique in conventu exceptis temporibus quieti, et animi relaxationi destinatis inviolabiliter servetur. Per singulos vero dies, festis exceptis, post vesperas per horam moralis, ac in duobus per hebdomadam diebus a patre guardiano designandis per dimidium horae de mane rethoricae collatio respective habeatur. Saecularibus autem interiorem conventus partem quovis praetextu adire denegatur praeterquam si quis ecclesiasticus, vel saecularis, ut spiritualibus exercitiis vacet collegium ipsum petere intendant; interdicitur vero religiosis ab illo egressu praeterquam si ad quaestuandum, ad audiendas Christifidelium sacramentales confessiones, mortique proximis auxiliandum, benefactorum cadavera associanda, eorumque exequiis interessendum illinc egredi debeant, ea tamen sub lege ut dum hisce ultimo dictis charitatis operibus in villa de Balthana interfuerint, nullam aliam praeter illam in qua hujusmodi charitatis opus explendum est domum ingredi valeant, et in hisce casibus aeque, ac dum praelatus villam petet, ut sui muneri expleat partes, socius ab unoquoque assumendus, missionarius minime sit, sed alter ex conversis. Demum missionarii, qui ex obedientia ad guardianiae loca se conferant, oportet, negotio sibi commisso peracto, in collegium se recipiant, ita ut a nemine voluntaria extra illud permanentia etiam minima in eis deprehendatur.

De necessaria religiosorum substentatione.

§. 5. Ut autem necessariae religiosorum substentationi consulatur, poterunt missionarii in majoribus hebdomadis, et in dominicis conciones, ac orationes panegyricas in loco, et extra illum habere, nequeant autem aliquam aliam orationem panegyricam sine consensu patris provincialis, et universae communitatis admittere, caeteris aliis secus admissis illico rejectis. Missionarii autem, qui ad missiones progrediuntur, extra conventum a mense octobris usque ad pascha Resurrectionis, quatenus in majori hebdomada conciones in religione, in qua reperiuntur habere debeant, et non ultra permanere debeant, ac in reliquis regularem observantiam respicientibus missionarii uti veri provinciae filii quidquid in ea quod regularem observantiam hujusmodi sancitum est, dummodo supradictis non adversetur, servent omnino et in missionibus pium viae Crucis exercitium promovere, et calvarium in locis in quibus eas peragunt ad praescriptum Benedicti papae XIV. curent collocare.

De praecedentiis, et praemiis missionariorum.

§. 6. Quoad praecedentias, levamina, et praemia missionariorum decernitur, ut missionarius, qui per decennium concionatoris munus expleverit, locum immediatum post concionatorem conventualem, si per viginti annos, post eum qui semel guardianus extitit, si per viginti et octo annos, post eum qui semel et iterum guardiani munus obivit: si tandem per triginta sex annos conciones habuerit, post definitores canonice electos respective habeant in provincia. Missionariis autem, qui per viginti annos concionator fuerit, levaminibus, et exemptionibus, quae a provincia ei qui semel guardianus extitit concessae reperiuntur. Si autem munus praedicationis per

viginti et octo annos obierit exemptionibus ab eadem provincia ei, qui semel, et iterum guardiani munus prosequutus est assignatis perfruatur. Qui vero triginta sex annorum curriculum in concionibus habendis consumpse rit definitoribus honorariis aequiparetur, et cunctis levaminibus, honoribus, exemptionibus, et praeeminentiis gaudebit, quibus definitores in capitulo electi excepta solummodo praecedentia hisce semper praestanda, quae quidem praecedentia inter ipsos missionarios ab habitus susceptione servanda erit perfruatur.

De definitoribus nominandis.

§. 7. Si quis vero ex concionatoribus ad collegium designatus lectoris philosophiae, et theologiae munere pro qualibet facultate hujusmodi per triennium functus sit, gradu definitoris honorarii cum omnibus praeeminentiis anno ei conceditur. In singulis novenniis a capitulo proxime futuro computandis guardianus conventus de Balthanas in quartum definitorem omnino eligatur: curet hinc pater provincialis in guardianum illum eligere, qui definitura dignus sit, quin id impediat quominus in hoc proximo futuro capitulo, vel in quolibet alio ex successivis quilibet ex concionatoribus missionariis pro tempore existentibus in definitorem eligi queat. Ut autem missionarius omnibus hisce levaminibus, praeeminentiis, et exemptionibus fruatur, saltem quolibet triennio nisi secus praelatus praeceperit, ad missiones peragendas progredi oportet. Si quis vero ex missionariis ob infirmitatem, vel aliquam aliam causam quam justam a patre provinciali cognitam e collegio egrediatur levaminibus, et praeeminentiis gaudeat, quae juxta praerecensitum ordinem annis quibus missionum munus expleverit respondeant. Si missionarius absoluto trigesimo sexto praedicationis anno, qui ad missionum exercitium adhuc aptus, et spiritualis animarum salutis zelo perculsus permanere vellet in collegio, et missiones prosequi, id ei integrum erit; si vero inhabilis jam reperiatur, vel prosequi nequeat, collegium deserat oportet, et preces porrigat patri provinciali, ut conventum petenti benevisum ad inibi morandum assignet, et pater provincialis ei suffragari debebit ad hoc, ut ipse ab anteactis quiescat laboribus, et levaminibus, quibus mater provincia labores hujusmodi rependit perfrui valeat. Lectoribus autem vel concionatoribus deinceps dictum collegium ingressis, uti etiam missionariis antiquis, qui uti ad missionum exercitium adhuc apti inibi moram trahunt, nec non missionariis, qui actu extra collegium reperiuntur, quosque pater provincialis uti idoneos, et aptos ad ferendum missionum opus ad collegium revocare existimet, hi omnes, et singuli honores, praeeminentiae, et exemptiones adjudicari debebunt; secus autem quoad missionarios antiquos, qui ob eorum fractam salutem, et infirmitates, et quam inhabiles ad missiones peragendas, a collegio, uti supra sancitum est, sunt dimittendi; hi enim in conventu, ubi de familia degent, levaminibus, et exemptionibus tantummodo perfruantur, quibus actu in conventu de Balthanas gaudent: qui quidem honores, praeeminentiae, et exemptiones caeteris missionariis antiquis actu extra collegium degentibus pariter denegantur. Tandem ut missionarii praefati in possessionem omnium horum honorum, ac exemptionum immittantur, patentes literas a patre provinciali impetrare debebunt, qui eas denegare nequeat, quoties missionarius se per recensitos annos concionatoris munus exercuisse doceat.

§. 8. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo praeinserta articula, seu decreta firmius subsistant, et serventur exactius memorati exponentes apostolicae firmitatis patrocinio per Nos communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praeinserta articula, seu decreta, atque omnia in ea contenta auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, atque omnes, et singulos juris et facti defectus, si qui desuper in eisdem quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus. Confirmatio apostolica.

Declaratio specialis.

§. 9. Volumus tamen, et harum serie decernimus, ut omnes facultates, quae per ea-

dem articula, seu decreta soli provinciali conceduntur, ipse iis uti non valeat nisi cum suo definitorio; sicuti pariter eidem provinciali ac definitorio auctoritatem eadem articula, seu decreta in rebus dubiis, atque in iis, quae major collegii utilitas, atque profectus postulabit, glossandi, interpretandi, atque declarandi, prout in Domino arbitrabuntur, auctoritate et tenore praesentis reservamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicae nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, provinciae, et collegii praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum apud monasterium monachorum ordinis Carthusiensis extra moenia civitatis Florentinae die vigesima quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCXLVIII.

Dat. die 26. sept. 1798. Anno XXIV.

Dismembratio quatuor villarum, seu locorum a dioecesi Turritana, ut tres dioecesi Algarensi, et una erigendae dioecesi Bisarciensi uniantur.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Inter multas tribulationes, quae in hisce difficillimis christianae reipublicae temporibus invenerunt Nos nimis, ex debito pastoralis officii humilitati Nostrae ex alto commissi ad ea quoque providentiae Nostrae intuitum convertere tenemur, unde plurimum commodi catholicae religioni proficisci speratur, praesertim cum ad id sublimiorum principum preces accedant.

Expositio precum et ratio decernendae dismembrationis.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii nostri Caroli Emmanuelis Sardiniae regis illustris expositum fuit, ad faciliorem, ac promptiorem dioecesis Turritanae administrationem pertinere, quatenus vel nunc ea sede archiepiscopali vacante, et priusquam novus ei a Nobis archiepiscopus praeficiatur, vel etiam sede plena, aliaque loca, seu villae auctoritate apostolica per Nos divellantur, ut hae vel dioecesi Algarensi, vel dioecesi Bisarciensi, in posterum, Deo dante, restituendae, atque redintegrandae, aut etiam aliis dioecesibus uniantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Dismembratio, et descriptio villarum dismembratarum.

§. 3. Nos igitur ipsius Caroli Emmanuelis votis quantum cum Domino possumus annuere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, quatuor villas, unam scilicet Semestene, alteram Uri, tertiam Olmedo, quartam d'Iteri Fustiarbus respective nuncupatas, earumque circuitus, et ambitus per integros earum limites, cum omnibus, et singulis parochialibus, aliisque ecclesiis, oratoriis, monasteriis, con-

ventibus, ac hospitiis utriusque sexus regularium, piisque locis, quae intra limites earumdem villarum existunt, nec non parochialium, et aliarum ecclesiarum praedictarum rectores, et quoscumque presbyteros, clerum omnem tum saecularem, tum regularem, sanctimoniales, et populum universum infra eosdem limites commorantes, quae, et qui antea Turritani archiepiscopi ordinariae jurisdictioni subjecta, et subjecti erant, atque de ejus dioecesis fuerunt ab omni archiepiscopi Turritani jurisdictione, et ab illius dioecesi penitus auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo dismembramus, sejungimus, separamus, atque dividimus, ac ab archiepiscopi Turritani superioritate, jurisdictione, potestate, subjectione, visitatione, correctione, et quibusvis aliis juribus metropolitanae ecclesiae Turritanae, etiam decimas quascumque, et proventus, aliaque jura persolvendi omnino, perpetuo pariter eximimus, et liberamus.

Tres villae de Semestene, Uri, et Olmedo nuncupatae uniuntur dioecesi Algarensi, quarta de Iteri unitur dioecesi Bisarciensi.

§. 4. Ex quibus quidem quatuor sic dismembratis villis, seu locis tres villas nempe, seu loca de Semestene, Uri et Olmedo dioecesi Algarensi, aliam videlicet de Iteri Fustiarbus erigendae seu redintegrandae dioecesi Bisarciensi, cum illorum circuitu, et ambitu per integros ipsorum limites, cum omnibus, et singulis parochialibus, aliisque ecclesiis, oratoriis, monasteriis, conventibus, ac hospitiis utriusque sexus regularium, piisque locis infra limites earumdem villarum, seu locorum, vel nunc, vel in futurum existentibus, modernos itidem et pro tempore existentes, praefatarum quatuor villarum seu locorum parochialium, aliorumque ecclesiarum rectores, et quoscumque presbyteros, ac omnem clerum tum saecularem, tum utriusque sexus regularem, populum inibi nunc, et pro tempore degentes, vel ecclesiae Algarensis, illiusque pro tempore existenti episcopo Algarensi, vel de novo erigendae, seu potius redintegrandae ecclesiae Bisarciensis juxta tenorem praesentium, ac illorum respective ordinariae jurisdictioni, auctoritati, et potestati, visitationi quoque, et correctioni, nec non quibusvis omnibus, et singulis actibus, qui episcopalis ordinis sunt, et episcopi in sua qualibet dioecesi de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet agere, facere, et quibus uti solent, et possunt, nec non etiam cum quibuscumque juribus, decimis, et proventibus, ex memoratis villis seu locis ab antedicto archiepiscopo Turritano hactenus percipi solitis etiam perpetuo assignamus, subjicimus, subponimus, et plenarie concedimus, dictisque parochialium, aliarumque ecclesiarum rectoribus, presbyteris, clericis, et incolis quibuscumque, ut pro tempore existenti episcopo Algarensi, seu in posterum designando episcopo Bisarciensi respective tamquam proprio ordinario in omnibus pareant, et obediant, praecipimus pariter, et mandamus.

Consulitur temporaneo regimini villarum usque ad erectionem dioecesis Algarensis.

§. 5. Cum autem unio trium locorum seu villarum praedictarum statim perfici nequeat, ecclesiae Algarensi, atque sedes episcopalis Bisarciensis nondum sit erecta, hinc ut in iisdem sic dismembratis quatuor villis, seu locis, earumque circuitu, et ambitu per integros ipsarum limites interim, et dum unio trium villarum, seu locorum praedictorum ecclesiae Algarensis perficiatur, ac sedes episcopalis Bisarciensis erigatur, seu redintegretur, et ad Nostrum, et Sedis apostolicae beneplacitum eidem praeficiendo archiepiscopo Turritano omnimodam spiritualem jurisdictionem exercendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur. Mandamus, atque harum serie statuimus, ut quamvis ab archiepiscopo Turritano interim in memoratis quatuor sic dismembratis villis, seu locis jurisdictio spiritualis auctoritate Nostra apostolica exerceatur, nihilominus ab oeconomo mensae archiepiscopalis hujusmodi fructuum, reddituum, ac proventuum, qui ex quatuor villis praedictis quomodolibet percipiuntur, ratio separata, atque distincta habeatur, quo hinc mensis episcopalibus seu Algarensi, seu Bisarciensi respective suo tempore fructus, redditus, ac proventus praedicti attribuantur.

Consensus archiepiscopi Turritani reponitur super decreta segregatione.

§. 6. Praeterea cum eaedem causae, quae fuerunt supra adductae poscere possent, ut etiam in posterum, ac sede plena aliae villae, seu loca, et paraeciae ab eadem dioecesi Turritana separandae, atque dismembrandae sint: volumus propterea, ut archiepiscopus eidem metropolitanae ecclesiae Turritanae praeficiendus in actu possessionis metropolitanae ecclesiae hujusmodi suum praestet consensum ad hoc ut etiam sede plena omnes ecclesiarum parochialium, ac villarum, seu locorum eidem metropolitanae ecclesiae Turrita-

nae nunc subjectarum dismembrationes, ac separationes, et respective cum aliis dioecesibus uniones exequi canonice possint, quas Nos et apostolica Sedes juxta rerum, ac temporum vices christifidelium saluti, ac christianae religionis augmento utiles fore conspexerimus. Nobis enim, ac Sedi apostolicae praedictae hasce dismembrationes, et respective uniones pro Nostro, et ejusdem apostolicae Sedis arbitrio, et prudentiae juxta ejusdem Caroli Emmanuelis votum, ac desiderium perficiendi, et absolvendi facultatem et auctoritatem harum serie specialiter reservamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem praesentes etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes ad id vocati, et auditi non fuerint, seu etiam ex eo, quod Turritana metropolitana ecclesia modo pastoris solatio destituta existit, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, et facti remedium impetrari posse, seu illas sub quibusvis generalibus derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quae fierent, comprehendi, sed tamquam ad prosperum populorum spiritualem regimen in salutem animarum editas, et emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, et de unionibus, et dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac de praestando consensu in similibus unionibus, et dismembrationibus, ac fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non metropolitanae ecclesiae Turritanae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum apud monasterium monachorum ordinis Carthusiensis extra moenia civitatis Florentinae sub annulo piscatoris die vigesima quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCII.

Dat. die 24. sept. 1798. Anno XXIV.

Elevatio ritus officii exaltationis sanctae Crucis a duplici majori ad duplex secundae classis cum octava pro civitate Limana.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilecti filii clerus saecularis, et regularis civitatis Limanae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quo in Christi Do-

mini passionem afficiuntur devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in posterum pro eadem civitate Limana ritum officii exaltationis sanctae Crucis a duplici majori ad duplex secundae classis cum octava pro clero saeculari, et regulari elevari possit auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum apud monasterium monachorum ordinis Carthusiensis extra moenia civitatis Florentinae sub annulo piscatoris die vigesima quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

Dat. die 24. sept. 1798. Anno XXIV.

MCL.

Dismembratio duodecim villarum a dioecesi Arborensi

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Pastoralis omnium ecclesiarum sollicitudo, qua ex divina dispositione fungimur, exigit, ut pro locorum, ac temporum ratione sic earumdem ecclesiarum statui, ac finibus consulamus, ut venerabilibus fratribus archiepiscopis, seu episcopis, quos eisdem ecclesiis praeesse dignoscitur, expeditius fiat spirituale sibi concreditarum animarum regimen, ac gubernium, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Preces porrectae a rege Sardiniae.

§. 2. Quocirca cum nuper pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Emmanuelis Sardiniae regis illustris expositum fuerit, faciliorem, ac promptiorem dioecesis Arborensis administrationem postulare, ut vel nunc vacante hac archiepiscopali sede, et priusquam novus ei a Nobis archiepiscopus praeficiatur, vel etiam sede plena, aliqua loca, seu villas auctoritate Nostra apostolica divellamus, ut hae illis dioecesibus uniantur, quae ad majorem animarum Christifidelium profectum pertinere ex idoneis documentis in posterum dignosceretur.

Dismembratio villarum, earumque enumeratio, et descriptio.

§. 3. Nos piis ejusdem Caroli Emmanuelis votis annuere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, duodecim villas, unam videlicet, Albae Sanctae, Alteram Rido Majoris, tertiam Bonacardo, quartam Baronedda, quintam Domus Novas, sextam Ghilarza, septimam Norghiddo, octavam Paulilatino, nonam Sedilo, decimam Soddi, undecimam Tadasuni, ac duodecimam Zuri respective nuncupatas, earumque circuitus, et ambitus per integros eorum limites cum omnibus, et singulis parochialibus, aliisque ecclesiis, oratoriis, monasteriis, conventibus, ac hospitiis utriusque sexus regularium, quisque locis, quae intra limites earumdem villarum existunt, nec non parochialium, et aliarum ecclesiarum praedictarum rectores, et quoscum-

que presbyteros, clerum omnem tum saecularem, tum regularem, sanctimoniales, et populum universum infra eosdem limites commorantes, quae, et qui ante Arborensis archiepiscopi ordinariae jurisdictioni subjecta, et subjecti, atque de ejus dioecesi fuerunt, ab omni archiepiscopi Arborensis jurisdictione, et ab illius dioecesi penitus auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo dismembramus, sejungimus, separamus, atque dividimus, ac ab archiepiscopi Arborensis superioritate, jurisdictione, potestate, subjectione, visitatione, correctione, et quibusvis aliis juribus metropolitanae ecclesiae Arborensis etiam decimas quascumque, et proventus, aliaque jura persolvendi omnino perpetuo pariter eximimus, et liberamus.

Villae dismembratae subjiciuntur dioecesibus erigendis in posterum.

§. 4. Quas quidem sic dismembratas duodecim villas, earumque circuitus, et ambitus per integros ipsarum limites cum omnibus, et singulis parochialibus, aliisque ecclesiis, oratoriis, monasteriis, conventibus, ac hospitiis utriusque sexus regularium, piisque locis infra limites earumdem villarum vel nunc, vel in futurum existentibus itidem modernos, et pro tempore existentes dictarum parochialium, aliarumque ecclesiarum rectores, et quoscumque presbyteros, omnemque clerum tum saecularem, tum utriusque sexus regularem, et populum inibi nunc, et pro tempore degentes suo tempore designandis dioecesibus, illarumque respective pro tempore existentibus episcopis, atque illorum ordinariae jurisdictioni, auctoritati, et potestati, visitationi quoque, et correctioni, nec non quibusvis omnibus, et singulis actibus, qui episcopalis ordinis sunt, et episcopi in sua qualibet dioecesi de jure, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet agere, facere, et quibus uti solent, et possunt, nec non etiam cum quibuscumque juribus, decimis, et proventibus ex memoratis duodecim villis, seu locis ab antedicto archiepiscopo Arborensi hactenus percipi solitis nunc prout ex tunc cum scilicet dioeceses, quibus eadem loca, seu villae sunt unienda, erunt statutae etiam perpetuo assignamus, subjicimus, subponimus, et plenarie concedimus, dictisque parochialibus, aliarumque ecclesiarum rectoribus, presbyteris, clericis, et incolis quibuscumque, et pro tempore existentibus, et earumdem dioecesum episcopis tamquam propriis ordinariis in omnibus respective pareant, et obediant, praecipimus pariter, et mandamus.

Consulitur temporaneo gubernio villarum usque ad novam earum unionem dioecesibus erigendis.

§. 5. Ne autem interim, et dum dioeceses, quibus eaedem villae, seu loca erunt unienda, designentur, pastore viduatae sint, ut in eisdem duodecim sic dismembratis villis, seu locis, earumque circuitu, et ambitu per integros illarum limites interim, et usque uniones praedictae perficiantur, et ad Nostrum, et apostolicae Sedis beneplacitum eidem praeficiendo archiepiscopo Arborensi omnimodam spiritualem jurisdictionem exercendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur. Mandamus tamen, atque harum serie statuimus, ut quamvis ab archiepiscopo Arborensi interim jurisdictio spiritualis in memoratis sic dismembratis villis, seu locis auctoritate Nostra apostolica exerceatur, nihilominus ab oeconomo mensae archiepiscopalis hujusmodi fructuum, reddituum, ac proventuum, qui ex duodecim villis praedictis quomodolibet percipientur, ratio separata, atque distincta habeatur, quo hinc mensae, seu mensis episcopali, seu episcopalibus, quarum episcopo, seu episcopis erunt in posterum eaedem villae subjectae, ac subpositae, fructus, redditus, ac proventus praedicti attribuantur.

Consensus dismembrationi praebendus ab archiepiscopo Arborensi.

§. 6. Praeterea cum eaedem causae, quae fuerunt supra adductae poscere possent, ut etiam in posterum, ac sede plena aliae villae, seu loca, ac paraeciae ab eadem dioecesi Arborensi separandae, ac dismembrandae sint: volumus propterea, ut archiepiscopus eidem metropolitanae ecclesiae Arborensi praeficiendus in actu possessionis metropolitanae ecclesiae hujusmodi suum praestet consensum ad hoc, ut etiam sede plena omnes eae ecclesiarum parochialium, ac villarum, seu locorum eidem metropolitanae ecclesiae Arborensi nunc subjectarum dismembrationes, ac separationes, et respective cum aliis dioecesibus uniones exequi canonice possint, quas Nos, et apostolica Sedes juxta temporum, ac rerum vices christifidelium saluti, ac Christianae religioni augmento utiles fore conspexerimus: Nobis enim, ac Sedi apostolicae praedictae hasce dismembrationes, ac separationes, et respective uniones pro Nostro, et ejusdem apostolicae Sedis arbitrio, et prudentia juxta ejusdem Caroli Emmanuelis votum, ac desiderium perficiendi, et absolvendi facultatem,

et auctoritatem harum serie specialiter reservamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem praesentes etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes ad id vocati, et auditi non fuerint, seu etiam ex eo, quod Arborensis metropolitana ecclesia modo pastoris solatio destituta existit, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, et facti remedium impetrari posse, seu illas sub quibusvis generalibus derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quae fierent, comprehendi, sed tamquam ad prosperum populorum spirituale regimen in salutem animarum editas, et emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere; sicque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac de unionibus, et dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac de praestando consensu in similibus unionibus, et dismembrationibus, ac felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non metropolitanae ecclesiae Arborensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Volumus autem, et earumdem praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae. Datum apud monasterium monachorum ordinis Carthusiensis extra moenia civitatis Florentinae sub annulo piscatoris die vigesima quarta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCLI.

Dat. die 16. oct. 1798. Anno XXIV.

Erectio oppidi Varsaviensis in episcopatum, ejusque collegiatae in cathedralem.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Ad universam agri Dominici curam, et inspectionem ubi primum fuimus ex divinae bonitatis consilio, nulloque Nobis assistente meritorum suffragio vocati, nedum Nos plane ad hoc constitutos esse intelleximus, ut juxta verbum propheticum prava germina evellere, ac noxia quaeque curaremus destruere, ut fructuosa plantaremus, atque aedificaremus utilia; sed vicissim agnovimus vigilis esse, et industrii agricolae studium praecipuum, ut ubi inspexerit partem aliquam ipsius agri bonis undique florentem arboribus et plantis, illic satagat coloniam instruere, novumque praeficere cultorem, ut circa eam duplicatis operariorum labore, et industria nullum in

posterum, quod mereatur succidi germen appareat, sed herbis ita salubribus virescere videatur, ut dulcia pabula fiant, quae gregem eo advenientem valeant saginare; ac denique repetente Domino cujusque villicationis rationem, et Nos de injuncto Nobis munere gaudeamus, et de traditis quisque sibi talentis relatos fructus uberius ei possit exhibere.

Descriptio oppidi Varsaviae.

§. 2. Cum itaque sicut ex insinuatione Nobis a Friderico Guillelmo hoc nomine tertio Borussiae rege nuper facta accepimus satis insigne nomine suo Varsaviae oppidum sub dioecesi Posnaniensi in ultimis ferme orientem versus finibus provinciae Borussiae meridionalis, in ea nempe regione, quae Masovia dicebatur consistens, in elatiori planitie, quae per longum terrarum tractum ab occidente in orientem late patere dignoscitur, fluviumque Vistulam attingit, quo trajecto devincit subito solum, rursusque in vastissimam planitiem orientem versus protenditur. Fundatum arce regia munitum, regioque itidem palatio, et diversorum procerum curiis magnificis, ac privatorum domibus, quarum pleraeque eleganti opere e latere cocto sunt constructae, reliquae vero ligneae extremam dumtaxat praedicti oppidi partes occupantes exornata, nec non populi frequentia celebre, utpote sexaginta, et aliquot millium habitatorum numero inter quos quamplurimae nobiles, aliaeque honestae, civilique cultu viventes, ac pro temporum conditione satis locupletes enumerantur familiae refertum, ob situs amplitudinem, sive ambitum octo Italorum milliaria, suburbiis, ipsomet oppido splendidioribus hoc in calculo comprehensis facile complectens, aerisque mitis, et temperati salubritatem, soli amoenitatem, humanarumque rerum ubertatem, et praecipue pro eo, quod in ipso oppido praedictae nobiles familiae per maxima anni parte hyemali potissimum tempore resident; inibique mons Pietatis provide institutus reperitur, licet attenta illius reddituum tenuitate, quae praesentibus necessitatibus nequeant respondere, pignoratoria societas, quae montis Pietatis hujusmodi vice abunde supplet subrogata existat, et insuper duo ecclesiastica puerorum seminaria, alterum nempe prope infrascriptam collegiatam ecclesiam, cui sacerdotes saeculares vitae communis genere addicti praesunt, in quo octodecim circiter alumni educari consueverunt. Alterum vero prope parochialem ecclesiam sanctae Crucis praedictae dioecesis, quae una cum ipso secundodicto seminario a presbyteris congregationis Missionis nuncupatae administratur, congruisque pro sexdecim alendis clericis redditibus jampridem dotatum respective erecta, et fundata existunt. Quae quidem seminaria licet non levem in eorum redditibus, hisce praesertim temporibus perpassa fuerint jacturam, adeo ut in posteriore nunc quinque tantum clerici manuteneri queant, spes tamen effulget, ut ope et ministerio summum rerum administrantium seminaria ipsa nedum in eorum necessitatibus relevamen recipiant, verum etiam ad florentiorem statum redigantur, ac praeter tres urbanas, duasque suburbanas nuncupatas parochiales ecclesias, quae ambitu suo partem ejusdem oppidi attingunt, ac regularium diversorum respective ordinum infra exprimendorum domus, et coenobia tam intra, quam extra praedictum oppidum existentes, et existentia, inter quae unum videlicet clericorum regularium pauperum matris Dei Scholarum Piarum majus, et aliud nobilium respective nuncupata, ac reliquum clericorum itidem regularium sanctissimi redemptoris respective collegia pro adolescentibus humanis, divinisque literis instituendis adnumerentur. Ac unum eremitarum sancti Augustini, nec non duo sancti Dominici Praedicatorum nuncupatorum; ac quatuor minorum sancti Francisci conventualium, et observantium, ac recollectorum, et cappuccinorum respective nuncupatorum; ac denique duo beatae Mariae virginis de monte Carmelo quoque nuncupatae respective ordinum coenobia, ac unam sancti Augustini canonicorum regularium, ac aliam fratrum sancti Pauli primi eremitae nuncupati, ac reliquam ss. Trinitatis redemptionis captivorum respective quoque ordinum regulares domus, seu conventus, nec non quinque sanctimonialium monasteria diversorum quoque respective ordinum.

Descriptio locorum extra oppidum, sed intra ambitum archidiaconatus Varsaviensis existentium.

§. 3. Et extra oppidum praedictum intra ambitum praedicti archidiaconatus Varsaviensis quindecim praeterea virorum diversi itidem ordinis paria coenobia praeter alia bina mulieribus virginibus addicta, nec non complures domus officiis charitatis exhibendis designatas, inter quas merito quidem primo recensentur xenodochium amplissimum

sub invocatione, seu titulo infantis Jesu curae eorumdem presbyterorum congregationis missionis hujusmodi, et sororum charitatis nuncupatarum commissum, ubi infantes expositi, et orphani aluntur, ac aegrotis, et pauperibus victum ex quotidiana eleemosyna sibi comparantibus perfugium offertur. Ac unum et alterum Sancti Spiritus, et sancti Rochi respective nuncupata nosocomia, quae a sororibus charitatis, ut praefertur, nuncupatis praedictis reguntur, aegrotis itidem destinata. Ac aliud pariter curae, et sollicitudini fratrum congregationis sancti Joannis de Deo nuncupatorum demandatum, ac reliqua duo Sancti Spiritus videlicet, et sancti Lazari respective nuncupata similiter nosocomia, quorum posterius Coeltica lue laborantibus est assignatum. Ac ulterius domum sancti Casimiri nuncupatam, ubi puellae parentibus orbatae, aut illae, quarum parentibus hujusmodi tenuiores sunt facultates educantur, quae domus et pro puellarum conservatorio haberi potest, regiturque ab eisdem sororibus charitatis, ut praefertur, nuncupatis, quae ipsae et in domo ad vitam instituto suo respondentem informantur. Ac demum ultra laicorum confraternitates in omnibus ferme ecclesiis tam saecularibus, quam regularibus praedicti oppidi existentes, binasque ecclesias, alteram nempe olim ad suppressam societatem Jesu spectantem, alteram vero sancti Benonis nuncupatam sodalitatibus nationis Germanicae attributas.

Descriptio ecclesiae collegiatae.

§. 4. Adest saecularis, et admodum insignis collegiata, quae etiam parochialis existit ecclesia divo Joanni Baptistae dicata, quae licet vetusta existat, ex ipsa tamen vetustate structurae, quantae sit soliditatis plane dignoscitur. Ipsa quidem ejus est amplitudinis, ut confluentem populum solemnioribus, majorique apparatu celebratis, celebrandisque festis facile recipiendi capax existat, ac fonte baptismali, choro, organo, coemeterio, sacrario, quod pluribus sacris ad pontificalia officia peragenda ornamentis sufficienter provisum existit instructa, et in qua collegiata ecclesia de sanctissimae Crucis ligno pars quaedam, et spina e sacra Salvatoris nostri corona, et superstes e corpore divi Joannis Baptistae ejusdem collegiatae, quae etiam parochialis existit ecclesiae patroni particula, aliorumque sanctorum lipsana priora illa, videlicet thecis ornatioribus acclusa speciali cultu, et veneratione decenter asservantur.

Insignitas capituli memoratur.

§. 5. Ac cujus insigne capitulum decano scilicet, qui decanatum inibi principalem, ac archidiacono, qui archidiaconatum secundam, ac praeposito, qui praeposituram tertiam, et custode, qui custodiam quartam, ac scholastico quintam, et cancellariatum sextam, nec non primicerio, qui primiceriatum septimam respective dignitates, et inibi existentes, quam quidem posteriorem dignitatem pro tempore obtinens utpote de jurepatronatus laicorum gentilitio certe illarum partium familiae existens, suosque redditus extra fines ditionis Borussiae constitutos possidens nihil cum capitulo dictae collegiatae, quae etiam, ut praefertur, parochialis existit, ecclesiae habet commune, praeter stallum in choro, vocemque et votum in capitulo ipso, ac duodecim canonicis, qui totidem canonicatus, similesque praebendas (qui tamen, prout et dignitates praedictae non nisi presbyteris, aut saltem clericis ad sacrum presbyteratus ordinem suscipiendum obstricti conferri solent) respective obtinent componitur, ac cujus capitularis mensa, licet satis superque redditibus primum foret dotata, cum illi ante quinquennium duodecim millium scutorum monetae Romanae annuam excederent summam, factum tamen est inde postremis hisce temporibus, ut quam maximam, et fere in iis omnibus jacturam experiatur, cui quidem malo, quod et universo huic collegiatae, quae etiam parochialis, ut praefertur existit ecclesiae, addicto clero commune fuit infrascriptae erectionis ministerio, quae meliorem capitulo ipso in redditibus ex regia benignitate certe pollicetur sortem, consultum, prospectumque iri autumatur.

Numerantur Vicariae, et ecclesiae parochiales.

§. 6. Ac praeter capitulares hujusmodi novem vicariae, quas pro tempore respective obtinentes curam animarum parochianorum dictae collegiatae, quae etiam, ut praefertur, parochialis existit ecclesiae sub illius capituli directione, et subordinatione exercent. Novemque pariter mansionariae, et septem cappellaniae, quarum vicariarum, et mansionariarum, nec non cappellaniarum respective possessores inferiorem in dicta collegiata, quae etiam parochialis, ut praefertur, existit ecclesia clerum constituunt, respective ere-

ctae, et institutae reperiuntur. Ita idcirco celebre esse noscuntur, ut inter illustriora illarum partium oppida, optimo quidem jure recenseatur, et tam oppidum ipsum, ut ad episcopalis civitatis honorem evehatur, quam dicta collegiata, quae etiam, ut praefertur, parochialis existit ecclesia, ad cathedralis ecclesiae statum, et dignitatem promoveantur respective dignum, et digna reputentur.

Ratio decernendae erectionis, et processus institutus ad hunc effectum.

§. 7. Proindeque Nos, quibus jampridem innotuit, quantae foret utilitatis unam in dicto oppido episcopalem sedem instituere intuitu etiam extensae, et peramplae dioecesis Posnaniensis, quique usque etiam de anno Domini millesimo septingentesimo nonagesimo quarto postquam congregatio tunc existentium Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium rebus concistorialibus praepositae, cui res hujusmodi pro illius cognitione commissa fuerat, matura super hoc prius habita deliberatione ad erectionem ipsam, praevia approbatione certi tunc expressi tractatus, ac mediante divisione, et separatione ab episcopatu Posnaniensi, attenta illius sedis episcopalis vacatione tunc pridem secuta, et provisione, et perfectione ecclesiae Posnaniensis pastoris solatio sic destitutae de episcopo per Nos eatenus nondum facta partis illius dioecesis certis limitibus subjectae, quae et Varsaviense oppidum praedictum complectitur, deveniendum fore censuerat, prout in decreto ejusdem congregationis sub die prima mensis februarii supradicti anni desuper edito plenius continetur. Decretum ipsum apostolica auctoritate approbavimus, et successive ex processu a venerabili fratre Nostro Josepho Ribinski episcopo Wladislaviensi in vim facultatis apostolicae sibi ad id specialiter, et expresse delegatae in partibus desuper confecto compertum habuimus nedum congruum, et consentaneum, verum et utile, et necessarium fore, ut nova in oppido Varsaviensi praedicto episcopalis sedes pro catholicae fidei propagatione, divinique cultus incremento et spirituali populorum bono instituatur.

Ecclesiae collegiatae titulus, et parochialitas extinguitur.

§. 8. Ad tam utile opus exequendum omne studium, universamque pastoralis officii Nostri sollicitudinem convertentes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine dictam collegiatam, quae etiam parochialis, ut praefertur, existit ecclesiam, et in ea titulum, denominationem, naturam, et essentiam collegialitatis, ita ut illa ex nunc collegiata esse desinat, et de caetero uti talis amplius denominari, inscribi, censeri, vel reputari non possit, salva tamen, et illaesa illius parochialitate remanente de consensu dilectorum filiorum modernorum capituli, et canonicorum dictae collegiatae, quae etiam, ut praefertur, parochialis existit ecclesiae apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo supprimimus et extinguimus.

Oppidum in civitatem episcopalem erigitur.

§. 9. Itaque sic suppressa, et extincta praedictum oppidum in civitatem episcopalem Varsaviensem, ut prius nuncupandam cum omnibus juribus, honoribus, et praerogativis, quibus aliae civitates pontificali sede insignitae, et earum respective cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

Ecclesia collegiata cathedralis declaratur.

§. 10. Dictam vero collegiatam, quae etiam, ut praefertur, parochialis existit ecclesia per Nos sic, ut praefertur suppressam, et extinctam in cathedralem parochialem, ut antea extituram ecclesiam sub praefata ejusdem sancti Joannis Baptistae invocatione, et in ea dignitatem, et sedem episcopalem pro uno deinceps episcopo Varsaviensi nuncupando, qui eidem ecclesiae, illiusque civitati Varsaviensi, ut praefertur, nuncupandae, et dioecesi etiam Varsaviensi, ut infra assignandae praesit.

Concessio privilegiorum.

§. 11. Abbates, inferiores praelatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia, et singula jura, et officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa episcopali, caeterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliae in contermediis provinciis illarum partium cathedrales ecclesiae, illarumque praesules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam, praedictique sancti Joannis Baptistae honorem, fideique catholicae exaltatione dicta apostolica auctoritate ipsarum tenore praesentium etiam perpetuo eri-

by Google

gimus, et instituimus, dictamque cathedralem ecclesiam per Nos sic, ut praefertur, erectam et institutam Sedi apostolicae immediate subjectam semper et perpetuo fore, et esse eadem apostolica auctoritate declaramus.

Distributio dignitatum in capitulo.

§. 12. Deinde vero supradictum capitulum ejusdem collegiatae, quae etiam, ut praefertur, parochialis existit, ecclesiaè per Nos, ut praefertur, suppressae et extinctae, et in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erectae in capitulum cathedralem Ecclesiam Varsaviensem nuncupandam, ac decanatum, qui principalis in dicta collegiata, quae etiam, ut praefertur, parochialis existit ecclesia per Nos, ut praefertur, supressa et extincta, dignitas hactenus existit in majorem post pontificalem, archidiaconatum vero secundam, et praeposituram tertiam, ac custodiam quartam, et scholastriam quintam, et cancellariatum sextam, nec non primiceriatum septimam respective dignitates hujusmodi in totidem sub eodem quo enumerantur ordine similiter dignitates. Ac eosdem duodecim canonicatus, totidemque praebendas ipsius collegiatae quae etiam, ut praefertur, parochialis existit, ecclesiae per Nos, ut praefertur suppressae, et extinctae, eorumque, ac praedictarum septem dignitatum ut infra subrogandarum respective modernos, et pro tempore existentes possessores in totidem canonicatus, et praebendas, ac respective dignitarios, et canonicos, parique modo easdem novem vicarias, et novem mansionarias, septemque cappellanias, earumque respective quoque possessores in totidem vicarios, ac mansionarias, et cappellanias, et respective in totidem vicarios, et mansionarios, ac cappellanos dictae cathedralis ecclesiae Varsaviensis per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae eadem apostolica auctoritate ipsarum quoque tenore praesentium similiter perpetuo respective substituimus, et subrogamus, ac substitutas, et subrogatas, nec non substitutos, et subrogatos esse, et fore, omnesque et singulos tam dignitates, ac canonicatus, et praebendas, quam vicarias, et mansionarias, nec non cappellanias hujusmodi respective nunc obtinentes per eos huc usque habita possessione absque alia eis desuper de novo facienda provisione, et in eorumdem fructuum, reddituum, et proventuum, quos de praesenti respective percipiunt, illorumque pariter etiam sibi in futurum attribuendorum fruitione libere, et licite remanere posse, et debere, salvis, firmis, et illaesis remanentibus favore eorumdem modernorum, et pro tempore existentiüm capituli, et canonicorum dictae cathedralis ecclesiae Varsaviensis per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae per Nos sicut praefertur, subrogatorum hujusmodi privilegiis, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, praeeminentiis, insigniis, praerogativis, honoribus, indulgentiis, aliisque gratiis quibuscumque tam spiritualibus, quam temporalibus, et mixtis, aliisque respective juribus eisdem capitulo et canonicis, aliisque membris praedictae cathedralis ecclesiae Varsaviensis, per Nos, ut praefertur erectae, subrogatis, hujusmodi apostolica, vel alia quavis auctoritate hactenus quomodolibet concessis, ac etiam de jure, consuetudine, aut alias quomodolibet competentibus, dummodo tamen illa sint in usu, et revocata non sint, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis non repugnent, in omnibus, et per omnia, perinde ac si status collegialitatis hujusmodi minime immutatus foret eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque decernimus, et ordinamus.

Assignatio territorii pro nova dioecesi.

§. 13. Ut autem dioecesis Varsaviensis, illiusque ecclesiae episcopalis respective territorium constitui possit a dioecesi Posnaniensi oppidum ipsum Varsaviense praedictum, omnemque partem, seu regionem, quae sub archidiaconatu Varsaviensi praedicto comprehenditur, et a quarum tunc in humanis agente Michele Poniatowski dum viveret archiepiscopo Gnesnense, uti in administratore in spiritualibus, et temporalibus apostolica auctoritate praedicta deputato regebatur, et ad praesens sub temporali praefati Friderici Guilelmi regis ditione existit, finitimis terminis apprime descriptam juxta tractatum divisionis, et separationis hujusmodi superius expressum; et successivum decretum praedictae congregationis, servatis de jure servandis, ab eo tunc sancitum, et per Nos etiam ut praefertur, dicta apostolica auctoritate approbatum, cum omnibus, et singulis locis, terris, pagis, et vicis in ea existentibus dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus, dictumque Varsaviense oppidum, et partem, seu regionem sub archidiaconatu praedicto, ut praefertur, comprehensam, sic dismembra-

tas, divisas, et separatas una cum locis, terris, pagis, et vicis etiam ut praefertur, dismembratis, divisis, et separatis, atque in eis respective contentis paraeciis, beneficiis, conventibus, monasteriis, locis piis, aliisque regularibus domibus, nec non utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos presbyteros beneficiatos, et religiosos quoscumque cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria jurisdictione, potestate, et superioritate venerabilis fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis episcopi Posnaniensis, ad tramites tractatus, et decreti praedictorum dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo disjungimus, et eximimus, ac oppidum Varsaviense praedictum in civitatem episcopalem per Nos, ut praefertur, erectam ac partem, seu regionem, sic, ut praefertur, comprehensam, nec non terras, loca, pagos, et vicos sic, ut praefertur dismembratas, divisas, et separatas, ac dismembrata, divisa, et separata, nec non dismembratos, divisos, et separatos, et in eis, ut praefertur, consistentes, et consistentia, paroecias, beneficia, monasteria loca pia, conventus, aliasque regulares domus hujusmodi, et utriusque sexus habitatores, et incolas, tam saeculares, quam ecclesiasticos, et quorumvis ordinum regulares personas superius expressas novae ecclesiae episcopali Varsaviensi per Nos, ut praefertur, erectae, illiusque futuro praesuli pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo; ita quod liceat personae ecclesiae episcopali Varsaviensi, per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae, tam a primaeva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum dicta apostolica auctoritate praeficiendae per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi regiminis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in dicto oppido Varsaviensi, et in parte, seu regione, ac locis, terris, pagis, et vicis, sic per Nos, ut praefertur, dismembratis, divisis, et separatis, propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, venerabilis fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Gnesnensis, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita apostolica auctoritate praedicta similiter perpetuo assignamus, et respective supponimus, atque subjicimus.

Dotatio mensae episcopalis.

§. 14. Mensae vero episcopalis Varsaviensis per Nos, ut praefertur, erectae dotationi, ad hoc ut primo futurus, et pro tempore existens episcopus Varsaviensis pontificalem dignitatem decenter tenere valeat, providere volentes, congruam, et muneri hujusmodi respondentem jam statutam summam octo millium scilicet scutorum monetae Romanae, duodecim millia taleorum Borussicorum constituentium ab omni prorsus onere liberam, immunem, et exemptam, annuatim perpetuis futuris temporibus primo futuro, et pro tempore existenti episcopo Varsaviensi e regio aerario in parata pecunia pendendam; ita quod liceat eidem primo futuro, et pro tempore existenti Varsaviensi episcopo dictam summam ei, ut praefertur, attributam percipere, exigere, levare, ac in suos, dictaeque mensae episcopalis per Nos, ut praefertur, erectae usus, et utilitatem convertere, cujusvis quoque licentia desuper minime requisita.

Assignatio habitationis pro episcopo.

§. 15. Eidemque primo futuro, et pro tempore existenti episcopo Varsaviensi pro sui commoda, et decenti habitatione amplissimum palatium aeque ac magnificum, et omni in parte integerrimum jam pro hujusmodi usu assignatum, in quo ipse residentiam suam facere debebit dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo respective concedimus, et assignamus.

Concessio juris condendi statuta favore capituli.

§. 16. Caeterum, ut erecta in praedicta cathedrali ecclesia rerum dispositio in iis, quae illius capitulum concernunt in futurum servetur, eisdem futuris, et pro tempore existentibus decano, et archidiacono, ac praeposito, et custodi, ac scholastico, et cancellario, ac primicerio, singulisque canonicis dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae, sic ut praefertur, subrogatis hujusmodi, ut ipsi capitulariter congregati pro dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae, illiusque mensae capitularis, nec non sacristiae, eorumque respective rerum, et bonorum, ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, et felici statu, regimine, guberpio, et directione, nec non onerum illis nunc, et pro tempore quomodolibet incumbentium supportatione, divinorum officiorum, processionum, fune-

rum, anniversariorum, et suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione, divisione, poenarum per absentes, et divinis officiis hujusmodi suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet respective incumbentia subire negligentes incurrendarum, servitio chori praestando singulorum praesentiis notandis, caeremoniis, ac ritibus in praedicta cathedrali ecclesia per Nos, ut praefertur, erecta, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus capitularibus hujusmodi servandis, officialibus, et ministris dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae, necessariis deputandis, et amovendis, ac ministeriis per ipsos subeundis, salariis, et stipendiis praestandis, ac quibuscumque aliis rebus in praemissis, et circa praemissa quomodolibet necessariis, et opportunis statuta, ordinationes, et decreta alia hactenus edita, quoties opus fuerit cum approbatione tam ipsius futuri episcopi Varsaviensis in meliorem formam redigere, et reformare, seu etiam alia de novo ex integro sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini minime adversantia, et, ut praefertur, per praedictum futurum episcopum Varsaviensem examinanda, et approbanda, ac per eos, ad quos nunc spectat, et pertinet, ac pro tempore quomodolibet spectabit, et pertinebit observanda sub poenis in contravenientes infligendis similiter edere libere, et licite possint, et valeant plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impartimur.

Concessio privilegiorum.

§. 17. Eisdemque futuris, et pro tempore existentibus decano, et archidiacono, et praeposito, ac custodi, et scholastico, ac cancellario, et primicerio, singulisque canonicis, et vicariis, mansionariis, et cappellanis dictae cathedralis ecclesiae, per Nos, ut praefertur, erectae, sic per Nos, ut praefertur subrogatis hujusmodi, ut ipsi et eorum quilibet, nec non ipsorum respective officiales, et ministri, ac res, bona, proprietates, jura quaecumque omnibus, et singulis tam spiritualibus, quam temporalibus, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praeeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis, quibus aliae similes illarum partium cathedrales ecclesiae, earumque capitula, canonici, et dignitates, ac beneficia in eis obtinentes, illarumque ministri, et bona, jura, res et proprietates de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum similiter, et pariformiter aeque principaliter, et absque ulla prorsus differentia, dummodo tamen illa sint in usu, et non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini praedicti decretis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis non repughent, et uti, frui, potiri, et gaudere quoque possint, et valeant, perinde ac si eis specialiter nominatim et expresse concessa fuissent eadem apostolica auctoritate perpetuo pariter respective concedimus, et indulgemus.

Omnia in praesentibus literis disposita exequenda esse decernitur sublato quovis remedio juris in contrarium faciente.

§. 18. Ac suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem, declarationem, substitutionem, subrogationem, decretum, ordinationem, dismembrationem, divisionem, separationem, disjunctionem, exemptionem, suppositionem, subjectionem, concessionem, assignationem, licentiae, et facultatis impartitionem, concessionem, indultum, nec non easdem praesentes semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite vel qualibet causa, quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causae propter quas eaedem praesentes emanarunt, adductae, verificatae et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quocumque alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, aut statuto, vel con-

suetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa quantumvis justa, rationabili, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret notari, impugnari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris hujusmodi, vel facti, aut gratiae, vel justitiae, remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse, neque easdem praesentes, sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas, etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum, ac eum in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas esse, et fore.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 19. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios, aliosque quoscumque, quavis auctoritate, potestate, praerogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum quoque, et inane decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 20. Postremo autem desiderantes, ut praemissa omnia sic per Nos, ut praefertur, provide disposita, et ordinata ad suum feliciter perducantur effectum, et quaecumque, quae in similibus forsan suscitari solent, obstacula dirimantur, hinc praedictum Josephum episcopum Wladislaviensem in exequutorem pro exequutione earumdem praesentium apostolica auctoritate praedicta constituimus, et deputamus; eidemque episcopo Wladislaviensi facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro hujusmodi exequutionis effectu subdelegare libere, et licite possit, ac tam eidem episcopo, quam dilectis etiam filiis modernis illius vicario in spiritualibus generali, aut officiali, vel delegato hujusmodi, ut ipsi, et eorum quilibet super quacumque oppositione in actu executionis hujusmodi quomodolibet oritura, servatis tamen, quae fuerint de jure servanda, definitive pronunciare libere quoque, et licite valeat dicta apostolica auctoritate ipsarum tenore praesentium concedimus, et impartimur.

Derogatio contrariorum.

§. 21. Non obstantibus Nostris, et cancellariae apostolicae praedictae regulis de jure quaesito non tollendo, ac de suppressionibus, dismembrationibus, et unionibus ad partes committendis, ac de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones, et applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesia membra distingui, et dividi prohibentis, ac quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque ecclesiae Posnaniensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere,

by Google

vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore concessis, et concedendis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, ac individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, et quaevis alia etiam expressio habenda, seu quaelibet alia, etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata etiam inserti forent eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime et plenissime ad praemissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Praeceptum de erigendis praebendis teologali, et poenitentiaria.

§. 22. Et attento, quod in praedicta collegiata, quae etiam, ut praefertur, suppressa, et extincta, ac in cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erecta hactenus theologalis, et poenitentiaria respective praebendae institutae minime existunt, volumus, quod una, et altera praebendae hujusmodi per primo futurum episcopum Varsaviensem juxta praescriptum concilii Tridentini erigi, et institui debeant, conscientiam ipsius futuri episcopi super hoc onerando.

Onus episcopis impositum expediendi bullas.

§. 23. Volumus etiam quod personae dictae ecclesiae Varsaviensi per Nos, ut praefertur, erectae tam pro hac prima vice, quam dum illam in futurum pro tempore pastoris solatio destitui contigerit per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes in episcopos praeficiendae literas apostolicas sub plumbo per cancellariam apostolicam praedictam desuper de more expedire debeant, et teneantur.

Praeceptum de inscribendis fructibus mensae in literis camerae.

§. 24. Praeterea etiam volumus, quod fructus praedictae mensae episcopalis Varsaviensis per Nos, ut praefertur, erectae ad octingentos florenos auri taxari, et hujusmodi taxa in libris camerae apostolicae describi debeat.

Sanctio poenalis.

§. 25. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, declarationis, substitutionis, subrogationis, decreti, ordinationis, dismembrationis, divisionis, separationis, suppositionis, subjectionis, concessionis, assignationis, licentiae, et facultatis impartitionis, et concessionis, indulti, decreti, constitutionis, deputationis, posterioris licentiae; et facultatis impartitionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum prope Florentiam in coenobio Carthusianorum, decimo septimo kalendas novembris millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

MCLII.

Dat. die 15. nov. 1798. Anno XXIV.

Declaratio literarum apostolicarum sanctissimi Domini Nostri Pii pp. VI. alias sub die 30. decembris 1797. expeditarum, quibus opportuna praescribitur methodus servanda in casu obitus ejusdem pontificis extra Romanam curiam.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur praecedentes literae apostolicae, et refertur quid in aliis dispositum fuerit super methodo servanda in nova electione pontificis.

§. 1. Cum Nos superiori anno invalescente in dies inimicorum Nostrorum potentia, cum in locum Romanam Ecclesiam adductam videremus, ut omnia Nobis metuenda essent, quae ad ejus libertatem extinguendam pertinerent, nihil tam vehementer pertimuimus, quam ne vacante post obitum Nostrum Sede apostolica, impeditis per vim, aut perturbatis comitiis, quae de successore Nostro eligendo futura sunt, aut impossibilis omnino ratio novi creandi pontificis redderetur, aut saltem tantae rei celeriter expediendae infinita impedimenta opponerentur. Itaque, ut huic periculo, qua ratione per Nos fieri poterat, occurreremus, per alias Nostras literas sub plumbo datas tertio kalendas januarii, pontificatus Nostri anno vigesimo tertio decrevimus, ut esset penes arbitrium majoris partis cardinalium, qui praesentes essent eum in locum ad pontificem eligendum convenire, qui iis opportunior videretur, iisdemque potestatem fecimus sive

protrahendi, sive contrahendi, si id opus esset, spatium decem dierum a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, ac praesertim a beato Gregorio X. constitutum, quod a pontificis obitu ad ingressum in conclave intercedere debet; haud abrogantes tamen ulla ex parte caeteris caeremoniis, atque solemnitatibus, quae per eorumdem pontificum constitutiones in electione Romani pontificis praescribuntur.

Exponitur mala graviora, et detestabiliora obvenisse in perniciem Ecclesiae Romanae, ejusque libertatis.

§. 2. Nec vero Nos inani malorum impendentium formidine perculsi fueramus, siquidem multo graviora, ac detestabiliora contra Romanam ecclesiam, ejusque libertatem fieri vidimus quam illa essent, quae a Nobis metuebantur. Venerabiles enim fratres Nostri Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, ad quos privative Romani pontificis spectat electio, vel urbe expulsi, vel in carcerem conjecti, vel alii alium in locum deportati, patrimonium beati Petri direptum, bona ecclesiarum divendita, monasteria, expulsis regularium familiis, in prophanos usus conversa, ipsa quoque disciplina Ecclesiae perturbata, nec sacerdotii conculcata immunitas solum, sed etiam auctoritas circumscripta, libertasque sublata; Nos vero ipsi, qui beati Petri patrimonii vindices, atque custodes constituti sumus, et meritis licet imparibus, ita Domino volente, universae Christi Ecclesiae praesumus, ejusque vices tamquam beati Petri successores in terris gerimus, et sacerdotii violata jura defendere, ac tueri tenemur, ex Romana Sede ejecti, et in alienas terras commigrare compulsi, atque hoc in Carthusianorum coenobio detenti, nec per apostolicam auctoritatem tanta mala impedire, nec reclamare contra tantam cum humanorum, tum divinorum jurium conculcationem possumus, quin vereamur ne ob tantam hominum impietatem, ac vim graviora ex inde mala in Ecclesiam, religionemque universam sint oritura.

Exponitur quo modo Deus in tantis periculis non defuit Ecclesiae suae.

§. 3. Non tamen in tantis periculis defuit Ecclesiae suae Deus. Praeterquamquod enim tantam firmitatem venerabilibus fratribus Nostris indidit, quanta eos praestare necesse erat ad infinitas illas aerumnas alacri animo sustinendas, quas subire coacti sunt, ita etiam divino suo auxilio debilem hanc senectutem Nostram sustentavit, ac rexit, ut non solum tantis Nos Ecclesiae malis superstites essemus, verum etiam, ut coelesti gratia confirmati tantos labores constanter perferre, ac si minus praesentibus, futuris saltem Ecclesiae periculis aliquo modo providere possemus. Quoniam vero ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes sunt accomodandae: cum Nos propterea nova mala, quae contra apostolicam libertatem acciderunt his novem mensibus, qui consecuti sunt, videamus ad electionis pericula praecavenda non satis esse posse ea remedia, quae tunc per praefatas Nostras literas praescripta fuere: auctis enim Ecclesiae difficultatibus, novis derogationibus tempora indigent, ne pontificis electio perturbetur, cum magis quaerendum sit Nobis, ut faciliter, et celeriter eligatur Romanus pontifex, quam ut servatis rite caeremoniis, ac solemnitatibus eligatur, quarum his praesertim temporibus nulla forsan ratio haberi potest.

Ex novis caussis praecipitur electionem futuri pontificis fieri posse in primis, vel secundis comitiis.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, in iis tantum comitiis, quae de pontifice eligendo prima post obitum Nostrum futura sunt, ac etiam in immediate sequentibus, quatenus quod absit, minime in melius immutatis circumstantiis, et nulla super hoc prolata nova lege decedat successor Noster, derogamus, volumus, et plane, atque expresse derogamus non solum iis legibus, quae de habendis comitiis in eo loco, ubi mortuus est pontifex, constitutae sunt, sed etiam omnibus caeremoniis, solemnitatibus, consuetudinibus, quae ad substantiam canonicae electionis minime pertinent, et in pontifice eligendo servari solent ex praescripto, et sanctionibus Romanorum pontificum, ac praesertim beati Gregorii X. constitutione — *Ubi periculum* — edita in concilio generali Lugdunensi, constitutione Clementis V. edita in concilio generali Viennensi — *Ne Romani* — constitutione Clementis VI. — *Licet in constitutione* — ann. MCCCLI., Urb. VIII. — *Ad Romani pontificis* MDCXXVI., Pii IV. — *In eligendis* — MDLXII., duabus Gregorii XV. MDCXXI. — *Æterni patris* — *Decet Romanum pontificem* — Clementis XII. *Apostolatus officium* — MDCCXXXII., et Nostra — *Christi Ecclesiae* — anni proximi superioris in iis, quae posteriori huic adversantur, simulque cardinales tum universos, tum singulos ab omni sacramenti religione, qua se obstrinxerunt ea omnia servandi, ac retinendi in pon-

tificis electione, pro primis tantum futuris comitiis, et quatenus opus sit pro immediate dumtaxat sequentibus solvimus, ac solutos declaramus.

Conceditur facultas ineundi consilia inter cardinales super electione novi pontificis, etiam ante obitum praedecessoris.

§. 5. Cum autem intelligamus quoque plurimum ad celeritatem electionis collaturum, si cardinales ante obitum Nostrum consilia ineant inter se, deliberentque quaenam expeditior sit ratio, qua et ea fieri, quae a Nobis constituta sunt, et futuri pontificis electio mature, ac celeriter haberi possit; cumque apostolicae constitutiones gravissimis censuris, eos effectos velint, qui vivente, et inconsulto pontifice de successore ejus eligendo sermones habere, ac deliberare audent, ut in constitutione praesertim Pauli II. — *Cum secundum;* — propterea Nos tam huic constitutioni, quam caeteris hujusmodi derogantes, potestatem facimus cardinalibus universis, ac singulis, etiam viventibus Nobis, sermones habendi, deliberandi, conveniendi de ratione, qua facilius possint, quae a Nobis provisa sunt, exequi, atque expedire: ita ut de indicendo comitiorum die, de loco, in quem eadem convocanda erunt, de conclavis clausura, utrum ea servanda an tollenda judicabitur, de eorum delectu, qui ministri in conclavi sunt designandi, de iis denique omnibus, de quibus agi ad maturandam pontificis electionem necessarium videbitur, ipsis liberum sit colloqui, deliberare, et constituere: dummodo in hac deliberandi, et constituendi facultate cautum semper maneat, ne cui unquam ex cardinalibus de eo, qui pontifex eligendus erit nisi post obitum Nostrum aut convenire, aut deliberare liceat.

Deputatio illius qui cardinales, mortuo pontifice convocare debet ad conclave.

§. 6. Caeterum salvis, ac firmis conditionibus omnibus, quae necessariae sunt in quavis electione canonica Romani pontificis tam iis, quae ad loci ubi comitia habenda erunt securitatem pertinent, quam illis, quae spectant ad electorum libertatem, et ad duas tertias partes suffragiorum eorum, qui congregati sint, quibus conveniri in electum debet, excluso item omni ambitus, ac simoniae crimine, de quo ne suspicari quidem Nos possumus; praecipimus, ac mandamus, ut ex eo loco, unde Nos tantis e vitae laboribus ad aeternam pacem, quam speramus migrare justus, et misericors Dominus voluerit, quicumque e cardinalibus aderit, et si plures erunt eorum dignior, aut iis omnibus absentibus nuntius apostolicus, sive in hujus defectu loci ordinarius, aut praelatus, vel alius quispiam in dignitate ecclesiastica constitutus, quam celeriter de pontificis obitu certiores cardinales faciat, ut qui ex iis accedere ad comitia possunt, statim ad conveniendum se comparent.

Statuitur, qui cardinales eorum pontificem creare possint.

§. 7. Et quoniam vi distracti, ac dissipati per diversas regiones cardinales, maxime timendum est, ne ad libitum discedere, atque in unum locum se conferre prohibeantur, ut vel diu Petri navis praesentibus jactata permagnis fluctibus gubernatore suo careat, vel congregatis hac illac nonnullis cardinalibus plures eligantur pontifices, et schismate, quod Deus avertat, vexetur sancta Dei Ecclesia; idcirco ut tantis Deo adjuvante occurramus calamitatibus, simili motu proprio, ac certa scientia, et de apostolicae potestatis plenitudine decernimus, statuimus, ac mandamus, ut eveniente extra Romanam curiam obitu Nostro, jus eligendi summum pontificem per eos cardinales unice exerceatur, qui in ditione alicujus catholici principis plures numero, quam alii ulla alia in regione commorantes invenientur, simulque per eos, qui ex aliis regionibus ad comitia in praefata ditione explenda accesserint.

Quo in loco conclave sit habendum statuitur.

§. 8. Ob eamque causam volumus, ut de more cardinalis sacri collegii decanus, si tamen is in dominatione illa aderit, in qua plures numero versentur cardinales, sive eo absente, qui potior dignitate inter illos erit certior factus de obitu Nostro, statim de nonnullorum ex iisdem cardinalibus consilio, nisi forte pridem cum ipsis statutum fuerit, opportuniorem locum ad habenda comitia constituat, in eumque cunctis ex locis cardinales omnes ubicumque degentes per indictionis literas evocet, et ad illos, qui alibi commorantur de ipsorum pluralitate informandos nomine mittat, eorum cardinalium, qui in ditione ejusdem principis existunt. Quare in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ut nisi gravissima intercesserint impedimenta, cardinales omnes denunciationis literis ad comitia evocantibus statim parere teneantur: iisque dumtaxat cardinalibus, qui plures in eodem loco congregati erunt, caeterisque accedentibus ante peractam electionem, amplam potestatem facimus non solum decernendi per suffragiorum pluralitatem de iis omnibus, quae

ad pontificis electionem pertinent, verum etiam transacto consueto decennio pontificem ipsum, quamvis non expectato caeterorum cardinalium adventu, libere, ac licite eligendi; ita ut, qui a duabus tertiis partibus congregatorum cardinalium electus pontifex fuerit, is rite electus, et vere sit Romanus pontifex Christi vicarius, et talis ab universa Ecclesia agnosci, atque haberi debeat. Mandamus praeterea, ut hae literae apostolicae voluntatis Nostrae prima die, in qua ad suffragia cardinales convenerint, palam recitentur, et si qua in re aut interpretatione, aut declaratione aliqua indigere videbuntur, id per sententiarum pluralitatem ab iisdem cardinalibus, qui congregati fuerint interpretetur, ac declaretur, ita ut quidquid a majori parte cardinalium congregatorum constitutum hac ratione fuerit, id habeatur perinde ac apostolica auctoritate esset a Nobis constitutum.

Observantia praemissorum decernitur, etiam virtute sanctae obedientiae.

§. 9. Quia vero res, de qua agitur, tanti momenti est, ut ab ea potissimum et matura pontificis electio, catholicae unitatis conservatio, et Ecclesiae tranquillitas pendere videantur, Nos utentes apostolica Nostra auctoritate in virtute sanctae obedientiae, et sub poena excommunicationis praecipimus, ne quis e sacro collegio cardinalium fas sibi esse quovis praetextu arbitretur his, quae a Nobis per has alteras Nostras literas praescripta sunt animo minus prompto, atque obsequenti repugnare; quinimo volumus ut universi singula quaeque servare, atque exequi teneantur. Itaque per viscera misericordiae Dei Nostri, per diffusam in cordibus Nostris divini spiritus charitatem, ac per eam sacramenti religionem, qua unusquisque in sacrum cardinalium collegium cooptatus sese obstringit tuendi, ac defendendi Christi Ecclesiam usque ad sanguinis effusionem hortamur, tum singulos, tum universos, ut in tanto christianae religionis periculo privatis rationibus Dei gloriae, et Ecclesiae tranquillitati postpositis, libentibus, et concordibus animis in hanc unam curam incumbant, ut ne nimium diu Petri navicula tantis tempestatibus agitata, rectore, ac gubernatore destituta fluctuare cogatur, nec catholicus grex universus tot lupis in ovium praedam undecumque irruentibus per privata studia pastore, et custode suo careat, a quo defendi, ac servari possit: illud sibi persuadentes, se quamvis tot, tamque acerbis aerumnis pro Christo in omni patientia ac mansuetudine tolleratis fidem suam tanta cum gloria probarint ecclesiae, nulla tamen fidei suae in eam luculentiora documenta esse daturos, quam si concordibus studiis in pontifice celeriter eligendo illud ostenderint se revera nulla propriorum commodorum ratione habita, solum Ecclesiae tranquillitati Christiani gregis saluti, orbis terrarum universi periculis prospicere statuisset.

Decretum irritans.

§. 10. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, sive auditi fuerint; sed easdem praesentes literas semper, ac perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, ac integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter quoque observari debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non tollendo, ac tam Alexandri III. quam Gregorii X. et Clementis V., ac Pii IV., aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum circa electionem summi pontificis hactenus editis constitutionibus, et ordinationibus, earumque omnium tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, quoad reliqua in eis contenta in suo robore permansura volumus, et mandamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 12. Volumus insuper, et apostolica auctoritate decernimus, quod praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum permissionis, relaxationis, dispensationis, ordinationis, decreti, mandati, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis

autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se norit incursurum. Datum ex coenobio Carthusianorum prope Florentiam anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, idibus novembris, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

Dat. die 26. nov. 1798. Anno XXIV.

MCLIII.

Ut in die festo s. Leucii recitari possit officium et missa alias pro civitate Beneventana approbat. instantibus clero saeculari, et regulari Coloniae Regalis s. Leucii Neapolitanae dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus saecularis, et regularis Coloniae sancti Leucii Neapolitanae seu alterius dioecesis, quod ipsi ad augendam christifidelium in sanctum Leucium ejusdem Coloniae patronum devotionem officium, ac missam ejusdem sancti alias ab apostolica Sede pro civitate Nostra Beneventana approbata recitare, ac respective celebrare posse in ejus die festo summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eorumdem exponentium votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, eosque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratis exponentibus, ut officium, et missam praedicta in die festo ejusdem sancti recitare, et respective celebrare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Datum apud monasterium monachorum ordinis Carthusiensis extra moenia civitatis Florentinae sub annulo piscatoris die vigesima sexta novembris millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

Digitized by Google

ANNO VIGESIMO QUINTO

MCLIV.

Dat. die 8. martii 1799. Anno XXV.

Erectio ecclesiae monasterii ordinis sancti Basili magni sub titulo beatae Mariae virginis et sancti Joannis evangelistae Greco-Rutheni uniti ritus in ditionibus Kiovensi, et Bretensi respective dioecesibus existentibus.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. § 1. Susceptam a Nobis, divina sic disponente clementia, imparibus sane meritis pastorale officium exigit, ut spiritualibus Dominici gregis, cui tamquam universalis pastor praesidemus utilitatibus provide, firmiterque prospicere curemus, quod si per plures gregis hujusmodi oves a propriis eorum pastoribus, quos in partem sollicitudinis Nostrae vocavimus, earum cura, et inspectione pastoribus ipsis Nobis hoc in munere adjutoribus concredita temporum, humanarumque rerum vicissitudine sejunctas, atque distractas, et spirituali pabulo destitutas novimus, de apostolicae potestatis plenitudine illas ab eorum, quibus modo subsunt pastoribus perpetuo segregando, novam intra praefinitos agrorum, ubi ipsae consistunt, limites pastoralem satagimus instruere sedem, ovesque sic distractas in unum reducere gregem, qui provido pastori eas probe noscens, et nutriens specialibus commissus, spiritualibus proficere valeat incrementis.

§ 2. Cum itaque, sicut accepimus fideles nationis Graeco-Rutheni ritus catholicae Romanae Ecclesiae inviolabili unitatis foedere junctae in districtibus Kioviensis, et Bretensis respective dioecesum, et temporali Friderici Guillelmi hoc nomine III. Borussiae regis illustris dominio subjecti ob plures, nec superabiles rerum circumstantias, et difficultates necessariis sacrosanctae religionis subsidiis, quae a legitimis ecclesiarum suarum pastoribus consequi solebant antequam ii, eorumque episcopales sedes alienae temporali ditioni cessissent, adeo destituti evaserint, et de praesenti reperiantur, ut ad rectam rursus inter pastores ipsos, eorumque gregum distractas portiones in supradictis dioecesibus existentes communicandi aperiendam viam, qua suas quisque pastor circum habeat oves spirituali pabulo nutriendas, novae episcopalis sedis erectio ejusdem Graeco-Rutheni uniti ritus in loco ad hunc effectum juxta populorum illarum regionum non praesuli adjicendorum vicinitatem aptiori nedum utilis, verum etiam necessaria dignoscatur. Cumque sicut ex insinuatione praedicti Friderici Guillelmi regis Nobis facta pariter accepimus in provincia Lithuaniae adsit Suprasliae locus olim in limitibus magni ejusdem Lithuaniae ducatus, nunc vero in novo orientali Borussia sub temporali ejusdem Friderici Guillelmi regis ditione in planitie positus, qui licet circum adjacentes habeat sylvas, amoenitate tamen positionis, et salubritate aeris gaudet, et in quo celebre monasterium Suprasliense nuncupatum ordinis sancti Basilii Ruthenorum vigintiduobus monachis eorumdem ordi- Ratio decernendae erectionis, et unionis.

Digitized by Google

nis, et ritus expresse professis constans; quod quidem monasterium e fluvio Suprasliensi nuncupato ipsum alluens nomen sumpsit jam pridem fundatum reperitur; ad ipsum autem monasterium, cui attiguum est palatium pro habitatione pro tempore existentium illius abbatum, alias per quondam tunc in humanis agentem Leonem Kiszka, dum viveret, archiepiscopum Kioviensem, unaque simul monasterii praedicti abbatem ex solido muro extructum spectet ecclesia Deo in honorem Annunciationis beatae Mariae virginis, et divi Joannis evangelistae dicata usque et de anno ejusdem Domini millesimo quingentesimo tertio per quondam pariter tunc in eisdem humanis agentes Josephum Soltan Kioviensem pariter dum viveret archiepiscopum, et Alexandrum Chodhiecviez a fundamentis, ut fertur, aedificata lamina alba ferrea cooperta, ac quatuor turribus, quinta autem eminentiori supra medium tecti exornata, fonte baptismali, et sacrario necessariis ad divina peragenda, et ad pontificalia exercenda officia, suppellectilibus utpote in monasterio abbatiali sat bene proviso instructa, nec non praeter lignum sanctissimae crucis, quam pluribus sanctorum decorata reliquiis, inter quas illae sanctorum martyrum Justini Josaphat, dum viveret, archiepiscopi Plocensis adnumerantur, quae in tumbis eleganter excitatis, exornatisque speciali cultu, et veneratione decenter asservantur, nec non choro, organis, ac segregata ab ipsa ecclesia turri cum campanis non mediocribus ditata, suum penes sylvam non procul ab ipsa ecclesia sepibus circumductum habens caemeterium, quod ab illo monachorum omnino separatum existit cum cadavera eorum in cathacumbis in horto prope monasterium hujusmodi existentibus, super quibus cappella extructa reperitur, pie condantur; hic sane Supraslíae locus, qui suam ex ipso monasterio mutuatur celebritatem, ut ad episcopalis civitatis honorem evehatur, dictique monasterii ecclesia ad cathedralis ecclesiae statum, ac dignitatem promoveatur respective dignus, et digna reputentur.

Processus fabricatus super utilitate, et convenientia unionis.

§. 3. Proindeque Nos, qui jam usque et de anno ejusdem Domini millesimo septingentesimo nonagesimo septimo ad tanti momenti opus, ac qua par est maturitate inchoandum, praevio consilio congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ecclesiasticis istarum regionum negociis praepositorum, auditisque pariter ecclesiarum superius expressarum praesulibus, quorum dioeceses infrascriptae necessariae dismembrationi fuissent obnoxiae, animum Nostrum adjiecimus, ac singularem pro illius prosecutione, et perfectione annuentiam demonstravimus, quique ex processu a venerabili etiam fratre Nostro Onuphrio Cajetano Szembek moderno Plocensi episcopo tunc temporis coadjutori cum futura successione quondam tunc in eisdem humanis agenti Hilario etiam Szembek tunc, dum viveret, episcopo Plocensi in regimine, et administratione ipsius Plocensis ecclesiae apostolica auctoritate praedicta deputato in vim facultatis utrique eorum ad id specialiter, et expresse delegatae in partibus confecto, de erectionis hujusmodi necessitate plene instructi fuimus, eximiam praedicti Friderici Guillelmi regis erga catholicos suis in ditionibus existentes humanitatem, et beneficentiam, regiamque simul liberalitatem summopere commendantes, fideique catholicae propagationem in illis praesertim regionibus, quantum in Domino possumus favere, simulque indubium huic inclytae genti apostolicae Nostrae benignitatis testimonium praebere volentes.

Erectio loci Supraslíae in civitatem, et concessio privilegiorum.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine praedictum Supraslíae locum in civitatem Suprasliensem nuncupandam cum omnibus juribus, honoribus, et praerogativis, quibus aliae civitates pontificali sede insignitae, et earum respective cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum: praefatam vero ejusdem monasterii ecclesiam in cathedralem ecclesiam sub praedicta Annunciationis ejusdem beatae Mariae virginis, et sancti Joannis evangelistae invocatione saecularem ejusdem Graeco-Rutheni uniti ritus exstituram, in qua ejusdem monasterii monachi praedicti, ut antea remanere, et opportune ecclesiae ipsi in cathedralem, ut infra erigendae et primo futuro, et pro tempore existenti episcopo obsequia praestare, et exhibere, et in assuetis eorum piis operibus, et religiosis officiis, ritibus, et caeremoniis juxta ordinis ejusdem sancti Basilii regularia instituta perseverare valeant, antiquis

ejusdem monasterii fundationibus salvis, firmis, et illaesis, ut antea, remanentibus.

Erectio sedis episcopalis, et capituli.

§. 5. Et in ea dignitatem, ac sedem episcopalem pro uno deinceps episcopo Supraslienşi nuncupando ejusdem ritus, qui eidem ecclesiae, illiusque civitatis Supràsliensis, ut infra, assignandae praesit, abbates, inferiores praelatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat, cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa episcopali, caeterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, praeminentiis, praerogativis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliae illarum partium cathedrales ecclesiae ejus ritus, illarumque praesules quomodolibet (non tamen titulo oneroso, aut ex privilegio particulari) similiter utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

Distributio dignitatum capitularium

§. 6. Atque in ea unam post pontificalem majorem pro uno presbytero, qui capituli ejusdem cathedralis ecclesiae, ut infra, erigendae caput existat, ac tam in choro, quam in eodem capitulo, actibusque capitularibus publicis, et privatis, processionibus, aliisque functionibus quibuscumque praesit, ac praeeminentiam, et praecedentiam, primumque, et digniorem locum habeat. Ac aliam secundam nuncupandam respective dignitates exiituras pro uno itidem presbytero respective futuris dictae cathedralis ecclesiae, ut infra, erigendae praepositis, seu praelatis, nec non quatuor canonicatus, totidemque praebendas pro quatuor similiter presbyteris respective quoque futuris dictae cathedralis ecclesiae, ut infra erigendae canonicis, qui illius capitulum constituant, et apud cathedralem ecclesiam praedictam, ut infra erigendam personaliter certis a futuro Supraslicnsi episcopo in statutis, ut infra, condendis praefiniendis diebus, et temporibus residere, horasque canonicas tam diurnas, quam nocturnas, caeteraque divina officia juxta eorum ritum, servataque Ecclesiae disciplina ad instar aliarum cathedralium ecclesiarum ejusdem ritus recitare, decantare, et psallere, eidemque cathedrali ecclesiae, ut infra, erigendae laudabiliter deservire respective debeant, et teneantur; qui quidem canonici, prout etiam dignitates praedictas in dicta cathedrali ecclesia, ut infra erigenda ad residendum continuo apud illam minime adstricti, parochiales ecclesias, earumque perpetuas vicarias ejusdem Graeco-Rutheni uniti ritus eis canonice conferendas una cum suis dignitatibus, seu canonicatibus, et praebendis, ut infra, erigendis absque dispensatione apostolica consequi, et retinere queant, ad quem effectum opportunam eis ex nunc pro tunc licentiam tribuimus, et facultatem, ad omnipotentis Dei, beatissimae virginis laudem, et gloriam, praedictique sancti Joannis evangelistae honorem, fideique catholicae exaltationem dicta apostolica auctoritate perpetuo erigimus, et instituimus.

Nova cathedralis Ecclesia soli sedi apostolicae subjicitur.

§. 7. Dictamque cathedralem ecclesiam per Nos sic, ut praefertur, erectam sedi apostolicae immediate subjectam semper, et perpetuo fore, et esse eadem apostolica auctoritate declaramus. Cum autem dioecesis Supraşliensis, illiusque ecclesiae episcopalis respective territorium constitui debeat ex illis dioecesum portionibus ejusdem Graeco-Rutheni uniti ritus sub praedicti Friderici Guillelmi regis temporali dominio praedicto existentibus ad hoc, ut oves distractae ad proprium perducantur ovile, simulque providus pastor praefinitos habeat agrorum limites, ubi illas pascuis doctrinae salubribus valeat saginare.

Dismembrationes aliarum dioecesum pro nova erigenda.

§. 8. Cumque, sicut accepimus, pro infrascriptae dismembrationis executione procedendum in primis sit a dioecesi Kioviensi, et a dioecesi Bretensi Lithuanae in longum praeter civitatem Varsaviensem per Nos nuper apostolica auctoritate praedicta erectam, in qua unica dumtaxat reperitur monachorum praedicti ordinis sancti Basilii regularis domus, quam vocant residentiam a fluvio Niemeri ad fluvium Bug numerando triginta milliaria, in cujus meditullio praedictum Supraşliense, ut praefertur, nuncupatum extat monasterium; in latum vero quoniam declive procedit ad summum ad duodecim, ad minimum autem ad quatuor milliaria protenditur; adsint praeterea futurae dioecesi hujusmodi adjicienda viginti septem oppida, et quadringentae septuaginta quatuor villae, in quibus ecclesiae Kioviensi avellendae triginta una, et ex Bretensi respective ecclesiis triginta septem adnumerantur, quarum quidem ecclesiarum respective parochiani sacramentorum

poenitentiae, et eucharistiae capaces quadraginta quinque millium, et ultra numerum constituunt, minime tamen comprehendendo parochianos Latini ritus; qui duas ubique locorum in iis partibus distinctas habent parochiales ecclesias: inter has ecclesias praeter monasterium Suprasliense praedictum sint duae regulares domus, quae residentiae itidem appellantur, eidem monasterio per primaevas suas fundationes annexae, ad quas pro habitatione monachi ejusdem ordinis ab ipso monasterio transmittuntur, scilicet residentia Kuanicensis in Borussia novo orientali septem milliaribus, et Varsaviensis in Borussia meridionali triginta duobus milliaribus a monasterio praedicto distantes post secutam divisionem regni Poloniae; reperiatur insuper in Borussia novo orientali residentia itidem monachorum praedicti ordinis sancti Basilii in civitate Drogiczyn quatuordecim milliaribus ab eodem monasterio dissita antea ad provinciam Lithuanam pertinens, quae a dilecto filio moderno generali praedicti ordinis sancti Basilii Magni ex re mutati dominii abbati monasterii hujusmodi extitit subjecta; Kuanicensis, et Varsaviensis residentiae hujusmodi suas habeant parochiales ecclesias, earumque pastores curam animarum parochianorum sui ritus exerceant. Ac demum Drochiensis quoque residentia pro sacris peragendis missionibus pie reperiatur fundata, in quibus quidem regularibus domibus, seu qualibet residentia hujusmodi tres ejusdem ordinis monachi continuo commorantur.

Erectio novae dioecesis.

§. 9. Ac praeter praedictas residentias nulla amplius nec virorum, nec monialium ejusdem Graeco-Rutheni, uniti ritus enumerentur monasteria. Nos propterea praedictum Supraslìae locum, et cum eo monasterium praedictum, ac superius descriptas illarum dioecesum portiones, ubi oppida, loca, villae, ecclesiae, et regulares domus, seu residentiae hujusmodi praedicti Graeco-Rutheni uniti ritus, ut praefertur, consistunt, quaeque temporali praedicti Friderici Guillelmi regis dominio subsunt, ab eisdem dioecesibus, ubi oppida, loca, villae, ecclesiae et regulares domus, seu residentiae hujusmodi comprehenduntur dicta apostolica auctoritate perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus, dictumque Supraslìae locum, unaque simul monasterium praedictum, ac hujusmodi dioecesum portiones, in quibus oppida, loca, villae, ecclesiae, et regulares domus, seu residentiae hujusmodi, ut praefertur, consistunt, et in eis quoque contentas utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos, et presbyteros quoscumque cujusvis status, gradus, ordinis, et conditionis dummodo tamen ejusdem Graeco-Rutheni uniti ritus existant, ab ordinaria jurisdictione, potestate, et superioritate venerabilium fratrum Nostrorum modernorum, et pro tempore existentium illarum ecclesiarum respective praesulum, quibus modo subesse dignoscantur, dicta apostolica auctoritate perpetuo disjungimus, atque eximimus: ac locum Supraslìae praedictum in civitatem episcopalem per Nos, ut praefertur, erectum, et monasterium hujusmodi, nec non memoratas illarum dioecesum portiones, oppida, loca, villas, ecclesias, et regulares domus, seu residentias hujusmodi, ut praefertur, complectentes, et in eis itidem, ut praefertur, contentos utriusque sexus habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos, et presbyteros superius expressos, praedicti Graeco-Rutheni uniti ritus novae ecclesiae episcopali Suprasliensi, illiusque futuro praesuli pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo, ita quod liceat personae ecclesiae episcopali Suprasliensi per Nos, ut praefertur, erectae, et institutae tam a primaeva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum dicta apostolica auctoritate praeficiendae per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi regiminis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in dicto Supraslìae loco, et monasterio, praedictisque oppidis, locis, et villis sic per Nos ab eisdem dioecesibus, ut praefertur, dismembratis, divisis, et separatis propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere: venerabilis quoque fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Kioviensis, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, apostolica auctoritate praefata similiter perpetuo assignamus, et respective supponimus, atque subjicimus.

Providetur curae animarum monachis antea concreditae.

§. 10. Et quoniam, sicut pariter accepimus, ejusdem monasterii monachi praedicti animarum curam in villis circa monasterium

ipsum existentibus, quae a parochialibus ecclesiis sunt remotiores, exercent; cum consensu vero parochorum loci, dum constituetur episcopus, facile foret propinquiores villas ecclesiae cathedrali per Nos, ut praefertur, erectae adjungere, curamque animarum hujusmodi monachis saepedictis committere; eidem propterea primo futuro Suprasliensi episcopo, ut ipse id pro sui arbitrio, et conscientia, servatis tamen de jure servandis facere, et exequi libere, et licite possit, et valeat plenam, et absolutam licentiam, et facultatem dicta apostolica auctoritate tribuimus, et impertimur.

Mensibus episcopali, et cathedrali providetur.

§. 11. Utriusque vero mensae episcopalis scilicet et capitularis dotationi, quam praedictus Fridericus Guillelmus rex, ut quoque accepimus in se suscepit constituendam providere volentes, adhuc ut primo futurus et pro tempore existens Supraslienis episcopus pontificalem dignitatem decenter tenere, ac futuri quoque, et pro tempore existentes capitulum, et canonici dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae congrue substentari, ac onera eis, et eorum cuilibet respective pro tempore quomodolibet incumbentia supportare respective valeant, primo futuro, et pro tempore, ut praefertur, existenti Supraslienisi episcopo praedicto videlicet summam quatuor millium talerorum Borussicorum e regio aerario quotannis in parata pecunia pendendam; capitulo vero, et canonicis praedictis pro praedictarum duarum dignitatum, ac quatuor canonicatuum, et praebendarum per Nos, ut praefertur, erectarum, et erectorum respectiva dote congruam itidem annuam summam ex regia liberalitate illas, et illos pro tempore respective obtinentibus annuatim pariter tribuendam. Ita quod liceat eidem primo futuro, et pro tempore existenti Supraslienisi episcopo praedicto, videlicet praedictam jam sibi, ut praefertur, attributam, seu designatam; dignitates vero, ac canonicatus, et praebendas per Nos, ut praefertur, respective erectas, et erectos pro tempore respective obtinentibus, eis, ut praefertur, tribuendam respective summas hujusmodi respective percipere, exigere, levare, et in eorum, ac episcopalis, et capitularis respective mensarum per Nos, ut praefertur, erectarum respective usus, et utilitatem convertere, cujusvis quoque licentia desuper minime requisita.

Concessio palatii pro episcopo.

§. 12. Eidemque primo futuro, et pro tempore existenti Supraslienisi episcopo palatium in parte aedificii ejusdem monasterii juxta combinationem cum illius monachis praedictis jam factam, quod satis decens, et pro commoda episcopi habitatione sufficiens existit, sumptus tamen aliquos pro illius restauratione, et conservatione requiret, et licet eidem monasterio sit conjunctum, segregatos tamen ab illo habet aditus; in quo quidem palatio idem primo futurus, et pro tempore existens Supraslienisis episcopus residentiam suam facere debebit dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo respective concedimus, et assignamus.

Concessio insignum pro capitulo.

§. 13. Ac propterea iisdem primo futuris, et pro tempore existentibus dictae cathedralis per Nos, ut praefertur, erectae praepositis, seu praelatis, ac canonicis, ut ipsi, eorumque in singulis dignitatibus, ac canonicatibus, et praebendis respective successores pro majori dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae decore, et in ea divini cultus augmento, et ad ingerendam in animis populorum erga Dei ministros in dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut praefertur, erecta ecclesiasticis ministeriis, et officiis addictos majorem venerationem consuetam pectoralem crucem juxta formam ab eodem primo futuro Supraslienisi episcopo praefiniendam tam in dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut praefertur, erecta, quam extra, cum in processionibus, et funeralibus, anniversariis, et aliis quibuscumque actibus, et functionibus publicis, et privatis, ac inter missarum, et horarum canonicarum diurnarum, ac vesperarum, aliorumque divinorum officiorum hujusmodi celebrationem, ac etiam extra praedictam civitatem, et dioecesim Supraslienisem per Nos, ut praefertur, erectas, et ubique locorum, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis etiam in praesentia dictorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium etiam de latere legatorum, vice-legatorum, et Sedis apostolicae praedictae nuntiorum, archiepiscoporum, et episcoporum, ac ordinarii etiam proprii, vel aliorum quorumcumque deferre, et gestare, illaque respective uti libere, et licite possint, et valeant.

Privilegia, et aliae gratiae conceduntur.

§. 14. Ac ulterius ut ipsi, et eorum quilibet, nec non ipsorum officiales, et ministri,

Digitized by Google

nec non res, bona, proprietates, et jura quaecumque omnibus, et singulis tam spiritualibus, quam temporalibus, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praeeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis, quibus aliae similes illarum partium cathedrales ecclesiae ejusdem ritus, eorumque capitula, canonici, ac dignitates in eis obtinentes, illarumque ministri, ac bona, jura, res, proprietates de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum, similiter, et pariformiter, ac aeque principaliter absque ulla prorsus differentia, dummodo tamen illa sint in usu, et non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis non repugnent, etiam uti, frui, potiri, et gaudere possint, et valeant perinde ac si eis specialiter, nominatim, et expresse concessa fuissent dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo respective concedimus, et indulgemus.

Jus condendi statuta pro eodem capitulo.

§. 15. Caeterum, ut recta in praedicta cathedrali ecclesia per Nos, ut praefertur, erecta in iis, quae illius capitulum concernunt, ecclesiastica disciplina servetur, eisdem primo futuris, et pro tempore existentibus dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae praepositis, seu praelatis, singulisque canonicis, ut ipsi capitulariter congregati pro dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae, illiusque mensae capitularis, nec non sacristiae, eorumque respective rerum, et bonorum, ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, et felici statu, regimine, gubernio, et directione, nec non onerum illis nunc, et pro tempore quomodolibet incumbentium supportatione, divinorum officiorum, processionum, funerum, anniversariorum, et suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione, divisione, poenarum per absentes, et divinis officiis hujusmodi suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet respective incumbentia incurrendarum incursu, servitio chori praestando, singulorum praesentiis notandis, caeremoniis, ac ritibus in praedicta cathedrali ecclesia per Nos, ut praefertur, erecta, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus capitularibus hujusmodi servandis, officialibus, et ministris dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae necessariis deputandis, et amovendis, ac ministeriis per ipsos subeundis, salariis, et stipendiis praestandis, ac quibuscumque aliis rebus in praemissis, et circa praemissa quomodolibet necessariis, et opportunis, quaecumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, ac eisdem sacris canonibus, et concilii Tridentini praedicti decretis hujusmodi minime adversantia, et, per futurum Supragliensem episcopum prius examinanda, et approbanda edere, et edita, praevia dicti futuri episcopi approbatione, declarare, interpretare, et in meliorem formam redigere, et reformare, seu etiam alia de novo, ex integro, eisdem tamen sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque praedictis minime adversantia, et ut praefertur, per dictum episcopum prius examinanda, et approbanda, ac per eos, ad quos spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit observanda sub poenis in contravenientes infligendis similiter edere libere, et licite possint, et valeant plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate perpetuo concedimus, et impertimur.

Omnia juris remedia tolluntur, quae obstare possent in nova erectione.

§. 16. Ac erectionem, institutionem, declarationem, dismembrationem, divisionem, separationem, disjunctionem, exemptionem, suppositionem, subjectionem, utriusque licentiae, et facultatis impartitionem, concessionem, assignationem, indultum, nec non easdem praesentes semper, et perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac ullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima etiam ex eo, quod causae propter quas eaedem praesentes emanarunt, adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullita-

tis, et invaliditatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut quocumque alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliave ratione, vel causa quantumvis justa, rationabili, juridica, pia, privilegiata, et tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas restitutionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris hujusmodi, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse, neque easdem praesentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quoscumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter ex quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de iisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 17. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes, ac Sanctae Romanae Ecclesiae praedictae cardinales etiam de latere, ut praefertur, legatos, dictaeque Sedis nuncios hujusmodi, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane dicta apostolica auctoritate motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 18. Postremo autem desiderantes, ut singula praemissa sic per Nos, ut praefertur, ad spiritualem animarum salutem, divinique numinis gloriam, ut praefertur, disposita, et ordinata debitae exequutioni demandentur, et quaecumque obstacula, quae forsan desuper oriri possent, dirimantur; hinc praedictum Onuphrium Cajetanum, ut praefertur, modernum episcopum Plocensem in executorem pro executione tantum earumdem praesentium apostolica auctoritate praedicta constituimus, et deputamus. Eidemque Onuphrio Cajetano episcopo facultatem, ut ipse dilectum etiam filium suum in spiritualibus vicarium generalem, sive officialem, aut quamcumque personam in dignitate tamen ecclesiastica constitutam pro hujusmodi executionis effectu subdelegare libere, et licite possit, ac tam eidem Onuphrio Cajetano episcopo, quam vicario, aut officiali, vel delegato hujusmodi, ut ipsi, et eorum quilibet super quacumque oppositione in actu executionis hujusmodi quomodolibet oritura, servatis tamen quae fuerint de jure servanda, definitive pronunciare libere quoque, et licite valeant, ac respective valeat eadem apostolica auctoritate ipsarum tenore praesentium concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus Nostris, et cancellariae praedictae regulis de jure quaesito non tollendo, ac de dismembrationibus, et unionibus ad partes committendis, ac de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii uniones, et applicationes perpetuas nonnisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, ac dividi prohibentis, ac

quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque ecclesiarum, quae dismembrationem hujusmodi patiuntur, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessis, et concedendis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quaevis alia expressio habenda, seu quaelibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata etiam inserti forent eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad praemissorum validissimum effectum motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae erectionis, institutionis, declarationis, dismembrationis, divisionis, separationis, disjunctionis, exemptionis, suppositionis, subjectionis, licentiae, et facultatis, impartionis, concessionis, assignationis, indulti, decreti, constitutionis, deputationis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum prope Florentiam in coenobio Carthusianorum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo nono, pridie nonas martii, pontificatus Nostri anno vigesimo quinto.

MCLV.

Dat. die 9. aprilis 1799. Anno XXV.

Facultas archiepiscopo Limano elevandi ritum officii exaltationis sanctae crucis ad dupl. secundae vel etiam primae classis sine octava.

Venerabili fratri archiepiscopo Limano.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Augustinus Vasquez de Noboa y la Plaza Maldonado, Limanus, quod ipse, pro eo, quo cum suis concivibus in Christi Domini passionem afficitur devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae, ut, inspectis omnibus circumstantiis, rituum officii exaltationis sanctae crucis pro clero saeculari, et utriusque sexus regulari ejusdem civitatis Limanae a dupl. maj. ad dup. vel secundae, vel primae etiam classis sine octava, prout magis in Domino expedire judicaveris, elevare pro tua prudentia, et conscientia auctoritate Nostra apostolica possis, et valeas facultatem tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacio-

Digitized by Google

ribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum apud monasterium ordinis monachorum Carthusianorum extra moenia civitatis Florentinae sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo nono, pontificatus Nostri anno vigesimo quinto.

Dat. die 10. aprilis 1799. Anno XXV.

MCLVI.

Instantibus monachis monasterii Praemetensis ordinis Cisterciensis Posnaniensis dioecesis indulgetur eisdem, ut deinceps pro abbate perpetuo prior triennalis eligatur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Decet Romanum pontificem ea, quae ad utilitatem, et regularium ordinum commodum spectare quodammodo cognoscuntur, pro sui pastoralis officii ministerio concedere, prout in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii monachi ordinis Cisterciensis monasterii Praemetensis Posnaniensis dioecesis in Borussia meridionali, quod cum jamdudum suum monasterium pene totum fuerit igne consumptum, ac satis ampla sua ecclesia novissimis temporibus fuerit turbine miserrime concussa, quo monasterii fabrica alias incoepta perficiatur, atque ecclesia opportunis, atque necessariis reparationibus firmetur, grandes sumptus omnino requiruntur, quibus res familiaris ejusdem monasterii facere satis haud valet; hinc ipsi post obitum ultimi abbatis regularis ejusdem monasterii capitulariter coacti suae regulari communitati quammaxime utile fore unanimi fere consensu censuerunt, ut deinceps pro abbate regulari a vocalibus prior triennalis eligatur, quatenus hisce desuper Nostrum, et apostolicae Sedis sibi indultum suffragetur et licentia, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur hisce, aliisque rationabilibus de causis adducti, ac precibus regis Borussiae hisce desuper Nobis humiliter porrectis annuere cupientes, ac eorumdem exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eisdem exponentibus, ut monachi vocales deinceps pro abbate perpetuo dicti monasterii priorem triennalem, non attenta nativae nobilitatis qualitate, servatis tamen in reliquis ejusdem monasterii in electionibus abbatum statutis, et constitutionibus, quibus per praesentes derogare non intendimus, eligere libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Declaratio specialis. §. 4. Quocirca, ut prior triennalis hujusmodi, ut praefertur, deinceps eligendus, durante triennio hujusmodi omnibus, et singulis juribus, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, indultis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis uti, frui, et gaudere debeat, auctoritate, et tenore praedictis statuimus, atque decernimus. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis omnibus, et singulis dicti monasterii monachis, caeterisque, ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit, ut priorem triennalem deinceps juxta tenorem praesentium canonice eligendum, suo munere, illiusque libero exercitio juxta earumdem praesentium tenorem fungi sinant, et permittant, eique in omnibus et per omnia ad munus, et officium hujusmodi pertinentibus, et quomodolibet spectantibus prompte pareant, et obediant, faveantque, et adsistant.

Clausula servanda, et decretum irritans. §. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos

Digitized by Google

spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis, nec non ordinis et monasterii praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Parmae sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo nono, pontificatus Nostri anno vigesimo quinto.

Dat. die 10. aprilis 1799. Anno XXV.

MCLVII.

Confirmatio electionis s. Antonii abbatis in patronum praecipuum loci de Alcazar y Barxis Granatensis dioecesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus saecularis, ac regularis, nec non populus, ac corpus administrator loci de Alcazar y Barxis Granatensis dioecesis, quod cum ipsi legitime coacti juxta constitutionem felicis recordationis Urbani pp. VIII. praedecessoris Nostri in praecipuum loci praedicti patronum sanctum Antonium abbatem, quem speciali animi devotione prosequuntur, elegerint, quo electio hujusmodi firmius subsistat, ac servetur exactius apostolicae auctoritatis patrocinio per Nos communiri summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur piis eorumdem exponentium votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ac illorum singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratam electionem sancti Antonii abbatis in praecipuum dicti loci de Alcazar y Barxis patronum, ut praefertur, legitime factam auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et sigulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus. Quocirca solemni ejusdem sancti Antonii abbatis festivitati, quae in posterum celebrabitur, omnes, et singulae praerogativae, quae festis diebus aliorum sanctorum patronorum principalium quomodolibet competere reperiuntur, auctoritate, et tenore praedictis pariter concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Parmae sub annulo piscatoris, die decima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo nono, pontificatus Nostri anno vigesimo quinto.

Dat. die 10. aprilis 1799. Anno XXV.

MCLVIII.

Instantibus monachis ordinis Cisterciensis monasterii Praemetensis Posnaniensis dioecesis indulgetur, ut priores triennales dicti monasterii deinceps eligendi regulares novitiorum professiones recipere possint.

Digitized by Google

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum Nos hodie per Nostras in simili forma Brevis expeditas literas ad preces dilectorum filiorum monachorum ordinis Cisterciensis monasterii Praemetensis Posnaniensis dioecesis pluribus justis de causis adducti eis concesserimus, ut pro abbate regulari perpetuo dicti monasterii prior triennalis deinceps eligatur: iidem monachi Nobis insuper supplicari fecerunt, ut eidem priori sic deinceps eligendo facultatem admittendi regulares novitiorum dicti monasterii professiones indulgere dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem priori triennali, ut praefertur deinceps eligendo, ut solemnia religionis vota, quae a novitiis dicti monasterii in abbatum manibus nuncupari solebant, in posterum admittere, ac recipere, servatis alias servandis libere, ac licite possit, et valeat, ita ut professio hujusmodi sic a novitiis praedictis emissa valida sit, ipsisque suffragetur in omnibus, et per omnia perinde ac si in manibus abbatum ejusdem monasterii pro tempore existentium emissa esset, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasterii praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Parmae sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo nono, pontificatus Nostri anno vigesimo quinto.

MCLIX.

Dat. die 22. aug. 1799. Anno XXV.

Facultas episcopis Hispaniarum, et Americae, ut ad dimittendum publicum debitum convenire possint in alienationem bonorum ad nosocomia, hospitia, aliaque loca pia spectantium, ita tamen ut ab aerario regio eisdem locis piis solvantur fructus trium in singula centena et annos.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis caeteris locorum ordinariis regnorum, ac insularum tam citra, quam ultra mare carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico subjectarum.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres, ac dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Quoties animo repetimus, in quae difficillima incidimus tempora, inter ipsas tribulationes, quae invenerunt Nos nimis, et quibus nisi gratia Jesu Christi adjuvasset Nos, certo obrueremur, Nobis visum est, haud inopportunum fore, si precibus carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, ac de Christiana republica optime meriti Nobis humiliter porrectis obsecundaremus.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 2. Nobis siquidem ejusdem Caroli regis catholici nomine expositum fuit quod cum debitum publicum adeo excreverit, ut immensa sint pertimenda damna in suos subditos, quod ipse maturo considerans nil opportunius inter caetera remedia futurum fore duxit, quam si venditis, ac alienatis fundis, ac bonis ad no-

Digitized by Google

nocomia, hospitia, brephotrophia, confraternitates, caeteraque opera pia, ac jurapatronatus laicalia, nec non ad cappellanias collativas, aliasque ecclesiasticas fundationes similis jurispatronatus etiam ecclesiastici quomodolibet pertinentibus, et spectantibus, ac inter limites suae ditionis consistentibus illorum pretium in dimissionem, atque extinctionem publici aeris alieni hujusmodi erogetur, pollicita interim fundorum, ac bonorum hujusmodi possessoribus quadranti usura eis per regium aerarium solvenda. Quod quidem si a Nobis ei concedatur nedum in praejudicium, sed in manifestum eorumdem bonorum piorum, ac fundationum utilitatem convertetur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ejusdem Caroli regis catholici votis, quantum cum Domino possumus, annuere, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitatibus, ac discretionibus vestris respective per praesentes committimus, ac mandamus, ut quatenus vobis constet de evidenti locorum piorum, etiam ecclesiasticorum utilitate pro ea tantum parte fundorum, ac bonorum hujusmodi, quorum alienatio, ac distractio erit utilis, quibus desuper uniuscujusque vestrum conscientiam districte oneramus, ac dummodo fructus trium in singula centena pretii, quod ex publicatis, ac venditis bonis habitum erit, et ab aerario regio persolvendi adeo certe constituantur, ut nullo umquam casu fructus hujusmodi deficere, aut illorum perceptio intercipi possit, alienationem, ac distractionem fundorum, ac bonorum hujusmodi intra uniuscujusque vestrum dioecesum limites consistentium absque ullo suspensionis, interdicti, aliarumque ecclesiasticarum poenarum incursu, servata tamen in venditionibus, ac alienationibus hujusmodi constitutionum apostolicarum forma ex speciali dono gratiae nunquam in exemplum traducendae auctoritate Nostra apostolica pro vestro arbitrio, et conscientia permittatis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quorumcumque piorum testatorum, aliorumque fundatorum dispositionibus, etiam ultimis voluntatibus, quibus per praesentes in ea tantum parte, quae huic indulto adversatur, expresse derogamus, apostolicis, ac in universalibus, vel provincialibus, ac synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non eorumdem locorum piorum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum de speciali mandato Nostro sub annulo

Digitized by Google

piscatoris die decima tertia augusti millesimo septingentesimo nonagesimo nono, pontificatus Nostri anno vigesimo quinto.

MCLX.

Dat. die 13. aug. 1799. Anno XXV.

Facultas regi catholici erogandi fructus commendarum quatuor ordinum militarium Hispaniarum nunc vacantium, ac deinceps vacaturarum in extinctionem hodierni aeris alieni vulgo della Corona, et quatenus opus sit etiam aliquam bonorum partem ad easdem commendas pertinentium alienandi.

Carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico.

Pius PP. VI.

Carissime in Christo fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 1. Majestatis tuae nomine nuper Nobis expositum fuit, quod cum tuum regium aerarium, ad nationis Hispanae decus tuendum, ac gravibus status necessitatibus satisfaciendum impar omnino sit, tu, qui perpetuus administrator quatuor militiarum, seu militarium ordinum de Alcantara scilicet, sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, et Sanctae Mariae de Montesa auctoritate apostolica deputatus existis, ac ut hisce incommodis aliquod promptum, ac praesens remedium adhibeatur vehementer exoptas, ut fructus, redditus, et proventus quoscumque omnium, et singularum praeceptoriarum, seu commendarum earumdem quatuor militiarum, seu militarium ordinum tum in praesentiarum vacantium, tum in posterum vacaturarum in dimissionem regii aeris alieni, vulgo della Corona erogare, ac quatenus regii aerarii necessitatibus sic satis consultum haud sit, etiam bona militiarum hujusmodi publicare, ac vendere possis, per Nos tibi concedi summopere desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur cum tua religio, ac pietas Nobis quammaxime explorata sit, quamobrem confidimus fore, ut praesenti indulto, ac gratia, nisi ubi vera necessitas postulet, usurus sis, tuis votis quantum cum Domino possumus annuere, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, majestati tuae, ut deputatis administratoribus omnium, et singularum praeceptoriarum, seu commendarum quatuor militiarum, seu militarium ordinum praedictorum tum nunc vacantium, tum in posterum quomodolibet vacaturarum, illarum fructus, redditus, ac proventus quoscumque in dimissionem hodierni regii aeris alieni vulgo della Corona erogare, ac quatenus indultum hujusmodi satis haud reperiatur ad redimendum aes alienum, ut praefertur, vulgo della Corona contractum, ac urgentes regii aerarii necessitates id omnino postulent, etiam aliquam partem bonorum ad easdem militias, seu militares ordines spectantium publicare, distrahere, ac vendere, illorumque pretium in causam praedictam conferre libere, ac licite possis, et valeas auctoritate apostolica tenore presentium concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non earumdem militiarum, seu militarium ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quo-

modolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo nono, pontificatus Nostri anno vigesimo quinto.

APPENDIX

Cum in operis prosecutione variae repertae fuerint apostolicae literae, hinc extra ordinem juxta earum publicationem hic recensentur.

Dat. die 11. maji 1785. Anno XI.

MCLXI.

Confirmatio decreti congregationis rituum super recitatione officii et missae de beato Sisebuto abbate.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor decretorum s. congregationis Rituum.

§. 1. Alias emanavit a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum decretum tenoris sequentis videlicet.

Die xv. martii.

IN FESTO

BEATI SISEBUTI SANCTI NUNCUPATI

Abbatis ordinis sancti Benedicti.

Omnia de communi cum sequenti oratione

Oratio.

Accende, quaesumus Domine, in cordibus nostris ignem tui amoris, ut beati Sisebuti abbatis sancta exempla imitemur, ejusque intercessione gaudia aeterna consequamur. Per Dominum Nostrum etc. in unitate Spiritus Sancti etc.

Burgensis

Porrectis sacrae Rituum congregationi humillimis precibus ex parte reverendissimi archiepiscopi civitatis Burgensis, et pp. abbatis, et monachorum monasterii s. Petri Caradignensis dictae archidioecesis pro concessione officii, et missae de communi cum suprascripta oratione propria b. Sisebuti abbatis sancti nuncupati ordinis sancti Benedicti recitandi die decima quinta martii, sacra eadem congregatio ad relationem eminent. et rev. domini card. Boschi ponentis, petitam concessionem cum suprascripta oratione propria, ab eodem eminentissimo ponente revisa, et adprobata in memoriam ejusdem beati sub ritu duplicis minoris a monachis monasterii s. Petri de Cardena; ab universo vero clero dictae civitatis et archidioecesis sub ritu semiduplicis benigne concessit, si sanctissimo Domino Nostro placuerit. Die trigesima aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo quinto.

Et facta deinde per me secretarium de praedictis eidem sanctissimo domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die quarta maji millesimo septingentesimo octuagesimo quinto.

I. card. Archinto praef.

Julius Maria de Somalia S. R. C. secret.

Loco ✠ signi.

§. 2. Cum autem sicut venerabilis frater modernus archiepiscopus Burgensis, ac dile- Preces pro rectae pro earum confirmatione.

Digitized by Google

cti filii abbas, et monachi dicti monasterii sancti Petri Caradignensis ordinis sancti Benedicti Burgensis dioecesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi decretum hujusmodi quo firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; praeinsertum decretum hujusmodi cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque civitatis, ac dioecesis Burgensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta maji millesimo septingentesimo octuagesimo quinto pontificatus Nostri anno undecimo.

MCLXII.

Dat. die 11. Jan. 1786. Anno XII.

Erectio montis nuncupati — di Porzioni vacabili — pro extinctione cartae papyraceae usque ad scuta quindecim centena millia.

R. P. D. thesaurarius publicat apostolicas literas expeditas pro novi montis erectione.

§. 1. Quantunque da alcune operazioni economiche, che si è avuta la opportunità di eseguire, si vegga diminuita in parte la difficoltà del commercio riguardo alla moneta, nondimeno perchè la sorgente principale del disordine si rinviene nella disproporzione dell' effettivo contante colle cedole, che lo rappresentano, la Santità di nostro signore intenta sempre alla felicità de' suoi sudditi, ha determinato di erigere un monte di Porzioni vacabili per togliere dalla circolazione delle cedole la somma di un milione, e mezzo di scudi, e così richiamare l'abbondanza della moneta. Noi intanto per dovere del nostro ufficio notifichiamo a tutti la sovrana disposizione del santo Padre; ed acciocchè possa ognuno comodamente esaminare le condizioni vantaggiose, colle quali è invitato ad impiegare il proprio denaro, diamo qui trascritto di parola in parola il pontificio chirografo.

Monsignor Fabrizio Ruffo Nostro tesoriere generale.

Exponitur ratio, et finis erectionis novae.

§. 2. » La repugnanza, che in molti, s'incontra di ricevere le cedole, domanda a » Noi un qualche opportuno riparo, onde si » fermi il corso ai disordini, che vanno se» guendo, e si ristabilisca il commercio nella » sua tranquillità, ed agevolezza. È noto a » tutti con quanta saviezza ne fu introdotta » la invenzione, e come per la facilità del » trasporto, e della custodia l'uso della car» ta, munita dalla pubblica fede, meritò di

» essere preferito all' effettivo contante. È » altresì a tutti palese consistere il pregio delle cedole nella reale corrispondenza, della » somma della moneta alla somma, che esse » rappresentano, della quale corrispondenza » assicurato ognuno dalla pubblica fede, è » naturalmente stimolato a ricercare piuttosto la carta, che il metallo coniato, pel » maggior comodo, che in quella rinviene. » Ed in fatti le cedole furono sempre in riputazione, fino a tanto che il rappresentato si » tenne in esatta proporzione col rappresentante. Ma la condizione de' tempi da una » parte, le gravi spese dall' altra sofferte dalla zecca pontificia, ed altri emergenti di » tratto in tratto sopravvenuti sotto più pontificati, han fatto sì, che la somma rappresentata nelle cedole crescesse con notabile » disproporzione sull' effettivo contante; onde è seguita la difficoltà di cambiarle, la » inquietudine del pubblico, e la malagevolezza del commercio in tutti i suoi rami. » Ora fra diversi espedienti, che ci sono stati suggeriti per secondare la viva premura, » che abbiamo di rimetter le cose nell' antico » sistema, quello, che ci è sembrato il più » adatto, e che vada alla radice del male, si » è di estinguere tante cedole, quante ne fa » d' uopo per ragguagliare la somma di quelle, che resteranno, alla somma del contante. A tale effetto oltre gli altri mezzi già » posti in esecuzione, abbiamo giudicato opportuno di erigere, come altre volte si è » fatto, un monte di pietà vacabile in vantaggio di tutti coloro, i quali vorranno con » onesto profitto impiegare il loro denaro, » con espresso intendimento, che tutto il capitale, che da tale invito ritrarrassi, serva » alla sollecita estinzione di altrettante cedole.

Tenor erectionis.

» §. 3. Col presente Nostro chirografo » adunque, in cui abbiamo per espressa qualunque cosa, quanto si voglia necessaria » d' esprimersi, e degna di speciale, ed individua menzione, di Nostro moto proprio, » di certa scienza, e colla pienezza della Nostra suprema, ed assoluta potestà, ordiniamo a voi, che erigiate, ed instituiate, siccome Noi erigiamo, ed instituiamo, un » monte di porzioni vacabili componenti la » somma di un milione, e mezzo di scudi romani, da nominarsi porzioni vacabili del » sacro monte della Pietà di Roma coll' infrascritte condizioni.

Conditiones appositae.

§. 4. » Primo, ogni porzione sia del valore, e del capitale di scudi cento. Secondo, » che l' annuo fruttato certo sia al cinque per » cento, da pagarsene le rate posticipatamente di bimestre in bimestre. Terzo, che » possano rassegnarsi in qualunque età a favore di tutte le persone capaci di acquistare monti vacabili anche a ragione di centesimi, purchè la rassegna si faccia, come è » uso, in istato di perfetta salute. Quarto, » che le porzioni, le quali per morte de' porzionarj senza preventiva legittima rassegna » vacheranno, e ricaderanno, non debbano » più vendersi, e rassegnarsi, ma vadino a » beneficio, e vantaggio del sacro monte di » Pietà. Quinto, che possano mettere il loro » vacabile sopra due teste quelle persone, » che ne faranno per la prima volta l' acquisto.

Ex pretio retrahendo praecipitur extinctio cedularum pro integra quantitate.

§. 5. » Con questi patti, e capitoli, ed altri, che a voi parrà di aggiungere per la » migliore esecuzione della sovraindicata Nostra volontà, erigerete le anzidette porzioni vacabili fino all' enunciata somma di un » milione, e mezzo di scudi romani, delle » quali porzioni vogliamo, che dichiariate, » siccome Noi dichiariamo creditore lo stesso » monte di Pietà di Roma, il quale sia tenuto » col denaro, che ritrarrà dalla vendita delle » suddette porzioni estinguere immediatamente altrettante cedole. Acciocchè poi i concorrenti sieno perfettamente tranquilli sulla sicurezza del denaro che piacerà loro » d' investire nella divisata maniera; è Nostra » mente, che rimangano obbligati, siccome » voi obbligarete, non solo tutti i beni, e » tuti gli effetti dell' accennato monte di Pietà, ma tutti quegli ancora della Nostra camera apostolica. E trattandosi di materia » vacabile, vogliamo, che della rassegna sia » incaricato, conforme voi incaricherete, » l' amministratore delle componende, e che » la computisteria de' luoghi de' monti abbia » la incombenza di tenere il conto de' capitali, e di formar le liste per pagare i porzionari, ed inoltre che si destini dal medesimo monte una stanza a parte, ed un pagatore pe' frutti.

Concessio judicis privativi in

§. 6. » A tal fine vi diamo, e concediamo » l' autorità non solo di eseguire tutto ciò, che

causis, et controversiis portionariorum.

» sinora abbiamo ordinato, ma la giurisdizio- » ne ancora privativa ad ogni altro giudice, » e tribunale, di procedere, conoscere, e » giudicare in tutte, e singole cause, e con- » troversie, che sopra le nominate porzioni » vacabili, e loro porzionari, e da quelle, e » quelli dipendenti in qualunque tempo insor- » gessero, e sopra tutt'altro, che potesse ap- » partenere alla provvida direzione, ed am- » ministrazione delle medesime porzioni va- » cabili, comunicandovi Noi tutte le più am- » ple facoltà in qualunque modo necessarie, » ed opportune di pubblicare editti, pronun- » ciar decreti esecutoriali, e far tutt'altro, » che vi parrà espediente per l'adempimento » della presente Nostra disposizione, essen- » do così mente, e volontà Nostra espressa, » e precisa.

Clausulae salutares et irritantes, cum derogatione contrariorum.

§. 7. » Volendo, e decretando, che il pre- » sente Nostro chirografo, benchè non am- » messo, nè registrato in camera, e ne' suoi » libri secondo la Bolla di Pio IV. Nostro pre- » decessore — *de registrandis* — vaglia e deb- » ba avere sempre il suo pieno effetto, ed » esecuzione colla semplice Nostra sottoscri- » zione, nè gli si possa mai in alcun tempo » oppore la taccia di sorrezione, ed orrezio- » ne, o altro, qualunque difetto della Nostra » volontà, ed intenzione, e che così, e non » altrimenti debba giudicarsi, definirsi, ed » interpetrarsi dal reverendiss. cardinal ca- » merlengo, da voi, e da qualsivoglia giudi- » ce, e tribunale abbenchè collegiale, e com- » posto di reverendiss. cardinali, tolta loro, » ed a ciascuno di essi la facoltà di poter giu- » dicare, definire, ed interpetrare diversa- » mente, dichiarando Noi preventivamente » fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto » ciò, che scientemente, o ignorantemente » si facesse in contrario, ancorchè non vi sia- » no stati chiamati, e sentiti, gli altri prov- » visori, e deputati del Nostro monte di Pie- » tà, nè monsignor commissario della Nostra » camera, e qualunque altra persona, che vi » avesse, o potesse avervi interesse, non » ostante la Bolla del detto Pio IV. — *de bonis* » *Ecclesiae, et camerae non alienandis*, e qual- » sisiano altre costituzioni, ed ordinazioni » apostoliche Nostre, e de' nostri predecesso- » sori, leggi, statuti, riforme, privilegj, usi, » consuetudini, ed ogni altra cosa, che fa- » cesse, o potesse fare in contrario, alle qua- » li tutte, e singole, avendone il loro tenore, » qui per espresso, e supplendo Noi colla pie- » nezza della Nostra suprema podestà a qua- » lunque vizio, e difetto anche sostanziale, e » formale, per questa sola volta, ed all'ef- » fetto premesso, ampiamente, ed espressa- » mente deroghiamo. » Dato dal nostro pa- lazzo apostolico Vaticano questo dì 11. gen- najo 1786.

Pius PP. VI.

Declaratio specialis.

§. 8. Si avverte in fine per istruzione del pubblico, che chiunque attenderà all'acqui- sto degl'indicati vacabili, sarà esente da ogni spesa di spedizione, e di componenda, nè soggiacerà ad altro pagamento, fuori che a quello tenuissimo della sola patente. Dalla nostra solita residenza nel palazzo di Monte Citorio questo dì 17. gennajo 1786.

MCLXIII.

Dat. die 4. aug. 1786. Anno XII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Pacifici a sancto Severino ordinis sancti Francisci de observantia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Cum arcta sit via, quae ducit ad vitam, arduus, atque angustus limes, et nemo tutus per eum ingrediatur, et ad culmen securus pertingat, nisi vestigiis insistat Christi Domini dicentis; si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me; qui cupimus esse christiani, debemus carnem nostram crucifigere cum vitiis, et concupiscentiis, ut, quod Christus dixit, et fecit, imitemur, et sic vita Jesu manifestetur in corporibus nostris, et respondeat ad fidem nominis sectatio veritatis.

Laudes servi Dei.

§. 2. Cum autem hos inter Dei atletas, qui aspera, et laboriosa hac via incesserunt, atque accincti robore, et ex alto virtute induti, spiritu facta carnis mortificantes, in auctorem fidei, et consumatorem Jesum aspicientes, tribulationes, et passiones hujus seculi fortiter sustinuerunt, longe, lateque refulserit Dei servus Pacificus a sancto Severino ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia reformatorum nuncupatorum, sa-

cerdos professus qui portans jugum ab adolescentia sua poenitentiae austeritatem cum vitae candore usquequaque conjunxit, ac in omnibus, praecipue vero in aerumnis, in vigiliis multis, in jejuniis, in corporis demum cruciatibus, quibus in extrema vitae suae periodo afficiebatur, exhibuit seipsum discipulum, ac imitatorem Christi Domini; ut universis Christifidelibus uberiora quotidie suppetant ad imitandum exempla, et in patrocinio praesidia; Nos in suprema universalis Ecclesiae procuratione, meritis licet imparibus, sed inscrutabili divinae sapientiae consilio constituti, ministerio Nostro congruum esse intelligimus, ut ad omnipotentis Dei gloriam, et Ecclesiae catholicae decus, quantum Nobis ex alto conceditur, ejusdem servi Dei honorem, et venerationem promovere studeamus.

Judicium sacrae congregationis Rituum.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus servus Dei Pacificus multipliciter claruisse, nec non miraculis, quae ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis.

Tenor beatificationis cum concessione missae, et officii proprii.

§. 4. Hinc est, quod Nos totius antedicti ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia reformatorum nuncupatorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati de supradictae congregationis consilio, et assensu auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei servus Pacificus a sancto Severino in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur; imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die ab ordinario et ordinis praedicti praesulibus, ad quos spectat, designando recitetur officium, et missa de communi Confessoris non Pontificis cum orationibus propriis a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus in toto ordine fratrum minorum sancti Francisci reformatorum nuncupatorum, ac in civitate, et dioecesi sancti Severini, in qua dictus servus Dei natus est, et ubi ut plurimum commoratus est, ac ad caelos evolavit, ejusque venerabile corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexus christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis, et quoad Indias a die, quo eaedem literae illuc pervenerint, inchoando in ecclesiis ordinis, civitatis, et dioecesis dictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario respective constituta, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die decima tertia currentis augusti, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum et fides habenda transumptis.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut earumdem Nostrarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii dictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta augusti millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

MCLXIV.

Dat. die 10. aug. 1786. Anno XII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Nicolai Factor ordinis fratrum minorum de observantia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Cum ex debito apostolici muneris officio, quod pastorum princeps Christus Domi-

nus per ineffabilem clementiae suae abundantiam humilitati Nostrae imponere dignatus est, ea sollicitis studiis curare teneamur, quae christianam religionem magis adaugere, et christifideles ad pietatem amplius excitare valent, in hac praecipue temporum iniquitate; nihil propterea aptius, nihil opportunius nobis videtur quam illustrium heroum virtutes, quibus catholica Ecclesia diversis illarum coloribus circumornatur, super candelabrum ponere, ut luceant his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes suos in viam pacis.

Laudes servi Dei.

§. 2. Quamobrem cum misericordias suas, et divitias bonitatis suae Deus manifestare voluerit in servo suo Nicolao Factor ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum sacerdote professo, qui postquam lubricum inter blandientis mundi illecebras pueritiae, ac adolescentiae iter mira cum morum innocentia confecisset, arduum perfectionis curriculum sub severioris disciplinae ordinis praefati instituto iniens, non solum in omnibus exhibuit se ipsum sicut Dei ministrum, et praecipue in charitate non ficta, qua erga Deum, et proximos mirabiliter aestuavit, verum etiam tanta profecit humilitate, ut caeteris christianam perfectionem inhiantibus facem praeferens, se maximum inter peccatores constanter affirmaret; unde constans illud desiderium jejuniis, carnisque afflictationibus corpus in servitutem spiritus redigendi, ac quotidie orationi vacandi, in quo usque ad extremum suae vitae firmiter haesit. Inter alia dona divinitus accepta plane mirabiles fuerunt frequentissimae ecstases, ac raptus, in quibus, dum diu omnibus sensibus destitutus transigeret, in faciem, in oculos, in totum corpus divinae consolationes non sine magna spectantium commotione redundabant. Hinc illius honorem, et venerationem ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiae decus, catholicae fidei praesidium, ac spiritualem Christifidelium aedificationem, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere constituimus.

Judicium sacrae congregationis Rituum.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus eumdem servum Dei Nicolaum Factor multipliciter claruisse, nec non miraculis, quae ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, praefatum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis.

Beatificatio, et concessio missae et officii cum orationibus propriis.

§. 4. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, et quamplurium venerabilium fratrum archiepiscoporum, et episcoporum regnorum Hispaniae, ac totius insuper antedicti ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictae congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei servus Nicolaus Factor in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur, imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die ab ordinariis, et ordinis praefati praesulibus, ad quos spectat, designanda, recitetur officium et missa, de communi confessoris non pontificis cum orationibus propriis a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani.

Declaratio specialis.

§. 5. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus in toto ordine fratrum minorum s. Francisci de observantia nuncupatorum, ac in civitate, et dioecesi Valentina, in qua dictus servus Dei natus est, et ubi ad caelos evolavit, ejusque venerabile corpus requiescit, ac in dioecesi Barchinonensi in qua insignia dedit sanctitatis exempla, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam secularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis, et quoad Indias a die, quo eaedem literae illuc pervenerint, inchoando in ecclesiis ordinis ci-

vitatum, ac dioecesum antedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario respective constituta, postquam in basilica Nostra s. Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die vigesima septima currentis augusti, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii dictae congregationis cardinalium subscriptis et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava augusti millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

Oratio.

Orationes in festo beati recitandae.

§. 7. Deus, qui beatum Nicolaum confessorem tuum ineffabili charitatis tuae igne succensum te puro corde sectari fecisti; da nobis famulis tuis, ut eodem spiritu repleti, et charitate ferventes, viam mandatorum tuorum inoffenso pede curramus. Per Dom. etc.

Secreta.

Divini illius amoris incendio, quaesumus Domine, haec sacrosancta mysteria jugiter Nos inflamment, quo b. Nicolaus eadem peragendo mirabiliter aestuabat. Per Dom. etc.

Postcommunio.

Angelorum panem nutriti, et superna dulcedine perfusi te, Domine, suppliciter exoramus, ut beati Nicolai intercessione, et exemplo corda Nostra a terrenis cupiditatibus sint libera, et ad coelestia semper aspirent. Per Dominum etc.

MCLXV.

Dat. die 18. aug. 1786. Anno XII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Thomae a Cora ordinis fratrum minorum de observantia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Dominus, ac servator Noster Jesus Christus, priusquam in ara crucis pro peccatis Nostris hostiam pacificam sese offerret patri, in ipso suae passionis pervigilio volens omnia praecepta, quae jam discipulis suis diversis temporibus per vices tradiderat, quasi in unum complecti, fraternam dilectionem eis summopere commendavit: in hoc, ait, cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem: quo scilicet ipsi intelligerent, multa quidem esse praecepta, sed omnia in sola dilectione solidari, atque ut multi arboris rami ex una radice prodeunt, sic multae virtutes ex una charitate generantur.

Laudes servi Dei.

§. 2. Quamobrem Dei servum Thomam a Cora ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum sacerdotem professum profusissimae charitatis virum, ac proinde omnium virtutum sectatorem admirari satis non potuimus, qui cum a juventute sua coram Deo perfecte ambulasset, ut a saecularibus curis solutus Deo suo liberius famularetur, ordinem fratrum minorum s. Francisci de observantia nuncupatorum esset ingressus, vix ad sacrum presbyteratus ordinem initiatus adeo proximorum saluti incubuit, ut nec pericula, nec corporis infirmitates, nec foedum ulcus, quo in crure laborabat, nec frigus, nec aestus a suscepto ministerio deterrere potuerunt; nam omnibus omnia factus, suique oblitus, laeto, ac hilari animo omnia suffert, omnia sustinet, modo ut animas Christo Domino Deo suo lucrifaciat. Quapropter compertum fuit apud omnes, virum hunc non absque speciali Dei praeordinatione, ac providentia in conventu Civitellae Sublacensis dioecesis totam fere vitam duxisse, ut inde eximia charitas, qua ejus cor inflammabatur, opere ipso manifestata in spiritualem finitimorum locorum utilitatem verteretur. Apostolici muneris, quod Nos gerere voluit Altissimus, ratio exigit, ut Dei servi honorem, et cultum ad omnipotentis Dei gloriam, catholicae Ecclesiae decus, christianique populi consolationem, et aedificationem, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere studeamus.

Digitized by Google

Judicium sacrae congregationis Rituum.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, ac virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus dictum servum Dei Thomam multipliciter claruisse, nec non miraculis, quae ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse, quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis.

Beatificatio, et concessio missae, et officii de communi confessorum non pontificis.

§. 4. Hinc est, quod Nos totius antedicti ordinis fratrum minorum s. Francisci de observantia nuncupatorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictae congregationis consilio, et assensu auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei servus Thomas a Cora in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur; imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die a Nobis, et ab ordinariis, ac ordinis praedicti praesulibus, ad quos spectat, designanda, recitetur officium, et missa de communi Confessoris non Pontificis cum orationibus propriis a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani.

Declarationes speciales.

§. 5. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus in toto ordine fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum utriusque sexus, ac in civitatibus Corana, ubi ortum habuit, et Veliterna, totaque ejus dioecesi, nec non in oppidis Civitellae, ubi plerumque commoratus est, ac ad aeterna gaudia evolavit, ejusque venerabile corpus requiescit Sublacensi, et Palumbariae Sabinensi dioecesibus ab omnibus utriusque sexus christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis, et quoad Indias a die, quo eaedem literae illuc pervenerint, inchoando in ecclesiis ordinis, civitatum, ac dioecesum praedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario respective constituta, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die tertia mensis septembris, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem Nostrarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii dictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava augusti millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

IN FESTO

BEATI THOMAE A CORA

Sacerdotis professi ordinis minorum de observantia sancti Francisci.

Oratio

Orationes in festo beati recitandae.

§. 7. Deus, qui beatum Thomam tuo amore succensum interiori mortificatione, et eximia in proximum dilectione decorasti: ejus meritis, precibusque concede, ut nosmetipsos pro te abnegantes, et charitatis opera jugiter exequentes, aeterna praemia consequi mereamur. Per Dominum etc.

Secreta.

Illo nos igne Deus miseratus adure, qui b. Thomae cor, dum haec sacra perageret, mirabiliter inflammavit. Per Dominum etc.

Postcommunio.

Spiritum nobis, Domine, tuae dilectionis benignus infunde, ut quos misteriis coelesti-

bus recreasti, interveniente b. Thoma confessore, tua facias pietate concordes. Per Dominum etc.

DECRETUM VELITERNA, SEU CORANA.

Approbatio orationum.

§. 8. Ad humillimas preces p. fr. Luca a Roma sacerdotis professi, lectoris jubilati, et postulatoris generalis dicti ordinis, referente r. p. Carolo Erskine fidei promotore sanctissimus dominus Noster Pius Sextus pontifex maximus suprascriptas orationes proprias in honorem beati Thomae a Cora adprobavit, easque tam die solemnis beatificationis, quam in posterum in officio, et missa ejusdem beati ab omnibus utriusque sexus in Brevi beatificationis compreliensis recitari posse benigne indulsit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Die decima nona augusti millesimo septingentesimo octuagesimo sexto.

J. card. Archinto praefectus.

Loco ✠ sigilli.

Dat. die 19. aug. 1786. Anno XII.

MCLXVI.

Beatificatio servi Dei Gasparis de Bono sacerdotis professi ordinis fratrum s. Francisci de Paula.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Cum in Ecclesia Dei in omni aetate nonnulli semper fuerint placentes Deo viri sancti, qui viventes in carne, desideria carnis vicerunt, et coelestem vitam in terris egerunt, quos justus, et misericors Dominus ante mundi constitutionem elegit, et praedestinavit, quo se in electis suis mirabilem demonstraret, suamque potentiam signis, et virtutibus declararet, ac justorum hominum, quos similes nobis infirmitate circumdatos in terris agnovimus, propositis laboribus, et meritis, segnitiem, ac tarditatem nostram in via virtutis excitaret, et frigescentem accenderet charitatem, pusillorumque, et instabilium corroboraret fidem, atque illorum, qui quoquomodo desciverunt, et naufragaverunt in fide, pravitas coerceretur, et dum ad sacras beatorum reliquias aegroti sanantur, daemones pelluntur, aliaque plura perpetrantur prodigia, pertinacia confunderetur, intelligentes viros justos, etsi coram hominibus mori videantur, immortalitate tamen plenam esse ipsorum spem, et feliciori vita aeternum in coelis vivere: apostolici nostri muneris est, dum illos cognovimus, eorum cultum, et honorem, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere, ac christifidelibus suas virtutes proponere, sperantes fore, ut dum ipsi illorum sanctitatem reverentur, et colunt, patrocinium invocant, et gesta imitari student; Nobis inter hujus mundi fluctus, qui hisce praesertim difficillimis temporibus Nos undique quasi obruunt, navigantibus, suae intercessionis dexteram porrigant, et adnitentes Nos ad terram viventium pergere, potentissimis quibus valent auxiliis adjuvent, et Nobis opitulentur.

§. 2. Inter alios porro, qui placuerunt Deo, quique invenerunt portam angustam, et arctam, quae ducit ad coelum, Valentiae Hispaniarum urbs Nobis opportune suspiciendum exhibet Gasparem de Bono sacerdotem professum ordinis fratrum s. Francisci de Paula minimorum nuncupatorum, qui nedum in pueritia, sed etiam in adolescentia, vel dum in mercatoris officina suam negotiationi navabat operam, vel praesertim dum militaribus signis conscriptus inter sequioris militum vitae pericula per integrum decennium vixit, tantum assidua oratione, et christianae vitae candore profecit, ut dein in ipsa senectute, cum scilicet jam diu sub suavi religionis jugo christiana perfectio totum hominem possidebat, non semel sui illius aetatis in Dei servitio ferváris memoriam replicavit. Postquam vero religionem ingressus est, novum hominem indutus, suo corpori, ac omnibus carnis concupiscentiis asperum indixit bellum, illudque assiduis jejuniis, ac afflictationibus in servitutem spiritus redigens, omnes blandientis mundi dignitates, et honores fortiter contempsit; tanta porro cura, et diligentia in regulari disciplina versatus est, quam in omni vita, sancte, inviolateque custodivit, ut sua agendi ratio expressa quaedam, et vivens regula esse videretur. Laudes servi Dei.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem Judicium sacrae con-

gregationis Rituum super virtutibus, et miraculis ejus intercessione patratis. venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus, tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus eumdem servum Dei Gasparem de Bono multipliciter claruisse, necnon miraculis, quae ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse quandocumque Nobis videretur, praefatum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis.

Beatificatio. §. 4. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, et quamplurium venerabilium fratrum archiepiscoporum, et episcoporum regnorum Hispaniae, ac totius insuper antedicti ordinis s. Francisci de Paula minimorum nuncupatorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis, benigne inclinati, de supradictae congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei servus Gaspar de Bono in posterum beati nomime nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur; imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die ab ordinariis, ad quos spectat, designanda, et ab ordine praedicto die quarta julii recitetur officium, et missa de communi confessoris non pontificis cum orationibus propriis a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani.

Concessio officii, et missae propriae. §. 5. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus in toto ordine fratrum sancti Francisci de Paula minimorum nuncupatorum, ac in civitate, et dioecesi Valentina, in qua dictus servus Dei natus est, et ubi ad coelos evolavit, ejusque venerabile corpus requiescit; ac in dioecesi Majoricensi, in qua insignia dedit sanctitatis exempla, et inter cujus cives fuit alias cooptatus, ab omnibus utriusque sexus christifidelibus tam secularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis, et quoad Indias a die, quo eadem literae illuc pervenerint, inchoando in ecclesiis ordinis, civitatum, ac dioecesum antedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario respective constituta, postquam in basilica Nostra s. Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die decima septembris currentis anni, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu secretarii dictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XXII. augusti MDCCLXXXVI. pontificatus Nostri anno duodecimo.

IN FESTO

B. GASPARIS DE BONO

sacerdotis professi ordinis minorum
s. Francisci de Paula.

Oratio.

Orationes in festo beati recitandae. §. 7. Deus, qui beatum Gasparem confessorem tuum insigne tuae dilectionis, et sacerdotalis ministerii exemplar esse voluisti; da nobis ejus precibus, ut per eadem vestigia gradientes, praemia consequi mereamur aeterna. Per Dominum etc.

Secreta.

Beati Gasparis, quaesumus Domine, meritis, et intercessione spiritum nobis tuae charitatis infunde, ut sicut te in illo mirabilem praedicamus, ita in nos misericordem fuisse laetemur. Per Dominum etc.

Postcommunio.

Refecti cibo potuque coelesti, te supplices exoramus, omnipotens Deus, ut qui beato

Digitized by Google

Gaspari plenam de mundi illecebris victoriam tribuisti, nos facias ejus imitatione saeculi blandimenta vitare, et ad te puris mentibus pervenire. Per Dominum etc.

DECRETUM VALENTINA.

Confirmatio orationum praedictarum.

§. 8. Suprascriptas orationes proprias in honorem beati Gasparis de Bono sacerdotis professi ordinis minimorum s. Francisci de Paula, referente r. p. Carolo Erskine fidei promotore, ac humillime supplicante p. fr. Francisco Folch sacerdote professo supradicti ordinis postulatore, sanctissimus Dominus Noster Pius VI. pont. maximus adprobavit, indulsitque, ut recitari valeant die solemnis beatificationis ejusdem beati Gasparis de Bono, et successive in ejus officio, et missa ab omnibus comprehensis in Brevi ejusdem beatificationis, contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 9. augusti 1786.

J. card. Archinto praefectus.

Loco ✠ sigilli.

MCLXVII.

Dat. die 12. sept. 1786. Anno XII.

Beatificatio venerabilis servi Dei Nicolai a Longobardis oblati professi fratrum ordinis s. Francisci de Paula.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Benedictus Dominus pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui inter assiduos tribulationum, et calamitatum fluctus, quibus hisce luctuosis temporibus pro peccatis nostris affligimur, multiplici spirituali gaudio Nos diebus istis consolari dignatus est. Vere enim magna extitit spiritualis laetitiae ratio, cum Deus illustrium servorum suorum victorias manifestat, qui telis quidem secularibus spoliati, sed divina virtute armati adversus blandientis mundi insidias, vel frementis infernalis hostis impetus, vel mundanorum turbinum minas, spe vivida, mente incorrupta, constanti fide, charitate ferventi fortes, et stabiles in acie perstiterunt, et bonum certamen, certamen fidei, certamen spirituale, praelium Christi ita decertarunt, ut gloriosum cursum consumarint, atque immarcescibilem coronam de manu Dei promeruerint.

Laudes venerabilis servi Dei.

§. 2. Quamobrem cum magna superni numinis benignitate factum sit, ut in Brevi dierum curriculo beatorum honores, et cultum quinque Dei servis decernere Nobis ex alto concessum sit, Nos laetari, et in Domino merito gloriari oportet, quod Deus omnipotens per humilitatis Nostrae ministerium hos famulos suos, ut in domo sua colluceant, in candelabro collocari voluerit. Congaudeat etiam nobiscum haec Nostra Ecclesia fidei, ac morum magistra, ac ecclesiarum mater, in qua renovans Dominus multarum excellentium virtutum exempla hac ipsa aetate in ornamentum totius catholicae Ecclesiae exaltavit vere humilem Dei servum Nicolaum a Longobardis oblatum professum fratrum ordinis s. Francisci de Paula minimorum nuncupatorum quem neque doctrina clarum, neque ex literis humano studio comparatis praestantem, sed prorsus idiotam delegit, quo nimirum ostenderet abundantes divitias gratiae suae, et cujus admirabili vitae sanctitate, atque exemplo multos quidem ad vitam salutis perduceret, mundus vero, suique sectatores magis magisque coarguerentur. Siquidem postquam ipse in simplicitate cordis, et in sinceritate Dei primae suae aetatis, ac adolescentiae tempus in humili, et agresti domo paterna degerat, divino spiritu ductus ad religionis portum confugit, eamque ingressus coepit omni contentione corporis, et spiritus divina suffragante gratia digne ambulare in vocatione, qua vocatus fuerat. Nam carnem suam diris flagellis, et jejuniis castigans omnia terrena desideria mortificare studuit: quare pacatis passionibus, et concupiscentiis illum captivantibus in lege peccati, ac sibi ipsi perfecte mortuus, tanta coelestium rerum contemplatione, ac suavissimo Dei colloquio fruebatur, ut licet plane rudis, et literarum omnino ignarus mirum in modum tamen de rebus divinis loqueretur, atque incomprehensibiles earum sensus proferret; dum vero sacrosanctae Triadis mysterium recogitabat, aut illud ab aliis vel verbo, vel signis ei repraesentabatur, a sensibus alienatus ad tam sublimis mysterii contemplationem illico raperetur; atque a Deo tantis erat praeventus supernae dulcedi-

Digitized by Google

nis benedictionibus, ut etiam tum quando demandatis sibi muneribus fungebatur, ab coelestis patriae gaudiis haud umquam recederet. Quamobrem illud, quod de seipso dicebat apostolus, ad eum transferre quodammodo posse videtur, vivo jam non ego, sed vivit in me Christus.

Judicium sacrae congregationis Rituum.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus, tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus eumdem servum Dei Nicolaum multipliciter claruisse, nec non miraculis, quae ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse, quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis.

Beatificatio.

§. 4. Hinc est, quod Nos totius antedicti ordinis fratrum s. Francisci de Paula minimorum nuncupatorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de supradictae congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei servus Nicolaus a Longobardis in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur; imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die ab ordinario, et ordinis praedicti praesulibus, ad quos spectat, designando, recitetur officium, et missa de communi Confessoris non Pontificis cum orationibus propriis a Nobis approbatis juxta rubricas breviarii, ac missalis Romani.

Concessio missae, et officii de communi confessorum non pontificum.

§. 5. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus in toto ordine fratrum sancti Francisci de Paula minimorum nuncupatorum, ac in civitate, et dioecesi Tropiensi, in qua terra de Longobardis est sita, ubi dictus servus Dei natus est, ac in dioecesi Consentina, in qua pariter diu commoratus est, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam secularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis, et quoad Indias a die, quo eaedem literae illuc pervenerint, inchoando in ecclesiis ordinis, civitatum, et dioecesum praedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinario respective constituta, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die decima septima currentis septembris, pariter celebrandi facimus potestatem.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem Nostrarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii dictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti dictae congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XII. septembris MDCCLXXXVI. pontificatus Nostri anno duodecimo.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

IN FESTO

B. NICOLAI A LONGOBARDIS CONFESS.

Oratio.

Orationes recitandae in festo beati.

§. 7. Deus charitatis fons, et poenitentium virtus, et proemium, qui beatum Nicolaum confessorem tuum vitae mortificatione, et charitate in pauperes mirabilem esse voluisti; da nobis, quaesumus, ut ejus exemplum imitati praemii quoque consortes effici mereamur. Per Dominum etc.

Secreta.

Hostia, quam tibi, Domine, offerimus, illum in nobis misericorditer tui amoris ignem accendat, quo beati Nicolai cor jugiter aestuavit. Per Dominum etc.

Postcommunio.

Sacramenta, quae sumpsimus, Domine, beati Nicolai confessoris tui memoriam re-

by Google

colentes, ab omni nos adversitate custodiant, et ad salutem proficiant sempiternam. Per Dominum etc.

Decretum Romana.

Decretum pro approbatione orationum praedictarum.

§. 8. Sanctissimus Dominus Noster Pius Sextus pont. max. referente r. p. Carolo Erskine fidei promotore, et p. fr. Liborio Maria Tedeschi sacerdote professo ordinis minimorum s. Francisci de Paula, postulatore, humillime supplicante, suprascriptas orationes proprias in honorem beati Nicolai a Longobardis oblati professi supradicti ordinis adprobavit, easque recitari indulsit tum die solemnis beatificationis praedicti beati, tum in posterum in ejus officio, et missa ab omnibus utriusque sexus comprehensis in Brevi beatificationis, contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 9. septembris 1786.

J. card. Archinto praefectus.

Loco ✠ sigilli.

Dat. die 22. sept. 1789. Anno XV.

MCLXVIII.

Confirmatio statutorum conditorum a sacra congregatione nuncupata « della Grascia » pro recta ejusdem tribunalis administratione.

EDITTO

Carlo per la Divina Misericordia vescovo di Porto, e santa Rufina cardinal di san Marco, della S. Romana Chiesa camerlengo.

Cardinal camerarius chirographum pontificium exequendum suscipit.

§. 1. Intenta la Santità di Nostro signore Papa Pio Sesto felicemente regnante a rettificare, e dirigere al maggior bene dello stato le diverse parti dell'amministrazione, e del governo, ha rivolta la sua attenzione eziandio ai veglianti regolamenti del tribunale della Grascia, affine di conciliare l'importante oggetto di assicurare a questa dominante l'abbondanza dei diversi generi di vittuali più necessarj al sostentamento del popolo con la maggiore prosperità, e floridezza dell'agricoltura, della pastorizia, e del commercio sole sorgenti di una tale abbondanza. A tale effetto inerendo al sentimento di una particolare congregazione composta di eminentissimi signori cardinali, e di prelati a ciò deputata dalla stessa Santità Sua è venuta nella benigna determinazione di abolire, e sopprimere perpetuamente la precettazione degli agnelli, degli animali neri, e dell'olio, sostituendo alla medesima diversi altri provvedimenti più utili, e più confacenti al divisato intento di assicurare a questa dominante la indicata abbondanza, come diffusamente si rileva da speciale clementissima cedola di moto proprio della medesima Santità Sua segnata sotto questo medesimo giorno del tenore seguente, cioè;

Pius PP. VI.

Motu proprio

Tenor pontificii chirographi.

» §. 2. L'importante oggetto di accrescere sempre più i vantaggi de' Nostri amatissimi sudditi, al quale sono state sempre rivolte le Nostre paterne cure, ci ha resi soprattutto sommamente solleciti di liberarli dai vincoli, e dalle leggi proibitive, che con sommo Nostro rammarico scoprimmo opporsi al libero esercizio della loro industria, e del loro commercio; e conseguentemente all'ingrandimento della pubblica prosperità, ed opulenza: ed a tal'effetto dopo di avere sino al principio stesso del Nostro pontificato aboliti generalmente li pedagj, che in tanta copia s'incontravano ne' pontificj dominj, e di avere in seguito ulteriormente provveduto all'accrescimento dell'interna circolazione colla nota generale riforma delle gabelle, mediante la quale sono state queste intieramente trasportate al confine, abbiamo dipoi rivolta la Nostra attenzione all'attual legislazione del tribunale della Grascia, dove non ignoravamo, che abbondavano li regolamenti proibitivi, e vincolanti, e perciò siamo venuti nella determinazione di deputare una particolare congregazione composta di alcuni cardinali, e prelati, affinchè fra le altre cose esaminasse, e riferisse, se si poteva conciliare l'importante oggetto di assicurare a questa Nostra dominante l'abbondanza delle grasce coll'abolizione dei divisati regolamenti proibitivi e vincolanti, e particolarmente di quelli, che concernono li precetti da tanto tempo sospirati dal ceto universale, dai proprietarj, e ripro-

» duttori delle grasce medesime nelle provin-
» cie suburbane sottoposte a detti vincoli.

Ratio concessionis.

» §. 3. Ed avendo la congregazione suddetta corrisposto pienamente all' aspettazione, e fiducia, che in lei avevamo, ha assunto un lungo, e maturo esame del surriferito importantissimo oggetto, e dopo di avere minutamente ponderato tutto ciò, che tanto a favore, quanto contro del predetto sistema della precettazione è stato alla medesima diffusamente, e replicate volte dedotto, nella sessione tenuta sotto li 13. del corrente mese ha risoluto, che debba intieramente abolirsi il predetto sistema della precettazione insino ad ora creduto necessario ad assicurare alla capitale l' abbondanza degli agnelli, e degli animali neri, e dell' olio con avere immaginati diversi altri provvedimenti più confacenti a conseguire il medesimo intento: ed avendoci il reverendissimo card. Vitaliano Borromeo, come capo della stessa congregazione, fatta ampia, e dettagliata relazione della risoluzione indicata, ha la medesima meritata in tutte le sue parti la sovrana Nostra approvazione per li vantaggiosi, e salutari effetti, che dalla sua esecuzione saranno per derivare tanto alla prefata Nostra capitale, quanto alle riferite provincie suburbane, sperando, che gli abitanti delle medesime, e per il loro interesse, e per corrispondere al pensiere, che ci siamo dati di rendere pienamente esauditi i loro voti, si applicheranno seriamente a rendere sempre più floridi i loro greggi, ed oliveti, cosicchè in ordine ai bestiami, e all' olio possano non solo servire al consumo delle provincie stesse, e di Roma, ma eziandio aprire dei detti generi un' utilissimo capo di commercio attivo cogli esteri.

Concessionis tenor.

